Regulares prælati quæ obſeruare teneantur in cauſis regularium ſibi ſubditorum. vide in libro 6. titu. de modo procedendi contra regulares cap. vnico per totum; nec non in cap. vnico eiuſdem libri, titulo de modo procedendi in cauſis expediendis ſimpliciter, ſummarie & de plano, eo quōd in huiuſmodi cauſis regulariū proceditur, ſimpliciter ſummarie &c.

In Regularium cauſis infamatorijs vel maximi præiudicij, quare ſtrictus ordo iuris nō ſit vſquequaq; ſeruandus, quo ad ſubtilitatē eius: quamuis quo ad veritatis indaginem ſit obſeruandus. vide in lib. 6. cap. vnico ti. de modo procedendi in foro fori contra regulares, concl. 4. 5. & 6.

In Regularium cauſis ad leuem correctionē, ſeu pœnitentiam ipſis imponendam, quis ordo ſit ſeruandus. vide ubi ſupra.

Regulares poſſunt puniri a ſuis Superioribus pro tranſgreſſione contentorum in regula & ſtatu-

tus

tis eorum religionis, tam ijs, quæ iam extabāt tempore eorum profeſsionis, quàm ijs, quæ facta fuerunt poſt ipſorum profeſsionem. vide vbi ſupra concl.2.
Regularibus non erit denegādus terminus ad ſe defendēdum, nec copia proceſſus, & nomina, & depoſitiones teſtium, ſicut de iure denegari non poſſunt alijs ſecularibus, de quo dixi ſupra in verſ. Proceſſus copia. Attamen de ipſis regularibus ſpecialiter vide vbi ſupra in concluſ. 4.5.& 6.
Reus quādo teneatur fateri veritatem iudici ipſum interroganti de proprio crimine. vide in verſ. Accuſatus.
Reus periurus in cauſa propria, an periurij corporali in foro fori pœna veniat plectendus, vide in lib. 1. tit. de accuſa. cap.6. concl. finali, & in lib.4. tit. de delatione iuramenti, cap. primo concl. finali.
Repetitio teſtium. vide in ver. Teſtium repetitio.
Reum impunitum relinquere ſanctius eſt, quàm innocentem damnare. vide in libr. 8. capit. 2. concl.3.

S

Simoniaci qua pœna plectendi, vide lib.3. titu. de inquiſ. cap.8. concl.3.
Scientia in quo differat a credulitate, vide in lib. 8. titu. de teſtibus, cap.1. concl.5.
Suorum appellatione qui veniant, vide in verſic. Iniuria.

T

Talio vnde dicatur, vide in lib.1. titu. de Accuſationibus, cap.7. concl.2.
Ad Talionis pœnę inſcriptionem, an hodie quis teneatur, & an non probans obiecta crimina ueniat puniēdus pęna talionis; licet inſcriptio ad pęnam talionis non ſit in uſu curiarum utriuſque fori hodie. vide vbi ſupra.
Tergiuerſari quid ſit. vide in lib.2. titu. de pęna non probantium denunciata, cap.1. in corpore quæſtionis.
Teſtium inductio ad uidendum iteratum crimē fratris quare requiratur ante denunciationem faciēdam pręlato, ut eccleſiæ. uide in uerſiculo Denunciatio.
Teſtes qui admitti poſſint in inquiſitione generali, & qui in inquiſitione ſpāli. uide in lib.3. titu. de inquiſitionibus cap.7. concl.7.
Teſtis falſidicus quis dici poſſit. uide in lib.3. titu. de inquiſ. cap.7. concl.7.
Teſtis falſus qua pœna puniēdus ſit. vide vbi ſupra. & in lib.8. titu. de teſtibus cap.5.
Teſtes examinati ſuper alicuius infamiam quomodo dicere debeat, ut ualeat eorum teſtimoniū. vide in lib.3. titu. de inquiſitionibus capit. quintodecimo concl.5.6.& 7.
Teſtes duo laici deponētes pro clerico, an euacuent dictum duorum clericorum contra clericum. vide in lib.5. titu. de purgatione canonica, cap. unico, concl.18.
Teſtis nō iuratus nō facit fidem in iudicio. vide in libro 8. cap.7. concl.1.
Teſtes an ſint adhibendi in confeſſione facta in tortura. uide in libro.7. titu. de tortura, cap.6. concl.1.
Teſtis unius depoſitio quando faciat ſemiplenā probationem. vide in lib.4. titu. de delatione iuramenti cap.1. concl.4.
Teſtium confrontatio quando ſit facienda, & quę in ipſa ſint animaduertenda. vide ubi ſupra concl. finali, circa finem.
Teſtium repetitio quando & quomodo, an cum iuramento ſit facienda, & quando omittenda. uide ubi ſupra, & in libro 3. titu. de inquiſ. cap.7. concl. quinta, & in lib.8 titu. de teſtibus, cap. ultimo, & in lib. decimo concl.5.
Teſtes, qui ad accuſandos clericos non admittūtur de iure, nec ad teſtificādum cōtra eos ſunt admittendi. uide in libro 8. titu de teſtibus. cap.1. concl.1.
Teſtes qui ducti ſunt ad teſtificandum precibus, an probent, & quid dicēdum, ſi pretio fuerint teſtificati. uide ubi ſupra concl.2.
Teſtes poſſunt aliquid accipere pro teſtimonio ferendo, reſpectu dāni paſſi ex delatione eorum teſtimonij eundo, & redeundo ad locum iudicij & ſtando ibi. uide ubi ſupra.
Teſtis monitus ac rogatus, ut per uerba congrua loquatur, non dicitur ſuſpectus de falſo, neque ſi non citatus precibus amicorum ſatis faciens ultroneus examini ſe præſentat. uide ubi ſupra.
Teſtis pro amicitia tantum non repellitur à teſtificandi munere; niſi illa eſſet immoderata. uide ubi ſupra.
Teſtis in ſui depoſitione utentis uerbis obſcuris quando debeat teſtimonium admitti. uide ubi ſupra concl.3.
Teſtis depoſitio ambigua erit interpretanda cōtra ipſummet producentem in iudicio. uide ubi ſupra.
Teſtes alij produci quando poterunt poſt publicationem proceſſus. uide ubi ſupra.
Teſtes deponentes de credulitate quando in iudicio probent. uide ubi ſupra, concl. quarta.
Teſtis deponens per uerbum Credo, & de auditu, quādo probet uide ubi ſupra concl.5.
Teſtis ruſtici depoſitio, facta per uerbum Scio, licet poſtmodum fiat per uerbum Credo, an ſit admittenda. uide ubi ſupra.
Teſtis uarius & uacillans in ſua depoſitione, nihil probat. uide ubi ſupra concl.6.
Teſtis quando dicatur uacillare. uide ubi ſupra.
Teſtis qui depoſuit unum, & poſtea aliud, dicēs

ſe erraſſe in primo dicto, an aliquid probet. vide vbi ſupra in fine.
Teſti deponẽti in iudicio contra id, quod dixerat extra iudicium, qualis fides ſit adhibẽda. vide in lib. 8. t tu. de teſtibus cap. 1. concl. 7.
Teſtis depoſitioni in iudicio factæ cum iuramẽto magis creditur, quàm depoſitioni factæ extra iudicium, etiam ſi ipſa fuiſſet facta in articulo mortis. vide vbi ſupra concl. 8.
Teſtis deponens in uno iudicio contra id, quod depoſuit in alio iudicio, utnit puniendus: ſed an ualebit ipſius dictum. vide vbi ſupra concl. nona.
Teſtis depoſitio facta in iudicio nullo irritatur per depoſitionem factam in iudicio uero. vide ubi ſupra concl. decima.
Teſtis, qui in primo iudicio legitime interrogatus dixit ſe nihil ſcire, ſi uero in ſecundo deponeret de ueritate facti, nihil probat. uide ubi ſupra concl. undecima.
Teſtis qui in ſuis dictis in eodẽ examine eſt ſibi met contrarius, quando probet. uide ubi ſupra concl. duodecima.
Teſtis qui in ſuis dictis in diuerſis examinibus eſt ſibi ipſi contrarius an probet. uide ubi ſupra concl. tertia decima.
Teſti uolenti corrigere primum dictum ſuum, an ſit indulgendum & concedendum. uide ubi ſupra concl. quartadecima.
Teſtis, qui eſt torquendus ad confirmationẽ dicti ſui, an poſſit torqueri parte nõ citata, cuius intereſt. uide ubi ſupra.
Si Teſtis non petierit iterum examinari, ſed pars pro ſuo intereſſe, quid faciet in tali caſu iudex. uide ſupra in uerſiculo Iudex.
Teſtis depouens per uerbũ Credo, primo & ſcdo per uerbum aſſertiuum, an probet. uide in libro 8. tit. de teſtibus cap. 1 concl decimaſexta.
Teſtis quando negat ſe depoſuiſſe ut ſcriptum ab actuario in actis reperitur, quid faciet iudex vide in verſiculo Iudex.
Teſtis, qui contra aliquem in uno iudicio uoluntarie in cauſa criminali depoſuit, an poſſit in alio repelli tamquam inimicus. vide in lib. 8. titulo de teſtibus cap. 1. concl. 8.
Teſtificaas in cauſa criminali amore uel odio quãdo nõ ſit admittẽdus. vide vbi ſup. cõcl. 19
Teſtificari in cauſa criminali contra clericos uel in fauorẽ clericorum an laici poſſint, & eorum teſtimoniũ quando plene probet. vide in verſiculo laici.
Teſtis non ex toto integer quando efficiatur integer ſeu habeatur pro integro. vide in dcõ lib. 8. titulo de teſtibus cap. 1: concl. 20.
Teſtis criminoſus in cauſa criminali criminaliter mota, etiam ſi non perſeueret in crimine, quãdo nõ admittetur ad probandum aliquid: ſed quid ſi perſeuerer in crimine an in cauſa ciuili admittetur. vide vbi ſupra concl. 20.
Teſtis repulſus a teſtimonio exceptione criminis an poſſit repellere eadẽ exceptione obiicientem ſibi crimen. vide vbi ſupra.
Teſtis ſemel repulſus tamquam criminoſus ſemper poterit à teſtimonio ferendo repelli. vide vbi ſupra.
Teſtes in cauſa criminali criminaliter mota regulariter de iure cõmuni non poſſunt compelli ad teſtificandum; ſecus ex conſuetudine curiarum utriuſque fori; quia compelluntur hodie. vide in lib. 8. titu. de teſtibus cap. 2. concl. 1. & 2.
Teſtes in cauſa criminali & ciuili quãdo poſſunt cõpelli de iure cõmuni. vide vbi ſupra concl. 2.
Teſtibus an ſolui debeant expenſæ. vide vbi ſupra.
Teſtis nolens iurare damnando iuramẽtum qua pœna puniendus. vide vbi ſupra.
Teſtis priuilegiatus, ut non poſſit cõpelli ad teſtificãdum, compellitur aliis probationibus deficientibus. vide vbi ſupra.
Teſtificari nolens in cauſa criminali non præſumitur corruptus; ſecus in cauſa ciuili. vide vbi ſupra.
Teſtes illi poterunt compelli etiã de iure cõmuni, per cenſuram eccleſiaſticam, ſine quorum teſtimonio ueritas eliciuon poteſt. vide vbi ſupra concl. 3.
Teſtium nomina ſpecialia, ſed in genere tantum, quando non ſunt publicanda reo, ſed tantum dicta. vide vbi ſupra in fine.
Si Teſtes dixerint, quod ſine eorum teſtimonio factũ de quo quæritur poterit probari; & pa s hoc neget; cui ſit ouus probandi iniungendũ, vide vbi ſupra.
Teſtis malitioſe ſubtractus à reo, nolens teſtificari, etiam de iure cõmuni compellitur. vide vbi ſupra.
Ad Teſtificandum in cauſa ſanguinis quando clerici poterunt compelli uel adm. t. i. vide in verſiculo Clericus.
Teſtificari quando quis teneatur ſub pœna peccati mortalis. vide vbi ſupra cap. 3. per totum.
Teſtium duorum omni exceptione maiorum an ſufficiat ad aliquem condemnandum. vide vbi ſupra cap. 4. concl. 1.
Teſtimonium teſtium inter ſe diſcordantiũ quãdo iuualidetur. vide vbi ſupra concl. eadem.
Teſtes ſingulares quid probent, ac eorum depoſitio quid operetur. vide vbi ſupra concl. 2.
Teſtes conteſtes qui dicantur. vide vbi ſupra.
Teſtium ſingularitas quotuplex. vide vbi ſupra.
Teſtis quãdo dicatur falſus. vide vbi ſupra cap. 5. concl. 1.
Teſtis falſus contra quos peccet. vide vbi ſupra
Teſtis deponens falſum an ueniat puniendus, ſi huiuſmodi eius falſitas nemini obfuiſſet. vide vbi ſupra concl. 4.
Teſtis falſus qua pœna plectendus. vide vbi ſupra concl. 2. 3. 5.
Teſtis infamis depoſitio, non confirmata in tortura

tura eſt nullius ualoris. vide vbi ſupra cap.6. concl.1.

Teſti deponenti contra ſociũ criminis nõ præſtatur fides ſine tortura. vide vbi ſupra. concl.2.

Teſti uario uel uacillanti nõ datur fides ſine tortura, etiã ſi eſſet clericus. vide vbi ſupra cõcl.3.

Teſtes alij quando ueniant torquendi ad roborãdam eorum depoſitionem. vide vbi ſupra per totum ipſum ſextum capitulum.

Teſtimoniũ teſtis deponentis in inquiſitione generali de aliquo crimine occulto, an ſit ualidũ. vide in lib.3.titu.de inquiſ.cap.7.concl.5.

Tortura quid ſit & vnde dicatur. vide in lib.7.titulo de tortura cap.1.concl.unica.

Tormentum vnde dicatur. vide vbi ſupra.

Tortura non eſt danda, niſi quidã actus iudiciarij præceſſerint. vide vbi ſupra in proœmio libelli

Ad Torturam quando ſit procedendum. vide vbi ſupra cap.2.concl.1.

Torqueri an aliquando poſſit aliquis non præuijs indicijs contra ipſum. vide vbi ſupra concl.

Torqueri an poſſit aliquis non præſtitis defenſionibus. vide vbi ſupra per totum cap. ipſum ſecundum.

Torqueri non debet quis ſtatim poſt cibum ſumptum. vide vbi ſupra concl.nona.

Tortura qualis eſſe debeat & quid ſit ſeruandum in ipſa danda. vide vbi ſupra cap. tertiũ p totũ.

Torturæ quot ſint gradus & quando ſecundum unum quemque eorum ſit danda. vide vbi ſupra concl.2.

Torqueri qui poſſint & à quibus. vide vbi ſupra capitulum quartum per totum.

Torqueri qualiter & à quibus poſſit clericus. vide in verſiculo Clericus.

Tortura quando poſſit reiterari pro eodem facto, vide vbi ſupra cap. ſeptimum per totum.

Torturę effectus quis ſit. vide vbi ſupra cap.5. per totum & ſupra in verſiculo Cõfeſſio in tortura facta.

In Tortura conf. facta quomodo deſcribenda ab actuario. vide in verſiculo Confeſſionis perſeuerantia.

Tortus quando dicatur duraſſe in tormẽtis. vide in lib.7.titulo de tortura.cap.7.concl.2.

Tortura quo tempore dari poſſit. vide vbi ſupra capitulum octauũ per totum.

Torquendi quando ſunt multi, à quo erit incipiendum. vide in verſiculo Iudex.

Torqueri timens iniuſte quid faciet in principio cauſæ. vide vbi ſupra in cap.decimo per totum.

Torquens aliquem iniuſte qua pœna plectendus ſit iudex. vide in verſiculo Iudex.

Torti & confeſſi de ſe quando poſſint interrogari de alijs. vide in verſiculo Confeſſi de ſe.

Tortus & confeſſus illud crimen, quod iam extra iudicialiter ſe confeſſum fuiſſe fuit in iudicio conuictus, uenit ſtatim condemnandus, nec expectabitur ratificatio de nouo facienda, prout regulariter expectatur. vide vbi ſupra in lib.7.titulo de tortura cap.4 concl.3.

Si Tortus ſufficienter ſemper negauit quid faciet iudex. vide in verſiculo Iudex quid faciet.

Torqueri regulariter quis non debet ad dictum confeſſi de ſe in tortura. vide in lib.7. titulo de confeſſionibus iudicialibus. cap.2.concl.2.

Torquẽdus quãdo ſit teſtis vide in libro 8.titu.de teſtibus, cap.ſexto, per totum.

V

Vagabundus quando poterit torqueri nõ præuijs indicijs. vide in libro 7.titulo de tortura cap.2. concl.6.

Veritas ne occultetur, teſtes ſunt compellendi. vide in lib.8.titulo de teſtibus cap.2.concl.2.

Vilis perſona poterit aliquando torqueri nõ præuijs indicijs. vide in libro 7. titulo de tortura cap 2.concl.6.

Viſitator diœceſ. quid obſeruabit in ſua viſitatione. vide in verſiculo Inquiſitor ſeu viſitator generalis.

Viſitatores monaſteriorum quam formam ſeruabunt in viſitando aliquod monaſterium, tam in capite, quàm in membris. vide in lib. tertio, tit. de inquiſitionibus, cap. nono, per totum.

Finis Indicis materierum ac notabilium contentarum in pręſenti Practica.

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN CAP.

Lib.I. Tit. De accuſationibus.

Quòd quattuor modis agitur de criminibus in foro fori. præambulum primum.

Vnica concluſio.

DE criminib⁹ quattuor modis ordinarie cognoſcitur in foro iudiciali eccleſiaſtico, uidelicet: uel per uiã accuſationis, uel per uiam denunciationis, uel per uiam inquiſitionis, uel per uiam exceptionis.

De quo crimine poſsint eccleſiaſtici prælati in foro iudiciali cognoſcere. præludium ſecundum.

Vnica concluſio.

Prælatus cognoſcere poteſt in iudicio de quocumque peccato mortali, ſeu crimine commiſſo actu exteriori, ſeu iam exterius deducto; non autem de cogitationibus.

De accuſationis quidditate. Cap. I.

Varia Doctorũ ſententia circa modumq; diffiniendi ſeu deſcribendi huiuſmodi terminũ, Accuſatio, traditur.

Qui ad accuſandos clericos ſeculares, & regulares de eorum criminibus, non ſint admittendi. Cap. II.

Prima concluſio.

Laici ad accuſandos criminaliter clericos regulariter non ſunt admittendi, licet ipſi clerici ſint reſperſi aliqua infamia, & ipſi laici ſint bonæ famæ.

Secunda concluſio.

Inimici capitales, tam clerici, quàm laici, & cohabitantes cum eis non ſunt admittendi ad accuſationem clericorum criminalem, et in caſibus exceptis.

Tertia concluſio.

Infames laici & clerici, atque periuri nõ ſunt admittẽdi ad accuſationem criminalem clericorum bonę famæ.

Quarta concluſio.

Infames infamia facti repellũtur ab accuſando clericũ criminaliter de aliquo crimine. & hoc procedit de iure canonico; licet de iure ciuili admittañ

Quinta concluſio.

Infames infamia iuris ciuilis, ſiue introducta de iure ciuili, repellũtur ab accuſatione criminali clericorum.

Sexta concluſio.

Infames infamia canonica ſeu iuris canonici, ſiue introducta de iure canonico repelluntur ab accuſatiõe clericorum criminali; dummodo probetur in iudicio huiuſmodi homines commiſiſſe crimen aliquod. nec patrocina-

bitur eis peracta pœnitentia de ipſo crimine.

Septima concluſio.

Conſpiratores tam laici, quàm clerici, numquam admittuntur ad accuſandum clericos criminaliter, etiam in caſibus exceptis.

Octaua concluſio.

Clerici omnes, qui non ſunt, uel eſſe poſſunt illius ordinis, cuius charactere eſt inſignitus is, quem accuſare criminaliter intendunt, non ſunt admittendi ad accuſandum huiuſmodi clericum criminaliter: vnde nec Bigami, nec alij irregulares poterunt admitti.

Nona concluſio.

Criminoſus dicitur is, qui aliquod perpetrauit crimen, quo ad accuſationem clericorum criminalem, & laicorum, niſi ſuam, uel ſuorum proſequeretur iniuriam: licet nõdum fuiſſet diffamatus, uel accuſatus de ipſo crimine, dummodo probetur tale crimen. & hæc concluſio ueriſsima eſt de iure canonico; licet de iure ciuili non ſit uera; niſi ex eo crimine effectus ille fuiſſet infamis.

Decima concluſio.

Clericus criminoſus, iam accuſatus de crimine, poterit ſuum accuſatorem & ipſe accuſare; & etiam quemlibet extraneum de maiori crimine; quando nomen ipſius accuſati nondum eſt receptum inter reos: de pari uero, aut minori crimine non poterit accuſare aliquem; niſi ſuam, uel ſuorum proſequatur iniuriam, præter ſuum accuſatorem quem poterit accuſare, reo tamen in carceribus conſtituto; ſed ſi nomen accuſati iam fuiſſet receptum inter reos; tunc ſic accuſatus poterit ſuum accuſatorem, & alios accuſare de maiori crimine; modo proſequatur ſuam uel ſuorum iniuriam; etiam ſi ſuus accuſator ipſum accuſaſſet proſequendo ſuam iniuriam, etiam ſi ſecunda accuſatio eſſet de minori, uel æquali crimine: in quo caſu gratia minuendarum litium, ſimul & ſemel ſuper utraque poterit procedi; & etiam ſuper utraque ferri ſententia. Et ita de conſuetudine hodierna ſeruatur. Sed ſi iudex cognouerit accuſatum accuſaſſe ſuum accuſatorem, ut illum diuertat a proſequenda accuſatione, ſolet iudex accipere fideiuſsionem ab accuſatore de ſe præſentando, quandocumque ipſi iudici uidebitur, & ſuper prima accuſatione procedere: in Regno autem Neapolitano hæc ſunt ſuperflua: cum enim nemo admittatur ad accuſandum, niſi ſuam, uel ſuorum proſequatur iniuriam, indiſtincte admittitur accuſatus ad accuſandum ſuũ accuſatorem.

Vndecima concluſio.

Criminoſus condemnatus de crimine, quando ex ipſa condemnatione non amittit famam, nec ciuitatem, nec libertatem, in tali caſu erit dicendum, quòd non obſtante tali condemnatione poterit accuſare: ſed ſi amiſiſſet famam, ſed non ciuitatem, nec libertatem; tunc non poterit accuſare; niſi ſuam, uel ſuorum proſequeretur iniuriam, quia tũc poterit. & hoc eſt intelligendum procedere, etiam in criminibus exceptis, in quibus nõ admittitur ad accuſandum: ſi uero ex tali condemnatione amiſiſſet ciuitatem, uel libertatem; in tali caſu non poterit de nouo accuſare quemquam; ſed tantum proſequi iam inchoatam accuſationem.

Duodecima concluſio.

Omnes etiam illi, qui ante litis conteſta-

teſtationem, vel accuſationem aliquod crimen commiſerunt in cauſa criminali criminaliter mota, poterunt repelli ab accuſatione criminali: licet illud poſtmodum pœnitentia deleuiſſent ſalubri, dummodo in præſentiarum probetur ab accuſatore.

Tertiadecima concluſio.

Laici ſunt admittendi ad accuſandos clericos, qñ proſequuntur ſuam, uel ſuorum iniuriam.

Quartadecima concluſio.

Laici poſſunt accuſare tam clericos ſeculares, quàm regulares in caſibus exceptis.

Quintadecima concluſio.

Omnes non admittendi ad accuſationem clericorum ſecularium, de quibus habitus fuit ſermo hucuſq; in præcedentibus concluſionibus, nec debent admitti ad accuſationem clericorum regularium: immo & hoc procedit arguendo a fortiori.

Decimaſexta concluſio.

Accuſator, qui tempore, quo libellũ uel querelam iudici ordinario ſeu delegato porrexit, erat legitimus accuſator, id eſt, nihil crimino ſum, uel opprobrio dignum perpetrauerat illuc uſq;, cuius gratia potuiſſet ab accuſatione legitime repelli, ſi antequam accuſatus ipſe per citationem uocatus fuiſſet ad iudicium, & comparuiſſet reſponſurus libello, uel querelæ, ipſe accuſator ppetraſſet aliquod facinus; licet ab initio accuſationis immunis fuiſſet a culpa huiuſmodi; nihilominus poterit excipi contra ipſum, & accuſatus accuſatorem exceptione criminis illum repellere ab accuſationis proſecutione: quamuis re uera ipſi accuſato accuſatore effecto onus probandi huiuſmodi exceptionẽ incumbat; qua probata, qui prius accuſauerat, nõ erit amplius audiẽdus a iudice: ac per hoc iudex ꝯtra accuſatum huiuſmodi procedere non debebit ad inſtantiam primi accuſatoris.

Decimaſeptima & ultima concluſio.

Conſuetudo in oĩbus curijs hac nr̃a tempeſtate uiget, ꝙ in omnibus fere caſibus per inquiſitionem proceditur, ſeu ex officio, etiam ſi nemo accuſet: & ideo iudices numquam reijciunt querelam ab aliquo porrectam ꝓpter aliquam ex prædictis cauſis, uel alijs, quibus iudices iure ordinario nõ poſſent procedere contra aliquem uigore accuſationis porrectæ ab illegitimo accuſatore: ex quo ipſi iudices, etiam ſine querela partis ex officio hodie ratione dictæ conſuetudinis poſſunt procedere contra delinquentes; quinimo talis q̃rela aperit iudici uiam aſſumendi informationes, & inquirendi ſuper illo delicto; etiam ſi ſit porrecta ab eo, qui de iure cõi accuſare non poteſt, ut quotidie uidetur in practica, ut dixi, obſeruari. bene uerum eſt, ꝙ in locis, in quibus ſeruatur ius commune poſſent ꝑdictæ oẽs concluſiones eſſe ualde utiles, immo & practicabiles. Pariter etiã in locis, in quibus non poſſunt iudices rõne alicuius pragmaticæ, uel priuilegij alicui Vniuerſitati cõceſsi procedere in aliquibus delictis ex officio, prodeſſent inquam, in illis caſibus, in qbus nõ poſſet ꝓcedi; niſi ad querelã partis, q̃ hodie ſuccedit loco accuſationis.

Accuſator contumax qualiter & quando puniendus ueniat.
Cap. III.

Prima concluſio.

Si accuſator abſens ſit per contumaciam, & ueniente accuſato in iudicium in termino ſibi, & accuſatori præfixo a iu-

a iudice; & ipſe accuſator non compareat, ſecundum canones accuſator poſtmodum non audietur; niſi doceat ſe fuiſſe iuſto impedimento detentus :& reus eſt abſoluendus in cauſa criminali criminaliter mota.

Secunda concluſio.

Secundum leges ciuiles accuſator venit puniendus quoque pro ſua contumacia; ſed non ſemper eodem modo: ſecundum uero hanc diſtinctionē, videlicet: ut accuſator citatus fuerit per tria edicta, uel per unum peremptorium; ſi ueniat ad peragendam accuſationem; & tamen fuerit contumax ante litis conteſtationem, locum habet contra ipſum l.qui crimen.C.de his qui accuſ. non poſſ. & ſi terminus ipſi accuſatori a iudice fuerit præfixus, poſtea nō audietur, ſi ipſo termino elapſo comparuerit, ut elicitur ex tex. in l. ſi ea.C.de his, qui accuſ. non poſſ. ſi uero accuſator contumax fuerit lite conteſtata; tunc punietur pœna Turpill. & hoc modo intelligenda eſt l. 1. C. ad Turpill.

Tertia & ultima concluſio.

Licet de iure cōmuni prædictæ duæ concluſiones ſint uetiſsimæ: tamen hodie non ſunt in uſu; ſicut nec hodie citatur reus per tria edicta; ſed ſolum p nuncios cum præcepto comparendi infra tot dies arbitrio iudicis taxandos. in hoc tamen, cum ſit uaria conſuetudo in diuerſis locis, & diuerſa ſtatuta; ideirco illa erunt inſpicienda, & attendēda. neque hodie reo non comparente annotantur eius bona; ſed pro ipſo allegatur aliqua iuſta cauſa ipſum excuſans a comparitione huiuſmodi. nec hodie porrigitur ab accuſatore libellus accuſationis ipſi accuſato coram iudice; ſed proceditur, ut dixi in ultima concluſione capituli præcedentis, Hoc hodie ſeruatur quod fiebat olim, videlicet: quòd accuſator tenebatur præſtare cautionem de proſequenda lite uſque in finem. nec hodie tenetur accuſator ſatiſdare de ſoluendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ: attamen ubi contraria conſuetudo uigeret, illa utique eſſet ſeruanda. ſimiliter hodie, niſi reus expetat a iudice, ut cogatur accuſator iurare de calumnia, numquā obligabitur. neque de conſuetudine ſeruatur, quòd ſi reus comparens ueniret carceri mancipandus, compellatur & accuſator ipſe carcerem ingredi maxime cum receſſerit ab aula inſcriptio illa ad pœnam talionis.

Accuſatus citatus a iudice, & non comparens qualiter ueniat puniendus, & an ſemper citatio continere debeat tenorem accuſationis. Cap. IIII.

Prima concluſio.

Citatio, quæ dirigenda erit citato exiſtenti in remota regione, ac de longinquo a domo iudicis citantis, neceſſario continebit tenorem accuſationis, ſeu delictorum, quæ ab accuſatore fuerunt obiecta in iudicio contra ipſum accuſatum.

Secunda concluſio.

Citatio, quæ facienda erit accuſatis exiſtentibus in eadem ciuitate, in qua iudicium exercetur, uel in alia propinqua ipſi citando, de neceſsitate non debebit continere libellū accuſationis.

Tertia concluſio.

Citatio in cauſa criminali, fuiſſe facta ſufficit in domo, uel Eccleſia per edictum clerici citandi, quandoq; ſe malitioſe occultat; ſiue quia impedit, ne poſsit ad eum citatio peruenire. qua-

quapropter ipſis citatis, licet nō comparentibus, ſic poterit cōtra eos iudex procedere ad diffinitiuam ſententiam.

Quarta concluſio.

Accuſatus, & citatus in cauſa criminaliter mota, ſi fuerit contumax lite conteſtata, puniendus uenit hac pœna de iure canonico, uidelicet: poterit per iudicem procedi cōtra eum abſentem ad ſententiam ferendam, ſi de cauſa liquet, uel liquere poteſt, quādo ſententia eſt exequibilis in abſentem; ſicut eſt in ſententia depoſitionis, uel priuationis dignitatis: nō autem in grauiſſimis criminibus, ubi pœna nō eſt exequibilis in abſentem, ut ſi agitur ad tradendum eum curiæ ſeu iudici ſeculari, uel ad perpetuō eum trudēdum in carcerem: quoniam iſtæ pœnæ æquiparantur pœnæ mortis, nec ſunt exequibiles in abſentem.

Quinta concluſio.

Accuſatus, citatus in cauſa criminali, tam criminaliter, quā ciuiliter mota, lite non conteſtata, uel conteſtata, quando ſumus in minoribus, & non liquet de cauſa, nec liquere poteſt, contumax exiſtens non poteſt condemnari per diffinitiuam ſententiam de crimine de quo fuit accuſatus, nec contra eum recipi teſtes; ſed ſolum poterit excommunicari: tamen ſi perſeuerauerit in excommunicatione per annum, habebitur tunc pro conuicto. quapropter poſt lapſum anni poterit ferri ſententia condemnatoria contra abſentem, ac ſi fuiſſet conuictus: immo tunc habendus erit ſuſpectus de hæreſi; ac contra eum iudex poterit procedere, tamquam contra ſuſpectum de hæreſi.

Sexta concluſio.

Conſuetudo curiarum noſtra tempeſtate obtinuit, ut indiſtinctè ſemper in citatione inſeratur libellus accuſationis ſeu inquiſitionis, & crimina ipſa, pro quibus in ius fuit ille uocatus.

Septima concluſio.

Licet de iure communi fieri debeat diligens inquiſitio per ciuitatem a nūtio de perſona citanda, ut fuit probatum in præcedenti tertia concluſione: tamen contrariū ſeruatur in curijs hodie per introductam conſuetudinem. ſufficit enim, quòd nuncius uadat de directo ad domum citandi, nulla facta prius pquiſitione. debet uero hoc modo fieri citatio, ut reus arctetur ad cōparendum perſonaliter in iudicio eccleſiaſtico, vt ſeruatur ī curia Romana, ſcilicet, ut ſimul & ſemel, quando reus citatur coram teſtibus ad informandū, in domo propria ſaltem relinquatur ibidem copia citationis; non autem cōmiſsionis Alguzerij, & relationis ipſius. debet enim, uel in domo citandi, ut diximus, uel ſi fieri poteſt commode, ipſi citato in manu ꝓpria relinqui; & poſtmodum de huiuſmodi re ſpecialiter in ſcriptis curiæ referat Alguzerius, uel notarius rogatus ab ipſo; & ſibi fidem facientibus teſtibus, ſi dicta citatio fuerit remittenda iudici exiſtenti extra locum domicilij ipſius citati: aliàs ſufficeret Alguzerij tantum relatio.

Octaua concluſio.

Licet præmiſſæ concluſiones quarta & quinta, ſint ueræ de iure communi: hodie tamen de communi & generali conſuetudine totius Italiæ in utroque foro laicali, ſcilicet, & eccleſiaſtico ſeu cānonico, in quantumcumque graui crimine, proceditur contra abſentes, & habentur pro confeſsis ex contumacia, & banniuntur, & in foro ſeculari cōdemnantur etiam ad mortem: quod etiam ſeruatur in Gallia, quattuor tanem

men contumatijs præcedentibus. & ita quotidie practicatur in curijs: idem ēt in Hiſpanijs. in foro uero canonico, in quo non damnatur quis ad mortem; ſed tantum degradatur & traditur curiæ ſeculari, hoc obſeruatur, ſcilicet: ſi quis citatus fuerit contumax, excommunicatur, ut dixi in præcedenti concluſione: & ſi perſeuerauerit in excommunicatione, ac per conſequens in cōtumatia per annum, poſt annum habebitur pro conuicto & confeſſo de illo crimine, quod ſibi imputatur.

Procurator an poſſit interuenire in cauſa criminali publica, uel priuata, criminaliter mota, tam in agēdo, quā in defendendo. C. VII.

Prima concluſio.

In cauſa criminali, tam publica, quā priuata, criminaliter mota, tam in agē do, quàm in defendendo regulariter pcurator non poteſt interuenire.

Secunda concluſio, & prima fallentia primæ concluſionis.

Procurator comparens in cauſa criminali criminaliter mota, in qua nullo pacto erat admittendus, ſi a iudice admittatur; & contra ipſum procuratorem nihil fuerit oppoſitum ante litis conteſtationem, omnia cum eo ac per eum geſta ſunt ualida; nec deinceps poſſunt inualidari.

Tertia concluſio.

Pro perſona illuſtri militante, ſeu ſine ſingulo conſtituta, uel uxore eorū, uel liberis maſculini ſexus, uel fidelibus ſuperſtitibus, uidelicet: patribus, aut maritis illuſtribus, in cauſa iniuriarum criminaliter mota, poteſt interuenire procurator tam pro reo, quā pro actore.

Quarta concluſio.

In accuſationis de ingratitudine ſerui manumiſsi cauſa poteſt procurator interuenire pro utraque parte, quando agitur, ut redigatur in ſeruitutem: licet, ſi ageretur, ut puniatur, non poſsit procurator interuenire.

Quinta concluſio.

Quandocumque agitur in iudicio de crimine criminaliter, & quis iudicio aſtare intendit tamquam principalis; & tamen impeditur comparere per ſe impoſsibilitate facti; quia eſt Vniuerſitas, & huiuſmodi, tunc poterit comparere per procuratorem tam in agendo, quàm in defendēdo ſe ab accuſatione cum ſollemnitatibus neceſſarijs ac ſolitis in congreganda uniuerſitate præmiſsis.

Sexta concluſio.

Quandocumque agitur in iudicio de crimine criminaliter, & quis in dicto aſtare intendit, tamquam principalis; uerumtamen impeditur comparere per ſe impedimento iuris, ut puta, quia eſt monialis, cui a clauſtris monaſterij a iure prohibetur egredi, & ultimo loco per ſacrum Concilium Tridentinum, & olim per tex. in c. 1. extra de ſtatu mona. lib. 6. attamen hoc ſpeciale erit in monialibus, quia ſi iudex poteſt accedere ad monaſterium, debet ibi cauſam agitare: ſed ſi eſſet talis iudex, quem non deceret illuc ire, ut epiſcopus; tunc poterit interuenire procurator.

Septima concluſio.

In cauſa criminali criminaliter mota, de qua in toto hoc capitulo fit ſermo, quando citatus tam accuſator, quā accuſatus poteſt per ſe comparere, & aſtare iudicio; licet non poſsit pro eo inter-

interuenire procurator ad diſputandũ de crimine: tamen bene poteſt ad exceptionem dilatoriam proponendam ꝓ. accuſatorem, uel iudicem, uel hmõi.

Octaua concluſio.

In cauſa criminali, criminaliter mota, procurator poteſt interuenire ad excipiendum, etiam ſi ipſa exceptio cõcernat crimen: ſi tamen illa opponatur in uim dilatoriæ, & aliæ, quæ ante litis conteſtationem opponere aſſoleut: ut puta, qa accuſator eſt infamis, uel excommunicatus, & huiuſmodi; uel quia dicitur accuſatum ipſum fuiſſe alias abſolutum; & huiuſmodi exceptio uera apparet notorie: ſecus ſi eſſet dubiũ de ueritate exceptionis.

Nona concluſio.

In cauſa criminali, criminaliter mota, ſi exceptio eſt huiuſmodi, ut diuiſim a crimine diſcutiatur, hoc modo diſtinguẽdum erit: aut huiuſmodi exceptio infertur ad deciſionem criminis; & nõ poteſt in ea interuenire ꝓcurator: aut non infertur ad criminis deciſionem; & tunc poteſt interuenire.

Decima concluſio.

In cauſa criminali, criminaliter mota, ſi agitur de delicto, pro quo ueniat imponenda pęna relegationis, uel alia, relegatione minor, priuationis dignitatis eccleſiaſticæ, uel ſuſpenſionis ab ordinib⁹, & huiuſmodi; procurator poteſt interuenire tã ꝓ reo, q̃ pro actore.

Vndecima concluſio.

Procurator numquam eſt admittẽdus pro reo, etiam perſonaliter in iudicio conſtituto, ſiue carcerato, in cauſa criminali criminali mota, ad reſpondendum accuſationi, uel inquiſitioni, ſeu interrogationibus, quæ ei fiunt a iudice ſeu ab actuario ſuper delicto, ſiue in primo examine, ſiue in alijs, ſiue in tortura: ſed debet ipſemet reus pſonaliter duci ad bãchum iuris, uel ad locum tormẽtorum, & per ſe ipſum reſpondere. & ita hodie practicatur.

Duodecima concluſio.

Procurator poterit ad alios actus cauſę iuridicos, pręter ſupradictos, admitti in cã criminali, criminaliter mota, ut puta, ad opponendas exceptiones, producenda capitula, & alia faciendum in dicta cauſa, quæ neceſſario requiruntur facienda, ut deducatur ad debitum finem, ſcilicet, ad abſolutionẽ re, uel ad condemnationem.

Tertiadecima concluſio.

Licet concluſio ſecunda præſentis capituli ſit ueriſsima de iure communi, ut probatum fuit in ipſa: tamen hodie conſuetudo obtinuit, quòd omnino ipſa limitetur tali pacto, uidelicet: quòd aut delictum eſt tale, pro quo nõ põt ꝓcedi, niſi ad q̃relam partis; & tũc uera erit ẽt hodie dicta concl. 2. aut uero ex eo delicto poterat ẽt procedi ex officio; & tunc, licet non fuerit oppoſitum, proceſſus factus p procuratorem, qui non erat admittendus, eſt nullus. & dicant quidquid uelint Doctores, conſuetudo ita obtinuit, quòd omnia geſta per procuratorem huiuſmodi in cã criminali criminaliter mota, ubi agatur de pęna corporis afflictiua, ſint ipſo iure nulla.

An ſemper accuſatus poſt ſibi oblatum libellum a iudice, ut antiquitus moris erat, uel citationem ad informandum; ac poſtquam comparuerit coram iudice, ſtatim interrogatus ab ipſo iudice, uel eius actuario ipſius ordine, de delicto prætenſo cõtra ſe, producto iam in iudicio, uel, ut noſtra tẽpeſtate fit, poſt captam informationem contra ipſum, iam citatus comparens teneatur meram ueramque facti ſeriẽ, de quo interrogatur, enarrare ſub pœna peccati mortalis. Cap. V.

Prima concluſio.

Accuſatus, citatus comparens, non ſolum non eſt cogendus fateri ueritatem de delicto prætenſo cõtra ſe ipſum, uel ad ſe purgandum, iuramento mediante; immo abſoluẽdus eſt a iudice, quãdocumque accuſator nihil contra ipſum probauerit.

Secunda concluſio.

Accuſatus poteſt licite recuſare iuramentum, ſibi datum a iudice, de dicenda ueritate ſuper crimen, contra ſe delatum ab accuſatore in iudicium, quãdo nihil fuit probatum contra eum; & pro certo ſcit, hoc ita ſe habere: licet hodie hæc concluſio uideatur non poſſe uerificari; niſi quando iudex eſſet tyrannus: cum hodie nemo citetur ad informandum, ac interrogetur de prætenſo delicto cõtra eum; niſi capta informatione, & cõſtito aliqualiter de delicto per indicia aliqua in actis probata, uel per ſemiplenã probationem, uel per famã probatam, ut fuit probatum ſupra, in concluſione ultima, capituli ſecundi præſentis opuſculi.

Tertia concluſio.

Accuſatus, contra quem accuſator nõ probauit ſemiplena probatione, ipſum accuſatum crimen delatum in iudicium commiſiſſe, aut de illo eſſe infamatum, uel indicia ſufficientia ad præſumendum, dictum accuſatum illud perpetraſſe crimen, non poteſt cogi a iudice ad iurandum de ueritate dicẽda: & ſi cogeretur a iudice, qui nollet iuſtas exceptiones, uel appellationes admittere; at potius, niſi, iuramento mediante, ad interrogata reſpõderet, uellet ipſum punire, tamquam cõuictum uel cõfeſſum, uel torquere; in tali caſu, licet iuramentum præſtet de dicenda ueritate, illam tamen fateri non tenebitur; licet mendacium licite dicere nõ poſſit. ſed reſpondere poterit ipſi iudici uerbis amphibologicis; ita quòd in ſenſu ipſius accuſati uerum ipſe dicat, quamuis non iux. intentionem iudicis; ut ſi, uerbi gratia, tibi accuſato præcipiatur iuramentum deferri de dicenda ueritate ſuper his, de quibus interrogaberis a iudice; & tu coactus, ut uitares pœnam, quam tibi infligere minatur iudex, iures de dicenda ueritate de interrogatis, dicendo in corde tuo, De his dicam, ad quæ fatẽda teneor. quapropter, ſi interrogatus fueris, an tu interfeceris Andream uel aliud tale maleficium perpetraueris, de quo contra te non præceſsit infamia, uel indicia ſufficientia, uel ſemiplena probatio; aut aliquod prædictorum præceſsiſſe & in actis adductum fuiſſe, tibi non fuit patefactum; aut non teneris credere, quòd iudex uerisimiliter cõtra te iuridice procedat, eo quòd habetur iniuſtus & huiuſmodi; aut omnino ignorans; tuta conſcientia poteris reſpondere, Ego non interfeci Andream, uel iſtum hominem, uidelicet: actuarium intelligendo: ſed ſi adhuc iudex inſtaret interrogationib. tibi præcipiendo, ut reſpondeas an occideris illum Andream, de quo quæritur, & in actis ſermo habetur; poteris quoque uti infraſcriptis uerbis amphibologicis, uidelicet, dicẽdo, Ego non interfeci iſtum Andream, de quo me interrogas, domine mi, in mente dicendo, eſſe, ſi occidiſſes pugione, uel baculo, uel ueneno, uel huiuſmodi. Ita quòd uerus ſit ſermo tuus, addita illa conditione. Et ſi de furto interrogaberis centum aureorum, poteris affirmare non furtim ſubſtuliſſe, intelligendo mente mille aureos, uel talis quantitatis, uel qualitatis monetæ diuerſæ ab ea, quã furatus fuiſti, ut ſi centum ducati illi ſublati fuiſſent pecuniæ argenteæ, intelligas dicaſque in corde tuo, aureæ, & huiuſmodi. nec hic talis erit habendus periurus, ſed prudens & timens Deum; neq; peccat taliter reſpondẽdo.

Quarta concluſio.

Accuſatus, interrogatus a iudice cũ iuramento, uel ſine, ordine iuris ſeruato, id eſt, poſtquam fuit ſibi declaratum, uel notificatũ, contra eum in actis probatam fuiſſe infamiam, uel productam ſemiplenam probationem, uel probata indicia ſufficientia; uel non conſtat ſibi pro certo nullum prædictorum præceſsiſſe, tenetur fateri ueritatem; licet exinde immineat ſibi pęna capitalis, alias non confitendo mortaliter peccabit; licet non ueniat puniendus in foro fori pœna periurij, & ſi ſit uere periurus.

An accuſator, non probans obiecta crimina, teneatur ad pœnã talionis, & quid de ipſius pœna inſcriptione, an hodie locum habeat in Italia. Cap. VI.

Prima concluſio.

Accuſator, non probans obiecta crimina contra reum, uenit puniendus pęna calumnię, reo abſoluto; niſi ipſe accuſator apertiſsimis argumentis excuſetur a calumniæ uitio.

Secunda concluſio.

Accuſator, licet puniendus ueniat pęna talionis, ſi non probauerit crimina obiecta, tamen hodie non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, cum huiuſmodi inſcriptio receſſerit ab aula curiarum utriuſque fori.

Finis Indicis tractatuli de accuſationibus.

PRACTICA CANONICA CRIMINALIS D. ALPHONSI VILAGVT A NEAPOLI.

LIB. I. TIT. DE ACCVSAT.

Præludium primum.

Quod quattuor modis agitur de criminibus.

PRAEAMBVLVM PRIMVM.

CONCLVSIO VNICA.

DE criminibus quatuor modis ordinarie cognoſcitur in foro iudiciali, videlicet: vel per viam accuſationis, vel per viã denunciationis, vel inquiſitionis, vel exceptionis. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in c. ſuper his ex: de accuſ. vbi tres recenſentur modi his verbis, videlicet: inquiſitioni noſtræ taliter reſpondemus, ꝙ tribus modis poteſt crimen opponi, denunciando, excipiendo, & accuſando; & in c. qualiter, & quãdo el. 2. de accuſ. additur & quartus modus in §. ad corrigendos, infraſcriptis verbis, videlicet: contra quos, vt de notorijs taceatur exceſsibus, & ſi tribus modis poſsit procedi: per accuſationẽ videlicet, denunciationem, et inquiſitionem. hæc ibi: Probatur & ſecũdo eadem concl. auctoritate doctorum, tum canoniſtarum, tum etiam legiſtarum, quorum ſententias hic non afferam, cũ hanc concluſionem illos amplecti nemini dubium ſit.

c. ſuper his ex. de accuſ.

c qſr & qñ el. 2. ex de accuſ.

De quo crimine poſsint Prælati in foro iudiciali cognoſcere.

Prælud. ſecundum.

CVM crimen dupliciter ſumatur à canoniſtis, videlicet: proprie & improprie; idcirco operæpretium duxi concluſioni afferendę de hac quæſtione ꝑmittere declarationẽ dicti termini, vt dicẽda luce clarius pateant. ſciendũ ergo, ꝙ crimen propriè ſumptum dicitur omne peccatum graue, accuſatione & damnatione dignisſimum, vt habetur in c. apoſtolus 81. diſt. his verbis, videlicet: ſed ait. ſi quis ſine crimine eſt, ſicuti eſt homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, ſacrilegium, & cętera huiuſmodi: crimen autem eſt graue peccatum accuſatione, & damnatione digniſsimũ. hæc in d. canone. & ex hoc crimine procedit accuſatio criminalis: crimen verò imꝓprie ſumptum dicitur omne peccatum ex deliberatione procedẽs, vt in c. hoc de ordinandis. §. debet ordinandus, diſtin. 81. vbi hæc habentur, videlicet, debet ordinandus in epiſcopum, vt apoſtolꝰ ſcribit, eſſe ſine crimine, id eſt, ſine pecca-

ca. Apl's diſt. 81.

peccato mortali. quod non ſolum de Epiſcopo, ſed etiam de quolibet electo ad aliquam prępoſituram eccleſiæ opportet intelligi in dicto canone. his ergo præmiſsis, quæſtioni ſatisfaciam, deo dante, vnica concluſione infraſcripta.

VNICA CONCLVSIO.

PRælatus cognoſcere poteſt in iudicio de quocumque peccato mortali, ſeu crimine commiſſo actu exteriori, ſeu iam deducto exterius. hæc concluſio probatur per tex. in cap. quicumque auſus fuerit. § cogitatio, de pęniten. diſt.1. vbi ſententia Auguſtini canonizata reperitur his verbis, videlicet: cogitatio non meretur pœnam lege ciuili, cum ſuis terminis contenta eſt. diſcernuntur tamen a maleficijs ea quę de iure effectum deſiderant: in his enim non niſi animi iudicium conſideratur. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo auctoritate doctorum. & primo per Glo. in dicto §. & in verſ. cogitatio, & in verſic. ſequenti, vbi hęc habentur, videlicet: cogitatio: ecce ſupponit aliam ſolutionem meliorem prædictæ contrarietatis legum, ſcilicet, quòd voluntas non punitur ab homine, cum ſuis finibus eſt contenta. & hoc caſu intelliguntur auctoritates, quæ dicunt, voluntatem non puniri, ſcilicet, ab homine, & ſubauditur hic. vel ſic cogitatio non meretur, quo ad hominem: alias ſecus: hæc omnia Glo. illa. Speculator quoque noſtræ concluſioni ſe ſubſcribens in principio tertiæ partis infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: & nota, quòd crimen eſt peccatum accuſatione, & damnatione digniſsimum, vt 81. diſt. cap. Apoſtolus in fine, vbi notatur, propter quæ crimina quis ſit deponendus. & 25. diſt. §. nunc autem. & ex hoc procedit accuſatio criminalis: & quandoq; etiam criminis appellatio latè patet complectens omne peccatum ex deliberatione procedens, vt eadem diſt. §. criminis. tunc autem ex crimine ad accuſationem peruenitur, cum illud in actum procedit: alioquin cogitationis pœnam nemo meretur, nec inde accuſatio procedit, vt de pœnit. diſt. 1. c. cogitationis. & eſt arg. in l. 1. ff. de pœn. ac cuſatio ergo actũ deſiderat, ſicut & lex Aquil. damnum, ex quo ipſa actio oria tur. ff. qd' met. cau. hæc Spec. vbi ſupra. probatur, & tertio hac ratione pręſens noſtra concluſio: cum enim nemo debeat puniri à iudice, niſi pro peccato probato in actis; & occultorum tantum Deus ſit cognitor; & eccleſia, id eſt, prælati eccleſiaſtici non iudicent, id eſt, iudicare debeant de occultis iuxta vulgatam illam regulam: eccleſia non iudicat de occultis; inde ſequitur, quòd concluſio noſtra ſit veriſsima, quòd tantum in iudiciali foro ventilentur crimina exteriora. & non interiora.

Marginalia: c. quicũq; auſus di ſtin. 1. — Glo. — Cogitatio ſola non punitur in iudicio. — Specul. — crimen quot... pſt ſũa ſūt.

DE ACCVSAT.

De Accuſationis quidditate. Cap. I.

CVM mihi in præſenti tractatulo ſit verbum faciendum de accuſationis materia, operepretium duxi in præſenti primo capitulo deſcriptionem tradere iſtius termini, ſcilicet, accuſatio, vt reliqua facilius tradi poſsint de eodem ſubiecto: quapropter animaduertendum dico, q̃ varijs vocibus fuit deſcriptus dictus terminus accuſatio: Nam a D. Felino in rubrica de accuſationibus hoc modo deſcribitur, videlicet: accuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictam in iudicio, legitima interueniente deſcriptione; addens quoq; dictus Felinus, q̃ 3
ſic generaliter ſumatur a doctoribus in titulo de accuſ. alio modo accuſatio deſcri-

Marginalia: Accuſatio quid ſit. — Accuſationis deſcriptio prima. — Felinus.

Azo. deſcribitur ab Azone in ſua ſummã. C. de Accuſ. in rubrica, vbi vtitur infraſcriptis verbis, videlicet; accuſatio eſt delatio rei de crimine in libello ad vindictam: & hanc deſcriptionem amplectitur Ang. in ſua ſumma in V̄. accuſatio: in principio, & Syluester in ſua sũma in eod. V̄. in principio. Tertio mo-
3 Dominicus Sotus. do deſcribitur à Dominico Soto in lib. quinto de iuſtitia; & iure quæſt. 5. articulo primo, his verbis vtente, videlicet: accuſatio eſt criminis delatio ad iudicem, veluti ad perſonam pu-
4 blicam, vindicationis gratia. Quarto
S. Tho. modo deſcribitur a S. Thoma in quarto Sen. diſt. 35. articulo 3. in reſponſione ad ſextum, in fine cuius infraſcriptis vtitur verbis ipſe Sanctus, videlicet: Tertio per denunciationem, quam præcedere debet fraterna correptio: verbum ergo Domini intelligitur, quando agitur per viam denunciationis, non
Accuſationis finis. quando agitur per viam accuſationis, quia tunc non agitur ſolum ad correptionem delinquentis, ſed ad punitionem propter bonum commune conſeruandum, quod iuſtitia deficiente periret. Hæc ille Sanctus; cuius mentem in hac deſcriptione interpretando Syluester, & Ioannes de Tabia in eorum ſummulis in veriic. accuſatio, in principio, conſona voce infraſcriptis
5 vtuntur verbis, videlicet: accuſatio ſe-
Diff. accuſat. ex mẽte S. Tho. cundum mentem ipſius Diui Thomæ eſt delatio rei de crimine in libello ad vindictam propter bonum commune: addunt tamen ipſi ſummularij & hæc verba, videlicet: ſecundum aliquos iſta non videtur bona deſcriptio, eo quòd accuſatio quandoq; fit ad bonum priuatum: attamen ipſimet doctores ibidem reſpondentes huiuſmodi obiectioni affirmant ipſam bonam, hac ratione: quoniam in bono cõmuni contineatur quoque bonum particulare; eo quòd bonum commune reſultat ex bonis priuatis, vt patet ad ſenſum. & hæc adduxiſſe ſatis ſint, quo ad quid nominis ipſius vocis accuſationis.

Qui ad accuſandos clericos ſeculares & regulares non ſint admittendi de ipſorum criminibus.

Cap. II.

Accuſatio quando inualidatur ex ſuperuenientia illegitimitatis accuſatoris, concluſione 16.

Accuſati nomen quando dicatur receptum inter reos. concl. 10.

Accuſator non repulſus in principio iudicij an poſsit poſtmodum repelli de iure communi in proſecutione. concl. eadem.

Bigamia interpretatiua quot modis incurratur concl 8.

Bigamiæ ſpecies quotuplex ſit. concl. eadem.

Bigamus quis dicatur. concl. eadem.

Clerici, quibus non eſt permiſſum à iure aſcendere ad ſacros ordines, an poſsint alios clericos accuſare de iure communi. concluſione octaua.

Citatio eſt fundamentum iudici. concluſione 16.

Conſpiratio & conſpirator quid ſint. concluſione 7.

Conſpiratores an admittantur ad accuſationem clericorum criminalem de iure communi, vbi ſupra

Crimina excepta quæ dicantur, concl. 11

Criminoſus qui dicatur quo ad materiã præſentem. concl. 9.

Criminoſus clericus accuſatus de crimine an poſſit ſuum accuſatorem accuſare de alio crimine. concl. 10.

Criminoſus ſemel an poſſit ſemper repelli ab accuſatione criminali clericorum, poſt pœnitentiam peractam. concl. 12.

Conſuetudo in curijs eccleſ. quæ ſit circa modum admiſsionis accuſatorum contra clericos. concl. vltima.

Infames clerici an admittantur ad accuſationem criminalem clericorum, bonæ fa-

ma de iure communi. concl 3.
Infamia iuris canonici quid ſit, & quot modis incurratur, & qualiter tollatur. concluſ.3.
Infamia iuris ciuilis quid ſit, quot modis incurratur, & qualiter tollatur. concl.3.
Infamia facti quid ſit, quot modis incurratur, & qualiter tollatur. concl.3.
Infames clerici infamia iuris canonici an admittãtur de iure communi ad accuſationem criminalem clericorum. concl.6.
Infames clerici infamia iuris ciuilis an admittantur ad accuſationem criminalem clericorum de iure commoni. concl.5.
Infames clerici infamia facti an admittantur de iure communi ad accuſationem criminalem clericorum. concl 4.
Inimici capitales qui dicantur, & an ſint admittendi ad accuſationem criminalem clericorum. concl.2.
Iniuriam ſuam, vel ſuorum quando quis dicatur proſequi. concl.3.
Irregularitas quid ſit, vnde dicatur, & quomodo incurratur. concl.8.
Iuriſdictio iudicis per citationem perpetuatur. concl.16.
Laici quando ſint vel non ſint admittendi ad accuſationem clericorum criminalem. concluſ.13. & 14.
Litis conteſtatio quid ſit. concl.16.

EXpeditis his, quę adducẽda videbãtur in traditione declarationis iſti' termini, Accuſatio quid ſit; meritò agendum videtur ſubſequenter de qualitate accuſatorũ. quapropter in præſenti capitulo ſermo erit habendus de his, qui ad aliorum crimina accuſanda non erunt admittendi: quòd ex notitia ipſorum quàm facillimè poſsumus deuenire in perfectam ſcientiam ac notitiã ipſorum, qui debent admitti: iux. Philoſophum: cognito vno de contrarijs cognoſcitur & reliquum: attamen, antequam ad cõſtituendas concluſiones pro præſenti queſtione deueniã, lectorẽ certiorẽ reddam, me prius ipſas conſtituturum concluſiones, ac illas probaturum: ac deinceps ſub vnaquaque ipſarum allatarũ ea, quę videbũtur opportuna pro declaratione terminorũ cõtentorũ in illis, pro maiori elucidatiòne ipſarum concluſionum adducenda quoq; erunt.

PRIMA CONCLVSIO.

LAici ad accuſandos criminaliter clericos regulariter non ſunt admittendi; licèt ipſi clerici ſint reſperſi aliqua ĩfamia, & ipſi laici ſint bonæ famę de iure cõi. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per arg. in cap. cum P.manconella. extra de accuſ. vbi habentur hæc verba relata ipſius Alexandri III. videlicet; cum P. manconella presbyter ex vna parte, & Bonus presbyter, & I.Bonus cocti laicus frater eius ex altera in noſtra eſſent præſentia conſtituti, eundem I. quia laicus erat in dicti P.acccuſationem non duximus admittendum, cum præfatus B. eumdẽ P. ſuper crimine ſimoniæ conſtantius accuſaret. Nos eum, quia in teſtimonium illius cauſæ adductus fuerat; & quia prædictus I.frater eius ipsũ P.coram te prius accuſauerat, ab accuſatione repulimus; præſertim cum frater P. memoratum B. antea de cauſa conſimili accuſaſſet: vnde, quoniam vnus poſt alterum prædictum P. inſtanti viciſsitudine accuſabat, neutrum ad eius accuſationem admiſimus: ſed vtrique præsbytero de obiectis criminibus purgationem duximus indicendam. Ideoque mandamus, quatenus vterque illorum cum tribus ſacerdotibus faciat ſe purgare. hęc omnia in dicto canone: ex cuius verbis elicitur, quod laici non admittuntur ad clericorum accuſationem, etiam reſperſorum aliqua infamia, eò quòd ſi dicti nominati clerici non fuiſſent aliqua notati infamia in actis probata, non utiq; Summus Pontifex illis indixiſſet purgationẽ canonicam, prout indixit illis

c. cũ P. ex. de accuſ.

Auctoris

vt in dicto canone patet: quoniam, licet quis millies ſit accuſatus, nunquam illi indicienda erit purgatio, ſed abſoluendus, niſi aliquid contra eum fuerit probatum, vt omnibus doctoribus eſt in confeſſo: probatur quoque noſtra concluſio per argumen. multorum canonum infraſcriptorum, in quibus prohibentur laici clericos accuſare ſimpliciter, nulla facta mentione de infamia, vel bona fama clericorum: qua propter iuxta regulas iuris in cap. odia. de reg. iur. in ſexto. Vbi dicitur: Odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari, quòd hæc noſtra concluſio ſit fauorabilis, per ſe patet: quapropter aſſeuero dictum canonem in cap. cum P. probare noſtram concluſionem, quamuis obſcure tamen; quia quando iura partium ſunt obſcura, pro reo magis iudicandum eſt, quàm pro actore, vt in cap. cum ſunt. de reg. iur. in ſexto. his rationibus ergo præmiſſis dico noſtram concluſioſionem probari quoque infraſcriptis iuribus, & primo per tex. in cap. nullus laicus. 2. quæſt. 7. Vbi Silueſter Papa infraſcripta ſtatuit: Nullus laicus audeat clerico crimen inferre. & in c. ſequenti Marcellus Papa dixit: Laico non liceat quemlibet clericum accuſare: hæc omnia in dictis iuribus. idem habeť in cap. de cetero. extra de teſtib. infra relato. Probatur & ſecundo præſens concluſio authoritate Gloſæ in d. c. cum P. in prin. vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nota quòd laici in accuſationem, vel teſtimonium clericorum non ſunt admittendi: & hoc regulare eſt. hæc ibi glo. illa. Specul. quoque in tertia parte, in tit. de accuſat. §. tertio videndum. in ver. ſed nec laici. ſubſcripſit ſe noſtræ concluſioni: loquendo enim in caſu noſtro infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: Sed nec laici eos accuſant, niſi ſuam, vel ſuorum proſequantur iniuriam, vt in cap. de cetero. extra de teſtib. hæc illė. Panor. quoque noſtræ ſubſcripſit

c. nullus laicus. 2 q. 7.

Glo.

Spec.

Pan.

concluſioni in d. c. cum P. col. 1. in V̄. Nota ult. vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nota vlt. laicum repellendum ab accuſatione clerici, etiã ſi clericus ſit infamatus. hæc ille ibi: & in V̄. in glo. prima, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nota hanc glo. & colligendo totã materiam diſtingue, faciẽdo tria membra, ꝙ aut quæritur, nunquid laici poſſint accuſare clericos, item numquid clerici clericos, & nũquid laici laicos: Quo ad primum membrum diſtinguo, ꝙ aut laicus vult accuſare clericum criminaliter, aut ciuiliter: primo caſu regulariter non admittitur, etiam ſi laicus eſſet patronus eccleſiæ, vt not. glo. in c. in ſumma. 2. q. 7. & eſt ratio huius prohibitionis, quia laici præſumuntur ex odio accuſare clericos, vt 2. q. 7. c. laicos. & c. laici. item quia debent clericos reuereri, tãquẽ patres. 2. q. 7. c. oues, & c. ſacerdotes. fallit hæc regula in caſibus, vt ſi laicus vellet proſequi iniuriam ſuam, vel ſuorũ, vt in c. de cetero. eẋ de teſti. hæc ille ibi. qui rurſus, col. 2. in ver. in ea. glo. in fi. infraſcriptis verbis noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni, videlicet, licet hæc ſolutio ſit vera in ſe, non tñ congruit literæ, quia Papa repellit eum, quia laicus eſt, non quia inimicus. Ideo Inno. ſoluebat aliter, ꝙ forte iſte accuſator erat malæ famæ, vel ſecundum Vincen. tẽpore, quo fuit iſte repulſus, non erat iſte clericus infamatus, ſed ex his, quæ poſtea ſurrexerunt in iudicio, ſurrexit infamia: & hæc eſt ratio melior: hæc Panor. vbi. ſ. Dñs quoque Fel. in d. c. cum P. col. 2. probat laicum non admittendum ad accuſationem clericorum criminalem. præſenti quoque cõcluſioni ſe ſubſcripſit Pet. Folerius in ſua Pract. canon. crimin. ſub titu. de accuſatione porrecta in cap. 4. nu. 43. infraſcriptis verbis vtens, videlicet: An laici poſſint accuſare clericos, & angularem eſſe lapidem in c. cum P. Manconella. nemo eſt, qui negat non poſſe, addictio tex. eſt in c. laicos. & c. ſicut. 2. q. 7. Idem Archid. in c. 1. 2. q. 7. Felin.

vbi plures ponit rationes: quibus non liceat laico clericum accuſare. Franc. Ant.Mona. Verum,ne prodigaliter illũ tex. expendas,illud ſcito verſutæ practicæ, ꝙ criminaliter non poſſe laicũ accuſare clericum omnes admittunt regulariter.tum,quia laici præſumuntur ex odio accuſare clericos, vt 2.q.7. laicos,& c.laici, tum,quia illos debent reuereri,tamquam patres,ut in c.oues 2.q.7. & c.ſacerdotes. Hæc Doctor ille, qui ſupra,quem ſequitur Iulius Clar. nouiſſ. practichiſta criminalis noſtra

Iulius Clarus. tempeſtate in ſua pract. crim. lib.2. §. fin.quæſt.14.col.13.in ℣.propter reuerẽtiam, vbi infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet:propter reuerentiam dixi ẽt, aliquos repelli ab accuſando: puta, ſi laicus uelit accuſare, uel denuntiare criminaliter clericum de aliquo crimine:non enim admittitur,niſi ſuam, uel ſuorum, &c.& hæc eſt communior opinio, vt dicit glo.in c. ſumma.q. 7. glo. vnica; & hoc omnes admittunt; & ẽt habet locum in clericis primæ tonſuræ,licèt hoc in diſſuetudinem abierit, ut atteſtatur pract. Caſſo. 99. nu.5. adde etiam, quòd neque admittitur laicus ad proponendum crimen ciuiliter contra clericum; & eſt communis regula,ut ait Felinus in c. ex parte nu.6.& ſequenti ex̃ de teſtibus. Hæc ille Doctor. Probatur & tertio rationibus iam adductis.

SECVNDA CONCLVSIO.

INimici capitales,tam clerici, quàm laici, & cohabitantes cum eis non ſunt admittendi ad accuſationem clericorum criminalem, etiam in caſibus exceptis de iure cõmuni. Hæc concluſio probabitur duplici modo, præmiſſa tamen intelligentia ipſius. Primus ergo terminus declarandus hic

Inimici capitales qui dicũtur. Pan. erit; videlicet, qui dicantur inimici capitales;ſecundus verò, quæ crimina dicantur excepta. & de primò ſciendum quòd Pan. in c. cum oporteat. extra de Accuſ.col.2.in ℣. in glo. in ℣. inimicos,infraſcriptis vtitur uerbis,uidelicet:Nota glo.ad quam quotidie fit remiſsio. Et primo inquantum dicit, quòd inimicitiæ capitales, ſeu graues ſunt, quæ ſunt de ſtatu hominis, uel bonis eius;vide glo.in l.licet.ff.de arbi. & auct.deteſt. §. ſi verò, ubi glo. dicit, ꝙ inimicitiæ capitales ſunt: cum quis alicui minatur mortem, uel cum odit, uel mortem deſiderat, vel qui accuſauit eũ criminaliter; & idem dicit quãdo eſt quæſtio de omnibus bonis, uel maiori parte,arg.in c.frequens. de reſtitu.ſpoliat.lib.6.Nam bona temporalia ſunt vita hominum l.Aduocati.C. de Aduoc. diuer. iudi. & ideo in hoc iuditio multum uerſatur arbitrium. Item aduerte, ꝙ ad repellendum quẽ prætextum inimicitiæ non ſufficit, ꝙ ſit facta reconciliatio, dummodo ſit recens:quia inimico de recenti reconciliato non eſt credendum, ut eſt textus bonus.3.q.5. c.2. hæc omnia Pan.vbi.ſ. qui & in c.cum P.ex̃ de accuſ.nota primo, infraſcriptis vtitur verbis,videlicet: Nota Primo, ꝙ uolens teſtificari contra aliquem in cauſa criminali præſumitur eius inimicus, & propter hoc poteſt poſtea ab eius accuſatione repelli:ex quo infero, ꝙ ex tali teſtificatione, ſeu ex conatu ipſius teſtificationis oritur inimicitia capitalis; nam aliàs non repelleretur ab accuſatione, vt dixi in d.c. repellantur,infra eo.hæc Pan.ibi qui & in ℣. Nota ſecundò, infraſcriptis utitur uerbis,videlicet:Nota ſecundo, ꝙ ex accuſatione criminali nedum oriuntur graues inimicitiæ inter accuſatorem, & accuſatum, ſed etiam inter accuſatum, & fratrem accuſatoris, ꝙ nota: ex quo nota, quòd inimicitia contracta cum uno ex attinentibus tranſit ad alios propinquiores in gradu. hæc Pan.vbi.ſ.& hæc adducta ſufficiãt ad cognoſcendum, qui dici poſsint inimici capitales. Modo deſcendendo ad ſecundum declarandum terminum in concluſione adductum

ctum

crimina excepta dicãtur. ctum dico, ꝙ criminum exceptorum appellatione nõnulla crimina ueniũt, & primo: crimen læſæ maieſtatis humanæ, de quo crimine habentur. 6. q. 1. c. ſi quis cum militibus. ex̃ de hæretic. c. vrgentis. ex̃. de ſimonia. c. licet heli. ℣. alijs inſtit. de pub. iij. §. 2. & ſupra. item ꝙ eſt mulier, ubi de hoc. Secundò: crimen perduellionis, ꝙ eſt ſub crimine læſæ Maieſtatis, uel fortè, & de hoc habetur. ff. ad l. Iuliam ma. l. ſi. & illud committitur in principem, uel in aliquem de eius latere: ut not. in Inſt. de hę. quę ab inteſt. defer. §. interdum. Tertiò: Crimen hæreſis, ut in d. c. vergentis, &c. eodem l. Manicheo. Quartò: crimen Simonię, quod eſt maius. 1. q. vlt. c. patet, & in d. c. licet heli. & eo. titu. c. Tanta. 15. q. 3. c. ſanè. C de Epiſcop. & cleri. l. ſi quamquam. ℣. cum ſanè. Quintò eſt crimen ſacrilegij. C. eodem l. ſi quis inter 17. q. 4. §. quia autem. 2. q. 1. c. in primis, ver. de perſona Ianuarij. Sextò crimen ſecundum quoſdam fraudati cenſus, quod committit, qui furatur pecuniam publicam ſibi cõmẽdatam. Septimò crimen fraudatæ annonæ ſecundum quoſdam, quod committitur, cum portitores furantur uictualia ad exercitũ a Republica miſſa. arg. 2. q. 1. c. Prohibentur. ℣. mulierẽ, vt ibi not. Octauo crimen delapidationis, ut in d. c. licet Heli. ℣. Alijs 3. q. 2. c. quia ea, & 13. q. 2. c. Non liceat; Et ex̃ de Rebus eccl. non alien. c. ſi quis præsbiterorũ. C. vbi de crimine agi opor. l. 2. & 2. q. 7. c. quapropter. hos omnes caſus enumerat Specul. in prima par. tit. de accuſat. col. ult. Et quoniam, quæ ait idem Specul. ueriſsima ſunt, & probantur eiſdem iuribus adductis, nolui circa idem referre Doctorum aliorum uota, cum ſint ferè eadem cum prædictis. His ergo omnibus in mediũ productis pro intelligentia illorum duorum terminorum, quos noſtræ concluconcluſ. pbatio. ſioni inſerui, ad probationem concluſionis deſcendens, dico illam probari duplici modo. Probatur enim primo, tex. in c. Meminimus. extra de accuſ. vbi hæc ſtatuit Alexander III. Papa, videlicet. Meminimus tibi mandaſſe, vt C. Abbatiſſæ, cuius electionem confirmauimus, munus benedictionis impẽdere ꝓcurares; ſed quia H. pro altera parte a te ad noſtram audientiam appellauit, proponens, ꝙ de ſimonia accuſaret eandem, mandatum noſtrum diſtuliſti effectui mandare: quia uerò te non decet in hac parte app. eiuſdem H. deferre, cum idem illius manifeſtus fuerit inimicus, & contra eam teſtimoniũ tulerit, mandamus, quatenus, cum inde fueris requiſitus, præfatæ abbatiſſæ munus benedictionis nõ differas impartiri. hæc omnia in d. canone. Probantur quoque arg. eorum quæ dicũt, in c. licet Hely. & c. per tuas ex̃. de ſimonia. in dicto enim c. licet Hely. in fine, hæc habenť; videlicet. Ne uerò uel innocẽtiæ puritas confuſa ſuccumberet, uel ſimoniæ prauitas effugeret impunita, nos ęquitate pẽſata illas dumtaxat exceptiones oppoſitas probãdas admiſimus, quæ probatę nõ de zelo iuſtitiæ, ſed de malignitatis fomite procedere uiderentur. hæc ibi, & in c. ſeq. per tuas. §. Nos uerò, infraſcripta habentur, vcꝫ. Nos vero ne innocentiæ puritas confuſa ſuccumberet, uel ſimoniæ prauitas effugeret impunita, illas dũtaxat exceptiones pro bandas admiſimus, quibus forte probatis teſtes, non zelo iuſtitiæ, ſed malignitatis fomite proceſsiſſe cõſtaret, ut conſpirationes, & inimicitias capitales. ceteras autem exceptiones, & c. hæc omnia inter alia in d. canone habentur: & notandũ, ꝙ licet in d. canone habeať tm̃ mẽtio de teſte. tñ idẽ dicendũ eſſe de accuſatore, tũ Doct. canoniſtæ aſſeuerãt; tũ ẽt tex. ĩ c. de cetero ex̃ de teſtibus elicit, ubi in caſu nr̃o æquiparanť accuſator, & teſtis, ut ĩfra loco ſuo copioſius ꝓbabiť. ꝓbať quoq; pñs cõcl. p arg. in c. cũ P ex̃. de accuſ. cuius uerba retuli in ꝓced. concl. quapp hic eadẽ non repetam. Hæc eadem noſtra

c. Meminimus extra d accuſat.

ca. licet Heli. & c p tuas. extra de ſimonia.

Cum P. extra. de Accuſat.

c. repellantur. extra d. Accuſ. cõcl. probatur p tex. in c. Repellantur, & c. cum oporteat, ex̃ de Accuſ. arguendo à fortiori &c. quòd in d. c. Repellantur. īfraſcriptis uſus fuit verbis Stephanus Papa, videlicet: Repellantur ab accuſatione cohabitantes inimicis: quia infeſtationes blaſphemiæ affectio ſolet amicitiæ incitare: hæc in dicto canone; & in d. c. cum oporteat. inter alia hæc hñtur, videlicet, ꝙ ſi ad inquiſitionē fuerit ꝓcedendum, ꝓdictos, vel alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec ad proſequendam Inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimonium contra ipſum Ep̃m admittatis. hæc ibi: ex quibus patet argum. a fortiori, quoniam multà, & maiora requiruntur, & maior pena punitur quis per uiam accuſationis, quàm per viam inquiſitionis, & tamen non admittitur proſecutor inquiſitionis inimicus: quanto ergo magis admittendus non erit accuſator inimicus: At quoniā omnia hæc apertius probabunt per recitandas ſic Doctorum ſentētias ad illas recenſendas accedens dico: quòd noſtræ concluſioni opitulata eſt glo. in d. c. cum P. circa princ. ubi inter alia infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: In his caſibus, vcꝫ. exceptuatis, quos paulo ante enumerauerat, & conſimilibus admittunt, ſi bono zelo, & non ex odio procedant, quia tunc, nec ad accuſandum, nec ad teſtificandum admittuntur: infra de ſimonia c. licet heli. & c. per tuas: & infra ēt. c. meminimus, & c. cum oporteat. Inimici in nullo caſu admittūtur. hæc ibi: & in d. c. Repellantur. Glo. infra dicit: videlicet: Cohabitantes; non ſolum inimici, ſed eis cohabitantes repelluntur; quia ex hoc inimici preſumuntur. hæc ibi: & eadē glo. in d. c. cum oporteat. in ꝟ. Inimicos, infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet, inimicos: Patet hic quòd inimici, nec ad proſequendam inquiſitionem, uel ad teſtimoniū admittuntur: vel ad denunciandum, vel accuſandum. hæc ibi. Probatur quoque præſens concl. Specul. authoritate in 3. parte tit. de Accuſ. §. Tertio videndum in ꝟ. ſuorum aūt: vbi inter alia ſic dixit: videlicet. Et & niſi in criminibus exceptis: in illis enim laici contra laicos admittuntur indiſtincte: nec repelluntur obiectu criminis, uel infamiæ, niſi ſint conſpiratores vel inimici capitales: qui in nullo caſu audiuntur, nec contra laicos, nec contra clericos, ut ex̃ de ſent. & re iud. c. cum I. & A. extra de ſimonia c. licet heli. & c. per tuas: Quæ autem ſint excepta crimina, vide ſupra de Accuſato. lib. 1. prope finem, in col. fin. in ꝟ. in ſumma, vbi poſt enumerationem caſuum exceptorum infraſcriptis utitur verbis, videlicet: ſed nec in præmiſsis caſibus capitales inimici admittūtur. hæc ibi ille. Hoſt. quoque in ſumma eod. titu. in §. quis poſsit accuſare. col. 3. in fine ſe ſubſcribens noſtræ concl. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Ergo inimici, & ſuſpecti repelluntur, vt 3. q. v. quia ſuſpecti, & cohabitantes inimicis, ſeu amici inimicorum, quia infeſtationes blaſphemię affectio ſolet amicitiæ incitare: vt infra eod. c. Repellantur, & c. cum oporteat. ſed quæ inimicitiæ repelluntur? dic iſtud arbitrarium eſſe: quia, & in fraudē hoc poteſt quis aſſerere. hæc omnia Hoſt. Panor. quoq; multis in locis ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, & primo, in c. Meminimus extra de Accuſ. col. 2. in ver. Nota quarto, ubi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Nota quarto, quod inimicus nedum repellitur ab accuſatione, ut in c. cū P. eod. titu. ſed etiam ab exceptione voluntaria, & dicitur exceptio voluntaria, quando non moleſtatus venit ad iudicium, ſed ſponte ſe oppoſuit, ut faciebat iſte, nec prætendebat aliquid ſpirituale: hæc enim exceptio uoluntaria in multis habet vim accuſatoris, ut not. Inn. in c. ſuper eo, & in c. dudum. el 2. de elect. & in c. cum inter: & in c. dilecti: de exceptione. item nota, quòd manifeſtus inimicus debet repelli ex iudicis officio: hæc Panor. vbi ſupra, qui & in d. c. repellantur. in prin. probat

[Margin notes: Gloſ. — Spe. — Hoſt. — Panor.]

repel-

repellendos ab accuſatione non ſolũ inimicos, ſed cohabitantes eis quoq;. & in d.c.cum P. col.1. in ver. item colligi. infraſcriptis verbis ſe noſtræ concluſioni ſubſcripſit, videlicet: Item colligi poteſt ſingulariter ex textu iſto, ꝙ de iure canonico adeo inimici repelluntur ab accuſatione, vt etiam contra infamatos non admittantur: etiam in criminib' exceptuatis, quod tene mẽti: & facit.c.per tuas. de ſimonia. & in d. c.cum oportet. col.1. in v. Nota quòd non ſolum inimici repelluntur ab accuſatione, & ab accuſando, vt dixi in c.1. ſupra eo. ſed etiam a denuntiando, & ab eam proſequendo. Item quòd conuerſantes cum inimicis, & conſanguineis inimicorum, & ibidem idem Panor. in col. 2. in V̄. in glo. in V̄. inimicos. probat, ꝙ inimicitiæ capitales ſemper repellunt accuſatorem, ſed reliquæ inimicitiæ non repellunt ipſo iure, ſed arbitrio iudicis. hæc omnia Panor. in dicto cap. cum oporteat, qui & in d. c.1.eх̄ de accuſat. col. 2. in V̄. circa tertiam. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Circa tertiam, & vltimam qualitatem, ſcilicet inimicitiarum dico ſic, quòd de iure ciuili inimicus non repellitur, ita ſentit glo. in l.qui accuſare. ff. eod. & induco pro illa gloſa: quia hoc non reperitur iure cautum, ergo &c. Item ex accuſatione oriuntur graues inimicitiæ: facit.c.meminimus. de accuſat. ſed de iure canonico ſecus, aut in iuribus hic allegatis in glo. ſed debent eſſe inimicitiæ graues, non leues: hæc Panor. vbi ſupra. Dominus quoque Felinus ſe ſubſcripſit noſtrę cõcluſioni multis in locis, & primo in d.c.repellantur. col. 2. in ver. Nota ſecundo; infraſcriptis verbis vtens, videlicet: Nota ſecundo ex iſto tex. quòd inimicus repellitur ab accuſãdo. c.meminimus. & in c.veniens. infra eod. hæc ille vbi ſupra, qui & in c.cum R. extra de accuſat. col.2. in ver. vltimo nota. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Vltimo nota, ꝙ inimici adeo repelluntur de iure

Felin.

canonico, quòd etiam non admittantur in criminibus exceptuatis. hæc ille, vbi ſupra: & idem in c. cum oporteat. extra de accuſ. col. 6. & 7. affert ad ꝓbandum noſtram concluſionem, & inter alia in V̄. item adde Archid. qui ponit multa in c.2. 3.q.5. & ibi dixit, ꝙ ne dum inimicus repellitur ab accuſatione, ſed etiam ab exceptione, & allegat. c. meminimus. de accuſat. hæc ille, cui Archidiaconus, vbi ſupra, fauet ſe ſubſcribendo quoque noſtræ concluſioni. Nec non Iulius Clar. in ſua pract crim. in tit. de accuſatione porrecta. in c.4. nu. 43. in V̄. vlterius dixi. præſenti concluſioni conſentiens infraſcriptis verbis vtitur, videlicet: Non nulli repelluntur ab accuſando, quia lex de eis plene non confidit, prout eſt inimicus: ſcire tamen debes, ꝙ hoc nõ omnino abſolute procedit: ſed diſtinguendum ſecundum qualitatem inimicitiæ: non enim ex quolibet odio quis eſt prohibendus, ne alium accuſet ſecundum Vinc. in c. repelluntur. de accuſat. quem ſequuntur communiter Docto. vt dicit Hier. poſt Ang. de maleſi. in V̄. & ad querelam. poſt num.37. alias pauci eſſent, qui poſſent accuſare. certum eſt enim, quòd nullus amicus alium ſibi amicum accuſat, ſed ſemper accuſationem præcedere ſolet animorum offenſio: ceterum ſi eſſet inimicitia capitalis, repellendus eſſet vtique ab accuſando talis inimicus, & ita communiter tenetur, & ſeruatur, vt dicit Ang. in loco prius alleg. num.36. vbi etiam Hieron. in apoſtil dicit, ꝙ ita tenent communiter Doct. Hanc etiam dicit eſſe communem opinionẽ Berous in d.c.1. num.47. & ſeq. de accuſat. talis enim præſumitur potius accuſare ad priuatam iuſtitiam, quàm zelo iuſtitiæ. hoc tamen intellige, niſi propriam iniuriam proſequeretur. tũc enim nullo modo eſſet ab accuſ. repellendus. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, & quæ non, relinquitur arbitrio Iudicis. hæc ille Doct.

Archid.

Iul. Cla.

Ter-

TERTIA CONCLVSIO.

CLerici infames, atq; periuri non ſunt admittendi ad accuſationē criminalem clericorũ bonæ famæ. hæc concluſio probatur hic breuiter duplici modo, cum per tres ſubſequentes concluſiones perfectiſsime probatur: Probatur ergo primo per tex. in cap. infames 3. q. 7. in quo canone Stephanus papa ſcribens Hilario infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet: infames eas perſonas eſſe dicim⁹, quæ pro aliqua culpa notantur infamia: ideſt omnes, qui chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſ. contemnunt, ſimiliter fures, ſacrilegos, capitalibus criminibus irretitos, ſepulcrorum quoque uiolatores, omnes qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur, inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, ueneficos, adulteros, de bellis publicis fugientes, qui indigna loca tenere ſibi petunt, facultates eccl. auferentes iniuſtè, calumniatores fructum, accuſantes, & deficientes in probando, prouocantes animum Principum ad iracundiam aduerſus innocentem, omnes excom. expulſos ab eccleſia p ſuis ſcelerib⁹: omnes, quos eccleſię leges, vel ſeculi infames pronuntiant. Hi nimirum omnes, nec ſerui ante legitimam libertatem, nec pęnitentes, nec Bigamineq. qui curię deſeruiũt, uel ſunt nõ integri corporis, aut ſanam non habent mentem, uel intellectum, aut inobedientes ſanctorum Patrum decretis exiſtunt, aut qui furioſi manifeſtantur. Hi omnes, inquam, nec ad ſacros gradus debent prouehi; nec iſti, nec ſuſpecti, nec liberti, nec rectam fidem, uel conuerſationem non habentes ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare, nec ad accuſationem, ſeu teſtimonium nullatenus poſſunt recipi: hæc omnia habentur in d. c. infames. Probatur & ſcdò authoritate doctorum omnium in d. cap. infames. Nec non & Specul. qui in lib. 3. titu. de accuſ. §. tertio uidendum, in V. in clericorum autem accuſatione infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet. Dic ꝙ nullus admittitur ad hanc, niſi ſit clericus, & niſi ſit, uel eſſe poſsit illius ordinis, cuius eſt accuſatus; hinc eſt, ꝙ Bigami irregulares infames non poſſunt eos accuſare, ut 2. q. 7. cap. omnes uerò; hæc ille. Hoſt. quoque in ſua ſumma ſub eod. titulo. §. Qui poſsit accuſare, circa finem, infraſcriptis utitur uerbis uidelicet. Si uerò clerici ſint criminoſi, uel infames tales non admittuntur, niſi & clerici ſint malæ famæ, quia tunc admittuntur, niſi ſint inimici, quia tũc non admittuntur, ut colligitur infra eod. cap. cũ P. hæc Hoſt. ubi ſupra Pan. quoque noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni cap. cum ſupra. ex̃ de Accuſ. col. 2. in V. tertium membrum; ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: tertium membrum fuit: Nunquid clerici clericos poſsint accuſare; & dic, ꝙ ſi ſunt bonæ famæ poſſunt accuſare etiã eorum ſuperiores, ut in c. ex parte, & c. ueniens, & c. licet infra eod. ſi uero ſũt malæ famæ non admittũtur, & in cap. cum dilectus infra eod. niſi in exceptis criminibus, quia in illis admittuntur etiam contra non infamatos. Hæc Pan. cui adſtipulatur Felin⁹ in d. cap. cum P. col. 3. in proprio in V. modò utrum: pręſenti quoque cõcluſioni ſe ſubſcripſit Follerius in ſua Pract. Canon. crimin. ſub tit. de Accuſ. porrecta in c. 4. n. 37. infraſcriptis uerbis utens, uidelicet. Secundo caſu clerici bonæ famæ poſſunt, ne dum accuſare clericos ſimplices, ſed etiam eorum ſuperiores, ut in cap. ex parte, & cap. ueniens. ex̃ de Accuſ. ſi uero eſſent malæ famæ non admittuntur etiã contra infamatos; & in hoc ſecundum eum differunt à laicis, & cum hac doctrina D. Abbatis tranſit Sande. ibidem, dicit tamen unum uerbum, quod conſilium eſt, quando clericus uult accuſare, ut non dicat accuſo, ſed conquæro ſecundum Io. And. in

[Marginal notes: c. infames. 3. q. 7. — infames de iure canonico qui dici poſſint. — Specul. — Hoſt. — Pan. — Felinus. — Follerius.]

2.cap. de homicid.in 6.Attamen hodie eſt expeditum, ꝙ ſiue per uerbum cõquæro,ſiue accuſo, poterit accuſare; hæc ille. cui adſtipulatur Iulius Clar. ubi ſ in ſua pract.crimin.li.5.§.fin.q.14. col.13.in V.ſecundus caſus eſt, infraſcriptis utens uerbis, uidelicet, quando loquitur in criminoſo nondum accuſato:ſed tamen de ipſo crimine iam diffamato;& tunc, ſiquidem crimẽ eſt tale, ex quo non reſultat infamia,non eſt de huiuſmodi diffamatione curandum. Si uerò ex tali diffamatione effectus eſt infamis,uidendũ eſt generaliter; nunquid infamis poſsit accuſare;& in hoc ſcias eſſe diſtinguendum inter infamiam iuris, & infamiam facti; nam infamis infamia iuris prorſus repellitur ab accuſando, tam de iure ciuili,q̃ de iure canonico.c.infames; 6.q.1.l.qui accuſare.C.de Accuſ. & hæc eſt cõmunis,& indubitata concl.ut dicit Hieron. poſt Ang.de Malefc.in V. & ad querelam poſt nu.23.infamis autem infamia facti de iure canonico repellitur ab accuſando: ſed de iure ciuili admittitur; & ita tenent communiter doctores,ut dicit Berous in d.ca.1. nu.44.hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Hieron. in loco præ alleg.quem refert Viuius in lib.communium opinionum in V. Accuſare non poteſt. Hæc ille Doctor.

Iul. Claras.

QVARTA CONCLVSIO.

INfames infamia facti repelluntur ab accuſando clericum criminaliter de aliquo crimine de iure cõmuni canonico, licet admittantur de iure ciuili,& de conſuetudine uniuerſali utriuſque fori, eccl.ſcilicet, & ſecularis. Hac concl.uerißima eſt,& probabitur triplici modo, poſtquam tria notabilia adduxerimus in medium; & ſunt hæc. Primum notabile erit,quotuplex ſit infamia. Secundum,in quibus caſibus incurratur unaquæque earum, & quid ſit. Tertium quibus modis unaquæque earum tolli poſsit. Circa ergo primũ notab.ſciendũ breuiter,triplicẽ eſſe ſpeciem infamiæ: Alia,quæ dr̃ infamia facti; alia,q̃ dr̃ infamia canonica, ſiue introducta de iure canon.alia,q̃ dr̃ infamia iuris ciuilis, ſeu introducta de iure ciuili,& hęc ſufficiãt,quoad primũ notabile; quo uerò ad ſecundũ,memoriæ erit cõmendandũ, ꝙ infamia facti, quę alias, & cõgruẽtius dr̃ infamatio; eſt opinio grauata, ac mala,habita de aliquo ꝓ aliquo crimine cõmiſſo, uel ꝓtenſo contra illũ apud graues & bonos uiros,ex aliquib⁹ inditijs orta.Quapp peroptimè Dynus cap. infamib⁹ de reg.iur.in 6.in enucleatione huius termini infraſcriptis utitur uerbis,uidelicet, infamia uerò facti appellat̃,quæ grauat opinionẽ apud bonos, & graues; & illa contingit multiplr̃,uel quia damnatur quis actione,ex delicto deſcendente,quod infamiã iuris nõ irrogat,ut in conditione furtiua,quã certũ eſt infamiã iuris nõ irrogare.ff.de Act. & obligat.l.ceſſat. Item interdictum, 2 Vnde ui,uidetur ꝙ non irrogat infamiam iuris.ff. de ui,& armorum. l.Neque tamen grauat opinionem apud bonos, & graues, ut ff. de obſe. l.Honorius, & l.Parens, & l. licet. Item ſi 3 pater filium in teſtamento increpauit, uel iudex interloquendo diceret aliquem malæ uitæ.C. de his,qui not. infam.l.interlocutio, & l.uerbis. Itẽ,ſi ali 4 quis turpiter uiuat propter turpitudinem uitæ ab honeſtorum cœtu ſegregatur,ut C. de dignit.l.2.& ſciẽdum,ꝙ de qualibet ꝑdictarũ loquitur d. reg. infamibus portæ nõ pateãt dignitatũ. Hęc oĩa Dyn.ubi ſupra,quẽ ſequit̃ Fel. in c.teſtimoniũ col.4. de teſtib.inſuper ſciendũ ꝙ ſupraſcripta deſcriptio infamiæ facti,elicitur quoq; ex uerbis tex. in c.licet ex quadã,ex de teſt.ubi inter alia hęc hñr, vꝫ. Statuim⁹, ne ſup hoc recipiant de cætero teſtes de auditu, cũ iã quartũ gradũ ꝓhibitio nõ excedat,niſi fortè pſonę graues extiterint, q.b.fides ſit meritò adhibẽda,& añ litẽ motã teſtificata didicerit ab antiquioribus

Infamia facti q̃ ſit, & in quib⁹ caſibus incurrat. incurritur. Primo ſ

tribus quidem ſuis, non vtique ab vno, cum non ſufficeret ille, ſi viueret; ſed duobus ad minus, nec ab infamibus,& ſuſpectis.hæc ibi. & hæc adducta ſufficiant de quidditate infamiæ facti,&c.

Infamia iuris ciuilis qd ſit, & q. bus modis incurratur. Primo contrahitur.

Infamia vero iuris ciuilis dicitur illa, quę eſt introducta a iure ciuili ſtatuente, ꝙ,qui tale crimen admiſerit,incurrat infamiam;& hęc quoque incurritur multipliciter. Primo contrahitur genere delicti declarati per ſententiam, veluti cum iudex pronuntiat hæc, vel ſimilia,videlicet: Tu iniuriam talē &c. tali irrogaſti, ſeu hæreditatem talem expilaſti, vel calumniatus es talē &c.
2 aut huiuſmodi: Secundo incurritur genere pœnæ aliqua pendenti cauſa:ſicut contingit illis,qui damnantur in opus publicum ſine ſententia, vt addit glo. in d.c.infames.3.q.7.qui priſtinum qdē ſtatum obtinent, videlicet, libertatis, ſed damno infamie etiam poſt imple-
3 tum tempus ſubijciuntur. Tertio genere pœnæ & delicti declarati; quandoq; etiam ſi non declaretur vt cum auferunt militi inſignia militiæ: licet non dicatur cauſa.hæc omnia gloſa pred.in ver. declarati per ſententiam: veluti, dum fuſtibus cæſo per præconem dici-
4 tur ſycophans, ideſt calũniator.Quarto contrahitur ipſo genere facti: veluti exercentes improbum fœnus,& illicite exigentes vſuras vſurarum,&mulier q̄ intra tēpus, quo moris eſt lugere maritum,contrahit matrimonium: & qui ſciens hoc eam vxorem duxerit. Notandum tamen,ꝙ hodie non ſeruatur hoc vltimum, eo ꝙ Vrbanus iij. in cap. ſuper illa:& Ian. iij. in cap.fi. ex̄.de ſecundis nupt. declarauerunt talem mulierem non effici infamem propter matrimonium contractum intra annū luctus mariti; Notandum inſuper, ꝙ omnes prædicti modi incurrendi infamiam de iure ciuili habentur in
5 cap. infames 3. q. 7. §. porrò. Quinto incurrit infamia de iure ciuili, quando quis comprehenditur in adulterio, vt in l.Palam.ff.de ritu nuptiarum. §. qui in adulterio. Sexto quando quis 6
contrahit ſimul cum duabus, vel ſimul habet duas ſponſas, vt in l.quid igitur. ff. de his, qui notantur infamia, & in cap. nuper ex̄ de Bigamis. Septimo, 7
quando quis locauit opera ſua, vt pugnaret cum færa,vt in l.1. §.Beſtias. ff. poſtu. ſecus ſi cauſa virtutis exercendæ. Octauo, quando quis faceret lu- 8
dos periculoſos per plateas, & alia loca; per dictam l.1. pro quo etiam,& 9
nouo notandum erit,ꝙ glo.in l.2. ff. de his, qui not.infa.dicit,ꝙ omnes ioculatores ſint infames ipſo iure, quia mercedis gratia ludibrium ſui faciunt: quod limitandum videtur de mente Pan. in cap. cum decorē ex̄ de uita, & honeſt. cleric. ſi quis exequatur artem illam: arg. in l. Palam. ff.de ritū nupt. vbi dicitur mulierem dicendam meretricem,ſi ammiſit duos cauſa quæſtus. Infamia autem canonica,ſiue iuris canonici eſt illa, q̄ cauſatur ex omni peccato mortali continuato, vt docet Pan. in cap. teſtimonium ex̄ de teſtibus col.6.nec non incurritur multis modis, vt habetur, in cap. infames 3. q. 7. cuius verba ad vnguem retuli ſup. in cō- cl.3. præſentis capituli in probatione dictæ concl. & idcirco caſus illos ibi enumeratos per te videbis. Circa verò tertium notabile,in quo diſcutiendum,qualiter tollatur vnaquæq; prædictarum infamiarum,ſciendum,ꝙ infamia facti tollitur, ſaltem quò ad iuris effectum,per emendationem, cum tollatur per purgationem quod minus eſt:vt in C.de Crimine 15. q.5.& in cap. cum in iuuentute ex̄ de purgat. canon. vt docet quoque Pan.& Felinus in cap. teſtimonium ex̄ de teſtibus, & Atteſt. Pan.enim vbi ſ.col.6. infraſcriptis vtitur verbis videlicet. Nam infamia facti tollitur per purgationem, quod minus eſt.glo. hoc quoque dixit in cap. omnes verò 6. q. 1. infamia vero iuris ciuilis aboletur per Summum Pontificem, vt in cap.cum te: ex̄ de ſen. & re iud.& ibi per glo.& Pan. qui licet mul-

Infamia canonica ſiue introducta iure canon. qd ſit, & quot modis incurrat.

Infamia facti qualiter tollatur.

Infamia iur. ciuil. quō tollatur.

ta

ta ibi affertat notabilia circa hanc materiam, illa probando: tamen ego tñ
Primo. illa ſummatim adducam hic. dicit autē ibi Pan. Primò ꝙ Papa poteſt clericum, & laicum ſuo dominio temporali ſubditum infamē effectum infamia iuris ciuilis reſtituere priſtino ſtatui; nõ autem laicos ſibi in temporalibus non ſubditos; niſi illos aſſumere uelit a laicali uita, ipſis conferendo aliquem ordinem eccleſiaſticum, uel dignitatem
2. eccleſiaſticā; & ſic prius illos habilitaret per ammotionem infamiæ: Secundo, ꝙ Epiſcopus hoc nõ poterit principaliter, licet acceſſorie, ut puta, ſi quis condemnetur de adulterio, cui eſt annexa infamia huiuſmodi; nã ꝑ conſequens declaratus adulter declaratur infamis; quia tunc poterit ipſam abolere. infamia uerò iuris canonici tollitur eo modo, quo diximus tolli infa-
Infamia iuris canonici quando tollatur. miam iuris ciuilis. his ergo præmiſsis, ſatisfiet modo præſenti concluſioni ipſam probando triplici medio. Primò enim probatur per tex. in c. qui crimen.
Cõcl. ꝓbatio. c. Qui crimen. 6.q.1. 6.quæſ.1.ubi hæc habentur ab Adriano Papa, videlicet: qui crimen intendit, agnoſcendum eſt, ſi ipſe ante non fuerit criminoſus: quia periculoſum eſt, & admitti non debet rei aduerſus quenquam profeſsio. hæc ibi: ex cuius uerbis patet, noſtram eſſe concluſionem ueriſsimam: cum, ut ſupra dixi, infamia facti, quæ aliàs & congruentius dicenda eſſet infamatio, ſit quedā opinio grauata, ac mala de aliqua perſona pro aliquo crimine commiſſo ab ea, uel prętenſo, qđ ab ipſa fuerit commiſſum, apud graues, & bonos uiros, ex aliquibus orta indicijs. probatur &
Glo. ſecundo præſens concluſio auctoritate doctorum. glo. enim in d. c. qui crimen in fine ver. qui crimē, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: tu dicas breuiter, ꝙ ſi probatur crimen contra aliquem, ſemper repellitur ĩ cauſa criminali; ſupra c. quærendum. 2.q. 7. Hæc glo. illa.
Pan. Pan. uerò nr̃ę concluſioni ſe ſubſcribens infraſcriptis utitur uerbis in c. 1. eX. de accuſ. in ver. circa ſecundum qualitatē, ſcilicet infamiæ quæro, an qualibet infamia tam iuris, q̃ facti, repellatur aliqs ab accuſatione: & de infamia iuris non eſt dubium tam de iure canonico, q̃ ciuili, ut 6.q.1.c. infames, & in c. quærēdum 2.q.7. & l. qui accuſare. ff. eo. de infamia facti eſt dubium glo. hic ſentit, ꝙ repellat; & idem Goff. in c. omnipotens infra eo. & ēt Spe. eo. tit. §.1. in ver. item, quid ſi ſuſpectus: ſed Bar. tenet oppoſitum in d. l. qui accuſare, dicens, ꝙ de infamia facti non eſt iure cautum: & idem Spec. in alio ver. quod incipit. item quid de his eo. tit. Dominus Ant. dicit relinquendum arbitrio iudicis. ego puto ꝙ de iure ciuili non repellat, cum non reperiatur iure cautum; & omnes admittantur ad accuſandum, q̃ non prohibentur, ut in d. l. qui accuſare: & adduco dictam l. is qui reus. ubi cõdemnatus de crimine admittitur ad accuſandum: & ex condemnatione criminali oritur infamia facti l. honore. ff. obſe. facit c. teſtimonium de teſtibus; & qđ notat Dynus ĩ regula de infamibus de reg. iuris. in 7. ſed de iure canon. aliā opinionem puto procedere per c. ſi qui ſunt 2.q.7. & c. cum in tua, de ſponſ. non enim videtur integra perſona. hæc Pan. ubi ſupra. præſenti quoque concluſioni ſe ſubſcripſit Iul. Clarus in ſua pract. Iul. clar.
crim. queſt. 14. in ver. ſecūdus caſus eſt, ubi inter alia infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: Si uerò ex tali diffamatione effectus eſt infamis, uidēdum eſt generaliter, nũquid infamis poſsit accuſare. Et in hoc ſcias eſſe diſtinguendum inter infamiam iuris, & infamiam facti: nam infamis infamia iuris prorſus repellitur ab accuſando, tam de iure canonico, quàm ciuili c. infames. 6 quæſt. 1. l. qui accuſare. c. de accuſ. & hæc eſt cõmunis, & indubitata concluſio: infamis autem infamia facti de iure canonico repellitur ab accuſando: ſed de iure ciuili admittitur: & ita tenent communiter doctores. hæc Iulius, ubi ſupra.

QVIN-

QVINTA CONCLVSIO.

INfames infamia iuris ciuilis,ſiue introducta de iure ciuili,repelluntur ab accuſatione criminali clericorum de iure communi, ſecus de conſuetudine ĩ foro eccleſiaſtico. hæc concl.probatur duplici medio. Primo enim per tex. in c.omnes uerò.6.q.1.ubi Adrianus Papa infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: omnes uerò infames eſſe dicimus,quos leges ſeculi infames appellant: & omnes, qui,culpis exigentibus,ad ſacerdotium non poſſunt prouehi,indignum eſt, ut illi eos accuſent, qui eſſe non poſſunt, qđ ipſi ſunt: quoniã, ſicut maiores à minoribus non iudicantur, ita nec criminari poſſunt. hæc in dicto canone. probatur & 2. pręſens concl. doctorum auctoritate iam adducta in præced concl nec non auctoritate Iulij Clarij iam relati in pcedenti concl.

c. Oẽs uerò. 6. q. 1.

SEXTA CONCLVSIO.

INfames infamia canonica, ſeu introducta de iure canonico repelluntur ab accuſatione criminali clericorum, dummodo probetur in iud.huiuſmodi homines commiſiſſe crimen aliquod: nec patrocinabitur eis peracta pœnitentia de illo. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per tex. in c.infames 6. q. 1. relato in concl tertia præſentis capituli. probatur & ſecundo doctorum auctoritate. Specul.enim in lib. primo ſub titu: de accuſatore in uer. item ꝙ eſt infamis, ubi ſe remittit ad dicta in lib.3. ſub titu.de accuſatione, §. 3. ubi indiſtincte dixit,criminoſos & infames omnino repellendos fore ab omni accuſatione de iure canonico. hæc ex glo. hæc eadem probatur cõcluſio auctoritate doctorum, qui adducti fuere in concluſione quarta, cum hoc ibidem dicant quàm apertiſsime: licet hodie hæc concluſio non ſit in pract.ſed finalis præſentis capit.

ca. Infames 6. q. 1. Specul.

SEPTIMA CONCLVS.

COnſpiratores tam laici, quã clerici nũquã admittunt ad accuſandum clericos criminaliter, etiam in caſibus exceptis. hæc concl. probatur duplici medio. primo per tex. in c.per tuas. el primo extra de ſimonia, cuius tenorẽ retuli de uerbo ad uerbum in concl. 2. probatur & ſecundo doct. auctoritate. & primo Specul. in 3. parte titu. de accuſ. §. tertio uidendum: cuius uerba retuli in præſentis capituli concluſ. 2. Pan.quoque ſe ſubſcripſit noſtræ concl. licet nõ loquatur de accuſatore; ſed de teſte:imo eſt expreſſus tex. de teſtibus; in c.cum I.& a, extra de ſent. & re ind. ubi præcipitur annullari ſent. fundata ſuper dicta teſtium conſpiratorum, in quarto c.Pan.col.5. ferè per totam. hoc probat & glo.in dicto quoque. c.cum I. & a. in uer. conſpiratores, & hæc dixi nixus auctoritate canonis in c. de cætero: extra de teſtibus, ſępe adducto, ubi infraſcripta habentur, uidelicet:de cætero laicos in accuſationem, uel teſtimonium contra clericos in criminali cauſa non eſſe admittendos, cenſura ſacrorũ canonum manifeſtius edocet. Hæc in dicto canone, ex cuius uerbis omnes doctores eliciunt, ꝙ qui non admittitur ad teſtimonium ferendum, nec admittendus erit ad accuſandum: cum circa hoc uideatur æquiperari. & hęc ſufficiant,quoad probationẽ concl. per cuius maiori intelligentia ſubnectendam fore,operępretium duxi enucleationem illius termini in concl contenti,vc3:cõſpiratores.quapp ſciendũ, ꝙ cõnſpiratio, vñ conſpirator dr̃,quædam fraudulenta eſt confederatio,facta iniuſte in præiudicium alterius pſonæ, uel dignitatis. & denominatur à con, ideſt ſimul, & ſpirando, id eſt ſimul ſpirando: & contigit, quando ſimul multi ſpirãt & tendunt in unum,& fit ſine iuram. ducti ſpiritu ſuperbiæ & elationis. & omnis talis conſpiratio eſt illicita,ut docet glo.in V̄.conſpirationem in c.exhibita.ex̃.de iudicijs aliquan-

cap. Per tuas. el 1. ex. de ſimonia.

Specul.

Pan.

c. De cętero.ex. de Teſt.

Cenſpi. quid ſit, & cõſpi.

quando conſpiratio eſt licita, iuſta, & approbata: ut ſi canonici cōſpirent de non obediendo prælato excom. uel de non eligendo indignum. licēt in dubio pſumatur illicita. & hæc dicta, quoad termini iſtius enucleationem, ſufficiāt.

OCTAVA CONCLVSIO.

CLerici omnes, qui non ſunt, nel eſſe poſſunt illius ordinis, cuius charactere eſt inſignitus is, quem accuſare criminaliter intēdunt, non ſunt admittēdi ad accuſan. hmōdi clericum criminaliter. vñ nec bigami, nec alij irregulares poterunt admitti: Hęc concl. pbabit triplici medio, pmittēdo tñ rōnem illorum trium terminorum in concluſiue contentorum, videlicet: irregulares, bigami: per quorum intelligentia de nuo quoque duo notabilia ſubnectam, vc3: primū notabile examinandū erit hoc, vc3: qui hmōdi dicant; & quot modis incurrāt hoīes hmōdi denominationem: & incipiens a primo termino dico, ꝙ irregulares dicunt, ſeu denominātur ab irregularitate, in quam incurrūt: irregularitas aūt ſm oēs dr, quaſi priuatio regulæ; & eſt nomen compoſitū ab in, ideſt non & regula, n tñ mutato in r, euphoniæ gratia: & ſic irregulares dicētur priuati regula. irregularitas uerò eſt impedimētum canonicum ex facto, ſiue de facto proueniens, quo quis ad ecc. ordines promoueri prohibetur ac in eis poſt modū miniſtrare non licebit iam pmoto: quæ deſcripto probatur per arg. in c. fin. ex. de temporibus ordinat. ubi ſcribēs Greg. IX. infraſcripta ſtatuit, videlicet: quæſitū eſt de ſacerdotibus, & alijs clericis, qui per reatum adulterij, periurij, homicidij, uel falſi teſtimonij bonum cōſcietiæ rectæ perdiderunt, & infra: reſp. ꝙ ſi propoſita cria ordine iudiciario comprobata nel alias notoria non fuerunt, non debent hi præterreos homicidij poſt pęnitentiam in iā ſuſceptis, uel ſuſcipiēdis ordinibus impediri: qui ſi non pœnituerint, monendi ſunt & ſub interminatione diuini iudicij obteſtandi, ut in teſtimonio ſuæ damnationis in ſuſceptis ēt ordinibus etiam non miniſtrēt. hæc in d. canone. irregularitas autem contrahitur in genere loquendo octo modis. ſ. ex delicto, ex defectu corporis & ex defectu ſacramēti. & ex bigamia, & ex defectu ętatis, uel defectu animæ, & ex cooperatione mortis, & abſciſsio ne ſeu mutilatione membri principalis etiam meritoria, & ex defectu lænitatis perfectæ, qua priuari uidentur iudex, accuſator, teſtis, actuarius & aduocatus in cauſa crīali contra aliquem mota ſi cooperentur in occiſione, uel mutilatione ipſi⁹. & hęc dicta ſufficiāt, cū de hac materia doctores multa dicant, quæ ad rem nrām minus cōgruere uidētur. quapp, illis omiſsis, ad ſecūdum terminum enucleandum accedens dico, ꝙ bigami denominantur a bigamia; bigamia uerò, quia multimode deſcribitur a canoniſtis idcirco illā ſilentio pertranſeam, cum parum ad rē nrām faciat hmōdi deſcriptionis notitia; illa ergo omiſſa memoriæ comēdandum eſt, ꝙ duplex eſt bigamiæ ſpecies: videlicet: uera, & interpretatiua. vera exemplificatur in hoie, qui habuit duas uxores; eo ꝙ proprie Bigamus is dr, qui ſucceſsiue, & diuerſis temporibus duas legitimas uxores habuit. Hæc Hoſt. in ſumma: eo. tit. qui ſuam ſnīam tuetur textu. in c. aperiāt 31. q. 1. ubi infraſcripta habentur, videlicet: primum potui damnare matrimonium, idem nō dāno bigamos, imò nec trigamos; ubi innnitur, bigamos eſſe contrahētes bis matrim. hæc ex d. canone: Hoſt. n. rōnabiliter ſubdit pdictis īfraſcripta, vc3: qđ intelligas, ſi cum utraq; matrimonium fuerit conſummatū: alioquin cōtra: large aūt & impropriè, ſiue interpretatiuo ſumpto uocabulo dicitur bigamus multis modis. ex ſecundis nuptijs. hæc Hoſt. vbi ſ. qui & ſubdendo quotuplicitatem ſpeciei bigamię docet interpretatiuam bigamiam contraxiſſe contigit alicui multis modis. Primo enim

Irregularitas q d ſit & vñ dicatur.

Irregularit. quo incurratur octo modis.

bigamię duplex ſpē. et Bigam⁹ q's dicatur.

bigamia interpretatiue quot modis contrac.

enim incurritur ab eo,qui de iure con-
traxit cũ uidua,uel corrupta , ut habet
in c.de bigamis s. ex.de bigamis non or-
di.ubi Cœleſt.3. infraſcripta ſtatuit de
bigamis presbiteris, & uiduarum ma-
ritis. idem omnino ſancimus,ut nec ui
uentibus uxoribus,nec defunctis ad di
uinorum debeant celebrationem ad-
mitti: maximè cum à doctrina ſit Apo-
ſtol. & inſtitutionibus Eccleſiæ alienũ.
hæc in d. canone.notandum tñ,ꝙ Hoſt.
vbi s.i §.quot ſunt ſpecies,addit & hoc
notabile his uerbis, uidelicet: & dr̃ ui-
dua hic corrupta,licet uirũ non habuit,
ff.de uerborũ ſignific.l. Malum.§.uidua:
nam , ſi maritum haberet , & maritus,
anteq̃ conueniatur,moriatur,uidua nõ
diceretur, quantum ad hoc,de quo quæ-
ritur.34.diſt.c.uidua.& c.vltimo.ſed ꝓ-
priè uidua eſt , cuius maritus mortuus
2. mõ. eſt . Secundò , qui habuit duas uxores
ante Baptiſmum, uel unam ante,& aliã
3. poſt. 33.diſt.c.ſi quis uiduam. Tertiò,q
caſtitatem promiſſam uiolat. 27.q.1.c.
quot quot. ergo ſubdiaconus contra-
hens matrimonium bigamus efficitur,
4. ſeu cenſetur . Quartò, qui unam de fa-
cto , aliam de iure , uel corruptam de
facto duxit uxores ; quod in partem
ad factum conuenit retorqueri ; punit
enim affectus cum opere ſubſecuto: qa
Deus non tãtum ex opere iudicat , ſed
etiam ex animo.22. q.5.c.qui peierare.
5. Quintò:qui uxorem adulterã alicuius
ſcienter , uel ignoranter cognouerit.
6. Sextò:qui publicam egit pœnitentiam,
uel repudiatam ducit,ut in c.1.extra de
bigamis. hæc omnia probat uera Hoſt.
in ſua ſumma, ubi ſupra . & dicta ſuffi-
ciant,quoad declaratioñ terminorum
contentorum in concluſione noſtra. re-
Concl. liquum eſt , ut illius ueritatẽ ꝓbemus.
ꝓbatio. ſciendum ergo,ꝙ noſtra concluſio pro-
batur triplici medio : primo enim per
cap.Oẽs tex. apertiſsimum in c. omnes uerò 6.
uerò. 6. q.1.in quo Adrianus Papa infraſcriptis
q.1. utitur uerbis , videlicet: omnes uerò in
fames eſſe dicimus , quos leges ſeculi
infames appellant;& omnes,qui culpis
exigentibus ad Sacerdotium non poſ-
ſunt peruehi , indignum eſt , vt illi eos
accuſent , qui eſſe nõ poſſunt,quod ip-
ſi ſunt:quoniam,ſicut maiores a mino-
ribus non iudicant , ita nec criminari
poſſunt.Hæc in dicto canone. Probatur
& ſecundo preſens concluſio doctorũ
auctoritate . Specul. enim in titulo de Specul.
accuſatione. §.tertio uidendum in uer.
in clericorum autem, infraſcriptis uti-
tur uerbis,videlicet : in clericorum au-
tem accuſatione , excluſis uarijs opi-
nionibus,dic, ꝙ ad hanc nullus admit-
titur, niſi ſit clericus , & niſi ſit, uel eſſe
poſsit illius ordinis , cuius eſt accuſa-
tus.hinc eſt,quòd bigami,crimineſi,ir-
regulares,infames, & cęteri, qui ſacer-
dotes fieri nequeunt,illos accuſare non
poſſunt , ut 2.q.7.cap.1.2.& 3.& ca. ipſi
Apoſtoli,& ca.teſtes 6.quęſt.1.cap.om-
nes , & c. qui crimen . hæc omnia Spec.
ubi ſupra . probatur quoque præſens
concluſio ratione adducta a dicto ca-
none ſupra relato in dicto cap. omnes.
probata ergo fuit præſens concluſio
ſupradictis medijs; attamẽ poſſet quis
inſurgere contra noſtram concluſio-
nem dicendo , ex illius uerbis elici,ar-
guendo à contraria ſenſu, quod liceat Auctor.
omnibus clericis accuſare clericos in-
ſignitos maioris ordinis charactere ,
quàm ſint ipſi accuſatores , dummodo
ipſi accuſatores ad illũ ſuſcipiendum
aliquo modo nõ ſint impediti:& quòd
hoc ſit falſum,aſſeuerando aliq̃s poſſet
probare per tex. apertiſsimum in cap.
clericus 2. quæſt. 7. ubi Silueſter Papa c. Cleri-
ſtatuit contrarium his uerbis , videli- c.2.q.7
cet:clericus aduerſus exorciſtam,exor-
ciſta aduerſus accolitum, accolitus ad
uerſus ſubdiaconũ, ſubdiaconus aduer
ſus diaconũ, diaconus aduerſus p̃sbite
rum,presbiter aduerſus epiſcopum ac-
ſacutionem dare , aut teſtimoniũ ferre
non ualet. hæc in dicto canone . vide-
tur quoq; dicta impugnatio roborari
& hac rõne, q̃ talis eſt : cũ accuſator nõ
probans , quæ in iud.attulit contra ac- Auctor.
cuſatũ,ueniat puniẽdus pœna talionis:
ideſt

ideſt eadē pœna,qua eſſet mulctandus ipſe accuſatus: ſequeretur hoc abſurdū,ꝙ dicta pœna Talionis aliqñ nō poſſet iniungi; qm̄ ſi diaconus accuſaret p̄sbiterū de aliquo crie,'pro quo veniret, ipſo ꝓbato, degradandus,vel ſuſpendendus ab executione preſbiteralis ordinis,ipſo nō probato;accuſator, cū tm̄ diaconus ſi ,licet veniret degradandus , vel ſuſpendendus: tn̄ minorē pœnā ſubiret,ꝙ ipſemet accuſatus , vt patet ad ſēſū:idem, & fortius eſſet dicēdū de accuſatore cōſtituto in prima tōſura:hęc ergo p̄miſſa.ſ.auctoritas , & ratio vñr aduerſari , & quodā modo irritare, ac inualidare noſtrā concluſionem principalē. Quapropter operæp̄tiū duxi huiuſmodi impugnationē ad nihilū reducere,vt veritas nr̄æ concluſionis incōcuſſa remaneat.Primo ergo reſpondemus ad canonē aſſeuerādo, ꝙ ille nr̄æ non debeat obſtare cōcluſioni,cū illi aduerſent multa iura , ac cōſtituriones mulroꝝ Summ. Pont. qui ſucceſſerūt conditori illius canonis. Sciēdum ergo erit,ꝙ cōtra dc̄m̄ canonem eſt,qđ elicitur ex tex. in c. lator Nemeſion.2.q.7.qui canon eſt deſūptus à Re-

c. lator. Neme-. ſion. 2- q.7. giſtro B.Gregorij Papæ in cap.216. vbi dictus Sanctus ſcribens ad Ioannē Epiſcopū approbauit depoſitionē Pauli Epiſcopi Deoclinæ ciuitatis: ꝓpterea ꝙ fuiſſet accuſatus à ſuis clericis de criminibus quibuſdā,quæ crīa ꝓbara fuerant:

ca. 1. de calum . Adducitur quoq: & tex. in c.1.de calumniat.vbi hęc hn̄tur,videlicet:cum fortius punieda ſint crīa,quæ inſontibꝰ maximè ſacratis hominibus inferunt, q̄ ſitis culpabiles , qui in cauſa Io.Diaconi reſidiſtis,attendite , vt Hilariū criminatorem ipſius nulla ex diffinitione vr̄a pœna conueniens caſtigaret: & infra:quia ergo tantæ nequitiæ malū ſine digna non debet vltione tranſire , iubemus eundē Hilarium prius ſubdiaconatus, quo indignus fungitur, priuari officio, & verberibus caſtigatum publicè in exilium deportari:hæc in d.canone:ex cuius verbis dicitur apertiſsimè admiſſam fuiſſe accuſationem ſubdiaconi contra diaconum ; Idem elicitur ex tex.in cap.clericos , aut laicos 2.q.7.arguendo à contrario ſenſu : qui tex.deſumptus fuit ex Concilio Calcedo: c.21. ubi hæc habentur , videlicet: clericos , aut laicos paſsim accuſantes, & ſine probatione epiſcopos , aut clericos ad accuſationem non recipiēdos decreuimus: niſi prius eorum extimationis opinio diſcutiatur : hæc ibi. ex cuius canonis uerbis liquet , ꝙ huiuſmodi homines præmiſſa probatione extimationis bonę vitæ eorum poſſunt, ac debēt admitti ad accuſandum: hoc idem clarius habetur in c. Sacerdotes.2.q.7. illud ſtatuente Damaſo Papa his uerbis,videlicet:Sacerdotes,ut antiqua tradit Auctoritas , criminari non poſſunt ; nec in eos teſtificari , qui ad eundem non debent , nec poſſunt prouehi honorem ; hæc ibi:ergo , qui poſſunt prouehi , ſacerdotes accuſare valebunt ; & in c. ex Parte noſtra , extra de accuſ. habetur ; quòd Monacus accuſare poſsit Abbatem , cui non eſt æqualis in dignitate : ſed tamen habilis ad illam aſſequendam : & licèt multa alia iura ſimilia adduci quàmfacillimè poſsint : tamen illa miſſa faciens , (breuitatis cauſa) ad auctoritates doctorum in medium producendum me transferens dico hanc noſtram interpretationis reſponſionem approbaſſe Ioan. Andr. in margine & gloſ. ſuper Specul. in prima parte titu. de accuſatore,in uerſiculo Item quòd nō eſt eius ordinis;in uerſi. tamē additionis,ſeu glo. clericus,ſub litera M. ubi infraſcriptis uerbis uſus fuit, videlicet:clericus, ut ibi not.illud cap.non tenet, uel loquitur de irregulari ; & ideo Ioan. And.ibidem in uerſ. ſtandum eſt . in litera , O; infraſcriptis utitur uerbis , videlicet: Dicit Roſ. ꝙ aliàs pauci eſſent accuſatores , quia eorum corno nō extrahit oculum ; hæc Io.And. ubi ſupra. idem ſentit Spec. in prima par.tit. de accuſatore in V.Item

c. cleric' aut laicos. 2. q.7.

c. Sacerd 2.q.7

c. ex parte nr̄a: ex. de Accuſa.

Io.Andr.

Specul.

ꝙ non eſt eius ordinis col. 10. vbi concludendo infraſcriptis vtit̃ verbis, vc3. argum. tñ contra, quia poterũt verberari in pęnæ ſupplementũ 5. q. 6. c. q̃a, iux. & c. 1. ex̃ de calũ. ibi enim Diaconũ accuſauerat Subdiaconus: hæc illæ; & qm̃ ex adductis quamplurimis veritas nrę p̃ntis octauæ concluſionis luce clarius liquet, idcirco de ipſa verba facere amplius non ſtudebo, ſed ad reliquas præſentis capituli concluſiones adducendas me transferam.

NONA CONCLVSIO.

Criminoſus dr̃ is, qui aliquod ꝑpetrauit crimen (quò ad nr̃am materiã) & hic nullatenus eſt admittend' ad accuſationẽ clericorũ criminalẽ & laicorꝝ, niſi ſuã, vel ſuorꝝ ꝓſequeretur iniuriã; licet nõdũ fuiſſet diffamatus, vel accuſatus de ipſo crĩe; dũmodo probetur tale crimen; & hæc cõcluſio veriſsima eſt de iur. canon. licet non de iure ciuili; niſi ex eo crĩe factus ſit infamis; licet nõ ſeruet̃ hodie in curijs de cõſuetudine; vt in cõcl. fin. p̃ntis cap. hæc cõcl. ꝓbatur triplici modo. Primò n. tex. in c. cũ dilectus, ex̃ de accuſ. vbi Inn. iij. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. Cũ dilectus filius; & infra. Si vobis cõſtiterit, ꝑdictos, quorũ noĩe ſunt exceſſus hmõi de epiſcopo nunciati, publicè concubinarios tunc fuiſſe, ꝓpter qđ in eos fuit excom. ſententia ꝓmulgata, vel præfatum epiſcopũ de præfatis exceſsibus nõ fuiſſe præmonitũ ab eiſdem, vel ipſos conſpiraſſe in eum; à denuntiatione repellatis eoſdem; hæc in d. c. idem: & apertius ꝓbatur p tex. in c. ſi qui ſunt. 2. q. 7. in quo Euariſtus Papa hanc concluſionem confirmauit infraſcriptis ṽbis, videlicet; ſi qui ſunt vituperatores, aut accuſatores epiſcoporum, vel reliquorũ ſacerdotum, non oportet eos à iudicibus Eccleſię audiri, antequam eorum extimationis diſcutiatur ſuſpitio, vel opinio; qua vita, qua cõſcientia, qua intentione iſta præſumpſerint. hæc ibi, & in c. quę rẽdũ. 3. q. 7. vbi Caliſtus Papa infraſcripta dixit. quærendum eſt in iud. cuius ſit conuerſationis & fidei; & is, qui accuſat; & is, qui accuſat; qm̃ hi, qui nõ ſunt rectę fidei, & conuerſationis, & quorum vita eſt culpabilis, nõ permittũtur maiores (ideſt clericos, vt ait glo. ibidem,) natu accuſare; hæc in d. canone. Probatur & ſecũdo doctorꝝ auctoritate: glo. n. in d. c. ſi qui ſunt: in Ṽ. conſcientia. infraſcriptis vtitur verbis videlicet. Conſciẽtia, ſi conſcius criminis; quaſi dicat, nõ erit tunc admittendus ad accuſandũ. Pan. quoq; in c. 1. ex̃ de accuſ. col. j. in Ṽ. vtrũ autem criminoſus admittatur ad accuſandũ criminoſum; & Fel. in d. c. 1. col. j. ſe ſubſcripſerunt nr̃æ cõcl. cuius uerba in ſeq. concluſ. referam: nrę quoq; cõcluſ. ſe ſubſcripſit Iulius Clarus in ſua pract. crim. quæſt. 14. in Ṽ. quęro ergo; nũquid criminoſus repellatur ab accuſando, vbi inter alia infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: Diſtinguendum erit in hoc caſu inter forum eccleſ. & ſeculare: nam in foro eccleſ. talis criminoſus regulariter repellitur ab accuſando, niſi ſuã, vel ſuorũ ꝓſequatur iniuriã; & hoc de iure canon. tenetur pro certo; vt dicit Card. Alex. in c. ꝓhibentur, Ṽ. nota ꝙ regulariter 2. q. 1. quinimò de iur. canon nõ modo criminoſus, ſed ẽt ſimpliciter cõſtitutus in mortali, de quo pænitentiam non egerit, repellitur ab accuſando: & hanc dicit cõmunẽ opinionẽ Berous in d. c. 1. nu. 35. de accuſat. multũ aũt intereſt inter criminoſũ, & peccatorẽ. de iure aũt ciuili pp crimen q̃s ab accuſatione nõ repellitur niſi ex eo factus ſit infamis, hęc ille; qui ſupra, vbi ſupra.

c. cũ dilect. ex. de accuſ.

c. ſi qui ſunt 2. q. 7.

c. quęrẽdũ 3. q. 7.

Gloſ.

Pan.

Felin.

Iul. Clar.

DECIMA CONCLVSIO.

Criminoſus cleric', iã accuſatus de crĩe, poterit ſuũ accuſatorẽ & ipſe accuſare; & ẽt quẽlibet extraneũ đ maiori crĩe, qñ nomen ipſius accuſati nõdũ eſt receptum inter reos: de pari verò, aut minori crĩe non poterit accuſare

re aliquē;niſi ſuā, vel ſuoꝝ ꝓſequatur iniuriā,niſi ſuū accuſatorē; reo tū incarceribus conſtituto;ſed ſi nomen accuſati iā fuiſſetreceptū inter reos; tūc ſic accuſatus poterit ſuū accuſatorē, & alios accuſare de maiori crīe;modò ꝓſequatur ſuā,vel ſuorū iniuriā;& iā ſi ſuus accuſator ipſū accuſaſſet ꝓſequēdo ſuā iniuriā:etiā ſi ſecūda accuſatio eſſet de minori,vel ęquali crīe;in quo caſu, gr̄a minuendarū litium ſimul, & ſemel ſup vtraq;poterit ꝓcedi,& ēt ſup vtraq;ferri ſnīa; & ita de cōſuetudine hodierna ſeruatur;ſed ſi iudex cognouerit accuſatū accuſaſſe ſuū accuſatorē, vt illum diuertat à ꝓſequēda accuſatione,ſolet iudex accipere fideiuſsionē ab accuſatore de ſe p̄ſentādo, qn̄cumq; ipſi iudici videbit̄,& ſup prima accuſatione ꝓcedere . in regno aūt Neapolitano hæc ſunt ſupflua ; cum.n.nemo admittat̄ ad accuſandū,niſi ſuā, vel ſuoꝝ iniuriā ꝓſequatur, indiſtinctè admittit̄ accuſator ad accuſandum ſuū accuſatorē:hæc

Iul. Cla. cōcluſio ꝓbatur auctoritate Iul. Clari doct. Practichiſtæ in ſua pract. criminali lib.5.§.fi.quæſt.14. col.7. in verſ. tertius caſus eſt;qui multorū Doctoꝝ adducit opinionē; ac in ſimul diſcutit : & vtit̄ infraſcriptis verbis;videlicet : Aut nondū nomen accuſati ceptū eſt inter reos;& tunc poteſt accuſare de maiori crīe , nedū quēcumq; extraneū;ſed etiā ſuū accuſatorē; depari aūt , ſeu minori crīe neminē accuſare pōt, niſi ſuam,vel ſuoꝝ ꝓſequat̄ iniuriam,ſm̄ opinionem Azonis,quā dicit eſſe cōem Imol.in l.is q reus n.21.ff.de publ.iudicijs: Marian. ī c.1.n.67.de mutuis petitionib'.ēt hāc opinionē,quātum ad hoc,ꝙ poſsit ꝓſequēdo ſuā iniuriā reaccuare ſuū accuſatorē; & ꝙ ſup vtraq; ſit ꝓcedēdū, dicit ſeruari Bal. ī l.1 poſt n.21.℣.dicūt ergo C. qui accuſare nō poſſ. Odoffr.ꝙ ēt de pari, vel minori poſsūt accuſatorem ſuum reaccuſare ; & hæc opinio p totam Italiam de conſuetudine obſeruatur ; vt dicit Gand. de maleſi. in tit.q accuſa.poſſ.nu.41.quem refert Aug. de Ang.de maleſi.in d.verbo. Et ad quærelam poſt nu.63. & ideo ab hac ſentētia non putarē in pract. recedendū,reo tn̄ prius in carceribus cōſtituto, vt ſtatim dicā : Poſtquā nomen eius eſt receptū inter reos,pōt de maiori crīe aliū, q̄ accuſatorē ſuū,accuſare; & hanc partē ſequunt̄ cōit̄er Doctores , vt dicit Imola in d.l.is,qui reus nu.17.quinimo pōt ēt ipſūmet accuſatorē ſuū reaccuſare de maiori crīe;modò ſuā iniuriā ꝓſequatur;& hæc eſt cōis opinio , vt dicit Marian.in d.ca.1.poſt nu.73.℣.aduerte ēt; & hoc ēt dato, ꝙ ille, q primo loco accuſauit,pariter & ipſe ſuam iniuriam ꝓſequeret̄ : adhuc .n. poteſt accuſatus illū reaccuſare: & ſuper vtraq; accuſatione pariter erit ꝓcedendū: quicquid dixerit glo.in d.l.is,qui reus in ℣. accuſare. contra quā eſt cōis opinio, vt dicit Imola in eadē l.is,qui reus poſt n.6. ℣.in ea gloſ.ibi q̄ accipe : Marian. in d. c.1.poſt nu.73. ℣.& prædicta ꝓcedunt; ſed ſi ſecūda accuſatio eſſet de minori crīe,vel æquali, tunc dicit Ang. in l.qui prior poſt nu.2.℣. qn̄q; vtraq; ff.de iudic.& in l.qm̄ poſt nu.1. C. de adult. ꝙ licet ordo naturalis cauſaꝝ poſtularet, ꝙ prius ſuper prima,deinde ſuper ſecūda accuſatione cognoſceret̄;nihilominus gr̄a minuendaꝝ litium poterit ſup vtraq; cognoſci : & ponit exemplū accuſo te de vulnere mihi illato: Tu accuſas me de falſo, & ꝙ falſam accuſationē inſtitui : certè,dicit iſte,iſta crīa inuicem ſe contīgūt; & poteſt dici,ꝙ vnū non ſit maius alio.& ideo ait , conſuetudine obtentum eſſe, ꝙ ſuper vtroque ꝓcedatur;& ꝙ ex ꝓbationibus hinc , & inde factis feratur ſentētia ſup vtroq; (iuſtitia mediante) ēt dictū Angeli afflict.ſuper 2.par.conſtitu.Regni, Rubr. 20.nu.1. eandem opinionē de conſuetudine obſeruari atteſtatur:idem Ang. in l.1.nu.5. C.de calum. ſubdens,ꝙ hæc practica videtur ſibi multū cōmendabilis, & illum refert Io. de Anan.in c:1. nu.10.de calum. ſubdens,ꝙ eſt bonum verbum,& notandum;& Soci:conſ.118.

num.2.in fine lib. 1.dicens, ei credendũ eſſe de hac cõſuetudine atteſtãti;apud nos aũt non admittitur regulariter in practica quærela accuſati contra quærelam accuſatoris ſuper eodem facto; niſi reus ſit perſonaliter in iud.conſtitutus; aliàs enim eſſet totam practicã criminalem deſtruere; quia per indirectum reus admitteretur ad faciendas defenſiones ex̃ carceres, quod nõ eſt dicendum; & ita hic obſeruatur; ẽt ſi ſecũda quærela ſit de grauiori delicto: ubi uero reus eſt in iuditio perſonaliter conſtitutus, ſemper admittitur quærela contra quærelam, ſiue de maiori, ſiue minori crimine agatur, qñ crimina ſe inuicem contingunt; ut loquitur Ang. in locis prius allegatis; & ſuper utraque proceditur: cæterum, ubi crimina ſe non contingunt, fortè in aliquibus locis, ſeruaretur cõmunis opinio, ut non admittatẽ reus ad reaccuſandum, niſi de maiori crimine, & in quo ſuam iniuriam proſequatur: ut ſ. dixi: ſed in hoc ducatu, in quo poteſt ferè de quocunque crimine inquiri ex officio, hæc exceptio parum prodeſſet. Nam ad inſtantiam fiſci ſolent ſemper, & ſuper omnibus aſſumi informationes ex off.nulla habita rõne; an ſuper eo crimine poſſet procedere accuſatio:& ita uidi pluries obſeruari: Bene uerũ eſt, ꝙ ſi iudex uidet, ꝙ accuſatus reaccuſauerit ſuũ accuſatorem, ut illum diuertat a ſua accuſatione, ſolet quandoque accipere fideiuſsionem ab accuſatore de ſe conſtituendo, quandocunque ipſi iudici uidebitur;& ſuper prima accuſatione ꝓcedere: in regno aũt Neapolitano hæc oĩa ſunt ſuperflua: cum enim nemo admittatur ad accuſandum, niſi ſuã, uel ſuorum iniuriam proſequatur, indiſtincte admittitur accuſatus ad reaccuſandum ſuũ accuſatorem, ut declarat Matantha in ſuo ſpeculo .42.n.48.ſubdẽs, ꝙ hodie in Regno nulla cã eſt præiudicialis alteri; ſed ſuper utraque eodem tempore p.oceditur:idem tñ Marantha ibidem nu. 45. allegat quẽdam ritum Magnæ Curiæ; ſecuudum quem dicit non admitti accuſatũ ad reaccuſandũ; & conſequenter correpta eſſe iura cõia,& ẽt conſtitutiones Regni; vide tñ tu Regnicola Grammat. ſup conſt. regni 65.col.3.in fine, ubi dicit, iudicatũ fuiſſe per conſil.Neap.ꝙ qñ utraq; quærela oriẽ ex eodẽ fonte, põt ſuper utraq; eodẽ cõxtteu procedi;& ita ſeruauit Magiſtratus in quadã cã ardua ſuperioribus diebus,ĩ qua unus, cuius famuli deprehenſi fuerant conducere bladũ ex̃ territoriũ, faſſus eſt delictũ,& quærelauit officialẽ, ꝙ eius conſenſu illud conduci faceret, petens ſe liberari uirtute edictornm publicatorũ, ex quorum diſpoſitione denuntians officialẽ cõſentientẽ fraudibus cõſequiẽ impunitatẽ:nam fu t admiſſa quærela iſtius cũ fideiuſsione ſcntoꝝ mille de cõparẽdo, qñcumq; viſum fuiſſet magiſtratui;& ceptũ eſt ſup utraq; querela ꝓcedi, & cã adhuc pendet. Sed hic incidenter qro, inquit, qui ſ. qñ nomen accuſati dicatẽ receptũ inter reos, Rñdeo; in hoc articulo uariè Doctores locuti ſunt. Tu uerò dic, ꝙ regulariter, ſi reus eſt pñs ĩ iud. ꝙ p litis cõteſtationẽ dr̃ ei' nomẽ receptum inter reos,& hæc opinio fuit Petri, quẽ cõſuetudo approbare vr̃, ut dicit Bal. ĩ l.1.poſt n.31.C.qui accuſ.nõ poſſunt:& dicit Villalp. ſuper l.22.c.49. in ult. uerbis, ꝙ ita magis cõmuniter concluditur; nam (ſecundum eum) ex conſuetudine non fit aliquis actus deſcribẽdi inter reos, tamq̃ actus ſeparatus; prout ẽt id non eſſe in uſu atteſtaẽ Salic.in d.l.1.nu.15.in fine.ſed ſolum r.o do ſit litis conteſtatio; ideoq; dicendũ eſt ex ipſa litis conteſtatione dici receptum eſſe nomen accuſati inter reos ita, ꝙ ſtatim, ꝙ iudex interrogat reũ, an cõmiſerit ipſum delictum, de quo imputatẽ; illico ſiue reus cõfiteatur, ſiue neget, facta rñſione dicat eius nomẽ receptũ ĩter reos,& in hoc nulla vr̃ eſſe difficultas; talis.n.interrogatio iudicis,& rñſio iducit lit. cõteſt.ut dixi ĩ.quæſ.45.

Accuſati nomẽ qñ dicatur receptũ iter reos.

circa

circa princip. ſi vero reus non eſt detentus; ſed proceditur contra eum abſentē iux. formam iuris cōmunis in caſibus, in quibus eo iure permiſſum eſt contra abſentem procedi, vel ſtatutorum id permittentium: tunc ſiquidem ex parte rei ſunt propoſitæ exceptiones concernentes merita cauſæ, & reus eſt contumax: ſtatim in primo termino contumatiæ dicitur eius nomen receptum inter reos, quia ex diſpoſitione ſtatutorum contumax habetur pro confeſſo, & conſequenter etiā pro præſente: & ideo contumatia, quo ad hoc, ſuccedit loco veræ confeſſionis, & cōteſtationis litis. Si verò opponūtur exceptiones dilatoriæ, ſeu declinatoriæ, puta concernentes incōpetentiam iudicis, vel inhabilitatē accuſatoris, vel huiuſmodi: tunc quando iudex declarat ſuper ipſis exceptionibus, & illas expreſsè reijcit, vel eis non obſtantibus procedit ad vlteriora, dicitur nomen imputati recipi inter reos, & non ante; & hæc eſt diſtinctio Bart. in d. l. Is qui reus nu. 3. ff. de pub. iudi. quam dicit eſſe communem Alex. in l. cū mulier nu. 6. ff. ſolut. matrim. & dicit Ang. de Maleſi. in ℣. & ad querelam nu. 61. ꝙ hæc opinio Bar. in practica obſeruatur. Quem refert Card. Alex. in cap. de accuſatione col. 8. circa medium 2. q. 8. & Hier. in apoſtilla ad Ang. ī loco præ allegato, dicit, ꝙ eſt vera, & cōmunis.

VNDECIMA CONCLVSIO.

CRiminoſus clericus condemnatus de crimine, quando ex ipſa condēnatione non amittit famam, nec ciuitatem, nec libertatem, in tali caſu erit dicendum, ꝙ non obſtante tali condēnatiōe poterit accuſare; ſed ſi amiſiſſet famam, ſed non ciuitatem, nec libertatem, tūc non poterit accuſare, niſi ſuā, vel ſuorum proſequeretur iniuriam; quia tunc poterit; & hoc eſt intelligendum procedere etiam in criminibus exceptis, in quibus non admittitur ad accuſandum: ſi verò ex tali condemnatione amiſiſſet ciuitatem, vel libertatē, in tali caſu non poterit de nouo accuſare quemquam, ſed tantum proſequi iam inchoatam accuſationem. hæc concluſio probatur auctoritate Iulij Clarij in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. Quæſt. 14 col. 11. in ℣. quintus eſt caſus: vbi multorum Doctorum auctoritatibus hanc concluſionem probat, tueturq. illam hac ratione, quæ talis eſt: cum infamis omnis non ſit admittendus ad accuſandum, vt ſupra latius probatū fuit, inde conſequens ſit, ꝙ quandocumque quis infamis redditur ex condemnatione iudiciali, tunc non poſſit admitti ad accuſandum. Iulius Clar.

DVODECIMA CONCLVSIO.

OMnes etiam illi, qui ante litis conteſtationem, vel accuſationem aliquod crimen commiſerunt, in cauſa criminali criminaliter mota poterunt repelli ab accuſatione, licet forſan illud poſt modum deleuiſſent pænitētia ſalubri dummodo illud probetur ab accuſatore: hæc concl. probatur triplici modo. Primo per tex. in c. qui crimen. 6. q. 1. vbi Adrianus Papa infraſcriptis vtitur verbis videlicet. Qui crimen intendit, agnoſcendū eſt, ſi ipſe ante non fuerit criminoſus: quia piculoſum eſt, & admitti nō dēt rei aduerſus quēpiā pfeſſio: hæc in d. ca. probatur quoque per argumentum in c. teſtimonium eẍ. de teſti. & atteſt. cuius verba infra referam, dū adducam gloſam in d. ca. qui crimen. Quia licet tex. non loquatur de accuſ. ſed tñ de teſtimonio, tamen idem habendum fore iuditium, ſæpe fuit ſup. probatū. Probat ēt ſecundo auctoritate doctorū. Specul. n. in 1. par. in titu. de Accuſ. col. 5. in verſ. item ꝙ ipſe criminoſ⁹ eſt: infraſcrip. verbis ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni, videlicet: itē ꝙ ipſe criminoſus eſt quocūq; crīe, inde nō pōt aliū accuſare, vt in c. A nobis eẍ de except. & 3. q. 4. in c. ſi quis a ſuo, licet non ſit nūc, quia ſufficit ꝙ fuerit ſ. criminoſus 6. q. 1. c. qui crimen, & in ca.

c. q. crimen. 6. q. 1.
ca. teſtimoniū. extra de teſtib.
Specul.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fin.diſt.25.hæc ille. Notandum inſuper eſt, ꝙ in d.c.fin.dr̄ nō admittendū fore ad epiſcopatum,q̄ aliq̄n fuit criminoſus; eo ꝙ nō poterit alios redarguere de criminibus, & ille canon eſt Innoc. Papæ. Gl. quoq; in d.c.qui crimen.in V̄. qui crimen. nr̄æ adſtipulatur concluſ. poſtq̄ retulit quandam opin.contrariā, his verbis, videlicet: Tu dicas breuiter ꝙ ſi probatur crimen contra aliquem, ſemp repellitur in cā criminali, vt in c. quærendum.2.q.7.& in c.teſtimonium. ex̄ de teſtib. & atteſt. vbi Grego. dixit infraſcripta, videlicet: Teſtimonii ei⁹, cuius ab aduerſa parte opponitur crimē.merito reprobatur in criali cā, vel ciuili, ſi in ipſo crīe perſeueret. Si verò ſit de crīe emendatus, & eum nō comitetur infamia, non eſt in cā ciuili, vel ēt cum de crīe ciuiliter agitur, præterquā pro reatu periurij repellendus. in criminali aūt, ſi in alio iudicio inſtituta accuſatione contra ipſum de crīe conuictus extitit, vel confeſſus; vel ſi p exceptionem exinde cōuincatur, aut grauata ſit eius opinio, ꝑ eo ꝙ fuit aliqū tali modo repulſus, q̄uis hoc caſu non excludetur in cā ciuili, pōt à teſtimonio (licet egerit pœnitentiam) remoueri. hęc in d.c.teſtimonium. Glo. quoque ead.in d.c.qui crimen.in V̄.ſi ipſe ante: rurſus noſtram amplectitur concluſionem, vtens his verbis, videlicet: licet de illo non ſit condemnatus.arg.ex̄ de teſtib.c.ſuper eo.& eſt arg. hic, ꝙ poſt pœnitentiā accuſatur quis de crīe. 33.q.2. c.admonere. Panor.quoq; nr̄æ ſe ſubſcripſit concluſ.in d.c.teſtimoniū.col.4. circa princ. ipſius infraſcriptis vtens verbis, videlicet: Glo. tū Not.in c.ipſi Apoſtoli.2.q.7.dicit, ꝙ ex quo quis ſemel incidit in pctm̄ mortale, nō admittitur amplius ad teſtimonium in cauſa criali, quantumcunq; ſit emendatus: & facit iſte tex.in pen.caſu:& forte hoc verius, ſed primū æquius. Hanc opin. prædictā ſatis ſentit hīc Hoſt. dum dicit, ꝙ temerariū iurm̄ repellit à teſtimonio, ſi iurantē,nō pœnituit;& tū non eſt crimē publicū, nec de granioribus peccatis; vt colligitur ex tex.& gl.in c.qui ſacro. 22.q.4.hæc Pan.vbi ſ̄.qui,& paulo poſt eadē tn̄ col. infraſcriptis vtit̄ verbis, videlicet;& vide ad materiā, quod notat gl.in c.ipſi apoſtoli.2.q.7.& tex.eſt in c. infames 6.q.1.hæc ille; cuius verbis luce clarius elucet ſe ſubſcripſiſſe nr̄æ cōcluſ. tū quia videt̄ p illa ſe adſtipulari ſnīæ illius gl.ſupra relatæ; quæ hoc aptiſſimè dixit; tum ēt, q̄a adducit d.c.infames, in cuius fine hæc hn̄tur, videlicet; nec rectam fidē, vel dignā cōuerſationē nō hn̄tes ſūmos ſacerdotes poſſunt accuſare, nec ad accuſationē, ſeu ad teſtimoniū nullatenus iuſtè poſſunt recipi.hæc in d.c.infamis; qd̄ volēs aptius fateri ipſe Pan.vbi ſ̄ in V̄.cōcludo. infraſcriptis vtit̄ verbis, videlicet. Cōcludo ergo, ꝙ in foro canonico ſeruabit, qd̄ ſtatim dixi tam cōtra clericos, q̄ cōtra laicos: ſed in foro ciuili ſeruabit ius ciuile, cū Papa intendat illud in ſuo foro corrigere, vt ſatis colligit in d. c.ſuper eo: ex̄ de teſti. & atteſt. hæc Pan. vbi ſ̄: qui & in eodē c.teſtimoniū col.9.in V̄.ſextus caſus, infraſcr. quoq; verbis per nr̄a concl. vtitur videlicet. Sext⁹ caſus, qn̄ numq̄ de crīe fuit accuſatus, ſed nūc ꝑ exceptione pōt couinci, & ſufficit ad repellendū: & intellige vt ſ̄ ſi etiā nūc eſſet de crīe emendatus, & ſic ponat aliqd ſpūale, cum agit criāliter: Nā ſi pſeuera ret, repelleret ēt in ciuili; & ſic eſſem⁹ in primo caſu; & nota hoc q̄a eſt valde durum: vt ſemel delinquēs nō admittat̄ in teſtē in cauſa criali. Puto, ꝙ ſi intraſſet poſt modū religionē, ſublata eſſet oīs occaſio ſuſpitionis: hæc Pan. vbi ſ̄ cuius verbis adſtipulatur D.Fel. in d.c.teſtimonium col.10. in V̄. ſexta concl. vtens eiſdem verbis, q̄ immediate ſ̄ retuli dicta ac prolata à Pan. vbi ſupra: & hæc allata ſufficiant pro probatione concluſionis præſentis. Specul. quoque in titu. de teſte, noſtræ concl. adſtipulatur illam probās in teſte criminoſo in §.opponitur autem col.7.per totum.

Gloſ. | Ca. teſtimoniū, ex. de teſtibus. | Gloſ. | Pan. | Author. | Felin. | Specul.

TER-

TERTIADECIMA CONCLVSIO.

Laici ſunt admittẽdi ad accuſandos clericos, quãdo proſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam: hæc concl. probatur duplici modo; præmiſſo tñ vno notabili pro pñtis concl. maiori intelligẽtia; videlicet, vel q dicãtur ſui, uel quãdo q̃s dicat proſequi ſuã, vel ſuorũ iniuriam in caſu pñtis concluſionis; pro cuius notitia ſciendũ, q varia fuit opinio doctorum circa hec: qua propter operæ pretium duxi, nõnullorũ doctorum ſententias hic afferre: Et primo ſcitu eſt dignũ, qđ dicit Spec. in 3. par. §. 3. videndum: in titu. de Accuſ. in V̄. ſuorum autem iniuriã, vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ſuorum aiũt iniuriã proſequit, qui proſequit iniur. illorum, qui pro eo teſtimoniũ dicere non poſſunt, qui ſunt (ſm leges) vſq; ad ſeptimũ gradũ; vt eſt ſobrinus, & ex eo natus. ff. de teſtibus l. tertia. & l. Iul. ſm Accurſium, q hoc notat. C. ad Senat. Conſ. turp. l. ſi femina: hæc Specul. vbi s̃. attamen pro maiori intelligentia nr̃æ concl. ac ſententiæ Specul. animaduertẽdũ, q in d. l. lege Iul. hæc habẽtur, videlicet: lege Iulia iuditiorum publicorum cauetur, ne inuitò denuntietur, vt teſtimoniũ litis dicat aduerſus ſocerũ, generũ, vitricũ, priuignũ, ſobrinũ, ſobrino natũ: eoſúe qui priores gradu ſint, item ne liberto ipſius: liberorum eius parẽtũ; viri vxoriſúe, & vt nec patronæ, patroni, aduerſus libertos, neq; liberti aduerſus patronos cogãtur teſtimoniũ dicere: Hęc oĩa in d. l. hñtur: Hoſt. in sũma: in titu. de accuſ. §. quis poſsit accuſare, ad hec adducit tex. in l. 2. & ſequẽtibus nõnullis, in quibus nominant̃ nonnullę prædictar; perſonar; ac p conſequens videtur ſe nr̃æ concl. dictũ terminũ declaraſſe, prout Spec. docuit. Accurſius verò dixit, illos dici ſuos in caſu nr̃o, q pro eo teſtificari non poſſunt, vt not. in l. pen. in fin. C. ad Turpil. Gloſa quoq; in d. l. penul. in V̄. ſuorumq. idẽ ſentijt his verbis vtẽs, videlicet: ſed quis dicitur ſuorũ iniuriã proſequi? Certe qui proſequitur illorum iniuriam, pro quibus teſtimonium dicere non poteſt, qui ſunt vſq; ad ſeptimũ gradum: Sobrinus, & ex eo natus, vt ff. de teſtibus l. 3. §. l. Iulia, hæc illa gloſ. ſed tu aduerte, q idem §. l. Iulia ab alijs appellat̃. l. lege Iulia: vt s̃ annotaui, tñ idem ſunt. Abbas verò dicit, hoc poſſe intelligi de omnib' cõſtitutis in ptãte, licet non ſint in primo gradu, & adducit tex. in ca. ſi verò, ex̃ de ſen. excom. ſed ſciẽdũ, q in d. canone nominant̃ pro pinqui infraſcripti oẽs, videlicet; Vxor, Mater, Soror, & propria familia. Petrus quidam dicit, q in illis caſibus poterit accuſare, in q̃bus q̃s ſine pæna nõ poterit verberare: q caſus hñtur, in d. c. can. vt dixi: Io Andr. verò in additione ſuper Specul. vt s̃. in V̄. in glo. noua: dicit, oẽs appellandos ſuos, pro quibus poterit quis poſtulare, q & enumerant̃ in l. 1. in fine, & 2. ff. de poſtulat. quod ipſemet Ioan. Andr. putat verum, exceptis vltimis duobus ibi enumeratis: ſed notandũ pro maiori intelligẽtia prædictorum, q tm̃ infraſcriptæ perſonæ enumerant̃, videlicet, parentes, patroni, vel patronæ, & eorũ liberi, proprij liberi, fratres, ſoror, vxor, ſeruus, gener, nurus, vitricus, nouerca, priuign', pupillus, furioſus, & fatuus. Pan. verò in c. de cetero, ex̃ de teſtibus poſt enumerationẽ oĩum ſententiarũ doctor; circa declarationẽ dicti termini, & præcipuè poſt dicta Io. And. Mihi (inquit) placet omnia præter tres iſtas vltimas nominatas pſonas, videlicet. Pupillum furioſum, & fatuum, qa iſti non poſſunt dici ſui, ex quò ſibi nõ attinent; licet aliàs illis ſit miſerendum, & fauendum: hæc ille. cuius dictis ſe ſubſcripſit quoq; D. Felinus in eod. d. c. de cetero, adducendo ad confirmandam dictã enucleationem termini auctoritatem canonis, in c. certis. 15. q. 3. & multorum doctorum. & hæc adduxiſſe ſufficiant pro declaratione dicti termini, vz. ſuorũ, quapp ipſo ommiſſo, ad pbandũ cõcluſionẽ adductã me

Quãdo quis dicat̃ pſeq ſuã vel ſuorũ iniuriam.

Conc.probatio. c.De cætero. extra de Teſtib⁹. transferent dico ipſam probare. Primo p tex.in c.de cetero.eẋ de teſti.& atteſt. ubi ſcribens Alexan.Papa Archiep.Salernit. infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet:de cetero laicos in accuſationē, uel teſtimoniū contra clericum in crīali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos,cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet,niſi fortè ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequantur; nec tunc etiam ad teſtimoninm, ſed ad accuſationem poſſunt admitti. Hæc omnia in d.canone. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum in d.canone.

QVARTADECIMA CONC.

Laici poſſunt accuſare tam clericos ſeculares, q̄ regulares in caſib⁹ exceptis. hæc concluſio fuit ſatis abunde probata in concluſione ſecūda præſentis capituli;& idcirco hic non probabit.

QVINTADECIMA CONC.

Omnes non admittendi ad accuſationem clericorum ſecularium (de quibus habitus fuit ſermo in præcedētibus concluſionibus,) nec debent admitti ad accuſationem clericorum regularium, ſeu Monacorum.hæc concl. probatur triplici modo. Primo per argumentum in c. Meminimus eẋ. de accuſ. ubi hæc habentur uidelicet. Meminimus tibi mandaſſe, ut c.Abbatiſſe,cuius electionem confirmauimus, munus benedictionis impendere procurares; ſed quia H. pro altera parte à te ad noſtram andiētiam appellauit,ꝓponēs de ſimonia accuſare eandem: mandatum noſtrum diſtuliſti effectui mancipare. Quia uerò te nō decet,in hac parte appellationi eius de.H. deferre,cum idem illius manifeſtiſsimus ſit inimicus, & cōtra eam teſtimonium tulerit. mandamus,quatenus,cum idem fueris requiſitus, præfatæ abbatiſſæ benedictionis munus non differas impartiri. hæc in d.c. ex cuius uerbis elicitur cōc. ueritas; licet in tractatu de modo procedendi cōtra regulares probatum ſit; ꝙ regulares non ſint priuandi defenſione,ac excipiēdi via,ut reliquo hominū cętui conceditur. Probatur inſuper & præſens concl. auctoritate Doctorum: Specul. enim in li. tertio in titu.de Accuſ.§. Tertiò uidendum occurrit: in ꝟ. Quæ aūt dixi;poſtquam multos enumerauit non admittendos ad accuſationem clericorum,infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet. Quæ aūt dixi de clericis, intellige & in monachis obtineri, ſecundum titulnm eẋ de Accuſ. c. Meminimus.hæc Specul.ubi ſupra.Probatur & tertio hac ratione: Cum appellatione clericorum ueniant monaci quoque in fauorabilibus (ut omnis canoniſtarum ſcola fatetur,) & materia, de qua agitur,ſit fauorabilis; patebit ergo, noſtrā cōcluſionē ueram eſſe;quoniam luce clarius liquet in fauorem cedere monachorum,ꝙ multi admittendi nō ſint ad eorum accuſationem:imo ueritas nr̄æ concl. probatur quoq; hac rōne; qm̄, ſi indiſcriminatim admitterentur,q̄facillimè orireť ſcādalum, qm̄ laici ſtatim audita hmōdi accuſatione magis ſcādalizerētur, q̄ ſi fuiſſent accuſati clerici ſeculares,ut patet ad ſenſū.

c. Meminimus. extra de accuſa.

Author.

DECIMASEXTA CONC.

Accuſator, qui tempore,quo libellum, uel quarelā iudici ordinario, ſeu delegato porrexit, erat legitimus accuſator,.i.nihil crimino ſum, uel opprobrio dignū ꝑpetrauerat illuc uſq;, uirtute cui⁹ nō potuiſſet ab accuſationē repelli,ſi anteq̄ accuſatus uocatus p citationem eſſet ad iudicium, & comparuiſſet,ac libello, uel quarelæ reſpōſum dediſſet,ipſe accuſator perpetraſſet aliquod facinus, licet ab initio accuſationis immunis fuiſſet à culpa huiuſmodi ; nihilominus poterit excipi contra ipſum, & accuſatus accuſatorē exceptione criminis illū repellere ab accuſationis ꝓſecutione; q̄uis re uera ipſi accuſato onus probādi huiuſmodi exceptionē incūbat: qua ꝓbata accuſator nō erit amplius audiēdus a iudice, ac p hoc iudex cōtra accuſatū ꝓcedere

non

non debebit ad inſtantiam accuſatoris prædicti.hæc conc.probatur triplici modo. Primo.n. per arg.in ca. quoniã contra ex̃ de probat; Vbi hæc habẽtur relata; videlicet, ꝙ Inn. tertius in concilio generali ſtatuerit modum conficiendi proceſſus,ſeu acta,& in enumerandis ipſis actis collocauerit ipſam citationem in primo loco actori; aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa iuditij acta conſcribant videlicet citationes, dilationes, recuſationes &c.Ex quibus verbis elici vr̃. citationem in principio actorum recẽ ſitam eſſe principium iuditij.probatur quoque per tex.in §. fin.inſtitu. de pœnis temere litigantium, vbi hæc habentur videlicet. Omniũ autem actionum inſtituendarum principiũ ab ea parte ædicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in ius vocando;vtiq; enim in primis aduerſarius in ius vocãdus eſt. hæc ex.§.illo.quæ licet expreſſe nõ ꝓbẽt concluſionẽ;tamen negari non poterit,quin velit citationem principium iuditij eſſe. Idem videtur quoq; probari per tex.in c.Gratũ.ex̃ de off. iud. deleg.in quo Vrbanus tertius infraſcriptis vtitur verbis videlicet. Gratũ gerimus:& infra: Sanè conſuluit nos deuotio tua ante obitum delegantis,propoſito citationis edicto, lite verò poſt mortem conteſtata; nihilominus debebat i cauſa ꝓcedere delegatus &c. Nos autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus,ꝙ in caſu priori, citatione facta,negotium ſit quaſi cæptum:& maximè ſi delegatus nõ ſit certus de obitu delegantis,poteſt, & debet in cauſa procedi;tenebit, quod iuſtitia fuerit ꝑ uia diffinitum. hæc in d.canone. probatur & ſecundo pñs cõcluſio, authoritate doctorum,licet nõ omnes explicitè illam amplectantur: Gloſſa enim in d.c.gratũ,in ℣.Gratum infraſcriptis vtitur verbis videlicet. Ceptum ideo dicit quaſi ceptum:quia quantum ad ꝑpetuandã iuriſdictionem ceptum eſt negotiũ: vnde legitimas exceptiones

c.qm̃ cõtra.ex.d proba.

§.fi.inſt. de pœ. te mer. lit.

c.gratũ. ex. off. iud. del.

p citatione iuriſdictio iudicis .firmatur

Glo.

põt opponere:hæc oĩa Glo.vbi ſ. ex cuius verbis patet concluſionis veritas: cum videatur concludere,exceptiones produci poſſe poſt citationem immediate,dum per r̃ñſionem, ac comparitionem in iudicio ipſius accuſati litis conteſt. fieri incipiat. Glo.in c.Eccleſia S.Ma.ex̃ de conſtit. in ℣. non conuenti. infraſcr.vtitur verbis,videlicet: nõ cõuenti:bene dicit non cõuenti: quia cõuentio,ſiue citatio eſt principium, ſeu fundamentũ ordinis iudiciarij. primo .n. eſt quis citandus, vt infra de ma. & obed.c.inter quatuor. infra de prob.§. qm̃ contra falſam; vbi cõſimilia ꝑ ordinẽ ꝑonunt̃ citationes &dilationes etc. hæc oĩa Glo.ꝑdicta. Imol.quoq; in Cle. ſæpe.de verb.ſig.poſt ipſius interpretationẽ in.§.incip. habetis expeditã Cle. inter alia dicit, ꝙ citatio eſt principiũ iudicij,vt in.§.fi.Inſtit.de pœ.teme.litig. Zaba.Card.quoq; idem aſſerit in dicta Clem.in §.non ſic tñ.in ℣.quarto nota. vbi infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet:Quarto nota,ꝙ in ſummarijs fieri debet citatio: nam ẽt in notorijs facienda eſt,de iureiur.c.ad nr̃am.el 3. & a citatione inchoatur iudicium, vt in c.qm̃ contra.ex̃ de proba.hæc ille. Pan. quoq; noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni in c.1.ex̃ de acc. & primo.in ℣.nota ſecundo.ibi non fatigetur.col.j. vbi infra ſcriptis vtitur verbis,videlicet: arg. ꝙ exceptio de illegitimitate accuſatoris eſt dilatoria: & ideo eſt proponenda ante litis conteſt. facit tex.in l.ſi maritus.§.ꝑſcriptiones.ff.de adult.in c.exhibita.de iudic. Bar.tenet in l.j.§.accuſationẽ.ff.ad Turp.hæc Pan.vbi ſupra. ex cuius verbis quã facillime elicitur cõcluſionis veritas,eo ꝙ dicat ipſe,ꝓponendas exceptiones fore ante lit.conteſt. quæ ꝓculdubio fit ꝑ r̃ñſionem accuſati, iam ad iudicium vocati ꝑ citationem: rurſus idem Pan. hĩc eandem concluſ.cõfirmat in eo.c.j.col.3.in prin. in ℣.ex̃ glo.opp. contra. infraſc. verbis vtendo,videlicet:ex̃ glo.opp.cõtra tex. & vr̃,ꝙ accuſatus fatigatus ad accuſatio-

Glo.

Imol.

Zabarel.

Pan.

Author.

tio-

tionem illegitimi accuſatoris:quia ſaltem dēt uenire ad excipiendum contra accuſatorē:ut in c.veniens. infra eod.& c licet,& in l. ſiquis ex aliena.ff.de iudi. Sol. duplex ſecūdum Doct.Prima quòd non dēt fatigari reus ēt in ueniendo, ſi notorium eſt accuſatorē eſſe indignū: ſed dēt iudex ex off.ſuo repellere illegitimum accuſatorem.facit glo in c.Nulli: infra eod. & bona glo. in c. Alieni.2. q.7.facit l.quos ꝓhibet.ff. de poſtul.&c. Secunda ſolutio eſt,ꝙ non dēt reus fatigari in ꝓſequutione iuditij; quaſi dicat, comparere debet; ſed non compellitur proſequi probata exceptione: ſed circa hanc ſolutionem quæro; quid ſi accuſatus comparet in iudi.& iuditium eſt inchoatum, & non excipit, & accuſator eſt indignus, nunquid teneat iuditiū? de hoc uide in l. qui accuſare:& in l.hoc accuſare. ff.eo.vbi dr̄,ꝙ ſic: uide tex.in c Pia, de excep.lib.6.ubi ualet iuditiū cū excōicato, ſi contra eū non fuit exceptum:& vide glo.in c.1.de reſcriptis lib.6.vbi dr̄,ꝙ ſic.Vltimò quero;q.d ſi accuſator tpe accuſationis erat idoneus; ſed in proſequutione ſuperuenit indignitas; nunquid poſsit repelli? Bar.in l.Neratius.ff.de pub.iudic.per illum textum. Nam condemnatus ibi, & ēt deportatus admittit,proſequi uolēs accuſationem inchoatam;ſed de nouo inchoare non pōt.Nō obſtat, ſi dicat,ꝙ res,qñ deuenit ad ſtatum, à quo nō potuit habere principium,inficitur, ut l. Neratius,prællegata: & notaur in regula c.factum legitimē.de regulis iuris in 6. quia illud ꝓcedit, qñ eſt defectus in ſuperuenienti, uel originali.arg.in l. quamuis.C.de adult.ſecus ſi ſuperuenerit in perſona accuſatoris: quia iuditiū ſuſtinetur pp bonum publicum, & iudiciariam auctoritatem. ff.de adult.l.ſi quis. ſecus ubi beneficium ſuperuenit accuſato ex perſona ſua: quia pōt illo uti:facit l.hos accuſare.§.hoc beneficio ff.eo.intellige ergo hoc.c.quādo accuſator tempore accuſationis erat illegitimus. hæc oīa.Pan.ubi ſupra.Dominus

Pan.

Accuſator non repellitur in prin. iudicij nō pōt poſtmodum: repelli

quoq; Felinus in d.c.1.de accuſ.ſe ſubſcribens nr̄ę concluſioni in col.1.ferè in principio, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet. Nota, ꝙ exceptio illegitimitatis ē dilatoria, ēt modo de exceptione tua non intereſt,& dēt proponi ante litem cōteſtatam: alias eſt præcluſa uia præponendi. limita, quando exceptio iſta eſſet de iure naturali gentium,& ciuili, quia tūc potero opponere ēt poſt litem conteſtatam: dato, ꝙ primò ſciuerim: iſtud fuit dictum Dn̄i Baldi in Rubrica.C.qui accuſ.non poſ.in quarta col.& allegat Inn. in c. ſiſcitatus de reſcriptis. in 6. Nota unam limitationem ad iſtud, quod dr̄, ꝙ primo de legitimatione perſonarum eſt inquirēdum: & ꝙ, ſi talis exceptio non fuerit oppoſita ante litem conteſtatam, non poterit amplius opponi: eſt uerum, qñ tale crimen opponēdum erat in rerum natura a pricipio. ſecus ſi poſt litis cōteſt. euenit;quia tale crimen non hēt impedire, quod principaliter legitimē eſt factum.Bar.in l.Neratius.ff.de fideiuſ.hæc Feli. probabit quoque pn̄s concl.nonnullis rationibus;poſtquā hic a me relata fuerit æthimologia iſtius termini (litis conteſtatio) ad maiorē dilucidationem ueritatis præſentis concluſionis. Dico ergo ſecundum Lancillotum in ſua inſtitutione canonica, qui infraſcriptam deſcriptionem termini excerpſit a dictis q̄plurimorum Doctorum,ac iurium: uſus fuit enim ipſe in titulo de litis conteſt. circa fine primi §.infraſcriptis uerbis, videlicet: eſt aūt iuditiorum quaſi fundamentum quodam litis conteſtatio:Nam ſi illa a partibus prætermiſſa fuerit, procul dubio oīa,quę ſequuta fuerint,corruētur,&c, & paulo poſt: ea uero fit per petitione in iure,ideſt iuditio, propoſitam,& cōgruam reſponſionem ſequutam animo conteſtandi litem factam: Cum iudex per narrationem negotij cām audire ceperit: vnde ſi quis poſitionibus ſimpliciter reſpondeat, aut peremptoriā exceptionem proponat: nequaquam ꝑ hoc

Feli.

Lancil.

Litis cōteſtatio quid ſit.

hoc eſſe facta conteſtatio litis intelligitur;& hæc quo ad ethimologiam uocabuli: ſed animaduertendum quoque erit, ꝙ idem Lancillottus in gloſa ibidem nõnulla notabilia de eadem materia ſubinfert: & primo in ℣. fundamẽtum, infraſcriptis utitur uerbis, quæ ſummopere deſeruiunt nřæ concluſiõni præſenti: dicit.n.ibi; imò fundamentum eſt citatio, ut ſupra de in ius uocãdo.§.i. dic, ꝙ citatio eſt fundamentum iuditij, inquantũ eſt primum principiũ, & ſine ea iuditium non ualet. ſed re uera ante litis conteſtationem non ſumus certi, an illi actus ſint portio iuditij, cum poſsit eſſe, ꝙ partes non contendant; diuerſis ergo reſpectibus hoc uerbum, fundamentum iuditij, poteſt prædicari de utraque, videlicet, tam de citatione, q̃ litis conteſtatione: & facit pro hac litera. c. ex parte. el ſecundo. de uerborum ſignifi. hæc ille vbi ſ. qui ibidem in ℣. Ea uerò; infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: verba, hæc quibus uidetur litis conteſtatio diffiniri, uel deſcribi ex. c. 1. eo. tit. & ex c. Dudum el ſecũdo, de elect. excepta ſunt. hæc ille: his ergo præmiſsis pñs nřa concl. (ut dixi) probabitur nonnullis rõnibus, quarum prima eſt hæc. Cum enim fundamentũ, & principium ordinis iuditiarij, ſit citatio accuſati, ut ſupra abũde ſatis fuit probatum; & non porrectio libelli facta iudici ordinario, nec commiſsionis conceſsio facta delegato iudici, vt docet Pan. in ſua pract. in §. ſed qualiter adeũdo iudicem actor ſe debeat habere, infraſcriptis uerbis utens, uidelicet: item faciat ipſam citationem ab ordinario, uel delegato decretam citius exequi contra aduerſarium: ne p ipſũ aduerſarium coram alio iudice poſsit conueniri. hæc ille idcircò dicendũ, iuditium nõ inchoari ab oblatione libelli; ac per conſequens etiam poſt citationem huiuſmodi exceptio, de qua facta fuit mentio in concl. erit admittenda. Secunda ratio, qua probatur nřa concl. eſt; qm̃ te vera tunc vř reus accuſari, qñ ſibi porrigitur libellus à iudice, ſiue (vt in præſentiarum mos eſt, & conſuetudo in iudicio,) qñ comparens reus citatus, interrogatus de prætenſis contra ſe, rñdet libello, vel interrogationibus iudicis, qui iam cæperat informationẽ contra dictum reum: qm̃, vt infra latius dicetur, tunc poterit petere terminũ ad excipiendum, vel ꝓbandum contra accuſatorẽ; & non priuſquã citetur, ac certioretur reus de accuſatione contra ſe facta, vel porrecta iudici, maxime cũ informatio capta, & alij actus in iuditio exerciti potius dicendi forent preparatio iuditij quã ipſummet iuditiũ: Tertia ratio eſt; cũ principium, & fund. iuditij nõ ſit accuſatio, ſed litis cõteſtatio, quæ ſit p reſponſionem factã in iud. ab accuſato poſt citationẽ comparẽte, vt fuit ſ probatũ, conſequens erit, ꝙ talis exceptio contra accuſatorem poterit opponi tunc temporis, ſcilicet, quando reo datur terminus ad excipiẽdum contra accuſatorem, & delata crimina: cum omnibus doctoribus ſit in confeſſo: ꝙ in principio iuditij accuſatores repelluntur, & non ante iuditium inceptum: quod elicitur peroptimè ex text. in cap. 1. eẋ de accuſat. ſupra relato: maximè cum quamplurimi videantur iudicibus vitæ immaculatæ, qui tamen ſunt criminoſę: Quapropter ſanctiſſ. decreuit Felix Papa in dicto c. 1. ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus, quaſi diceret: Si tibi quomodocumque cõſtiterit, ò iudex, accuſatorẽ eſſe illegitimum, illum noli admittere: Quarta ratio eſt; quoniam, ſi veriſsima non eſſet noſtra concluſio, hec abſurdiſsimum ſequeretur; quòd non eſſent concedendæ exceptiones accuſatis; ſed quòd ſtatim tenerentur, vel confiteri ſe commiſiſſe crimina (de quibus fuerant accuſati), aut ſtatim probare ſe eſſe immunes ab illatis criminibus contra ſe in iuditio: ſed conſequens eſt falſiſsimum, & contra innumeros canones ſupra hic relatos, ergo, & antecedens, quo-

Citatio ẽ fundamẽtum iudicij.

Prima rõ cõcl.

2. ratio.

3 ratio.

4. ratio.

quoniam re vera nemo tenetur in iud. exceptiones proponere contra accuſatorem, niſi prius in iuditium vocato p citationem, & litem cõteſtanti conſtet de qualitate perſonę accuſantis illum, ac tenoris accuſationis ipſius, vt deinceps contra vtrumq; excipere fas ſit;& ſic meo inditio videtur fuiſſe ſatisfactum probationibus afferẽdis in tutelam præſentis concluſionis.

XVII. ET VLT. CONCLVSIO.

Conſuetudo in omnib'curijs (hac noſtra tempeſtate) viget, quod in omnibus ferè caſibus per inquiſitionem proceditur, ſeu ex off. etiam ſi nemo accuſet:& ideo iudices numquam reijciũt querelam ab alio porrectam propter aliquam ex prædictis cauſis, vel alijs, quibus iure ordinario iudices nõ poſſent procedere contra aliquem vigore accuſationis porrectæ ab illegitimo accuſatore, ex quo ipſi iudices ẽt ſine quærelæ partis ex off. hodie ratione dictæ conſuetudinis poſſunt procedere contra delinquentes; quinimò talis quærela aperit iudici viam aſſumendi informationes, & inquirẽdi ſuper illo delicto; etiam ſi ſit porrecta ab eo, qui de iure communi accuſare non poteſt, vt quotidie videtur in practica (vt dixi) obſeruari infra in li. 2. de denũciationis forma & valore ca. j. p totã ferè, & in lib. 3. titu. de inquiſ. cap. 6. cõcl. 4. & 5. & in lib. 4. titu. de delatione iuram. ca. 1. concl. fin. Benè verum eſt, ꝙ in locis in quibus ſeruaturius commune, poſſent prædictę omnes concluſiones eſſe valde vtiles, imò & pratticabiles. pariter etiã in locis, in quibus nõ poſſunt iudices ratione alicuius pragmaticæ, vel priuilegij alicui vni. conceſsi procedere in aliquibus delictis ex off. prodeſſent (inquam) in illis caſibus, in quibus non poſſet procedi niſi ad quærelam partis, quæ hodie ſuccedit loco accuſationis: hæc concl. probatur dupli ci modo. Primo auctoritate doctiſſimi practichiſtæ in foro criminali Iulij Clarij ſcribentis in anno Dñi 1574. in lib. 5. §. fi. quæſt. 14. col. 2. in V. ſcias tñ ꝙ hm̃odi quæſt. Probat ſcđo hac rõne, ꝙ cũ prudẽtes iudices tũ eccl. tũ laici, experiẽtia rerũ magiſtra, didiciſſent ꝙ ſi vnaquæq; repulſio accuſatoris admiſſa fuiſſet, totus ſcopus legum funditus corruiſſet; & in dies q̃plurima flagitia ſicure fieri vidiſſent, cũ neminẽ fugiat hoĩum, innumerã copiã falſidicorũ teſtiũ pullulaſſe in terra: q̃bus modis nõ tm̃ rei non veniſſent puniendi; imo & ipſimet accuſatores, qui forſan zelo iuſtitiæ agitati illos accuſabant, grauiſſimis dãnis in dies ſubijciebant, mitigantes illum rigorem iuſtitiæ, ope, & & facto ipſo ſtatuerũt cõtrariũ. Primo, ne boni zelantes dei honore timore teſtiũ falſidicorũ retraherẽtur ab off. accuſandi, quãmaxime neceſſario paci reipublicæ, eò magis, quoniã re uera nemo venit puniẽdus vigore accuſationis, ſed depoſitione teſtiũ. ſecũdo cũ maximè, nec accuſatus in aliquo ex hac cõſuetudine grauetur; eo ꝙ nõ citet quis, niſi aliquali, ſeu quaſi ſemiplena probatione fuerit ꝓbatũ in capta informat. id, de quo quis fiat accuſatus: quaꝓpter, licet iura iã adducta in pręcedẽtib' cõcluſionibus ſint vera, & ſtatuerint cõtrariũ, vt ſonat lr̃a; tñ reuera modernus mos procedendi in huiuſmodi cauſis illis nõ aduerſatur. iux. illa vulgata, & vera antiomata apud canoniſtas; ſemper ſcilicet intentio legiſlatoris eſt inſpicienda in vniuſcuiuſq; iuris interp̃tatione; & quidem remota cauſa remouetur effectus: quaꝓpter ipſi legiſlatores, qui cõtrarium ſenſerunt, ſemper intendebãt in remouendo iniuſto proximi detrim. & idcircò volebant huiuſmodi accuſatores non admittendos fore, ne quis indebitè calumnijs eorum veniret grauandus: quod quidem & moderni iudices peroptimè obſeruãt, neminem in ius vocando, niſi præuia informatione capta contra accuſatos, ſeu quærelatos; ꝙ qui-

Iul. Cla.

Author.

qđ quidem iuditio meo eſt idem; imò
tutior & ſalubrior eſt hic modus ꝓce-
dendi in cauſis primo modo, ſeu anti-
quo; eò ꝙ ſtatim porrecto libello accu
ſationis accuſatus in ius vocabatur; &
qui forſan erat ciuis Regienſis ciuita
tis ꝓuinciæ Calabriȩ, ſi accuſatus fuiſ-
ſet de aliquo maleficio à ciue Neap. vel
à quocumq; morante Neap. (quæ Ciui
tas diſtat à Regiẽſi, per decẽ dietas in
circa) cogebatꝰ Neap. ſe conferre, vt li
bello reſponderet; libello falſȩ (forſan)
accuſationis: & ſic hic talis ſine ſua cul
pa grauabatur tot, tantisq; diſpendijs
tũ bonoꝝ, tum propriæ famæ, quæ læſa
vtiq; remanere ſolet, ſaltẽ apud vulgũ,
qui more arundinis omni vẽtoſo ver
bo fidẽ prȩſtat: & licet nr̃ȩ rationes ſit
veriſsimȩ, nihilominus ad maiorẽ di-
lucidationem ipſaꝝ exemplis earũ ve
ritatem patefaciam: ac ſimul reſponde
bo tacitȩ obiectioni lectoris ſolertiſsi
mi, ac ingenio perſpicaciſsimi: Poteſt
contingere, ꝙ ciuis Neap. vel aliqua ꝑ-
ſona eccl. accuſet in ſupremo omniũ cu
riaꝝ foro magnæ curiæ, ad quẽ ſpectat
in omnes reos totiꝰ regni animaduer-
tere (& ſic dico de aliquo alio ſupremo
tribunali in vnaquaq; regione totius
orbis) accuſet de aliquo crimine, vt di
xi, ciuem Regienſem, vel aliũ huiuſmo
di: & hoc patet quo ad laicos; ſed quo
ad clericos, & forum canonicũ non vi-
detur ſic facilè verificari poſſe; cũ dio-
ceſes ſint diuiſȩ: quapropter nemo po
terit in ius vocari ex̃ forum ſui diœce-
ſani; ad quod dico, ꝙ hoc quoq; potuiſ
ſet cõtingere hoc modo: ſi ciuis Neap.
vel incolatum facies in ciuitate Neap.
voluiſſet accuſare de ſimonia commiſ-
ſa Neap. vel Romȩ, ſeu de aliquo alio
flagitio perpetrato a ciue Regiẽſi cõ-
ſãguineo epiſcopi Regienſis, vel ſi epi
ſcopꝰ eſſet accuſatoris inimicus, & por
rexiſſet humilem petitionem Summo
Pontifici, qui conceſsiſſet ei, vt de hoc
cognoſceret Archiepiſcopꝰ Neap. vel
Nuntius Papæ exiſtens Neap. ⁊ illi tali
clerico opꝰ erat Neapolim venire, au-
tequam contra ipſum aliquod fuiſſet
probatum; ꝙ videtur maximum detri-
mentum illi obuenire ex hoc: & idcir-
co dico noſtram concluſionẽ bonam.

Accuſator contumax, qualiter, & quando puniendus erit. Cap. III.

Accuſator comparens poſt contumaciam an ſit audiendus ſecundum canones. concl. 1.
Accuſator comparens poſt contumaciam an ſit audiendus ſecundum ius ciuile concl. 2.
Conſuetudo qualis hodie ſeruatur in vtriſq; curijs circa contumaciam accuſatoris, cõcluſio 3. & vlt.

DIgeſto ſermone de accuſa-
toribus admittendis, vel
non admittendis ad accu
ſandum; meritò ſubſequi-
tur ſermo de pæna infli-
genda accuſatoribus contumacibus,
ideſt non comparentibus in iuditio ad
proſequendam accuſationem in termi
no ſibi præfixo à iudice: & vt breuiſsi-
mo ſermonis periodo omnia adducen
da abſoluam, procedam nonnullis cõ-
cluſionibus more ſolito.

PRIMA ERGO CONCLVSIO
ſit hæc.

SI accuſator abſens ſit per contuma-
tiam; & veniente accuſato in iuditio
in termino ſibi, & accuſatori ꝓfixo à iu
dice, ipſe accuſator nõ cõpareat, ſm̃ ca-
nones accuſator poſtmodũ nõ audietꝰ,
niſi doceat ſe fuiſſe iuſto impedimen-
to detentũ; & reus eſt abſoluendus in
cauſa crĩali crĩaliter mota. hæc conclu-
ſio ꝓbatur duplici modo. Primo ꝑ arg. ca. Quis
in c. quisquis 4. q. 5. & eſt Canon cõſilij quis. 4.
Carthaginenſis quarti, vbi circa finem q. 5.
hæc hñtur, v. 3. Accuſator aũt eꝰ, ſi nũq̃
diebus cauſæ dicendæ defuerit ſubtra
hẽns ſe à cõmuniõe nõ remoueatur: Si
verò

vero aliqñ defuerit ſubtrahens ſe, reſtituto in cõione epiſcopo,qui accuſatus fuerat, remoueatur à cõmunione accuſator,ita tñ,vt nec ipſi facultas adimatur peragendæ cauſæ,ſi ſe ante diẽ ſtatutum non voluiſſe ,ſed non potuiſſe occurrere probauerit:hæc in d. canone c.quisquis: idem quoq; probatur per text. in c.licet eẍ de accuſat , vbi inter alia hæc habentur, videlicet:ſanè,cũ ex literis B.Deca.S.Steph.& T.I.& M.canonic. eccleſ.Biſũtinæ ad ap.ſed.audictiã pueniſſet,te varia crĩa cõmiſiſſe , ac ab eis fuiſſes ꝑ eaſdẽ lr̃as ſuper piurij crĩe ſimoniç,& inceſtus delatus:Clem.Papa præceſſor nr̃, ſeruata iuditiaria grauitate,tibi certum terminum aſsignauit, quo rñſurus obiectis apte. cõſpectui præſentares ; cum aũt iux. tenorem citationis ad ſed.ap.acceſſiſſes;nec vllus appareret,q̃ te ita imputaret de prædictis, &c. & paulo poſt; nos igit dictis canonicis ſuper prædictis ſilentiũ duximus imponendũ:ne te de cætero eis ſuper his accuſare liceat, vel ẽt infamare:hæc omnia in d.canone. Probatur & ſecundo pñs concl. doctorũ auctoritate:Specul.n.in 3.par.tit.de accuſ.§.quinto tractãdũ eſt. infraſcriptis vtitur verbis,videlicet: quintò tractãdũ eſt;quid iuris ſit,ſi accuſator abſens ſit per contumatiã;& ſiquidem ſi accuſato veniẽte in termino, accuſator nõ comparet, ſm̃ canonem accuſator excõicabitur: nec poſt audietur;niſi doceat, ſe fuiſſe iuſto impedim.detentũ; & reus eſt abſoluendus, vt 4.q.5. quisquis & 11.q.1. Chriſtian⁹: quia magis offendit,q̃ reus non veniendo. hæc Specul.Pan.quoque pñti concl. ſe ſubſcribens, infraſcriptis vtitur verbis in d.c.licet de accuſ.col 2. in V̄.in glo.1.videlicet:tu dic clarius,& melius;ꝙ qñq; ſtatuitur terminus accuſatori,vt debeat accuſare , ſeu accuſationẽ ꝓſequi: & tunc ſi hoc nõ fecit infra terminũ, imponitur ſibi ſilẽtium, vt in d.l.diffamari: C.de inge.ma. & prius alleg.ca.qui quis & in l.ſi eum C.qui ac accuſ.nõ poſ. qñq; terminus ſtatuiẽ accuſato ad inſtantiã accuſatoris;& tunc ſi accuſator non comparet in termino, non debet incõtinenti imponi ſilentiũ accuſatori; ſed debet iterum citari, ſaltem quo ad hoc, vt accuſatus abſoluatur ab inſtãtia iuditij; ad hoc l.q. crimẽ C.qui accus.non poſſ.& ſi non comparuerit poſt iſtam citationem,imponitur ſibi ſilentium,vt hic. hæc Pan.vbi ſupra.

ca. licet ex.de ac cuſat.

Pan.

SECVNDA CONCLVSIO.

Secundum leges ciuiles accuſator venit puniendus quoq; pro ſua contumatia;ſed non ſemper eodem modo : ſecundum verò hanc diſtinctionem,videlicet : ſi accuſator citatus fuerit per tria edicta,vel per vnũ peremptorium, vt veniat ad peragendã,ſeu proſequendam accuſationem;& tamen fuerit cõtumax ante litis conteſt. locum habet contra ipſum lex l.qui crimẽ.C. de his, qui accuſ.non poſſ. & ſi termin⁹ ad cõparendum ipſi accuſatori fuerit à iudice pręfixus;poſtea non audietur,ſi ipſo termino elapſo comparuerit : vt elicitur ex tex.in l.ſi ea C.de his,qui accuſ. non poſſ. Si vero accuſator contumax fuerit,lite conteſtata,tunc punietur pęna turpill.& hoc modo intelligenda eſt l.1.C.ad Turpil.hæc concl. probatur duplici modo . Primo enim dictis legibus:quarum primæ tenor eſt, hic videlicet:q crimen publicũ inſtituere properant,non aliter ad hoc admittantur: niſi prius in ſcriptionẽ paginæ proceſſerint,& fideiuſſor de exercẽda lite adhibitus fuerit: ſi vero poſt ſatisdationem præſentes non fuerint: ædicto admonendi ſunt , vt veniant ad cauſam agendam;& ſi non affuerint,non ſolum eẍ ordinem extimatione iudicis puniẽdi ſunt; ſed etiam ſumptus, quos in eã rem,& circa ipſum iter ad litem vocati fecerint,depẽdere cogẽtur.Hæc omnia in d.lege;at verò in l.ea. C. de his,q accuſare non poſſunt , infra habentur videlicet:Si ea,quæ crimen intendit,cognitionem moretur:certa proferenda

l.qui crimen.C. de his q accu.nõ poſſ.

l.ſi ea C. de his q accuſat. nõ poſſ.

accuſationis tempora iudex cõpetẽs prꝑſtet,intra quę ſi agere ſuperſederit, renũtiaſſe cauſę intelligitur : hæc in d.l. Probatur quoq; pręſens concl. auctoritate Specul.in 3.par.tit.de accuſatione.§.quinto tractandũ eſt;vbi ferè vtitur eiſdem verbis noſtræ concluſionis.

TERTIA , ET VLTIMA CONCL.

LIcet de iure communi prædictę duę cõcluſiones ſint veriſsimę;tamẽ hodie non ſunt in vſu; ſicut nec hodie citatur reus per tria ædicta,ſed ſolum ꝑ nuntios cum præcepto comparẽdi infra tot dies arbitrio iudicis taxandos: in hoc tamen cum ſit varia conſuetudo in diuerſis locis,& diuerſa ſtatuta; idcirco illa erunt inſpicienda , & attendenda;neque hodie,reo nõ comparente, annotantur eius bona;ſed pro ipſo allegatur aliqua iuſta cauſa ipsũ excuſans à comparitione huiuſmodi;nec hodie porrigitur ab accuſatore libellus accuſationis ipſi accuſato corã iudice ; ſed proceditur , vt dixi in vltima cõcluſ. capituli pręcedẽtis . Nec hodie ſeruatur quod fiebat olim,videlicet: ꝙ accuſator tenebatur præſtare cautionem de proſequẽda lite vſque in finẽ. Nec hodie accuſator tenetur ſatiſdare de ſoluendis expenſis in caſu ſubcumbentię:attamen,vbi contraria conſuetudo vigeret, illa vtiq; eſſet ſeruanda: ſimiliter hodie,niſi reus expetat à iudice,vt cogatur accuſator iurare de calunnia,numquam obligabitur: neq; de conſuetudine ſeruatur,ꝙ ſi reus comparens veniret carceri mancipandus, compellatur & accuſator ipſe carcerẽ ingredi;maximè cum recèſſerit ab aula incriptio illa ad pænam talionis.hęc concluſio probatur vſu ipſo curiarum , & auctoritate Iulij Clarij in ſua pract.crimin l.lib. 5.§. fina. quæſt.18.per totum.

Iul.Clar.

Accuſatus citatus à iudice nõ comparens qualiter veniat puniendus; & an ſemper citatio continere debeat tenorẽ accuſationis. Cap. IIII.

Citatio, quæ dirigenda erit citato moranti in regione remota à loco iudicij, neceſſariò continebit libelli tenorem ; ſecus ſi in eadem regione , de iure communi, concl.1.& 2.

Citatio an ſi neceſſario fiat in domo uel in perſona citandi concl 3. & ſeptima.

Citatus non comparens in cauſa criminali qualiter puniendus. concl. quarta & quinta,& ſeptima.

Citatio continebit ſemper libelli tenorem in cauſa criminali de conſuetudine curiarum utriuſque fori.concl.ſexta.col.

Citationis factæ per miniſtrum curiarũ qualiter ſit deſcribẽda relatio.con.ſeptima.

CVM in præcedenti capitulo locuti ſumus de pęna infligenda accuſatoribus non comparentibus in iuditio ad proſequendam accuſationem delatam in iuditio:meritò in præſenti ſermo habendus erit de contumatia accuſati iam citati;& vt luce clarius omnia pateant,more ſolito per cõcluſiones nonnullas procedã.

PRIMA ERGO CONCLVſio ſit hæc.

CItatio, quæ dirigenda erit citato exiſtenti in remota regione , ac de longinquo à domo iudicis citantis, neceſſario cõtinebit tenorem accuſationis,ſeu delictorum, quæ ab accuſatore fuerunt obiecta in iuditio contra ipsũ accuſatũ. Hæc concluſio probatur triplici modo;primo per tex.apertiſsimũ Felicis Papæ ſcribentis Anaſtaſio, &

om-

c. ſi Primates 5.q.2. omnibus epiſcopis orientalibus in c.ſi primates 5.q.2.vbi infra habentur,videlicet:ſi primates accuſatores epiſcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint:tunc tempore legitimo eos ad ſinodū canonice antea conuocatam non infra anguſta tempora canonicè cōuocent:& non prius,quàm eis per ſcripta,ſignificent,quid eis opponitur,vt ad reſponſionem præparati adueniāt:hæc in d.canone; ſed in illius calce Gratianus infra addidit, videlicet;canonica autē vocatio eſt, quādo, ſeruato dicrum interſtitio, ſecundum auctoritatē Beati Syluestri, cauſæ ſuæ litteris adeſſe iubetur: quibus,quid ei obijciatur,auctoritate Felicis Papæ ſignificari oportet. hæc ibi.probat quoque præſens concluſio per tex.in ca. licet in Beato Petro, ex de accuſ. vbi infraſcripta habentur, videlicet: licet in Beato Petro,& infra. Sanè cum ex litteris B.Decani S Stephani, & t.i.& M.canonicorum Eccleſiæ Biſuntinæ ad ap. ſe.audientiam perueniſſet,te varia crimina commiſiſſe; ac ab eis fuiſſes per eaſdē litteras ſuper periurij, crimine ſimoniæ, & inceſtus delatus: Clemens Papa prædeceſſor noſter, ſeruata iuditiaria grauitate,tibi certum terminū aſsignauit: quo reſponſurus obiectis ap.te conſpectui præſentares: Cum autem iux. tenorem citationis ad ſed. ap. acceſsiſſes &c.hæc omnia inter alia ibi habentur,ex quibus patet Innocentium iij.Papam (cuius eſt canon iſte) approbaſſe ſeruatum modum,ac ordinem citandi à Papa Clemente,qui in citatione citato intimauit crimina,de quibus fuerat accuſatus:ac de quibus erat reſponſurus. Probatur quoque & ſecundo auctoritate doctorum.

ca. licet in B. Petro ex. de accuſ.

Specul Specul.enim in ſecunda par. titu. de citatione. §. iam de citatione, quæ fit per viuam vocem colum. 2. in verſ. ſi igitur ipſe,idem citat tradens formam citandi intimat citando ea crimina,quæ contra eum ab accuſatore in iuditio ſunt delata,& in princ.d.§.infra ſcriptis vtitur verbis, videlicet: illud quoque regulariter ſciendum eſt, ꝙ cuiuſlibet iudicis litteralis citatio continere debet,quis citat,& eius nomen, & cognomen,quē,& ſuper quo, vbi,& ad quem diem,& ad cuius inſtantiam citat, ꝙ p ſe,vel legitimum reſponſalem, & idoneum ad cauſam ſufficienter inſtructū compareat,& an peremptoriè, an non. hæc ille. Pan. quoq; in d.c.licet in beato.col.2. in ℣.item nota tex. vbi infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni,videlicet: item nota tex.& tene menti perpetuò,ꝙ in citatione fienda in cauſa criminali non eſt neceſſe, ꝙ inſeratur tenor libelli, vnde iſte fuit citatus,vt veniret reſpōſurus obiectis, libello nondum oblato: & ad hoc allegat Bar. hanc decretalem in l.inter accuſatorem. ff. de pu.iud. ſed huic dicto vehementer obſtat capit. ſi primates. 5.q.2.vbi nō debent citari in criminali, niſi in citatione exprimatur cauſa citationis,vt ſic paratus veniat ad reſpōdendum:& idem notat glo.in c.2 de dilat.& pro hoc facit,qđ notaī 3.q.2.in c. in ſumma, ſcilicet,ꝙ dilatorię nō ſunt dādæ: quare puto ſic dicendum: ꝙ aut citatio fit de lōginquo,& tūc eſt opus, ꝙ inſeratur tenor libelli de neceſsitate: ſic loquitur iſtud cap. & dictū Bar. ſed debet exprimi in citatione in effectu,quid opponitur reo,vt paratus veniat,vt in d.c.ſi primates, & ideo dictū Bar.non eſt ſimpliciter verum,dum dicit ſufficere,ꝙ citetur,vt veniat reſpōſurus,vel inquiſitus: aut citatio fit de propinquo, & maximè ſi eſt in eodem loco: & tūc procedit dictum Bar. quia citatus poterit ſcire,& cito ſe preparare,ex quo eſt, quaſi præſens. vnde iſtū tex. intelligo, ꝙ hæc crimina fueruut expreſſa in citatione,vt probat tex. ibi ſuper periurio & crimine ſimoniæ, iūcto verſic.ibi reſponſurus. hæc omnia Pan.vbi ſ. Probatur & tertio ratione iam adducta à Pan. videlicet,vt paratus ad iuditium veniat ipſe citatus, & non ſubiaccat multis damnis,quę patere- Author.

Pan.

tere-

teretur, niſi in citatione tenor accuſationis inſertus eſſet.

SECVNDA CONCLVSIO.

Citatio, quæ facienda erit accuſatis exiſtentibus in eadem ciuitate, in qua iudicium exercetur, vel in alia ꝓpinqua ipſi citando, de neceſsitate nõ debet cõtinere libellum accuſationis. hęc cõcluſio probatur auctoritate Pan. relata in præcedenti concluſione,& ratione ab ipſomet adducta.

Pan.

TERTIA CONCLVSIO.

Citationem in cauſa criminali ſufficit fuiſſe factam in domo, vel eccleſia per edictum clerici citandi, quandocumq; ſe malitioſè occultat; ſiue quia impedit, ne poſsit ad eum citatio peruenire. quapropter ipſis citatis, licet non comparentibus, ſic poterit iudex contra eos procedere ad diffinitiuam ſententiam. hæc concluſio ꝓbatur triplici medio. Primo per tex. in c.quoniam. §.porrò. ex̃ vt lite nõ conteſt. vbi infraſcriptis verbis vſus fuit Inn. III: ibi, videlicet: Porrò &c. ſi contumax apparuerit is, in quẽ fuit actio dirigenda, ſeu quia, peremptoria citatione recepta, venire contemnit; ſeu quia malitioſè ſeipſum occultat; ſiue quia impedit, ne poſsit ad eum citatio peruenire; teſtes, lite non conteſtata, ſunt meritò admittendi; & nihilominus, ſi de cauſa liqueat, ad diffinitiuam ſententiam procedendum: hæc in dicto canone. idem probatur in cap. ex tuæ deuotionis, ex̃ de clericis non reſid. vbi Inn. III. idem ſtatuit infraſcriptis verbis, videlicet: ex tuæ deuotionis: & infra: in eccleſijs eorum, qui ſe fraudolenter abſentant; nec ad ipſos valet citatio peruenire trinę citationis edictum facias publicari; & ſi nec ſic curauerint obedire; & vltra ſex menſes ſuas deſeruerint eccleſias, eis meritò debent ſpoliari: hæc inter alia in dicto canone. videtur idem probari quoque per tex. in ca. vltimo, ex̃ de dolo & cõtu. §. nos verò. vbi Gregorius VIIII. ſcribens Archiepiſcopo Burdegal. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nos verò nihilominus Archidiacono Tranuigen. & magiſtro M. canonico Turon. dedimus in mandatis, vt & ipſi ad eũdem terminum auctoritate noſtra iux. præmiſſam formã te perẽptorie citare procurent; & ſi non poteris inueniri, faciant, vt citationis edictum per ipſos, vel alios apud eccleſiam tuã puplicè proponatur. hæc in d. cap. tex. eſt quoque in c. cauſam quæ, ex̃ de dolo & contu. vbi Alexander III. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: cæterum, ſi aduerſarius ſuus legitimè citatus ad præſentiam noſtram accedere, vel iuditio eccleſiæ parere contempſerit; aut etiã ſe abſẽtauerit, cum de Anglia receſsiſſe dicatur, procuratorem eius, ſi quem reliquerit, conuocetis; qui ſiue venerit, ſiue non; aut ſi procuratorem non dimiſit, denuntiationibus ad domum ei' miſsis, receptis teſtibus alterius partis iux. dictam formam ad proferendam ſententiam properatis: hæc in dicto canone. Probatur quoque & ſecundo præſens concluſio doctorum auctoritate: Gloſa enim in dicto c. quoniam. §. porrò, ex̃ vt litẽ non conteſt. in V. impedit. infraſcriptis verbis vtitur, videlicet: talis habetur pro citato, denuntiatione facta publicè ad domum ſuam, infra de cler. non reſid. capit. ex tuæ; & infra de dolo & contum. cap. vltimo: & ita ſufficit, quòd publicè edictum proponatur ad domum ſuam, vel eccleſiam: & citari poteſt litteris, vel edictis, & in eodem cap. in verſic. citari poſsit: poſtremo nonnulla concludendo infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ſed verius eſt, ꝙ ſufficiat, ſi diligens inquiſitio facta ſit; licet non ſit inuentus: infra de dolo, & contu. cap. cauſam, & cap. vltimo. & hoc verum eſt, quando malitioſè eſt abſens; aliàs non proceditur contra eum, quantum

c. quon. ex vt lite nõ conteſt.

c. ex tuæ deuotionis ex. de cler. nõ reſid.

c. fin. ext de dolo & cõtũ.

c. cãm q ex. de dolo & cõtum.

Gloſ.

Specul. tum ad caſum huius litteræ. hæc omnia in dicta glo.vbi ſupra. Specul.quoque ſubſcribens ſe noſtræ concluſioni in 2.par.titu. de citatione §.ſequitur uidere, qualiter citatio ſit facienda col.7.in uer.ſed nunquid; infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed nunquid id,qđde citatione ad domũ dixi,obſeruet in cauſa criminali: de hoc infra de accuſationibus §. 1. in uerſi. ſed nunquid, ubi ipſe Specul. uſus fuit infraſcriptis uerbis, quæ paulò poſt hic referam: attamen ſciendum ipſum Specul. in d.titu. de accuſatione. §.1.col.2. in fine, in uer. qualiter autem in criminibus; infraſcriptis utitur uerbis. qualiter in criminibus fiat citatio, ſatis apparet: nam, ſicut & in ciuilibus. hæc Specul. ibi; qui & ibidem col. 3. in uer.ſed numquid, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed nunquid ſufficit, ſi ad domum citetur, ut in multis caſibus contingit; & paulò poſt; dicunt quidam, quòd ſic, vt & in ciuilibus contingit, de quibus not. in princip. §. nunc de tempore. nam & eodem modo in his, ſicut & in illis, proceditur, vt dixi. Roff.contra; imo ſecundum eum requirendus, & citandus eſt in loco, vbi eſt; & ſic, quòd ſcire valeat, ſe citatum: & hoc, niſi per eum fiat, quominus ad eum citatio valeat peruenire: vt extra: vt lite non conteſt. cap. quoniam. §. porrò. ff. quod ui, aut clam. l.vim facit: hæc omnia Specul. vbi ſupra. præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarius in ſua pract. crimin. lib.5. §. finali quæſt. 31. in verſic. ſic dictum eſt de forma citationis; vbi verbis infraſcriptis vtitur inter alia: Tu verò dic, quòd etiam in criminalibus ſufficit, quòd intimetur ad domum; & hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Alexan. in l.4. §.Prætor ait, num.3. in fine. ff. de damno infecto: quem refert Boer. in repetitione l. conſentaneum numero 104. capit. quomodo, & quando iudex. & dicit Gand. de maleſi. rubrica de citationibus. nume. 4. in fine: quòd ita de generali conſuetudine obſeruatur. ita etiam ſeruari in practica atteſtatur Blancus in ſua practic. crimin. fol.11. nume. 24. & quòd talis citatio ad domum ſufficiat ad hoc; vt quis poſsit banniri, dicit ſeruari de conſuetudine Alberi. in l.1. nume. 22. C. de hered. inſtit. & in 4. par. ſtatutorum, quæſt.51. intelligendo de domo, in qua habitat, & in qua ſedem conſtituit, quem refert Malleus de bannitis in 3. par. primi temporis quæſt. 3. & licèt Innoc. in capit. fin. poſt nume. 3. de eo, qui mitti in poſſ. rei ſeru. cauſa: tenuerit, quòd non ſufficiat ad hoc, vt quis poſsit excommunicari, citatio ad domum; ſed quòd debet perſonaliter moneri: & dicit Follerius in practic. canon. crimin. fol. 133. nume. 15. quod dictum Innocentij videntur ſequi quaſi omnes doctores. ego tamen non putarem eſſe recedendũ à conſuetudine; quòd ſcilicet etiam ad hunc effectum ſufficiat citatio ad domum, præſertim vbi citandus latitaret malitioſè, ita vt non poſſet perſonaliter reperiri. hæc autem omnia locum habẽt, quando reus eſt certus; ſed quando perfectè neſcitur, quis delictum commiſerit; tunc ſecundum aliquos debet citari per proclamationes cum ſonu tubæ: & ita practicari atteſtatur Berber. in uiatorio iuris in rubrica de iudic. colu.5. verſic. ſed pone; quod tamen ego numquam vidi in practica obſeruari: hæc ille. Probatur & tertio ratione hac, ne deludanť iudicia; & vt ſit locus punitionis delinquentium; quoniam alias eſſent peioris cõditionis non fugitiui, quam aſtutè fugientes, ne ad eos peruenia citatio.

Iul. Cla.

Quar-

QVARTA CONCLVSIO.

ACcuſatus citatus in cauſa crimina liter mota, ſi fuerit contumax, lite conteſtata, venit puniendus hac pœna de iure canonico, videlicet; poterit per iudicem procedi contra eum abſentem ad ſententiam ferendam, ſi de cauſa liquet, vel liquere poteſt; quando ſententia eſt exequibilis in abſentem, ſicut eſt in ſententia depoſitionis, vel priuationis dignitatis: non autem in grauiſsimis criminibus, vbi pœna non eſt exequibilis in abſentem; vt ſi agitur ad tradendum eum iudici ſeculari; vel ad perpetuò detrudendum in carcerem; quoniam iſtæ pœnæ equiparantur pœnæ mortis; nec ſunt exequibiles in abſentem. hæc
c. decreuimus 3 q.10. concluſio probatur triplici modo. Primo enim per arg. in capit. decreuimus 3.quæſt.10. vbi Bonifacius Papa ſcribens ad Gallos infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Decreuimus, veſtram debere intra prouinciam eſſe iuditium: & congregare ſynodum ante diē Calendarum Nouembr. vt ſi adeſſe voluerit, præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpondeat; ſi verò adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iuditio purgandi ſe occaſione non vtitur: nihil enim intereſt; vtrum in præſenti examine non omnia, quæ dicta ſunt, probentur; cum ipſa quoque profeſſio ex procurata toties conſtat abſentia. Hæc in dicto canone. inſuper ſciendum, quòd Zepherinus Papa in
c. abſēs 3.q.9. capit. abſens. 3.quæſt.9. de noſtra concluſione infraſcripta protulit verba, videlicet: abſens verò nemo iudicetur; quia diuinæ, & humanæ leges hoc prohibent; niſi fuerit abſens ex contumatia: pro præſenti namque eum contumatia haberi facit. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo præſens concluſio doctorum auctoritate: Gloſ. in capit. veritatis extra Glo. de dolo, & contum. in verſic. fuiſſe probatum, circa medium, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ſi autem lis eſt conteſtata, & liquet de cauſa, in maioribus criminibus numquam proceditur contra abſentem; imò auditur, quandocumque venerit. ff. de req. reis. l.annus: ſed ibi de conteſt. lit. nihil dicitur; ſed ita intelligunt doctores. ſed in minoribus, quæ pœnam relegationis, vel damnum extimationis continent, benè proceditur contra abſentem. hæc omnia Gloſ. illa, cui conſentit Glo. in capit. in ſumma, ſeu de accuſatoribus 3.q.9. cuius verba referam in ſequentis concluſionis probatione: Specul. quoque Specul. noſtræ ſe ſubſcribens concluſioni in 3. parte, in titulo de accuſatione. §. ſequitur videre de contumatia accuſati col.4. in verſic. cæterum, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: cæterum, ſi reus ſit contumax poſt litē conteſtatam, non requiretur, nec bona annotabuntur; ſicut ſupra ante lit. conteſt. dictum eſt, ſed alio modo contra eum proceditur, ſecundum Roff. puta, pecunialiter a iudice mulctabitur, vel ſi in contumacia perſiſtat ſæpe à iudice monitus, relegabitur; quæ pœna, licèt ſit temporalis, aufert tamen extimationem: & ſic, vſque, ponitur incluſiuè vt ff. de pœnis l.abſentem. §. aduerſus, & l.capitalium. §. 1. ff. an per alium cauſæ app. l. 1. porrò ſi ſit contumax prope ſententiam; & citatus fuit ad ſententiam audiendam, ſicut debet, procedetur ad ſententiam. extra de teſt. capit. cum olim in fine; nec propter eius abſentiam prolatio differetur, vt 3. quæſt.9. capit. decreuimus. hæc Specul. vbi ſupra. Archidiac. ſe ſubſcripſit quoque Archid. noſtræ concluſioni in capit. de accuſa- Pan. toribus 3.q.9. cuius verba in ſequenti con-

concluſione adductum. Panor. noſtræ quoque fauet concluſioni in c.veritatis, ex de dolo & contu.col.5.in verſic. quò ad ſecundum, infraſcriptis verbis vtens,videlicet:Quô ad ſecundum, vbi vertitur factū noſtrum, ſcilicet de modo procedendi de iure canonico, attēde:aut lis eſt conteſtata;aut non . primo caſu communiter dicitur; ꝙ poſsit procedi in abſentem ad ſententiam ferendam, ſi de cauſa liquet, vel liquere poteſt:& videtur expreſſum ſecundum vnum intellectum in cap. decernimus 3.q.9.& tenet hic gloſ.& 3.q.9. in ſumma; & ibi Archidiac.& cōmuniter doct. ſed hoc commune dictum intelligo,vbi ſententia eſt exequibilis in abſentem; ſicut hic in ſententia depoſitionis,vel priuationis dignitatis:ſecus autem in iſtis grauiſsimis,vbi pęna nō eſt exequibilis in abſentem: vt ſi agatur ad tradendum eum iudici ſeculari; vel ad perpetuò trudendum in carcerem. Iſtæ enim pœnæ ęquiparantur pœnæ mortis; vt not. Inn.in c.qualiter, & quando el.2. de accuſatione; nec ſunt exequibiles in abſētem: nam rationes inductæ de iure ciuili, qua re in iſtis grauioribus non proceditur in abſentem,fortius debent militare de iure canonico,quod maiori innititur æquitati: quas rationes ſupra tetigi. facit c.1. de dolo, & contu.& cap. nouimus. de verborum ſignifi. & cap. ſuper eo: de hæreticis in 6.nec in hoc reperimus receſſum a diſpoſitione iuris ciuilis; ergo illi eſt ſtandum:de no.oper.nun.c.1. & hanc ſententiam tacitè ſentit hic D.Antonius in fine. hæc omnia. Panor. vbi ſupra: Probatur quoque ratione adducta à Bonifacio Papa, vbi ſupra relata , videlicet: ne de contumatia lucretur.

QVINTA CONCLVSIO.

ACcuſatus citatus in cauſa criminali, tam criminaliter, quàm ciuiliter mota, lite non conteſtata, vel conteſtata, quando ſumus in minoribus, & non liquet de cauſa, nec liquere poteſt, contumax exiſtens non poterit condemnari per diffinitiuam ſententiam de crimine, de quo fuit accuſatus; nec contra eum recipi teſtes; ſed ſolum poterit excommunicari: tamen ſi perſeuerauerit in excommunicatione per annum, habebitur tunc pro conuicto: quapropter poſt lapſum anni poterit ferri ſententia condemnatoria contra abſentem, ac ſi fuiſſet conuictus: imo tunc habendus erit ſuſpectus de hæreſi; ac contra eum iudex poterit procedere, tamquàm contra ſuſpectum de hæreſi. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per arg. in cap.1.ex de iuditijs; vbi ex concilio Africano infraſcripta fuerunt ſtatuta, videlicet: *c.1.ex.d iudicijs.* de Quouuldeo Centurienſi epiſcopo qui cum aduerſarius ipſius eum petiſſet ad concilium introduci, interrogatus, an cum eo vellet experiri, primò id promiſerat; & altera die reſpondit, hoc ſibi non placere; atque diſceſsit: placuit, vt nullus eidem communicet, donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolutus: Nam adimi ſibi epiſcopatum ante cauſæ eius exitum nulli poteſt iure videri. hæc in dicto canone. & hoc ius adductum fuit, vt pateat concluſionem verificari, quò ad contumacem excommunicandum: probatur quoque concluſio per text. in cap. rurſus, 11. quæſt.3. quod ſumptum fuit ex concilio Cartha. quinto, vbi infraſcripta habentur, videlicet: Rurſus conſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, vel confeſsis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter opprobrium eccleſiæ, aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque Gentilium, ſi fortè cauſæ adeſſe voluerint,& innocentiā ſuam aſſerere,intra annum excōmunicationis hoc faciant: ſi verò *c.rurſus 11.q.3.*

in-

intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox peni tus audiatur. hæc in d. canone: & in ca. ſeq. videlicet ca. quicumq; 11. q. 3. Gelaſius Papa infraſcripta ſtatuit, videlicet; quicumq; intra anni ſpacium ciuiliter, ſiue publicè cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus non peregerint, ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe videatur: q̄ ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint, nos eorum cauſam, iux. Beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iuditio reſeruantes, quibus viuis non communicauimus, neq; mortuis communicare debemus. hæc in d. canone. nouiſſimè probatur præſens concluſ. per Conc. Trid. de reformatione c. 3. ſeſſ. 25 §. in cauſis verò, vbi hæc habentur, videlicet; in cauſis verò iudicialibus mādatur omnibus iudicibus eccleſ. cuiuſcumq; dignitatis exiſtant, vt quandocūq; ſit executio realis, vel perſonalis, in qualibet parte iudicij, quantum ab ipſis fieri poterit, abſtineant tam in procedendo, quàm definiendo à cenſuris eccl. ſeu interdicto; ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilibus ad forum eccleſ. quomodolibet pertinentibus contra quoſcumq; etiā laicos per mulctā pecuniariam, quæ locis pijs ibi exiſtētibus eò ipſo, quòd exacta fuerit, aſsignetur; ſeu p captionem pignorum, perſonarumq; diſtrictionē per ſuos proprios, aut alienos executores facienda, ſiue etiā per priuationē beneficiorum, aliaq; iuris remedia procedere, & cauſis diffinire: q̄ ſi executio realis, aut perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit, ſitq; cōtra iudicem contumatia; tunc eos, etiam anathematis mucrone, arbitrio ſuo pręter alias pœnas ferire poterit: In cauſis quoq; criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis vt s̄. fieri poterit, erit a cenſuris abſtinendū: ſed ſi dictæ executioni facilem locum eſſe nō poterit, licebit iudici, hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti; ſi tamen delicti qualitas, præcedenti binā ſaltem monitione, etiam per edictum, id poſtulet: Probatur & pręſens concluſio doctorum auctoritate: Gloſa. n. in cap. in ſumma, ſeu de accuſatoribus 3. q. 9. cuius quidem dicta, cum ſint val de notabilia, hic omnia referam, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet; ſecundum leges de crimine numquam proceditur contra abſentem, lite non conteſt. niſi in caſu, contra apparitores. vt. C. de pænis l. ne diu; & ſi infra an num non venerit, poſtea bona deuoluuntur ad fiſcum: nec ſuper bonis auditur; ſed bene auditur ſuper crimine: vt. C. de requirend. reis l. 2. ſi autem infra annum veniat, bona recuperat, ſi velit iuditio ſtare: ſi autem lis eſt conteſtata, & liquet de cauſa, in maioribus criminibus numquam proceditur cōtra abſentem; imo auditur, quandocumq; venerit, vt ff. de requirēdis reis. l. annus; ſed in minoribus, quæ pænam relegationis, vel damnum extimationis continent, bene proceditur contra abſentem. ff. de pęnis l. abſentem: fallit C. de adult. & infra etiam, c. decernim'. ſecundum canones diſtinguit, an liqueat de cauſa, an non: ſi liqueat de crimine, poteſt condemnari abſens 4. q. 5. c. 1. & 24. q. 3. c. de illicita: ſi non liquet, eſt excommunicandus. vt 11. q. 3. c. rurſus, & c. quicumq;. in hoc tamen peccat, quia non diſtinguit, an lis ſit conteſtata, an non: nam ſecundum eum nō refert, an lis ſit conteſt. vel non. Ego tamen dico, q̄ cum lis eſt conteſtata, & liquet de cauſa, locum habet illud c. decernimus: ſed ſi lis non eſt conteſtata, vel eſt cōteſtata, ſed non liquet de cauſa, locus eſt illis c. rurſus, & c. quicumq;. nam ante litem conteſtatam numquā ſunt recipiendi teſtes in crimine: ex̄ vt lit. non conteſt. c. ad hoc deus: niſi aliquid ſpirituale dicamus in dilapidatione: vbi publica commoda periclitātur: vt s̄. e od. 9. 2. c. quia ea: & C. de pænis. l. ne diu. nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male adminiſtrando

Margin notes: c. ſeq. cūq; 11. q. 3. — Concil. Trid. — Gloſ.

ſuos contubernales affligit: vt C. vbi de ratiocinijs l.2. idem eſt in cauſa inquiſitionis; quia teſtes recipiuntur lite non conteſt. vt eẍ lite nõ conteſt. c. quoniam frequenter. Item vbi quis infamatus deficit in purgatione, punitur lite non conteſt; eẍ de purg. can. c cũ Petrus eẍ de ſimonia c. de hoc; ſed in cauſa ciuili non proceditur lite non conteſt. &c. Hæc glo. illa: Gloſ. gloſ. quoq; in d.c. rurſus, examplificando infraſcriptis vtens verbis ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni, videlicet: rurſus, ideſt poſt alia ſtatuta, ſic pone caſum: quidam accuſatus de crimiue legitimè fuit citatus; noluit venire; excõmunicatur pro contumatia: ſi infra annũ venerit, auditur ſuper crimine; poſtea non, quia habetur pro conuicto, & confeſſo iuris interpretatione. Nam qui excommunicatus eſt pro ſuſpicione hæreſis, poſt annũ pro hæretico habetur: vt eẍ de hæreticis c. excommunicamus. circa princip. Nõ obſtat: c. decernim' 3.q.9. quia ibi loquitur, cùm lis eſt conteſtata; vel ibi nõ punitur de crimine; ſed pro cõtumatia: ſed P. Hiſpanus propter hoc verbum purgare intellexit hoc cap. de clerico infamato, q ſi citatur, vt ſe purget, & contumax fuerit, iuris interpretatione pro conuicto habetur 24. q. 3. c. de illicita: vel dic, ꝙ temperat rigorem illorum canonum, qui dicebant, ꝙ ſi clericus contemnit excommunicationem, ſtatim deponendus eſt. s̃. eod. c. ſi quis presbiter, & c. ſequenti: ſed hic ꝓpter inſultationem hæreticorum datur eis vnus annus ad probaudum innocentiam ſuam: & ſi per annum ſteterit excommunicatus, tunc primò deponitur: vel dic, ꝙ etiam poſt annum poteſt audiri de crimine, quantum ad hoc, vt oſtendat innoceutiam ſuam; ſed non quantũ ad hoc, v t recuperet bona ſua. C. de requir. reis l.2. quod tamen hic dicitur de anno, videtur correctum. eẍ. de clericis nou reſid. c. ex tua: ſed dic, ꝙ non habetur pro conuicto minori ſpatio, quàm anno, vt hic dicitur; ſed tamen in minori ſpatio poteſt priuari beneficijs, vt ibi. & nota, ꝙ ſequens. c. loquitur de ciuili negotio, & criminali. hoc autem in criminali tantum. hæc omnia illa gloſ. notabilis. Archidiaco Archid. nus in d.c. de accuſatoribus, ſeu (vt alij dicunt) c. in ſumma 3.q.9. in V̄. in eadem gloſ. ibi an ſit, infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit noſtræ cõcluſioni, videlicet: in ea gloſ. ibi an ſit conteſt. vel non. adde; noſtri moderni doctores dicunt, ꝙ numquam eſt procedendũ contra abſentem lite non conteſt. eẍ de iudic. c.1. vbi de hoc: & dicas, ꝙ hoc cap. prędicta c. rurſus, & c. quicumq; atq; c. decernimus loquuntur, cum directè agitur de crimine; & ideo illa cap. intelliguntur lite conteſt. licèt ex illorum capitulorum littera non colligatur, ſecundũ B. ſed Goff. not. in c.1. eẍ vt lite non cõteſt: ꝙ in criminibus non ꝓceditur cõtra abſentem ſecundũ canoniſtas: niſi abſens, & contumax interpretatiuè de crimine conuincatur, per annum, ſcilicet, contumatia perdurãte: vt in pręd. c. rurſus & c. quicumq; lite cõteſt: proceditur ad diffinitiuam ſententiam, ſi de cauſa liquet, vt in c. decernimus. vbi Hoſt. idem not. poſſet etiam dici, ꝙ ſolus lapſus auni ſine ſententia amotionis à beneficijs ſufficit, vt vlterius non audiatur ſuper beneficijs: & ita videtur loqui præcedens. c. rurſus: ſed ſuper crimine, ſuper quo excom. fuit prolata, benè audiretur. C. de requir. reis l.2. quæ autem dicuntur in excommunicatione, eadem intelligo in ſuſpenſione, arg. eẍ de ætate, & quali. c. bonæ: vbi ita ſentit Inn. hæc omnia Archidiaconus, vbi s̃. cui aſtipulatur & Pan. in c. veri Pan. tatis eẍ de dolo & contu. in col.6. in V̄. de modo, infraſcriptis vtens verbis: de modo verò procedendi, vel quaudo ſumus in minoribus, & non liquet de cauſa, nec liquere poteſt, licet lis ſit conteſt. dic, vt ſtatim in membro ſeq. ſi autem lis non eſt conteſt. tũc eſt com

mu-

munis opinio, ut regulariter non poſſit procedi ad teſtium receptionem, nec ad diffinitiuam ſententiam. hoc tenet glo.hic, & communiter Doctores,& glo.3.q.9.in ſumma,ubi reperies multos caſus exceptos, & glo. plenã de hac materia. & idem ibi Archid.& modus procedendi contra contumacem erit, ut excommunicetur; ut patet in c. de iudicijs;melius in c. rurſus, & c.quicumq; 11.q.3.& c.rurſus procedit,quando agitur de crimine criminaliter; & c.quicumq;. quando agitur de crimine ciuiliter: & ſi pſeuerat in excommunicatione per annum, habetur pro conuicto. not. glo.in c.cum ſecundum leges:de hæret. in 6.& Hugo in d. c.rurſus, & hoc not. pro intellectu illorum c.& vide,quod pleniſsimè dixi in capit.1. de iudic.& dico, ꝙ hoc caſu poterit poſt lapſum anni ferri ſententia condemnatoria cõtra abſentem, ac ſi fuiſſet conuictus; & ſic erit caſus notabilis, in quo lite non conteſt. fertur ſententia contra interpretatiuè conuictum; & hoc reperio ſenſiſſe Hugonem in d.c.rurſus,& Goff. in cap.1. ex. ut lit.non conteſt. vt refert, & ſequitur Archidiaconus 3.q.9.in ſumma: Ego allego tex.not.in c. cum ſecundum leges in fine prædicto: & bene nota hoc; quia doctores expreſsè non tangunt hoc dictum; ſed ſatis ſentit Io. And. in vltima lectione, quam ſentit ad hoc capit. dicendo; quòd hic potuit ferri ſententia lite non conteſtata, quia a tempore excommunicationis lapſus erat annus. quæ an ſit vera ad iſtum textum infra ſubijciam. ex prædictis ſingulariter nota, quòd lapſus anni in excommunicatione non ſolum operatur, vt contumax habeatur pro conuicto: ſed etiam vt poſsit ferri ſententia diffinitiua lite non conteſtata. quod ſemper tenebis menti: iſte tamen lapſus anni non facit aliquẽ haberi pro conuicto in cauſa merè ciuili, quia ſumus extra caſum illorum capitulorum. ita ſingulariter dicit glo.in cap.ſequenti.licèt ergo in ciuili quandoque feratur excommunicatio contra contumacem,vt in cap. tuæ.ut lit.non conteſt. tamen non operatur effectũ prædictum: quod ẽt ſemp notabis; & dic, vt dicetur in c. ſeq. hæc oĩa Pan.vbi ſupra. quę oĩa ſupradicta Doct. notabis tu lector, cum mihi videantur probaſſe cõcluſionem, quò ad omnia illius membra, præter ultimum. idcirco, illis omiſsis, ad probandum ipſum ultimũ membrum aliqua adducam: dicendũ ergo, ꝙ uerum ipſum ſit, eò ꝙ de ipſo habeantur in Sacroſ.Cõcilio Tridẽtino ſeſſ.2. de reformatione c.3. in fine infraſcripta verba,videlicet: excõmunicatus verò quicunq; ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad ſacram. & cõmunicationem fidelium ac familiaritatem nõ recipiatur;ſed ſi obdurato animo cẽſuris annexus, in illis per annũ inſorduerit, ẽt contra eum, tanq̃ de hæreſi ſuſpectũ, procedi poſsit. hæc in dicto concilio. probaẽ & tertiò hac rõne; nam ſi ſecus eſſet uerius, cenſurę eccleſiaſticæ contemptui haberentur, & ex contumatia contumaci bonum obueniret,ꝙ eſſet nefas.

Pōt cō-dēn. qui poſt lapſũ an. fuit cõtũax eò ꝙ dr̃ cõuict' interpretatiue.

Auctoꝛ.

Concil. Trid.

SEXTA CONCLVSIO.

Conſuetudo curiarum, noſtra tempeſtate, obtinuit, ut indiſtinctè ſemp in citatione inſeratur libellus accuſationis, ſeu inquiſitionis, & crimina ipſa pro quibus fuit in ius ille uocatus. Hæc concluſio probatur duplici modo. Primo auctoritate Iulij Clar. ubi ſupra,libro quinto §.fin.quæſt.31.in uer.quæro nunc: ubi infraſcriptis uerbis noſtræ concluſ. aſtipulatur, videlicet: quæro nunc, quæ ſit forma huius citationis, & impoſitionis; numquid in ea exprimenda ſit cauſa, propter quam reus citatur. Rñdet Abbas in cap. pterea n.8.de dilation.& diſtinguit,ꝙ aut citatio mittiẽ in partes longinquas;& tũc eſt inſerẽda cã, pp q̃ qs

Iul.Clar.

citatur, aut citatio fit in partibus propinquis; & nō requiritur expreſſio cauſæ;ſed ſufficit dicere, ꝙ compareat reſponſurus cuidam accuſationi, ſeu inquiſitioni contra eum formatæ: & dicit Follerius in practica crim: canon. fol.140.in fine,ꝙ hæc diſtinctio Abbatis ſeruatur in Romana Curia, & alijs: ſed certe, quicquid ſit de iure, apud nos indiſtincte ſeruatur, ꝙ ī citatione inſeratur cauſa: & hāc opinionem dicit eſſe communem Imola in Litem accuſatore num.2.in fine.ff.de pub. iudic. prout illum refert Menchiaca: controuerſ.vſu frequentiū cap.24. num.12.& ita quoq; practicari atteſtatur idem Follerius in practica crim: fol.36.nu.2. quinimo de conſuetudine non modo cauſa,ſed totus tenor libelli,ſiue inquiſitionis inſeri debet in ipſa citatione: dixi ſ. in verſic. quæro nunquid, vbi idē Iulius infraſcriptis vtitur verbis, videlicet:ſed,quicquid ſit de iure,contrarium ſeruatur de conſuetudine: vt ſcilicet neceſſariò apponēdus ſit in citatione totus tenor inquiſitionis: & ita communiter obſeruari & practicari atteſtatur Marin. in loco prȩallegato;Ang.de maleficijs in l.5.iudex commiſit num.3. Hæc ille: probari poteſt pręſens concl.& ſecundo ratione.ſ.adducta ad probandam concluſionē primam pręſentis capituli.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Licèt de iure communi fieri debeat diligens inquiſitio per ciuitatem a nūtio de perſona citanda, vt fuit probatum in præcedenti 3.cōcl.tamen cōtrarium ſeruatur in curijs hodie per introductam conſuetudinem: ſufficit enim, ꝙ nuntius de directo vadat ad domum citandi, nulla facta prius perquiſitione. debet verò hoc modo fieri citatio, vt reus arctetur ad comparendum perſonaliter in iuditio ecc. (vt ſeruatur in curia Romana)videlicet:vt ſimul & ſemel, quando reus citatur coram teſtibus ad informandum in domo propria, ſaltem relinquatur ibidē copia citationis; non autem commiſſionis Alguzerij,& relationis ipſius copia debet reo citato relinqui. & poſtmodum de huiuſmodi re ſpecialiter in ſcriptis curiæ referat Alguzerius, vel notarius pub.rogatus ab ipſo,& ſibi fidem facientibus teſtibus, ſi dicta citatio fuerit remittenda iudici exiſtenti ex̄ locum domicilij ipſius citati; aliàs ſufficeret Alguzerij tantum relatio.hæc concluſio probatur duplici medio: Primo auctoritate Iulij Clarij,vbi ſ.in ℣.ſed nunquid requiritur,ꝙ prius fiat perquiſitio;vbi infraſcriptis verbis noſtræ aſtipulatur concluſioni, videlicet:ſed nunquid requiritur, ꝙ prius fiat perquiſitio, an reus poſsit perſonaliter inueniri; & poſtea fiat citatio ad domum?reſpondeo; de iurę vtique requiritur,ꝙ citandus pquiratur prius a nuntio per ciuitatem, videlicet: an poſsit perſonaliter inueniri: & vbi non reperiatur,citetur ad domū: ſed quicquid ſit de iure,cōtrarium ſeruatur de conſuetudine:ſufficit enim, ꝙ nuntius de directo vadat ad domum citandi, nulla facta prius perquiſitione; & ita tenuit Bal.in d.l.conſentaneum nu.44. C.quomodo iudex: & ita ſeruat vbiq; vt dicit Follerius in practica criminali,fol.42.nu.28. ſcias tamen, ꝙ ad hoc, vt reus arctetur ad perſonaliter cōparendum,danda eſt ei copia citationis: aliàs enim non tenetur comparere: & ita ſeruat Romana curia; vt dicit Veſt. in pract.lib.4.tit.de citatione ex̄ curiā, quem refert Follerius in pract. crimin. canon.fol.135.nu;23.& ita etiam vidi vbiq; ſeruari,commiſſionis autem ſuę, & relationis non debet nuntius copiā relinquere parti;idq; ex vſu,ſtiloq; recepto; vt atteſtatur pract. Iod.cap.13. nu.12. Hæc ille doctor: probatur quoq; pręſens concluſio & hac ratione; quoniam,vt patet ad ſenſum, aliàs deluderētur iudicia, & malitia rei ſibi patrocinaretur.quod fieri nō debet de iure, cum

Citationis relatio qualiter deſcribēda ī actis.

Iul.Clar.

cũ nemini debeat patrocinari ſua malitia, vt patet ad ſenſum; & eſt tex. in l.1.ff.de dolo malo &c.

OCTAVA CONCLVSIO.

LIcèt pręmiſſæ concluſiones, quarta & quinta, ſint veræ de iure communi; hodie tamen de communi & generali conſuetudine totius Italiæ in vtroq; foro laicali, videlicet & canõico, ſeu eccl. in quantuncumq; graui crimine proceditur cõtra abſentes, & habentur pro confeſsis ex contumatia, & banniuntur, & in foro ſeculari condemnantur etiam ad mortem: quod etiam ſeruatur in Gallia; quattuor tamen cõtumacijs præcedentibus; & ita quotidie practicatur in curijs: idem etiam in Hiſpan. in foro vero canonico, in quo non damnatur quis ad mortẽ, ſed tantum degradatur, & traditur curiæ ſeculari, hoc obſeruatur, videlicet: ſi qs citatus fuerit contumax, excommunicatur, vt dixi in pręcedenti concluſione: & ſi perſeuerauerit in excommunicatione, ac per conſequens in contumatia per annum; poſt annum habebitur per conuicto, & confeſſo de illo crimine, quod ſibi imputatur. Hæc concluſio probatur duplici medio: primo Iul. Cla. n. auctoritate Iulij Clarij in ſua pract. crim. lib.5.§.fin.quæſt.44.in V.licet autem de iure cõmuni; vbi infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit pręſenti concluſ. videlicet: licet autem de iure cõmuni, vt ſ.dixi, non poſsit abſens diffinitiuè condemnari; tamen ex generali conſuetudine totius Italiæ proculdubio inquantuncumq; graui crimine proceditur contra abſentes; & habentur pro confeſsis ex contumatia; & banniũtur & condemnantur etiam ad mortem: vt atteſtatur Gand. in loco ſ. alleg. Alber. in l.ſeruum quoq; §.publicè num.23.in fine.ff.de procur.& in l.penult.§.ad crimen: nu.23.in fine de publ.inditijs: & in quarta par.ſtatutorum quæſt.1.num.3. Vitalis de malefic. in rubric. de comparitione accuſati num.70.& ſequenti; & alij omnes criminaliſtę: & eſt omnibus notiſsimum. pariter etiam in Gallia de delicto proceditur contra abſentẽ, etiam ad ſententiam diffinitiuã; quattuor tamen pręcedentibus contumatijs; vt dicit Io.Fab. in l.cunctos populos de ſumma Trinitate, practic.Manſuer.in titu.de dilationibus nu.25.& in titu.de contumatia nu.12. quem refert Boer. deciſione 63. nume. 8. & ſuper conſuetudiue Bitucirenſi, lib.25. col.1. & contumax habetur pro confeſſo, & conuicto; & virtute huiuſmodi confeſsionis condemnatur etiam ad mortem: & ita ſeruari, & quotidie practicari in curijs Gallicis atteſtatur Gulielm' de Benedict. in 2. parte repetit. c.Rainutius fol.91. nu.158. Igneus in l.Cornelia num.32. ff. ad Sylle: practica Millei fol.9.num.90.& fol.62.nu.21.& fol.139. nu.18. idem etiam in Hiſpania obſeruari atteſtatur Antonius Gomeſ.ſuper l.76. Tauri.nu.8. hęc omnia obſeruantur non modo in foro ciuili; ſed etiam in foro canonico: nam hodie ſi citatus eſt contumax, excommunicatur: vt dicit Follerius in pract. crim. can. fol.148. nu.12. in fine: & ſi perſeuerauerit in excommunicatione per annum, habetur pro confeſſo, & conuicto de crimine, de quo imputatur: & eſt communis concluſio; vt dicit Ripa in cap.1.nu.77.de iud.hæc omnia prędictus Iul.Cla.lib.5. §.fi.quęſt.44. vbi ſ.

An ſemper accuſatus poſt ſibi oblatum à iudice libellum (vt antiquitus moris erat) uel citationem ad informandum; ac poſtquàm comparuerit corã iudice ſtatim interrogatus ab ipſo iudice, vel ab actuario ordine ipſius de delicto prætenſo contra ſe producto iam in iuditio; uel, vt noſtra tempeſtate fit, poſt captam informationẽ contra ipſum, iam citatus comparens teneatur meram veramq. facti ſeriem, de quo interrogatur, ſub pœna peccati mortalis enarrare.

C A P. V.

Accuſatus citatus comparens non eſt compellendus ad fatendum crimen proprium, accuſatore nihil probante. concl. 1. & 2.

Accuſatus interrogatus a iudice de proprio crimine contra formam iuris, ſi cogatur omnino reſpondere, quibus verbis poterit vti, vt euitet periurij culpam, non fatendo ſuum crimen. concl. 3.

Accuſatus de crimine, interrogatus iuridicè ſecundum formam iuris tenetur verum fateri; & ſi nolit reſpondere verbis affirmatiuis, vel negatiuis præcisè, poterit torqueri. concluſ. 4.

Amphibologicus ſermo quid ſit. concluſ. 3.

Fama quid ſit, et quotupliciter capiatur. concluſ. 4.

Indicia ſufficientia quæ dicantur. concluſ. 4.

Indicia quotupliciter ſumantur. concl. 4.

Mendacium quid ſit. concluſ 3.

CVm inter neceſſaria ſcitu, litterisq. cõmendanda circa preſentem noſtram materiã illa ſemper mihi viſa fuere primũ obtinere inter alia locum, quæ ſummopere conducunt iudicibus, ac miſeris accuſatis, ne aliquo modo mortifero ſe maculẽt crimine; ea propter cogitãti mihi de hoc illicò obuiã venit actus iuridicus, qui exercetur a iudicibus; poſtquam accuſati citati comparuerint coram eis interrogandi ab illis: quoniã ſæpe ac ſæpius ipſi miſeri conuenti ab ipſis iudicibus coguntur fateri etiam ſua crimina occulta in graue diſpẽdium animę, honoris, & corporis eorum, ac bonorum temporalium: & in graue peccatum ipſorum iudicum contra formam iuris ſitientium ſanguinẽ humanũ more Cocodrillorũ. volens ergo tam iudicibus, quàm accuſatis conſulere; operæpretium duxi, præſentem ſalubrem quæſtionem abſoluere deciſam nonnullis concluſionibus more ſolito, vt veritas ipſius clarius eluceſcat: licèt de hac eadem materia nonnulla erũt adducenda infra in titu. de delatione iuramenti, & de inquiſitione.

PRIMA ERGO CONCLVSIO ſit hæc.

ACcuſatus citatus comparens non ſolum non eſt cogendus fateri veritatem pro delicto prætenſo contra ſe ipſum, vel ad ſe purgandum iuramento mediante; immo abſoluendus eſt a iudice, quandocumq; accuſator nihil probauerit contra ipſum, hæc cõcl. probatur triplici medio: Primò enim per tex. apertiſsimum in c fin. ex̃ de iureiur. vbi Greg. infraſcriptis verbis vtitur, videlicet: ſanè ſi actor omnino in ꝓbatione defecerit, reus debet, & ſi nihil præſtitit, obtinere, præſumptione faciente pro illo reo deferri poteſt ad oſtendendã ſuã innocentiã iuramentũ; niſi iudex, inſpectis perſonarum & cau

ſæ

ſæ circūſtantijs, illud actori videat deferendum. hæc omnia in d. canone. idē videtur probari per tex. in c. ꝙ autem. & in c. ſequenti 6. q. vltima: in quo cap. Gregorius Papa ſcribens Maximo, infraſcriptis verbis vſus fuit, videlicet: Quòd autem poſtulas, vt illuc perſonā dirigere debeamus, quò de his, quæ dicuntur, poſsit eſſe probatio; eſſet vbicumq; excuſabile, ſi vnquam ratio ei, qui accuſatur, neceſsitatem probationis imponeret: at poſtquam non ſibi; ſed accuſantibus hoc onus incumbit; ad nos, ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas. hæc in d. canone. & idem haberi videtur in ſubſequenti c. accuſator: vbi infraſcripta habentur, videlicet: accuſator, quod aſſeuerat, profitendo ſe probare nō poſſe, reum neceſsitate mōſtrandi contrariū non aſtringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit. hoc autem ſeruandum eſt, quando reū publica fama non vexat: tunc enim, auctoritate eiuſdem Gregorij, propter ſcandalum remouendum famam ſuam reum purgare oportet. hæc ibi. idē habetur in ca. vnico. eẋ vt ecc. beneficia. §. cum enim: vbi infraſcripta Inn. Papa. III. protulit verba, videlicet: cum enim iuris ſit explorati, ꝙ actore non probāte is, qui conuenitur, etiam ſi nihil prę ſtiterit, debet abſolui. hæc ibi. idem habetur in l. qui accuſare. C. de edendo: vbi infraſcripta habentur verba, videlicet: actore enim non probante, qui conuenitur, & ſi nihil ipſe præſtat, obtinebit: hæc ibi. Probatur quoq; præſens concluſio & ſecundo auctoritate doctorum, theologorum, canoniſtarum, legiſtarum, & ſummulariorum. Sciendū ergo, ꝙ noſtræ cōcluſioni aſtipulatur S. Tho. in quodl. 6. q. 8. art. 12. in corpore quæſtionis, infraſcriptis verbis, videlicet: ſi adulterium ſit omnino occultum, non debet peccatum ſuum in iud. confiteri; nec debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda: quia occulta ſoli diuino iuditio reſeruātur ſecundum illud, 1. ad Corinth. 4. nolite ante tempus iudicare, quouſq; veniet Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum: ſed quando ex adulterio procedit īfamia; vel aliqua ſigna euidentia apparent, quæ vehementem ſuſpicionem facere poſſunt; vel quando eſt ſemiplenè probatum: tūc debet ab ea exigi iuramentū de veritate dicenda; & ipſa tenetur confiteri veritatem: hæc ille Sanctus, vbi ſ. ex canoniſtis verò ſunt nonnulli: glo. enim in d. c. fin. extra de iureiuran. in verſic. omnino in probatione; infraſcriptis verbis præſenti ſe ſubſcripſit concluſioni, videlicet: nota, quòd ſi actor omnino nihil probat, nec habet præſumptionem, reus, & ſi nihil præſtiterit, abſoluitur. hæc ibi. & gloſ. in d. c. ꝙ autē; infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ꝙ autem reus non eſt cogendus ad purgationem, niſi laboret infamia, ſic ſ. 4. q. 3. ca. qui intendit. hæc glo. illa. Specul. quoque in par. 2. in titu. de delatione iuramenti, in ṽ. ſi autem actor in probatione nihil omnino probat; & dicit aduerſario, vt iuret ad ſuā innocentiam purgandam; vel, ꝙ ſibi referat iuramentum, videtur iuſtè allegare: nam manifeſtæ turpitudinis eſt nolle iurare; nec iuramentum referre velle; vt in l. Marcellus. ff. rerum amo. & in l. Cornelia. §. ac lege. ff. de iureiur. tamen reſpondere reus poterit. frater, nō cogor iurare; niſi aliquid ſit probatū, vel præſumptum, quod non eſt hic: & ad hoc facit l. qui accuſare. C. de edendo. & textus eſt in cap. accuſator. 6. q. vltima: leges enim, quas allegas, vel ſunt ſpetialis caſus; vel loquuntur, cum aliquid eſt probatum, vel præſumptum. & hoc verum eſt, nam actore nihil probante &c. vt extra de iureiuran. cap. finali §. ſanè, niſi in caſibus, in quibus lex defert iuramentum reo, licet actor nihil probat: vt in l. finali. §. ſanè. C. de his qui ad Eccleſiam confug. hæc Specul. vbi ſupra. Pan. quoque noſtrę concluſioni

ſe

ſionē criminis,& nō poteſt interuenire: exēplū,accuſatur Lucius de homicidio; excipitur, ꝙ occiſus erat bānitus,& ſic poterat impune occidi : replicatur , ꝙ bannū erat cācellatū:triplicatur , ꝙ cācellatio nō valuit;& de hac triplicatione ſeu exceptiōe tm̄ nūc diſcutitur; ſed certe non poteſt interuenire procurator , quia infertur ad deciſionem criminis , quia ſi cācellatio fuit iuſte facta, tenetur de homicidio,ſecus ſi non infertur ad criminis deciſionem, vt l.præſes C. de plagiarijs. & ſic fuit conſultū per Bar.& multos,licet quidam contra.hæc omnia Pan.vbi ſ. cui aſtipulatur quoq. Iulius Clarius in ſua prac. crim .lib.5. §. fin. quæſt.32. in ℣. pariter etiam eſt admittendus.

DECIMA CONCLVSIO ET fallentia nona.

IN cauſa crīali crīaliter mota,ſi agitur de delicto,pro quo veniat imponēda pœna relegationis,vel alia relegatione minor,priuationis dignitatis eccleſiaſticæ vel ſuſpenſionis ab ordinibus , & hmōdi,ꝓcurator poterit interuenire tā ꝓ actore,q̄ pro reo hęc concl.licet fuerit ꝓbata p auctoritates adductas in ꝓbat.concl.1.pñtis cap.& Pan. ibi relatus refragari videatur ei:tñ hic probabitur a auctoritate doctorū modernorū; & poſtmodū rñdebitur obiectionib' ſupra adductis a Pan.vt omnis ambiguitatis fomes euellatur ex corde lectoris.ſciēdū igitur , ꝙ Iul.Cl. in ſua pract. crim.§.fin.lib.4. quæſt.32. in ℣.hinc eſt, nr̄æ concl.aſtipulatur infraſcriptis verbis , videlicet:hinc eſt , ꝙ ſi agatur pro delicto, pro quo tm̄modo imponenda veniat pœna relegationis vel alia relegat.minor,procur. poterit interuenire. ita tenuit glo.in d.§.publice in ℣.datur & eſt cōis opin. vt atteſtātur ſcribētes in d.§.ad crimen,& in ſpetie Benedict. de Plumb.poſt nu.24. & Rubeus n.124. ſeq.idē atteſtantur ſcribentes in d.c.veniens, ex̄ de accuſat.& in ſpetie Abbas nu.18.& Anania nu.18. & Marian. nume.41. & ſequenti & Berous n.35. ſubdens,ꝙ idem ſeruatur in practica.hanc etiā dicit eſſe cōem Cyn.in l.reos col.1. ℣.ſecūdo caſu c.de accuſ.ſubdens,ꝙ illam ſequitur vſus cauſarum Italię;Bar. in d.§.ad crimen poſt nu.4. ſubdens , ꝙ ita iudicaret: Signoril. conſil.169.n.52. Ang.in d.l.reos poſt n.1.Paulus de Caſtro in dicto §. publice,prout illum refert Antonius Gomez. lib. delictorum. cap.1: num.13. Cœpolla conſil. crimin. 72.verſic.de primo non videtur Cardinal Alexandrinus in c. ſi quando col.7. ℣.in glo.ibi ſecunda, quæſt.6. Blanc. in pract.crimin.fol.20.nu.51.Foll.in pract. crim.fol.131.n.6.& fol.132. poſt.nu.12. pract.Conrad. fol.222.nu.4. Berous in d.c.veniens,n.31.& 39. quem refert Viuius in lib.commun.opin. in ℣. procur. in capitalibus ; Menchiaca controuerſ. vſu frequen.in d.c.16.n.6. Carauita ſuper ritu 108.magnę curię nu.2.& ſuper ritu 69.nu.8.vbi dicit, ꝙ ita concludunt cōiter doctores . hanc etiam opinionē de conſuetudine atteſtatur Alber. in d. §.pub.n.6.& ſeq. Cæpolla conſil.crimin. 55.verſi.ſecundo non obſtat:& dicit Salicetus in d.l.reoſ. n.4. ꝙ hāc opinionē conſuetudine roboratam eſſe omnes fatentur; & licet aliqui voluerint facere differentiam, an relegatio ſit ad certū locum, puta,in aliquam inſulam vel ciuitatem , quam vulgo confinationem appellant;an autem ſit a certo loco puta,aliqua ꝓuincia,vel tèrritorio, qđ vocamus exiliū ; nihilominus indiſtincte tenenda eſt communis concluſio,quòd ſcilicet vtroque caſu admittatur . & ita tenent communiter ſcribentes, vt dicit Rubeus in dicto §. ad crimen nume.146. hæc omnia dictus Iulius Clarius,vbi ſupra.ſupereſt modo Pan. reſpondere, ac deinceps rationem concluſionis aſsignare. ſciendum ergo , ꝙ licet Pan.vbi ſ.prędicta aſſeruit;tñ paulo ante ibidem infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet, poſtq̄ adduxit opiniones ad inuicem aduerſātiū doctorū: nā

nõnulli aduerſantur nr̃æ concluſ. refert quoq; Pan. ibidem Bar. dicentem in d. §. ad crimen; ꝙ ſecundũ primam opinionem, id eſt, noſtræ concl. aſtipulantẽ, ipſe cõſuleret; q̃a eſt ſatis cõmunis, ſed diſputatiue alia, id eſt, cõtraria vr̃ ſibi verior: vnde cõcludit ipſe Bar. Pan. inquit poſt illos, ꝙ in nullo crimine pub. vel priuato procur. interuenire poteſt, niſi veniat imponenda pęna pecuniaria, arg. in l. 2. C. de procuratoribus: vbi permittitur in pecuniaria. ad idem tex. in l. fin C. de iniurijs, iuncta l. fina. ff. eod. nã in crimine iniuriarũ non interuenit, pcurator, niſi perſona ſit illuſtris: & tamen venit imponenda pœna relegationis, nõ aũt ictus fuſtiũ, cũ ſit illuſtris. ad hoc l. fin. ff. de iniurijs: & multa alia hæc inducũt, inquit Pan. vbi ſ. qui & ſubinfert infraſcripta, videlicet; ſed primã opinionẽ tenẽt Hoſt. & Federicus de Seniſ. cõſ. 194. &, vt dixit, ſecũdũ eam eſt cõſulẽdũ; quia eſt cõis; ſed veritate iſpecta, potius eſt cõtraria opinio tenẽda, vt in nullo criẽ relegatiõis iter ueniat procur. niſi veniat imponẽda pęna pecuniaria. hęc Pa . vbi ſ. ex cuiꝰ verbis patet, ipſum aſtipulari nr̃æ concluſ. licet forsan dubitatiue; qm̃ ſi hãc nr̃m concluſionẽ reſpuiſſet, velut falsã non dixiſſet vtiq;, ſm̃ illam conſulendũ: qm̃ tantum ac talem virum non deceuiſſet, nobis aſsignare modũ cõſulendi, quẽ cõtrariũ eẽ veritati, illũ nõ fugeret. quapropter credo, ipſum voluiſſe innuere, ſe eſſe eiuſdem voti, cuius eſt Bar. tamen, vt eloquens, vti maluit ali js verbis fere equipollentibus illis Bart. dixerat enim Bar. vt ſupra retuli, quòd ipſe cõſuleret iux. primam opinionem; ſed ꝙ diſputatiuẽ ſibi alia videatur verior: ſic ergo in propoſito eſt dicendum de Pan. verbis; ipſum, ſcilicet, aſtipulari noſtræ concluſioni; ſed tamen contrariam ſibi videri tenẽdam diſputatiue, vt ipſius vtar vbi ſ. Vbis: poterit quoq; pſens concluſio probari non inſulſe & hac ratione, quæ talis erit: cum enim odia ſint reſtringenda, & fauores ampliãdi, vt in C. odia de reg. iur. in ſexto, conſequens eſt, ꝙ noſtra concluſio ſit veriſsima: antecedens iam probatum fuit: conſequentia patet per ſe; quoniã nulli dubium vnquam fuit, procuratores aptiores, vtpote, eruditiores ad criminalia negotia pertractanda, eſſe, & ad defendendum ac conſulendum tam reis, quàm actoribus, quàm vt plurimum ipſęmet partes; maxime in caſu noſtrę cõcluſionis, ſtante illa regula iuris adducta ſupra in l. abſentem. ff. de pœnis, & in l. ſeruum quoq; ff. de procuratoribus; in quibus cõmuniter dicunt gloſæ, & eſt cõmunis opinio, ꝙ, vbicũq; abſens poteſt damnari, ibi poteſt pcurator interuenire; q̃a melius eſt, ꝙ defendatur per aliquem, quàm a nemine. eo magis noſtra concluſio verificatur, quoniã in d. l. abſentem, clare pbatur; & hoc quoq; verum eſſe omnes Doct. fatentur, ꝙ pœna relegationis poteſt quoq; imponi etiam abſenti: ergo poteſt interuenire procurator. & licet noſtræ vlt. rationi aduerſatur Pan. vbi ſ. dicẽs, ꝙ non ſequitur: abſens cõtumaciter poteſt relegari; ergo poteſt conſtituere procuratorem, cum nõ poſſit legitimare perſonã ſuam: tamen, tacendo alias reſpõſiones, tantum in cõtrarium hoc dicam; ꝙ ſtantibus tot tãtiſq; iuribus ac doctorum votis poterit fieri huiuſmodi legitimatio per inſtrumẽtum publicum manu notarij; & pillo conſtitutus procurator poterit comparere, cum etiam, ſi ſubcubuerit, ſuus clientulus poſsit iudicari & damnari dicta pœna relegationis, in contumatia exiſtens: qđ nõ poſset dici, ſi veniret fuſtigandus ipſe cõtumax. & hæc pauca de multis enũerata ſatis ſint ad probãdum, noſtram concluſ. etiã fulciri ratione vltra auctoritatẽ prædictam.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Procurator nũmq̃ eſt admittendus, p reo ẽt perſonaliter in iud. cõſtituto, ſiue carcerato in cã criali, criãliter mota, ad rñden. accuſationi, vel inqſitioni, vel

uel interrogationibus, quæ ei fiunt à iudice,ſiue actuario ſuper delicto, ſiue in primo examine, ſiue in alijs, ſiue in tortura,ſed debet ipſemet reus perſonaliter duci ad banchum iuris, uel ad locum tormẽtorum,& per ſe ipſum reſpondere: & ita practicatur.hæc concl. eſt uerisſima; & probatur ultra quotidianã practicam auctoritate Iulij Clarij in ſubſequenti concl.adducenda.

DVODECIMA CONC.

PRocurator poterit ad alios actus cãæ iuridicos,præter ſup.ſcriptos,admitti in cauſa criminali,criãliter mota, ut puta, ad opponendas exceptiones, producendum capitula, & alia faciendum in dicta cauſa, quæ neceſſ. requiruntur facienda, ut deducatur ad debitum finem,ſcilicet, ad abſolutionem rei, uel ad condemnationem. hæc concluſio uerisſima apparet tum uſu, ac praxi quotidiana, tum etiam auctoritate doctorum, qui in præſentis cap. 1.concl.adducti fuere;nec non auctoritate domini Iulij Clarij in ſua loculentisſima pract. etenim: lib. 5.§.fi.q̃ſt.32. in ver.item quæro,quid?ſi reus ſit præſens in iud. quia ſcilicet fuerat captus, poſt nonnulla doctisſimis infraſcriptis uerbis uſus fuit, uidelicet: tu uerò, ne erres,diſtingue,etiam ex mẽte doctorum in locis primò allegatis, & dic, ꝙ aut quæritur, an, quando reus eſt perſonaliter conſtitutus in iud. poſsit admitti pro eo procurator ad reſpõdendũ pro eo accuſationi, uel inquiſitioni,uel interrogationibus, quæ ei fiunt a iudice ſuper delicto, ſiue in primo examine, ſiue in alijs,ſiue in tortura:& tunc dicendum eſt, ꝙ nullo modo poteſt pro eo procurator interuenire; ſed debet perſonaliter duci ad banchum iuris, uel ad locum tormẽtorum,& per ſe ipſum reſpondere.& ita practicatur ut dicit Aug. ĩ dicto.§.publice poſt numerum 5. quem refert Paulus de Caſtro, in eod.1.§.publice nu.9.& Ang.de malef.in ver.qui dominus iudex uidẽs, ꝙ inquiſiti nu. 12. ita etiam practicari atteſtatur Ang.in dicta.l.reos num.2.in fine: aut quæritur,an poſsit procur.interuenire ad alios actus cauſæ, puta ad opponẽdas exceptiones, producẽdum capitula,& alia faciendum in ipſa cauſa:& dicendum eſt,ꝙ ſic.& ita dicit ſe pluries obtinuiſſe, & uidiſſe de facto obſeruari. Alber.ĩ dicto.§.publice poſt numerum 18. uerſiculo,item quæritur, an ſaltẽ:dicit,benè uerũ eſt,ꝙ non ſemper conſtituitur ad hoc procurator cũ mãdato;ſed quilibet defen ſor pro carc. admitti ſolet: pro ut etiam in practica obſer.atteſtatur Blancus in pract.crim. fo.24.num. 65.hæc ille.& ita ſeruãdum eſſe cõcludit ipſe Iulius,licet huiuſmodi practica non ſibi placeat. prædictarũ duarum nouisſimarum concluſionum ueritas per ſe patet: & ideo rationibus roborari eas nullatenus curabo, ne ſuperfluis inuoluamur uerbis.

TERTIA DECIMA CONC.

LIcet concl. ſecunda præſentis capituli ſit uerisſima de iure communi, ut probatũ fuit:in ipſa tñ hodiè cõſuetudo obtinuit, ꝙ omnino ipſa limitetur tali pacto,uidelicet: ꝙ aut delictum eſt tale, pro quo non poteſt procedi, niſi ad querelam partis; & tunc uera erit etiam hodie dicta concl. ſecunda: aut ex eo delicto poterat etiam procedi ex off. & tunc, licet non fuerit oppoſitum,proceſſus factus per procuratorem,qui non erat admittendus,eſt nullus: & dicãt,quicquid uelint,doctores,conſuetudo ita obtinuit, ꝙ omnia geſta per procuratorem huiuſmodi ĩn cauſa criminali criminaliter mota, ubi agatur de pęna corporis afflictiua,ſint ipſo iure nulla.hæc concl.probatur duplici medio: primo auctoritate Iulij Clar. qui ſupra in ſua pract.crim.lib.2. §. fin. quæſt. 32.in uer.pone, ꝙ in cauſa criminali, refert duas contrarias opiniones; altera quarũ ſe ſubſcripſit dictæ

dictæ noſtræ ſecundæ concluſioni;altera uerò aduerſatur : & hanc refert his uerbis, uidelicet: contrariam autem ſententiam, ſcilicet, quòd immo, etiam ſi non fuerit oppoſitum contra procuratorem, nihilominus proceſſus factus, eo interueniente, in caſibus, in quibus de iure admitti non debebat, ſit ipſo iure nullus, multi etiã tenuerunt adeo, quòd Gomez in dicto. cap. 1. poſt numerũ 80.uer.quid tenẽdum, dixit, quòd opinio contra illam glo.(adde tu, quæ noſtræ adheret ſecundæ concluſioni) ſibi uidetur magis communis; quem refert Mẽchiaca controuer. uſu frequentium cap. 20. poſt numerum 5. & ante eum Aretin. in dicto c. ueniẽs poſt nume. 87. dixit, quòd hæc eſt communis opinio, quòd uerbum pro ſingulari refert. & idẽ atteſtatur Rubeus in dicto §. ad crimen, numero 251. Ant. Gomez cap. 1. delictorum, numero 16. hæc Iulius refert, vbi ſupra, qui diſtinxit, pro ut in noſtra concluſione. quapropter meo iud. poſſunt huiuſmodi cõtrariæ opiniones concordari, eadem diſtinctione poſita in concluſ. dicendo, doctores tenentes proceſſum ualere, &c. uoluiſſe intelligere, quando delictum eſt tale, quòd non poteſt in ipſo cognoſcendo procedi, niſi ad quærelam partis : quoniam in tali caſu ſibi eſſet imputandum, ſi non oppoſuit, hoc in pœnam ſuæ culpę, ac corporis; doctores autem dicentes, nõ ualere proceſſum, &c. intellexiſſe in caſu, in quo procedi etiam potuit ex officio, quia licet hoc non fuerit oppoſitum; tamen proceſſus erit nullus : & ratio eſt, quoniam partis, aut iudicis malitia, negligentia, aut imperitia non debet iuri publico nocere, quod læderetur utique, ſi iuſtitia unicuique ciuium non adminiſtraretur; quod eſſet, ſi denegaretur huic reo imperito facultas opponendi contra talem pro curatorem; eo magis, quòd iudicum bonorum eſt occurrere dolis, qui committi aſſolent in iudicijs utriuſque fori, ut patet ad ſenſum.

Auctor.

Finis libelli Primi.

PRACTICA CANONICA CRIMINALIS D. ALPHONSI VILAGVT A NEAPOLI.

Index Concluſionum contentarum in capitulis opuſculi ſeq. de Denunciationibus.

Denunciatio quid ſit. Cap.I.

Vnica concluſio

DEnunciatio (loquendo largo ſumpto uocabulo) eſt alicuius crīs ad pñtiam iudicis,ſeu prælati delatio.fol.

Denūciatio quotuplex ſit. C.II.

Vnica concluſio.

Quatruplex denunciationis ſpecies eſt,quarum prima dicitur euangelica, ſecūda iudicialis,tertia canonica,quarta & ult.regularis. fol.

Denunciatio euangelica quid ſit; & quare ita dicatur. Cap.III.

Vnica concluſio.

Hæc euang. denunciatio, quatenus ordinatur ad tollendum peccatum, ꝓcedit ab actu charitatis; ſed quatenus ad inſtituendum alios per exemplum, procedit ab actu iuſtitiæ: & hæc denunciatio dicitur euangelica à cauſa ſua efficienti, ſeu originali, quia ab euang.adinuenta fuit. fol.

Denunciatio euang. ſuper quibus peccatis fieri poſſit, non præmiſſa correctione fraterna. C.IIII.

Prima concluſio.

Peccata publica poſſunt denūciari, non præmiſſa monitione, qñ ueriſimiliter conſtaret de incorrigibilitate denunciandi;alias non. fol.eod.

Secunda concluſio.

Quando peccata ſunt uenialia, & nō mortalia;tunc poſſunt denunciari, etiā ſi ſint occulta,nō pręmiſſa monitione.f.

Tertia concluſio.

Quādo peccatum occultum uergeret in nocum. ſpirituale, uel corporale reipublicæ, aut proximorum: ut uerbi gratia,ſi quis tractaret occulte, qūo ciuitas hoſtibus traderetur; aut occulte hoīes auerteret a moribus, uel a fide; aut eſſet infectiuus proximorū;& periculum eſſet in mora in nocumētum ꝓximorum temporale; & ex correctione fraterna non ſperaretūr emēdatio; tūc ſtatim eſſet denunciandum prælato, ſine præuia correctione ſecreta, ut gregi ſuo caueat. fol.

Quarta concluſio.

Quādo ex ſignis probabilibus creditur, ſecretam correctionem nō proficere apud fratrem;ſed per eam fratrē magis exaſperari, aut præmonitū ſubterfugia querere,ut corrigi non poſſit, non oportet præcedere ſecretam correctionem:ſed, illa dimiſſa,denunciandus eſt ſuo prælato. fol.

Quinta concluſio.

Denūcians.n.fratris peccatum(quod tm̄ ſibi ipſi nociuum eſt)prælato,non ut iudici,ſed ut perſonę priuatæ, qui pōt. & uult ſuo gregi prodeſſe, ut pater,nō ut tyrannus;& qñ certitudinaliter credit,illum,ut patrē, proceſſurum in correctione fratris delinquentis;& ꝙ magis expediat ipſi delinquēti; in tali caſu nullum peccatum erit, ſi non ſeruetur ordo euang. de correctione fraterna præmittendus denunciationi:& hoc faciat denunciator bono zelo. fol.

Quis ordo ſit ſeruandus in denunciatione euangelica, deſcribitur perbelle in capitulo quinto per totum; ubi adducitur interpretatio doctorum circa uerba ipſius Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Capitulum quintum.

Vtrum denunciationi euang. faciēdæ prælato debeat præcedere teſtium inductio. cap. ſextum.

Prima concluſio.

Denunciationi euang. faciendæ Eccleſiæ, ideſt prælato reſidenti in loco iudicis, dēt præcedere inductio teſtiū. f.

Secunda concluſio.

Denunciationi euangelicæ faciendæ Eccleſiæ debet p̄cedere inductio duorum, uel trium teſtium ad uidendum crimen fratris, bonæ uitæ occultum, ſi illud iteretur à fratre; & ex hoc ſperatur correctio delinquentis fratris; & ut poſsit poſtmodū cōuinci apud Ecc. f.

Tertia concluſio.

Denunciationi euangelicæ faciendæ Eccleſiæ debet præcedere inductio teſtium, quando peccatum fratris non emendati iteretur; aut non emendetur factum in damnum tertij, ut furtū; & ipſum peccatum poteſt probare. Et hæc inductio teſtium ualebit ad probandum, ſe fratrem admonuiſſe, ut ſe corrigeret. fol.

Quarta concluſio.

Denunciationi euangelicæ debere ſemper præcedere inductionem teſtiū eſt intelligendum propria locutione, ita, ꝙ non capiatur appellatione denunciationis euangelicæ Denunciatio facta prælato, tamquam patri, & non tamquam iudici: quoniam, ſi caperetur ita, largo ſumpto uocabulo, non eſſet uerum: imo ſi peccatum fratris non iteratur; licet frater non debet emendatus, corrector non debet arguere fratrem coram teſtibus, ſi primum ſecrete monitus non reſipuiſſet; & ſi delictū fratris non poſſet probare: ſed tunc ſolum, non adhibitis teſtibus, poteſt denunciare prælato, ut patri, & non ut iudici. fo.

Vtrum denunciatio Euangelica omitti debeat, ſi poſt inductionem teſtium ad uidendum iteratum crimen fratris deſit ſpes emēdationis. Cap. ſextum.

Vnica concluſio.

Denunciandus eſt frater, præmiſſo ordine euangelico, ipſi Eccleſiæ, id eſt, prælato, tamquàm iudici, tam pro peccatis commiſsis, quàm committendis; licet non ſit in detrimentum alterius: tamen, ſi denunciator illa poſsit probare ſufficienter; & frater nollet emendari: immo etiā ſi crederetur ueriſimiliter, fratrem deteriorem euaſurum ex huiuſmodi denunciatione euangelica, poſt monitionem ſecretam, & adductionem teſtium, erit, ut dixi, denunciandus. fol.

Vtrum quilibet poſsit admitti ad denunciationem euangelicam faciendam. Cap. ſeptimum.

Prima concluſio.

Ad denunciationem euangelicam faciendam Eccleſiæ non ſunt admittendi criminoſi perſeuerantes in criminibus. fol.

Secunda concluſio.

Ad denunciationem euang. faciēndam

dam Eccleſiæ non ſunt admittendi infames pſeuerantes in crimine: ſed tantum infames, qui non perſeuerant in crimine. fol.

Tertia concluſio.

Ad denunciationem euangelicam non ſunt admittendi excom. fol.

Quarta concluſio.

Ad denunciationem euangelicam non eſt admittẽdus is, qui non primò monuit, ordine euangelico ſeruato, niſi rationabili de cauſa, illo omiſſo, denunciaſſet. fol.

Quinta concluſio.

Ad denunciationem euangelicam faciendam non eſt admittendus conſpirator. fol.

Sexta concluſio.

Ad denunciationem euangelicam faciendam prælato, tamquam eccleſiæ, omnes admittuntur præter nominatos in præcentibus concluſionibus. fol.

Vtrum iudex teneatur omnem denunciationem euangelicam ſibi factam admittere. Cap. IX.

Prima concluſio.

Propter denunciationem factam p̃lato de crimine fratris, quod probari non poteſt, prælatus procedere non poteſt contra denunciatum ad pœnitentiam ei imponendam, quia non dẽt credere illi denuncianti, etiam ſi talis eſſet epiſcopus; ſed ſolũ ad ipſum monendũ ſecrete, pcedere dẽt, ut ſe corrigat, & ad blando ęloquio hortandum illum ad pęnitentiam agendam de cõmiſſo, & ad cauendum illi, quãtum ipſe ſine ſcandalo poterit, ne rurſus peccatum iteret.

Secunda concluſio.

Prælatus, cui fuit facta denunciatio de fratris crimine, illo coram eo legitime probato, nec non ordine euangelico ſeruato, debet uocare denunciatum, & illi dicere: Quid reſpondes ad ea, quæ contra te coram me ſunt producta? & debet deinde recipere debitas probationes & exceptiones; uel ſaltem ipſe denũciatus debet promittere emendationem uitæ, & pænitere, ſi poteſt ſine alterius pœnæ incurſione: quia, ſi eſſet intruſus in beneficio, non poſſet dici emendatus, niſi priuetur beneficio, quod ſine peccato tenere non poteſt de iure. Sed ſi nollet ſe corrigere, poterit illum prælatus excommunicare, ſeruato tamen ordine iuris, uidelicet: ante excommunicationis fulminationem illum ter moneat, ut in c. ſacro. extrà de ſententia excom. fol.

Tertia concluſio continens modum denunciationis huiuſmodi, quę eſt recipienda a prælatis.

Denuncians aliquid de ſuo prælato, uel de aliqua perſona, adiens ſupremũ prælatum pro tali denunciatione facienda, debet interrogari a dicto pręlato: An uelit ipſum pręlatum accuſare; &, ſi dixerit, quod ſic; tunc cogitur libellum accuſationis formare, & in illo ſe inſcribere ad pœnam talionis; ac deinceps illum porrigere prælato, ut olim fiebat: licet modo ad hoc non teneatur, ut probatum fuit in tractatu de accuſat. ſi uerò reſpondeat ille dicẽs; nolo domine accuſare; ſed ſolum, ꝙ contra eum inquiratur, ut poſtmodum per ſecretam correctionẽ frater ſaluet, eo ꝙ, Domine mi, & ego eum uobis denuncio ad hoc tm̃: tunc dicet prælatus, obſeruaſti ne præceptum, ac ordinem euangelicum in corrigendo fratrem, an non? tunc ſi dixerit, & probauerit per teſtes ipſe denunciator de ſeruato ordiue euangelico ſupra adducto a nobis, prælatus illius denunciationem admittat, & denunciatum corrigat per ſe, uel per ter-

tiam

tiam perſonam: niſi conſtet ſibi, denũciatorem eſſe perſonam inhabilem ad denunciandum iux. adducta in præcedenti capitulo, &c. quæ reperies notata in fol.

De denunciatione iudiciali tantum.

Denunciatio iudicialis quotuplex ſit. Cap. I.

Vnica concluſio.

Denunciatio iudicialis eſt duplex; alia, quæ dicitur denunciatio iudicialis publica; & alia; quæ dicitur denunciatio priuata. fol.

Denunciatio iudicialis publica quæ dicatur. Cap. II.

Vnica concluſio.

Denunciatio iudicialis publica dicitur illa, quæ competit alicui ex officio puro & mæro, in qua non requiritur monitio; ſed iudex ex officio ſuo, uel per denunciationem ſuorum officialium in ea procedit: & habet locum in notorijs, ac occultis, ut infra probabitur in capitulo duodecimo per totum. fol.

Denunciatio iudicialis priuata quid ſit. Cap. III.

Vnica concluſio.

Denunciatio iudicialis priuata dicitur illa, quæ competit læſo propter priuatum intereſſe. fol.

Denunciatio iudicialis priuata quot modis expediatur. Cap. IIII.

Prima concluſio.

Denunciatio iudicialis priuata, ſeu cauſa, quæ agitur per uiam denunciationis iudicialis priuatæ, expeditur duobus modis: alio modo enim in foro ſeculari; alio in foro eccleſiaſtico expeditur. fol.

Secunda concluſio.

Denunciatio iudicialis priuata, quæ expeditur in foro ſeculari, neceſſariò non requirit, ꝙ illi præcedat monitionis probatio: & habet locum, quando oppreſſus nequit agere contra opprimentem ordinariè, quia tunc expeditur de plano, ut puta, quia denuncians oppreſſus eſt ſeruus, uel alterius poteſtati ſubditus, ut in §. penult. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris. & idẽ dr̃ in monachis, & commiſsis conquærẽtibus de iniuſtis grauamiuibus ſuorum prælatorum, per hoc, quod notat Inn. in c. inſinuante. extra qui clerici, uel uouentes: & idem dicitur in his, quæ ſpectant ad forum uenale, ut res uendantur iuſto prætio: de quo eſt textus in c. 1. extra de empt. & uendit. & idem iudicium erit habẽdum in ruſticis oppreſsis: ut in l. nec. §. de plano. ff. de officio proconſulis. fol.

Tertia & ultima concluſio.

Denunciatio iudicialis priuata, quæ expeditur in foro canonico, ſeu eccleſiaſtico, neceſſario non requirit, monitiones præceſsiſſe: expeditur tamen de plano.

Vtrum omnes admittantur ad denunciationem iudicialem priuatam faciendam. Cap. V.

Vnica concluſio.

Ad denũciationem iudicialem priuatam peragendam admittuntur omnes, etiam infames & crimino ſi; ſed non excom. maiori excom. fol.

Vtrum iudex eccleſiaſticus indiſtincte admittat hanc denunciationem

tionem

tionem iudicialem priuatam. Capitulum. VI.

Vnica concluſio.

Quamuis iudex eccleſiaſticus indiſtinctè admittat denunciationem euãgelicam; tamen iudicialem priuatam indiſtinctè admittere non poteſt; ſed ſolum in defectum iuſtitiæ, uel ſi crimen de ſui natura eſt eccleſiaſticum uel ratione pacis, uel iuramenti, uel quando crimen eſt notorium, uel quãdo nõ auditur in foro ſeculari, ut quãdo obligatio eſt naturalis tantum. & hæc concl. eſt uera de iure communi. hodie tamen non eſt in uſu, ut patet ex adiunctis infra in capitulo decimo, & ſequentibus uſque ad capitulum tertium decimum excluſiue pſentis opuſculi de denũciatione; cum mos uigeat in curijs indiſtinctè admittendi ſimiles denunciationes iudiciales tam in foro eccleſiaſtico, quàm ſeculari, & in unoquoque foro iuxta caſum incidentem: nam, ſi crimen eſt eccleſiaſticum, hanc denunciationem recipiet eccleſiaſticus iudex; ſi uerò ſeculare, tunc iudex laicus recognoſcet. fol.

De denunciatione canonica.

Denunciatio canonica quotuplex ſit, & quare ita dicatur, & quid ſit unaquæque earum. Cap. I.

Prima ergo concluſio ſit hæc.

Tertia ſpecies denunciationis, quæ uocatur canonica, idcirco dicitur canonica, quia a canonibus inuenta eſt; licet habuerit ortum ſecundum à lege ueteris teſtamenti: & iſta eſt duplex; alia enim dicitur denunciatio canonica ſpecialis, & alia dicitur denunciatio generalis. fol.

Secunda concluſio.

Denunciatio ſpecialis dicitur illa, quæ competit illi ſoli, cuius intereſt habere prælatum bonum eccleſiaſticũ, uel bonum ſubditum; & fit ad hoc, ut quis ab off. remoueatur; & illi præmittere opus eſt binam monitionem. fol.

Tertia concluſio.

Denunciatio aũt publica generalis dicitur illa, quæ fit, cũ agitur de matrimonio impediendo, uel diſſoluendo; uel cum agitur de peccato in iudicio eccleſiaſtico corrigendo, in quo aliquod priuatum nõ includitur intereſſe. Vel dic melius ſecundum præpoſitum in c. De accuſatione. 2. q. 8. in col. 164. adductum a Io. Ber. Diaz. in ſua pract. canon. crimin. in capitulo ſexto in uer. eſt denunciatio, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: eſt denunciatio criminis alicuius apud iudicem cõpetentem per officialem ad hoc deputatum facta delatio ad pœnam eidem inferendam. competit hæc, proprie loquendo, ex mero iudicis off. procedentis in ea ad denunciationem, ſeu promotionem ſuorum officialium ſecundum doctores: & elicitur hæc deſcriptio ex l. ea quidem. C. de accuſat. & c. Epiſcopus in ſynodo. 35. q. 6. & l. diuus. C. de cuſtod. exiben. reis. fol.

Vtrum ad denunciationem canonicam faciẽdam quilibet ſit admittendus. Cap. II.

Prima ergo concluſio ſit hæc.

Ad denũciationem canonicam ſpecialem faciendam admittuntur ſolum, qui admittuntur ad accuſandum. fol.

Secunda concluſio.

Ad denũciationem canonicam generalem

neralem & publicam faciendam admittitur etiam, qui ab accuſatione repellitur. fol.

Utrum quilibet ad denunciationem canonicam ſpecialem, & generalem faciendam teneatur. Cap. III.

Vnica concluſio.

Ad denunciationem generalem canonicam faciendam nemo tenetur; ſed ſufficit unicuique, facere denunciationem euangelicam. fol.

De forma denunciationis tam iudicialis, quàm canonicæ in foro fori faciendæ; & quid faciat iudex ſtatim ipſa recepta, & de ipſius ualore & operatione. Cap. I.

Prima concluſio.

Denunciator ex officij neceſsitate, uel aliter uoluntarie accedens ad denunciandum, debet denunciare iudici apud acta curiæ hmõdi uerbis utens, uidelicet: ego &c. denuncio &c quòd die tali &c. commiſſum fuit tale maleficium, & cætera, prout infra. fol.

Secunda concluſio.

Memoriæ eſt commendandum, ꝙ re uera modus procedendi in huiuſmodi denunciationibus non eſt modus ſeparatus à modo procedendi per uiam inquiſitionis: nam denunciatio regulariter nihil aliud operatur, niſi ꝙ ſuccedit loco diffamationis, uel querelæ: & ſic aperit uiam iudici ad inquirendum ex off. contra aliquam perſonā; & alia etiam operatur, ut infra. fol.

Tertia concluſio.

Iudex eccleſiaſticus antequam admittat denunciationem huiuſmodi, de qua ſermo habetur debet cogere denũciantem, & reliqua uide infra. fo.

Quarta concluſio.

Si denũciaror probauerit delictum, & denunciatus ſuimet defenſiones iuſtas; tunc ſi tales erant, &c. reliqua uide infra. fol.

Quinta concluſio.

Quando reus fuit abſolutus, quia teſtes adducti a denunciatore fuerunt reprobati, ut quia &c, reliqua uide infra. fol.

Sexta concluſio.

Denuncians non ex neceſſ. officij; ſed ſpontè accedens ad denunciandũ multa crimina clericorum depoſitione, uel aliqua alia pęna digna, non euaderet pœnam, &c. reliqua uide infra. fol.

Septima concluſio.

Licet per ſupradictas omnes concluſiones pateat omnibus de denunciationibus tam ex neceſsitate officij, ut ſunt, &c. reliqua uide infra. fol.

Octaua concluſio.

Denuncians ex neceſsitate officij, ut puta ad hoc deputatus a ſuis iudicibus licet de iure &c. reliqua uide infra. fol.

Nona concluſio.

Denunciatio huiuſmodi tunc tantũ aliquid operatur contra denunciatum ultra probata indicia. &c. reliqua uide infra. fol.

Decima concluſio.

Quando uerò denunciator ex officio deputatus ad denunciandum non deponit ipſe. &c. reliqua uide infra. fol.

Vnica concluſio.

Denunciatori huiuſmodi, qui non tantum eſt deputatus ad denunciandũ delicta, uerum etiam ad cuſtodiẽdum. &c. reliqua uide infra. fol.

Vndecima concluſio.

Denunciatio huiuſmodi uerò facta iudici eccleſiaſtico per perſonam priuatam, ideſt, tertiam perſonam diſtinctam ab offenſa, etiam deponentem de uiſu, etiam ſi talis denunciatio fiat iuramento, nihil operabitur; niſi tantum modo aperiet iudici uiam inquirendi de ueritate delicti. fol.

Ter-

Tertiadecima concl.

Denunciatio huiuſmodi facta iudici à parte offenſa uulnerata dicente, ſe ab aliquo fuiſſe uulneratã, quid operetur.infra. fol.

Quartadecima concluſio.

Denunciatio huiuſmodi facta iudici à parte offenſa uulnerata, & iam ad mortis deducta articulum, quid operetur infra. fol.

Quintadecima concluſio.

Denunciatio huiuſmodi, de qua ſermo habetur in præcedenti concl. non erit ſufficiens ad cõdemnationem taliter denunciati; neque ad torturam faciet indicium de per ſe. fol.

Qui ſint admittendi ad huiuſmodi denunciationem hac noſtra tempeſtate. Cap. II.

Prima concluſio.

Quãdo agitur de delicto, ſuper quo ex forma ſtatutorum, uel conſuetudinis non poteſt procedi ad inſtantiam partis, & iuxta formam iuris communis in loco, in quo proceditur iuxta illud; tunc qui non poteſt accuſare, uel quærelare, nec poterit denunciare iudicialiter. fol.

Secunda concluſio.

Quando agitur de delicto, pro quo poteſt iudex procedere ex officio; & ſic per uiam inquiſitionis, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, ut fere fieri conſueuit in tota Italia, quilibet admittetur ad denunciandum huiuſmodi denunciatione, de qua loquimur. & hæc concl. uerificatur nõ tantum in denunciante ex off. &c. reliqua infra uide f.

Quæ delicta poſſint denunciari in huiuſmodi denunciationibus, de quibus ſermo habetur modò. Cap. III.

Prima concluſio

Licèt de iure communi ſecundum communem canoniſtarum antiquorũ opinionem, denunciatores ex off. non poſſint denũciare, niſi notoria delicta: tamen contrarium ſeruatur. &c. reliqua infra. fol.

Secunda concluſio.

Quamuis denunciari poſſint crimina occulta: tñ iudices ecc. non debent permittere apud eos per fiſcalem aliquem clericorum denunciari, ſeu accuſari de occulto aliquo crimine, niſi delatores ſibi prius obtulerint, ſe probaturos. &c. reliqua uide. fol.

Tertia concluſio.

Denunciatores ex officij neceſſ. tenentur etiam denunciare ea delicta, q́ ſunt de iure impunita &c. reliqua. fol.

Quarta concluſio.

Non tãtum dictis denunciatoribus ex off. licet denũciare huiuſmodi ſcelera, uerum etiam & alijs. fol.

Utrum ueniant aliqua pæna plectendi denunciatores non probantes in iudicio delicta fratrum ſeu proximorum, quæ prælatis, uel iudicibus, tamquam Eccleſiæ denunciauerunt. Cap. unicum.

Prima concluſio ſit hęc.

Denunciator nihil probans de delictis denũciatis coram prælatis, ſeu iudicibus ipſis ecc. punietur pęna calumnioſe denunciantibus debita, uidelicet: extraordinaria; & iuxta pœnã talionis, in eodemmet iudicio, poſt ſententiam tamen abſolutoriam ipſius rei immediate; ante ſui tamẽ promulgationem, licèt poſt aſsignatum terminũ denũciatori ad probandũ, quare non ueniat puniendus pœna calumnię.

Secunda concluſio.

Denunciator nihil probans de denunciatis non dẽt ſtatim puniri, tamq̃ calumniator, qñ illi infligenda eſſet.

F aliqua

aliqua momentanea pęna: niſi prius aſsignaretur ei aliquod dierum ſpacium ad probandum ſuam innocentiam. fol.

Tertia concluſio.

Iudex poteſt imponere denũciatori non probanti ſibi denunciata pœnã ſucceſsiuam, etiam ſtatim: ideſt aliquã pęnam, quam omnino pati mereretur, ſi in ſe purgando defecerit, cum limitatione tamen; ꝙ illam patiatur, donec ſe purgauerit. fol.

Quarta concluſio.

Denunciator ſeu accuſator probans ſemiplenè delata crimina contra aliquam perſonam in iudicio, niſi manifeſtiſsimis documentis docuerit, ſeu probauerit, ſe denũciaſſe illa, non animo calumniandi; ſed ad id fuiſſe motũ rationabili cauſa ſe excusãte, ut puta, quia non eſt ſolitus calumniari, uel ſi reus nihil pro ſe probaſſet in iudicio, punietur pœna calumniatoris. fol.

Quinta concluſio.

Denuncians, uel accuſans delicta in ſe ipſum commiſſa ab aliquo, & illa nõ probans, niſi per famam, punietur etiã pœna calumniæ.

Sexta concluſio.

Denuncians ſeu accuſans aliquem coram iudice de commiſſo delicto, nõ in ſe, ſed in res ſuas & ſuorum, puta, de furto rerum eius ablatarum noctis tpe de domo ſua; uel de adulterio commiſſo cũ uxore ſua, eo abſente: & huiuſmodi ſi probauerit de fama, quæ habuit ortum à fide dignis, excuſabitur à pęna calumniatoribus debita. fol.

Septima concluſio.

Denũciator ſeu accuſator accuſans aliquẽ de iniuria, aut maleficio ipſum uel ſuos non concernente, & probans ſolum per famam, non excuſatur à pœna calumniæ; ſecus, ſi ultra famam probaret per unum teſtem. fol.

Octaua concluſio.

Denũciator ſeu accuſator, qui probauit denunciata tantum per teſtes, qui poſtmodum per aduerſam partem fuerunt repulſi legitimè; quapropter denunciatus fuit abſolutus à iudice; ipſe denunciator debet puniri, quãdo teſtes fuerunt reprobati, eo ꝙ falſum teſtimonium protulerunt; uel quia fuerunt corrupti, & huiuſmodi conditionis illos eſſe ipſe denunciator ſciuiſſet: ſecus, ſi fuiſſent repulſi, eo ꝙ fuerũt infames reperti; uel ipſos corruptos, aut falſum teſtimoniũ illos protuliſſe denunciatorem latuiſſet: quod in dubio permittitur, conſiderata qualitate denunciationis. fol.

Nona concluſio.

Denũciator obligans ſe ad probandã ſuam innocentiam, uel aliquid aliud, ſi poſtmodũ non probat, niſi per unum teſtem bonum, uenit puniendus arbitrio iudicis. fol.

Decima & ultima concluſio.

Denunciator ſeu accuſator ſi, quæ denunciauit, plenè non probaſſet, teneretur ſe purgare arbitrio iudicis, ꝙ denunciauerit non aĩo calumniandi. f.

Quæ ſit forma uerborum, qua uti debet denuncians iudici, tamquam Eccleſiæ, tam per uiam denunciationis euangelicæ; quàm canonicæ, & iudicialis. Cap. unicum.

Prima concluſio.

Denũciatio euang. ac canonica ſpecialis debet fieri hac forma uerborum: uidelicet: uobis Reuerendiſsimo, &c. reliqua inueniens. fol.

Secunda concluſio.

Denunciatio generalis & publica, quæ fit ad impediendum, uel diſſoluẽdum matrimonium, & de peccato corrigẽdo in iud. ecc. in quo aliquod priuatum includitur intereſſe, debet porrigi in hac forma. &c. uide. fol.

Ter-

Tertia concluſio.

Denunciationis iudicialis priuatæ competentis tantum læſo propter ſuũ intereſſe forma erit talis tenoris, videlicet: coram domino iudice tali: &c. inuenies. fol

De differentia, quæ eſt inter denunciationem euangelicam canonicam, & iudicialem. Cap. unicũ.

Prima concluſio.

Prima differentia inter denunciationem euang. & iudicialem eſt, ꝙ in euang. admittitur quilibet, dummodo non perſeueret in crimine: in iudiciali uerò tantum ille, cuius intereſt, ſiue ratione officij, ſiue ratione proprij intereſſe atque damni perpeſsi, etiã ſi eſſet criminoſus. & hæc concl. ueriſsima eſt de iure communi: tamẽ hodie non ſeruatur in practica, quoad iudicialem iudicialem denunciationem loquẽdo ſed ſolum 2. concl. adducta ſupra in capitulo undecimo præſentis opuſculi. uide ibi. fol.

Secunda concluſio.

Differentia ſecunda inter dictas denunciationes eſt, ꝙ in euãg. ſolum agitur ad correctionem fratris peccanris: in iudiciali uerò non ſolum agitur, ut corrigatur peccatum, ſeu peccator; ſed etiam, ut res reſtituatur, & læſus ſeruetur indemnis, & malefactor puniat. fol.

Tertia concluſio.

Differentia tertia inter dictas denunciationes eſt, ꝙ in euangelica non proceditur per modum iudicij forenſis, ſed aliter: in iudiciali uerò proceditur iudicialiter, licet cauſa denunciata. &c. reliqua inuendes. fol.

Quinta concluſio.

Differentia quarta inter dictas denunciationes eſt, ꝙ in euangelica admittitur omnes teſtes etiam infames, non perſeuerantes tamen in crimine: in iudiciali uerò non recipiuntur, niſi legitimi teſtes.

Quinta & ultima concluſio.

Denunciatio euãgelica differt a canonica & iudiciali ratione finis, eò ꝙ euangelica eſt inſtituta, & fit in peccatis committendis ad illa impedienda, quæ aliàs dici poſſet indicatio ſeu intimatio facta prælato, ut patri pio, ad præcauendum peccatum fratris in futuro. Canonica uero fit de peccatis cõmiſsis; nec non quia canonica probatur ſemper in iud. euang. uerò non. fol.

De denunciatione regulari. Cap. unicum.

Denunciatio regularis quid ſit, & quare ita dicatur, reperies quambreuiſsimo ſermonis periodo. fol.

Finis indicis opuſculi de denunciationibus.

PRACTICA CAN. CRIM.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. II. TIT. DE DENVNC. EVANG.

Denunciatio quid ſit. Cap. I.

VNICA CONCLVSIO.

CVm oībus utriuſq; iuris ſalubri peritiæ operam nauantibus ſemper perſpicuum fuerit, iudices cunctos ī iudicijs diceruendis, & in animaduertendis maleficijs poſſe procedere contra delinquentes, nō ſolum per uiam accuſationis, uerum etiā per
c Qualiter. & qñ el 2. de accu. uiam denunciationis, ut in qualiter, & qñ el 2. ex̄. de accuſ. merito igit̄ tractatū de accuſ. ſubſequit̄ hic de denūciationibus, ſeu de modo procedendi contra peccantes per uiam denunciationis. quapropter, ut gradatim de hac materia ſermo habeatur, ī pn̄ti primo articulo uerbum fiet de quidditate, ſeu de modo, quo ſit deſcribendus hic terminus. dico ergo una cum Specul. in titu.
Denūc. quid. de denunciatione. § 1. quòd denunciatio eſt alicuius criminis ad præſentiam iudicis aut prælati delatio; eo ꝙ denūciatio deſcendit à uerbo denunciare, quod eſt alicuius crimen ad præſentiam iudicis deferre.

Denūciatio quotuplex ſit. Cap. II.

Vnica concluſio.

Denunciationē quadruplicem eſſe, uel denūciationis ſpecies quatuor eſ-
Specul. ſe, docent Specul. ubi s̄. in §. 2. in uer. ut aūt in hac materia plenius inſtruatis
Pan. & Pan. in c. nouit ex̄. de iudicijs. col. 5 in uer. ſed quia s̄. facta eſt mentio de multiplici denunciatione. Prima. n. ſpecies denunciationis dr̄ denunciatio euang. ſecunda dr̄ denūciatio iudicialis, tertia dicitur denūciatio canonica, quarta & ult. dicitur denunciatio regularis.

Denunciatio euangelica quid ſit, & quare ita dicatur. Cap. III.

Vnica concluſio.

Denunciatio euangelica eſt illa, quę tantum ad pænitentiam procurandam in fratre peccante fit, ut docet Specul. Specul.
in titu. eod. §. 2. in ver. euang. eſt. & Pan. in dicto c. nouit col. 15. in ver. & primo Pan.
circa euangelicam: ubi ſequit̄ quoque Archid. in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. dicens, Archi.
hæc denunciatio, quatenus ordinatur ad tollendum peccatum, procedit ab actu charitatis; ſed quatenus ordinat̄ ad inſtruendum aliōs per exemplum, procedit ab actu iuſtitiæ. arg. in c. præcipue 11. q. 3. dicitur n. huiuſmodi de- 11. q. 3. c. Præcipue.
nunciatio euangelica, ut docet Pan. in dicto c. nouit col. 23. in ver. ultimo cir- Pan.
ca iſtam denunciationem, quia appellatur à cauſa efficienti, ſeu originali, Vñ dr̄.
quia ab euangelio adinuenta fuit.

Denunciatio euangelica ſuper quibus peccatis fieri poßit, non præmiſſa monitione. Cap. IIII.

Denunciari peccata publica, non præmiſſa correctione fraterna, quādo poſſint conc. 1

Denūciari peccata uenialia poſſunt, non pręmiſſa monitione. concl. 2.

Denunciare uolens crimen fratris prælato, quando fratris ſecrete correctioni non ſperatur correctio, quæ ponderari debet. concl 3.

Denūciare intendens crimen fratris quā cautelā ſeruare debeat, ſi ex denunciatione īmineret mors fratri denunciato. conc 3.

Denunciari crimē fratris, non præmiſſa correctione, quando poſſit. conci. 4.

De-

Denunciationem fratris faciendam prælato quando quis poſsit differre, & etiam ſi ſic non ſperet correctionem fratris. concl. 3.
Ius naturale, diuinum, & eccleſiaſticum coadiuuantur ſimul. concl 3.
Famæ fratris peccantis reſeruatio quid proſit. concl. 4.
Peccaſſe ex malitia uel ex fragilitate aliquos, qualiter poſſit comprehendi. conc. 4.

CVm præſens quæſtio multas contineat quæſtiunculas in ſe; idcirco operępretiū duxi, illis ſatisfacere nonnullis concluſionibus, ut luce clarius huius quotidianæ quæſtionis ueritas pateſiat.

PRIMA ERGO CONCLVSIO ſit hæc.

PEccata publica poſſunt denunciari, non præmiſſa monitione, quando ueriſimiliter cōſtaret de incorrigibilitate denunciandi; alias non. hæc concl. ꝓbatur triplici medio; Primo per tex. in c. ſed illud, diſt. 45. ubi refertur ſententia Apoſtolica dicēs, peccantes coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant. Probatur & ſecundò auctoritate Doctorum, de quorum numero eſt ipſe Diuus Thomas in 22. q. 33. articulo 2. in corpore quæſtionis, ubi ſe ſubſcribendo noſtrę concluſioni infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: circa denunciationem peccatorum diſtinguendum eſt; ſi quidem ſunt publica, non eſt tantum adhibēdum remedium ei, qui peccauit, ut melior fiat; ſed etiam alijs, in quorum notitiam deuenit, ut non ſcandalizentur. & ideo talia peccata ſunt publice arguenda ſecundu: illud Apoſt. 1. ad Thimoth. 5. peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri metum habeant: quod intelligitur de peccatis publicis, ut Auguſtinus dicit in lib. de uerbis domini. hæc ille Sanctus. ex cuius uerbis patet ueritas concl. dicendo, ſunt publice arguenda, ne ſcandalizentur; quaſi dicat, ſi denūcians credit probabiliter, nō correcturum illum ſua monitione, tunc debebit illum denunciare, ne ſcandalum ſequatur; quod utique non ſequitur, ſi ſe emēdauerit. Pet. etiam de Pal. in quarto ſententiarum dicit. 19. q. 4. in prin. idem fatēdo; licet addat quoque aliud conſilium, & his uerbis utitur: in primo caſu dico peccatum publicum, quando ipſe peccator eſt publicus; & non, ſi publicum eſſet, tale crimen eſſe commiſſum & neſciretur oīno a quo: ſed qñ ſiue delictum factum fuerit publice, ſiue occulte, publicum tñ & diuulgatum eſt, ꝙ iſte fecit tale crimen, & de hoc eſt communiter diffamatus, ſi ueriſimile eſt, ꝙ citius corrigetur, ſi ad partem ſibi oſtendo, quod uidetur ordinari ad eius emendationem; quàm ſi ſtatim iudici denuncio, quod uidetur cedere ad eius cōfuſionē: debeo prius ſecrete admonere, non pp conſeruatio nem famæ, quæ iam ſupponitur perdita; ſed pp emendationem conſcientiæ: poſtea uerò, ſi nō corrigit, ut edificent de pœnitentia, qui ſcandalizati ſunt de culpa, debeo denūciare: ſed non tenet, quia ex fama poteſt iudex inquirere nullo denunciante. hæc ille ubi ſ. Gabriel Biel quoque de uerbo ad uerbum cōcluſioni pñti ſe ſubſcripſit in ſuo tractatu inſcripto; Expoſitio canonis miſſæ, in lectione 24. in litera. R. & hoc ꝓbat hac rōne: qm̄ de tali peccato non datur præceptum; peccato enim pub. frater nō peccat in te, ſed in te, & alios, quos ſcandalizat: unde, in te, dupliciter exponitur ſecundum Hug. ſecundum, ꝙ poteſt eſſe ablatiui caſus, uel accuſatiui; in te. i. te ſciente, uel in te. i. contra te: iniurijs, & contumelijs afficiendo, & ſcandalizando: & hunc caſum plures ponunt. hæc ille, cuius ſententia poterit reduci ad noſtram concluſionem, illam interpretando iuxta interpretationem datam ſententiæ Diui Thomæ: Nicolaus de Nijſe ordinis minorum in tractatu inſcripto Reſolutio theologorum in tractatu 5. par. 3. de charitate quæſt.

c. Sed illud diſt. 45.
S. Tho.
Pet. de Pal.
Gabriel biel.
Nicolaus de Nijſe.

Pan. quæſt.12 fol.345.ſequitur. D.Tho.Pan. quoq; in c.nouit. ex̃. de iudicijs.col.19. concl.nr̃æ ſe ſubſcripſit,dicendo,denũciatioṅe locũ habere in peccatis manifeſtis: ita ꝙ illa poterunt denunciatiari, quaſi dicat tacitè,qñ ex monitione non ſperatur fructus emendationis, pp quam hæc denunciatio fuit a dño Felinus inſtituta. Dñs quoque Felinus in c.nouit ex̃.de iudicijs in col.penul.ĩ ver. dicit hic dñs meus de Aretio in quinta. col.ſe ſubſcripſit dictæ concl. his ṽbis utẽdo, uidelicet:imo requirunt monitiones, de quibus in tex.quia licet notoria non egeant probatione; tñ non ceſſat rõ, pp quam fit mentio.ſ.ut corrigatur monitus, qui facilius corrigeť, ſi ipſum ex charitate moneas, quàm ſi denuncias iudici, quia ex lite cauſanť inimicitiæ: propterea dicit ipſe,poſito quòd ceſſaret cã, pp quam forma deberet ſeruari: nihilominus, quia hæc forma ſolennis eſt a lege ſtatuta, non dẽt poſſe omitti, ut eſt tex.notabilis in l.magis puto.§.Pe.ff.de rebus eorum cũ alijs allegatis hic per eum, quibus adde Bal.in l.1.ff.de liber: & poſtu.ubi dicit,ꝙ ubi data eſt forma à lege,uel ſtatuto, non ſufficit æquipollens.ergo,inquit ipſe Felinus, hic iſtæ monitiones, de quibus in tex. requiruntur pro forma,qa debet quis prius illis uti,ante q̃ denunciat iudici; & ſic Aretinus reprobat communem opinionem, cum quo tranſeo. hæc ille ibi:qui paulo poſt utitur hĩs uerbis circa iſtam deñũciatiõnẽ euangelicam,uide Riccard. de Mediauilla in 4. ſententiatum.19.quæſt.2. & 3.& ibi dicit,ꝙ ille,qui dubitat,quòd eius correptio debeat inducere deteriorationem denunciati, licite poteſt ab ea deſiſtere:hæc ille, ex cuius uerbis patet ueritas concl. aut per ultimã relationẽ, qua retulit ſententiam Riccardi, patet, quo modo ipſe intelligat relatam ſententiam Aretini.ſ. quòd tunc monitio denunciationem debet præcedere,quando ex monitione non ſperatur deterioratio, at potius emendatio. Archieps uero Flor. in 2.parte titu. Archiepiſcop. 9.ſub titu.de accedia.c.6.§.7.ſe ſubſcripſit ſententiæ diui Thomæ, ac Riccardi ſupra relatam, ac per conſequens noſtræ concl. quos doctores plerique omnes ſummularij ſequũtur.in ver. correctio, & denunciatio. probatur & tertio nr̃a Auctoris rõ. concl. hac rõne ultra adductas in recitatione dictarum opinionum.Cum oĩs lex interpretanda ſit & accipienda ſecundum intẽtionem legiſlatoris ad finem denunciationis Euangelicæ, qui finis eſt correctio fratris, licèt peccatũ fratris quis ſciat;non tamen debet denunciare ꝑlatis, tamquam Ecc.iudicibus:quãdo ex correctione fraterna,ſeu monitione ſperatur emendatio: cũ ex præſentanea emendatione occurratur & ſatisfiat ſcandalo illorum, qui illud fratris peccatum ſciebant;ſecus, ſi non ſperabatur emendatio ex monitione. maior iſtius rõnis patet, eo ꝙ lex nihil aliud eſt, quàm manifeſtatio quędam intentionis legiſlatoris; intentio uerò eſt uolitio finis per media congrua in ipſum ordinata:hinc eſt,ꝙ ea,quæ ſunt ad finem, regulari debent, ſecundum quòd exigit ratio finis, ut patet primo Ethi. in prologo de arte architectoria: quæ ordinat inferiores, eo ꝙ inferiores in eam tamquam in finem ordinãtur.taliter ergo ordinanda ſunt media, qualiter magis conducunt ad finis cõſecutionem. minor patet ex ipſomet tex. euangelico apud Mattheum c. 18. dicente domino:ſi peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te,& ipſum ſolum:ſi te audierit,lucratus eris fratrẽ tuum; ſi te non audierit,adhibe tecum adhuc unum, uel duos,ut in ore duorũ uel trium teſtium ſtet omne uerbum: quòd ſi non audierit, dic Eccleſiæ. ex quibus uerbis patet, dominum præcepiſſe, dictum ordinem ſeruari erga denunciationem unius cuiuſque peccati, tam publici, quàm priuati,ubi ex huiuſmodi ordine ſeruato ſperaretur fratris emendatio: conſequentia per ſe patet.

SE-

SECVNDA CONCLVSIO.

QVando peccata ſunt uenialia,& nõ mortalia, tunc poſſunt denunciari, etiam ſi ſint occulta, non præmiſſa monitione. Hæc concl. probatur duplici medio. primo auctoritate diui Thomæ in 2. 2. q. 33. art. 5. in reſp. ad quartum, dicentis, ꝙ huiuſmodi proclamationes, quæ in capitulis religioſorum fiunt, ſunt de aliquibus leuibus, quę famæ non derogãt. vnde ſunt quaſi quædam cõmemorationes potius oblitarum culparũ, quàm accuſationes. hæc ille Sãctus. ex cuius ſententia patet ueritas concluſionis: quoniã ipſum utendo illo termino de aliquibus leuibus patet locutũ fuiſſe de peccatis uenialibus, quæ ſunt leuia, & non infamant. præſenti etiam cõcl. ſe ſubſcripſit Gabriel Biel, ubi ſupra in ſecundo caſu & Archiepiſcopus Flo. in 2. par. titu. 9. ſub titulo de accedia. c. 6. in §. incip. tertia negligẽtia eſt: probatur & ſecundo hac rõne. Quoniam remota cã, remouetur effectus cauſæ: at cauſa, propter quam ĩſtituta eſt a domino correctio fraterna, eſt, ut ſic cõſeruetur fama proximi, quæ ad multa bona operanda ualet, ut loco ſuo dicetur: ergo nõ præmiſſa correctione fraterna poterit frater abſque peccato denunciari de uenialibus: maior iſtius rationis patet; minor probabitur infra aperriſsimè: conſequẽtia ꝓbatur, quoniam nullam infamiam incurrit denunciatus de uenialibus, cum ſepties in dies cadat iuſtus.

S. Tho.

Gabriel Biel. Archiepiſcop. Flor.

Auctoris rõ.

TERTIA CONCLVSIO.

QVando peccatum occultum uergeret in nocumentum ſpirituale uel corporale Reip. aut proximorũ: ut, uerbi gratia, ſi quis tractaret occultè, quomodo ciuitas hoſtibus traderetur, aut occulte homines auerteret a moribus, uel à fide aut eſſet infectiuus ꝓximorum, & periculum eſſet in mora in nocumentum proximorum temporale, & ex correctione fraterna non ſperatur emendatio, tunc ſtatim eſſet denunciãdum prælato ſine præuia correctione ſecreta, ut gregi ſuo caueat. Hæc cõcl. probatur duplici medio. primo auctoritate doctorum. quapropter ſciendum, ꝙ D. Tho. loquens de hac cõcluſione infraſcriptis utitur uerbis in 2. 2. q. 33. art. 2. in corp. q. ve3. quędam .n. peccata occulta ſunt, quę ſunt in nocumentum proximorum, uel corporale; uel ſpirituale; puta, ſi aliquis occulte tractet, quomodo ciuitas tradatur hoſtibus, uel ſi hęreticus priuatim homines à fide auertat: & qa ille, qui ſic occultè peccat, nõ ſolum in te peccat, ſed etiam in alios, oportet ſtatim procedere ad denunciationẽ, ut hmõdi nocumentum impediatur, niſi forte aliqs firmiter exiſtimaret, ꝙ ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet hmõdi mala impedire. hæc ille Sanctus, quem ſequitur Nicolaus ɖ Nyſe ubi ſ. Pet. de Pal. quarto ſententiarũ diſt. 19. q. 4. nſæ. cõcl. ſe ſubſcribẽdo infraſcriptis uerbis utit: ſi uero non ſperatur correctio, quia uel ex malitia peccat, nec erubeſcit, ſicut aliquis, qui ſemel nata occaſione ruit; uel qa pluries eſt ſibi dictũ, & ſe nõ corrigit; tunc ſubdiſtinguendũ eſt ꝑ tria membra, qa illud peccatum, ut creditur, facturus eſt in periculũ cõmunitatis: & tunc denunciandũ eſt, illi cõſeruãdo famã, quantum põt, cum ſalute reip. non aliter: ſi. n. ille, de quo rector ciuitatis plus cõfidit, cui & claues tradidit, illa recte eſt eã traditurus hoſtibus, uel hmõdi, & nullo modo uult deſiſtere; tunc eſt nominatim dicendum eſt illi, caueatis, ne tali tradatis claues iſta nocte, qa proditurus eſt ciuitatẽ: qa bonũ cõe ꝓferendum eſt priuato vñ quia fama eſt de maximis bonis religioſorum, ſi unus debeat alios ſcandalizare, nec ſecreta monitione corrigit, Prælato dicendũ eſt, ut prouideat famę cõitatis: ſi autem hoc eſt in nocumentum priuatæ tertiæ perſonæ; ſi ita paruum eſt illud nocumentum, quòd melius ſit illum parum ledi, quàm iſtum ita diffamari; quia, ſi modo non corrigitur,

S. Tho.

Nic. de niſſe. Pet. de Pal.

Quæ põ derãda ſit ante denũc. fac. ꝑlato, quando non ſperatur correct. Fratris ꝑ monitionem ſecretã

gitur,poſtea tamen corrigetur,ut ſi eſ-
ſet ei furaturus aliquod modici ualo-
ris, tunc non debet reuelare; ſi autem
eſſet notabile nocumẽtum,ut quia vult
occidere nocte,uel oĩbus bonis ſpolia-
re,cum iaceat in camera, tunc eſt dicẽ-
dum,quòd melius eſt ſeruare innocen-
tiam indemnem, quàm iſti malo famã:
quamuis & illud ſit dicendum ſic in ſe-
creto, ꝙ non poſsit agere ad iſtius in-
famiam reuelando,nec ad pœnã ipſum
nunciando: ſed ſolummodo ad ſuam
cautelam. æc ille ubi ſ̃. Caietanus aũt
Caieta. in commentarijs.22.vbi ſ̃.nihil de pro-
poſita quæſtiuncula diſputandum pro-
ponit; ſed tamen indirecte illi ſe ſub-
ſcripſit examinando, an hoc liceat cle-
ricis: & primo arguit,quòd clerici non
teneantur denunciare notam ſibi pro-
ditionem, uel occiſionem, rapinam &
huiuſmodi præparatam propter peri-
culum irregularitatis, quoniam ad oc-
ciſionẽ ꝓditoris ꝓcedeẽ: & ad hoc ꝓ-
bandũ adducit hanc rõnem.quia ad ꝓ̃-
cepta charitatis qlibet teneẽ: & tñ nul
lus teneẽ ad id,qđ inhabilem eũ reddit
ad executionem ſui officij:conſtat aũt,
ꝙ ſecundum ius canonicum non,niſi in
cauſa propria, licet clericis, non niſi
abſque irregularitatis nota, cãm ſan-
guinis coram iudice proponere cum
proteſtatione expreſſa, ut in c.Prælatis
de homic.in ſexto.ad hoc dr̃,inquit,ip-
ſe Car. Caietanus, quòd ius naturæ di
uinum & Ecc. ita ſe habent, quòd ſicut
gratia perficit naturam,& non deſtruit
illam, & propterea,ſicut nullum præce-
ptum diuinum eſt contra præceptum
iuris naturæ, ita nullum præceptũ Ecc.
Ius naturale, diuinũ & ecc. ad inuicem coadiuuantur, & ſimul. eſt contra præceptum iuris diuini:cum
autem tam rõnalis natura,q̃ charitatis
lex mandet, ut periculo nõ ſolum reip.
ſed cuiuſcumque proximi,ſi poſſumus,
ſubueniamus:& homicidij,rapinæ,aut
hmõdi ſolo uerbo manifeſtiuo poſſu-
mus conſulere periculo proximi, con-
ſequens eſt, ut nulla Ecc.lex intelligaẽ
mandare oppoſitum; quãuis enim Ecc.
lex aliquid prohibeat clericis, quod
aliàs licite fieri poſſet; nunquã tamẽ
prohibet eiſdem aut alijs id, ad quod
aliàs tenentur. vnde & in propoſito
Ecc. Prælatis habentibus iuriſdictionẽ
temporalem, quia tenentur ad iuſtitiã
uindicatiuam etiam in cã ſanguinis,
nulla irregularitas imminet, ſi ex orto
homicidio committat iudici ſuo, ut
ueritate comperta iuſtitiam faciat:ut
patet in c.eṗs ne cler. uel Mona. ſecul.
neg.ſe im.in 6. in propoſito ergo, cum
caſus accidit, quo ſacerdos non poteſt
aliter ſuccurrere periculo proximi,niſi
reuelando preparationem & præparã-
tem,non dẽt dicere,capiatis talem &c. Cautela optima ſeruãda a denunciãde qñ iminet mors ipſi denũciato.
ſed caueatis à tali; & ꝓ̃mittat expreſ-
ſam proteſtationem, quòd ſolum cau-
telam proximi intendat, ut conformet
ſe canoni adde tu in c.Prælatis de ho-
mic.in ver. ſi iudici reuelat aduertatq;
diligẽter, & diſcernat neceſsitatem re-
uelandi perſonam:nam ſi ad euitandũ
periculum ſufficit reuelare præparan-
tem, princeps poſtea uelit extorquere
reuelationem perſonæ, nõ dẽt clericus
perſonam manifeſtare: ceſſet.n.tunc rõ
reuelandi, quæ ipſum obligat:& ꝑ hæc
patet ſolutio ad obiecta.canones.n.ꝓ-
hibentes agitationem cãæ ſanguinis
clericis, ꝓhibent actus,ad quos nõ te-
nenẽ ſimpliciter, aut ꝑ ſe ipſos; & non
eos, ad quos teneneẽ,& cõfirmaẽ hoc ex
eo,quòd nullus ſtatus, nullum uotum,
nullum ꝓ̃ceptũ excuſat hominẽ poten-
tẽ ſubuenire à ſubuentione proximi in
caſu extremæ neceſsitatis: aut inhabi-
lem reddit ad hmõdi ſubuentionem in
caſu èxtremæ neceſsitatis,niſi ſtatus ꝑ
fectionis charitati cõtrarius inueniaẽ,
qđ eſt impoſsibile: cõſtat aũt in propò
ſito caſu eſſe extremæ neceſsitatis, qñ
aliud nõ eſt remediũ ad euitãdã mor-
tẽ alicuius, niſi reuelatio ꝑſonæ fiat ta-
li, puta iudici. hęc oĩa Caietanus ubi ſ̃.
cuius uerba referre operæpretiũ duxi,
tũ qa ſunt ualde notabilia,tum ẽt,quia
ex ipſis patet quoq; ueritas concl.nr̃æ
q̃ nõ ſolũ uerificaẽ in laicis,at ẽt in cle- Gabriel Biel.
ricis:Gabriel quoq; Biel ꝑñti nr̃æ.conc.
ſe

ſe ſubſcripſit in prædicto lib. expoſitionis canonis Miſſæ in lectione 74. in litera S, his verbis, videlicet: Tertius caſus eſt, quãdo peccatum occultum uergit in nocumentum ſpirituale, vel corporale reipublicæ, aut proximorum: vnde, ſi quis tractaret occulte, quomodo ciuitas hoſtibus traderetur, aut occulte homines auerteret a moribus, vel a fide, & eſſet infectiuus proximorum, & periculum eſſet in mora; tunc ſtatim eſſet denunciandum prælato ſine præuia correctione ſecreta, vt gregi ſuo caueat; quia bonũ multorum bono vnius præponi debet; & magis cauendum eſt detrimentum Reipublicæ tam ſpiritualis, quàm corporalis; quàm famæ ipſius peccatoris: concordant D. Thomas, & Riccardus: dictum eſt, & periculum eſſet in mora; quia ſi quis firmiter exiſtimaret, ꝙ huiuſmodi malum per ſecretã correctionem cauere poſſet, & mora quòd non eſſet periculoſa, neque correctio ſecreta nociua; tunc præmittenda eſſet ſecreta correctio: Si autem peccatum fratris eſt in damnũ corporale alterius, ſeu temporale, debet fieri comparatio damni temporalis alterius, & dãnum famæ illius; & ei, quod præponderat, magis obuiandum erit: hæc ille. Sotus quoque in lib. de iuſti. & iure lib. 5. quæſt. 5. art. 1. in ver. quando vero crimen, conſentit noſtræ concluſioni, utendo infraſcriptis verbis: quando verò crimen (modo nuper expoſito) peſtiferum eſt reipublicæ, tunc diſtinguendũ eſt. Enimuerò ſi ille, qui reſciuerit, certiſsimus omnino ſit, quòd p ſuam admonitionem ſic frater emendabitur, vt damnum publicum omnino ſopitum ceſſabit, neceſſaria eſt admonitio; & hoc non ſolum lege charitatis: verum etiam iuſtitiæ, quia peſtilens ille ſceleroſus adhuc habet poſſeſsionem honoris ſui, ob id, ꝙ ſi ſatis poteſt occurri malo publico ſine eius læſione, non eſt in publicum traducendus: eſt enim, vt diximus, accuſatio medicinalis: & ideo ſi excuſari tantum detrimentum

Sotus.

poteſt, cauenda eſt; ſi verò non ſit omni firmitate certiſsimus, ꝙ ſua proderit admonitio, vel ſit in mora periculum, illicò ad accuſationem properandum eſt: vnde ſi inſerperet ciuitatis proditio, aut regis exitium, aut ſuper omnia hæreſeos crimen, maxime in dogmatizantibus; præceptum eſt ſtatim ad iudices aduolare; quia nemo debet exiſtimare, ſe poſſe tam ingentibus periculis aliter occurrere: quin vero & ſi non exiſterent idonei teſtes ad ꝓbandum, feſtinandum eſt ad denunciationem iudicialem. Sententia expreſſa eſt S. Thomæ. 2. 2. q. 33. art. 7. vbi ait oportere in talibus caſibus ſtatim ꝓcedere ad denunciationem, vt huiuſmodi nocumenta impediantur: Niſi forte, inqt, aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire. Hæc ille Doctor vbi ſupra. Riccardus verò de Mediauilla in 4. ſententiarum, diſt. 19. ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni his verbis; ſi autem peccatum eſt infectiuum aliorum, debet denunciari Prælato, vt gregi ſuo caueat: ſemper enim bonum multorum debet præponi bono vnius, vnde & fama vnius negligi debet, vt innocentia, vel fama multitudinis conſeruetur. ſi autem vergat in damnum corporale alterius, debet fieri comparatio damni illius temporalis ad damnum famæ iſtius; & illi damno, quod præponderat, magis obuiandum; & niſi certiſsimis ſignis appareat incorrigibilitas, vel exaſperatio, id eſt, turbatio futura corrigendi, non debet fraterna correctio prætermitti. Hæc ille Doctor: ſecundum eſt in ſuper, ꝙ nõ ſolum noſtra concluſio probatur auctoritate ſacrorum theologorum, verum etiam & canoniſtarum. Pan. enim in c. nouit ex de iudicijs col. 20 refert ſententiam Archid. in c. ſi peccauerit 2. q. 1. qui & ipſe cõſentit, & ibi refert Archid. verba infraſcripta, videlicet: ſi peccatum eſt occultum: ſubdiſtinguit, quia ſi ſunt talia peccata occulta, quę inferunt proximis no-

Riccardus de Mediauilla.

Pan.

nocumentum temporale, vel ſpirituale, puta, traditio ciuitatis hoſtibus, vel occulta hæreſis, quæ multos habet inficere, cum hic peccet in alios, ſtatim monitione nõ pmiſſadẽt denũciari, niſi forte conſtaret, ꝙ ad eius monitionẽ ſtatim vellet corrigi: nam quilibet debet ita corrigere, ſi poteſt, vt illius fama non lædatur, quæ vtilis eſt ipſi peccanti non ſolum in temporalibus, in quibus homo quantum ad multa patitur detrimentum amiſſa fama; de exceſsibus prælatorum capit. inter dilectos, & de teſtibus cap. teſtimonium; ſed etiam quantum ad ſpiritualia, quia prę timore infamiæ multi retrahuntur à peccato: cum autem ſciant ſe eſſe infamatos libentius peccant, arg. in c. quàmuis aliquando de pœniten. diſt. 1. nam in profundum malorum veniens contemnit, vt in cap. cum ab homine, extra de iudicijs: vnde Hieronymus; corrigendus frater ſeorſum, ne, ſi ſemel verecundiam amiſerit, in peccato permaneat. Secundo, ſeruanda eſt fama peccantis, quia vno infamato alij infamantur, quia dicetur, clerici vel religioſi hoc fecerunt. Ideo voluit Dominus, vt præcederet monitio; & ſi non prodeſt, tunc publice fiat denunciatio, vt liberetur à peccato, quia cõſcientia præfertur famæ. hæc omnia Pan. vbi ſupra. Archid. epiſcopus etiã Flor. in 2. parte titu. 9. ſub titu. de accedia capit. 6. §. 7. noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſit, qui ſequitur ſententiam Diui Thomæ, & Riccardi ſuperius adductam, quos & reliquus ſummulariorum cuneus ſequitur in Ꝟ. denunciatio, & in Ꝟ. correctio. Probatur quoq; noſtra præſens concluſio hac ratione irrefragabili iudicio meo: cum charitas fraterna ſemper bonum commune præferat bono priuato, & remotionem mali reipublicę remotioni mali priuatæ perſonæ, quia, ſecundum philoſophum in politicis, Bonum quanto cõmunius, tanto diuinius; ſicq; ars docet, & natura, ſalutem totius præferri ſalu-

Archi. epi. Fl.

ti partis, & peritus Medicus putridum reſecat membrum, vt corpus conſerue tur: inde luce clarius ſequitur concluſionem eſſe veram, cum, quicquid agatur, propter finẽ fiat. quapropter amiſſa ſpe conſequendi finem paternæ conuentionis, id eſt, emendationem fratris, reliqua media, quæ ſunt ad finem, ſuperfluum eſt ſeruare. & ideo concluſio comprobatur veriſsima, maxime cum illam amplectantur tot celeberrime Doctores.

QVARTA CONCLVSIO.

Qvando ex ſignis probabilibus creditur, ſecretam correctionem non proficere apud fratrem, ſed per eam fratrem magis exaſperari, aut præmonitum ſubterfugia quærere, vt corrigi non poſſet, non oportet præcedere ſecretam correctionem; ſed illa dimiſſa denunciandus eſt ſuo prælato. Hæc concluſio probatur duplici medio; primo auctoritate Doctorum; ſecundo & ratione. Diuus enim Thom. libentiſsime ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in 22. quæſt. 33. articulo 7. in corpore quæſt. his verbis: quædam vero peccata ſũt, quę ſolũ tẽdũt in malum peccantis, & eius, in quem peccatur, vel quia à peccante ſolum læditur, vel ſaltem ex ſola notitia: & tunc ad hoc ſolum tendendum eſt, ut fratri peccanti ſubueniatur: & ſicut medicus corporalis ſanitatem ęgro confert, ſi poteſt, ſine alicuius membri abſciſsione; ſi autem non poteſt, abſcindit membrum minus neceſſarium, vt vita totius conſeruetur; ita etiam ille, qui ſtudet emendationi fratris, debet, ſi poteſt, ſic emendare fratrem, vt fama eius conſeruetur; quæ quidem eſt vtilis, primo quidem & ipſi peccanti non ſolum in temporalibus, in quibus, quantum ad multa, homo patitur detrimentum amiſſa fama; ſed etiam, quãtum ad ſpiritualia, quia præ timore in-

Famæ ſris peccãtis reſeruatio quid ꝑfic.

infamiæ multi a peccato retrahuntur, vnde quando ſe infamatos conſpiciunt, inrefrenate peccant. Vnde Hieronymus dicit, corripiendus eſt ſeorſum frater, ne ſi ſemel pudorem, vel verecundiam ammiſerit, permaneat in peccato: ſecundo debet conſeruari fama fratris peccantis, tum quia vno infamato alij infamantur. ſecundum illud Auguſtini ad plebem Hipponenſem: cum de aliquibus qui Sanctum nomen profitentur aliquid criminis, vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſcitagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur, tum etiam quia ex peccato vnius publicato alij prouocantur ad peccandum: ſed quia conſcientia præferenda eſt famæ, voluit Dominus, vt ſaltem cum diſpendio famæ fratris conſcientia per publicam denunciationem a peccato liberetur. hæc ille Sanctus. & licet ex dictis ipſius non eliciatur aperte noſtra concluſio: probatur tamen ipſa ipſius ſententia, cum concludat, quòd conſulendum ſit conſcientiæ delinquentium etiam cum diſpendio famæ illius, ſi aliter non poſſit procurari emẽdatio ipſius: & ꝙ hui' ſententiæ fuerit D. Thomas, probatur ex illo, quòd ipſemet dixit in eadem quæſt. articulo 6. in corp. quæſt. dixit enim hæc. alia vero eſt correctio fraterna, cuius finis eſt emendatio delinquentium non habens coactionem; ſed ſimplicem admonitionem: & ideo vbi probabiliter exiſtimatur, quòd peccator admonitionem non recipiat; ſed ad peiora labatur eſt ab huiuſmodi correctione deſiſtendum; quia ea quæ ſunt ad finem debent regulari ſecundum quòd exigit ratio finis. hæc ille Sanctus. ex cuius verbis patet concluſio noſtra, colligendo etiam quæ dixit ſupra: cum nihil aliud ſupra dicere velit, niſi quòd tunc ſolum denunciationem debet præcedere correctio fraterna, quando ex correctione ſperatur emendatio fratris: ſecus ſi potius deterioratio. noſtræ quoque concluſioni ſe ſubſcripſit Paludanus in 4. ſentent. diſt. 19. quæſt. 4. in verſi. ſi autem eſt ſolum nociuum peccanti: licet non ita aperte. hæc enim ſua eſt ſententia, videlicet; ſi autem eſt ſolum nociuum peccanti, dicunt quidam non vltra procedendum, ex quo per ſe ipſum, vel ipſum qui poteſt prodeſſe, admonuit, nec corrigitur; ſed ſinendus eſt perire, qui non vult erectus ſurgere; nec ſunt teſtes adhibendi; ſed obſeruandus. & hoc vtique verum eſt, niſi ſit ſpes, quòd per illam uiam melius corrigetur. tenetur enim homo illo modo, quo poteſt, ſaluare proximum, & ſi non poteſt vno modo, & poteſt alio, tenetur illo: ſicut ergo Medicus, ſi præuidet, quòd permittẽdo infirmitatem facere curſũ ſuum, poſtea melius curabit, melius faciat, permittendo infirmitatem facere curſum ſuum, permittendo vnam exceſſionẽ febris, vt oẽs alias impediat, q̃ ſi impediret ſic iſtã quòd minus pene impediat alias, vt poſsibile eſt. quòd ſi mõ ſinat ire ad pctm̃, adhibitis teſtibus ꝑ quos cõuincẽdus eſt, ſi negauerit; tũc poterit prælatus remediũ adhibere, qd' prius non poterat: quia prius nõ debebat credere vni, ideo non poterat illum includẽdo à malis vijs cohibere; nunc aũt iuſtè poterit per duos teſtes habẽs cõuictum, vnde in tali caſu liceret non q̃dem occaſionem peccãdi dare, ſed nõ prohibere, & obſeruare: ſi dicatur, quòd nõ debem', vel nõ tenemur eſſe obſeruatores alienę vitę, ſm̃ Auguſt. verum eſt, niſi quando vitam animę proximi ſeruare non poſſumus: ſi dicatur, ꝙ hoc eſt eum prodere, dicendũ eſt, quòd nõ; quia licet, vbi eſt omnino occultum, & non poteſt probari, oſtẽdere pręposito, tamq̃ patri, nõ iudici: aliàs neſcienti, vt proſit: quia plus teneor conſcientiæ ꝓximi, quàm famæ, nec teneor iniuriã, quia non aĩo iniuriandi, hoc facio; ſed medẽdi, ſicut ẽt Medicus, qui vulnerando medetur: vnde Aug. nec dicatis vos eſſe maliuolos, qñ hoc indicatis; magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres

Qñ̃o nõ ſpãs correct. frĩs põt differre denunc. p̃lato faciendã.

tres veſtros,quos iudicando corrigere poteſtis,tacẽdo perire permittitis. vbi autem per obſeruationem non ſperaretur melius corrigi,quàm per propalationem,tunc eſſet peccatum mortale, ſinere hominem ire ad peccatum mortale,vbi per ſe vel per alium ſolo verbo poſſet impediri.hæc ille Doctor; ex cuius verbis liquet quoque concluſionis noſtræ veritas:cum in illa præſupponatur omnia reliqua remedia ad corrigendũ fratrem deficere, & ſolum ſuper eſſe denunciare prælato, ex cuius denunciatione ſperatur correctio fratris, licèt cum aliquali infamia:Gabriel autem Biel noſtræ concluſioni apertiſsime ſe ſubſcripſit in lib.expoſitionis canonis miſſæ lectione 74. in littera. S.his verbis vtendo:quartus,ſi ex ſignis probabilibus creditur ſecretam correctionem non proficere apud fratrem, ſed per eã fratrem magis exaſperare, aut præmonitum ſubterfugia quærere, vt corrigi non poſſet, non oportet præcedere ſecretam correctionem; ſed illa dimiſſo denunciandus eſt ſuo prælato, vt dicit Riccardus, concordat Hugo poſtillator:corrector,inquit, debet attendere,qualis eſt,qui corripi debet,& vtrum quis ſit ei ſua correctio: ſigna autem, quibus probabiliter credi poteſt, vtrum correctio ſit vtilis an non, ponit Antonin' poſt Riccardum;adde tu 2.parte, titu.9. ſub titu.de accedia c. 6.§.puta an probabiliter expectari poſſit fratris emendatio,an non, hoc quidẽ perpendi poteſt ex conditione peccantis, & ex reiteratione actus vtrum aliquis ex electione vel paſsione,id eſt, ex malitia, vel infirmitate, aut etiam ignorantia peccauerit; quia ſi aliquis frequenter, & ſine pœna in aliquod peccatum lapſus eſt, ſignum eſt, ꝙ ex malitia peccat,& non facile emendabitur: ſi autem ſemel oblata occaſione in peccatum ruit,& poſtea triſtitiam,& verecundiam de peccato oſtendit,ſignũ eſt, ꝙ peccauit ex paſsione, & ꝙ de facili emendatur;& tunc debet præcedere ſecreta monitio vel correctio, & differri denunciatio,quouſq; videatur admonitionis effectus: maxime,ſi ſpondet emendationem admonitus: vnde in prædicto caſu agendũ eſt a correctore, ſicut a chirurgo min' perito,ſed fideli, ꝗ inſpecto vulnere de cura eius per ſe, & alia ſibi nota ſigna deſperat, & in morã periculum imminere animaduertit, dimiſsis ſuis medicamentis debet ſtatim ſuperiori artis ſuę magiſtro denunciare,qui vulnus curet,vel membrũ amputet: ſic frater, quando non ſperat fratrem per ſe vel per teſtes corrigere, ſed magis timet illum ex ſua correctione peiorari;vel ſi in mora timet periculum,niſi ſtatim fiat denunciatio, vt in caſu prioris concluſionis, poteſt & debet,dimiſſa ſecreta monitione, & teſtibus,ſtatim ecc.prælato denunciare,qui admonendo, vel puniendo ſecundum quòd viſum fuerit expedire, debet remedium adhibere: nec ſic facit contra ordinem Euangelicæ legis:ſeruat enim intentionem legiſlatoris,& finem attingit legis ab ipſo intentum: Dicit enim Beatus Aug.ad Macedonium,ſiue plectendo, ſiue ignoſcendo hoc bene agitur, vt vita hominum corrigatur. Hæc omnia ille Doct. vbi ſ. ꝓbat̃ quoq; hęc concluſio hac ratione:cum enim rationi valde conſentaneum ſit, & ab omnibus Doctoribus approbetur,bonũ ſpirituale animæ præponendum fore omnibus reliquis bonis corporis,ſcilicet, famæ & rerum temporalium:ideo fit,vt noſtra concluſio probetur veriſsima,cũ per illam concludatur,nos teneri denũtiare prælatis fratres incorrigibiles, ſi non adſit aliud remedium conſulendi ſaluti ſpirituali ipſius.

Gabriel Biel.

Arch. flor.

Signũ, q̃nquis ex fragilitate vel malitia peccat.

Auctor

QVINTA CONCLVSIO.

DEnunciãs enim fratris peccatum, quod tantum ſibi ipſi nociuum eſt, prælato, non vt iudici, ſed vt perſonę priuatę,qui poteſt, & vult ſuo gregi ꝓ-

deſſe

deſſe, vt pater, non vt tyrannus; & quan
do certitudinaliter creditur, illum, vt
patrem, proceſſurũ in correctione fra-
tris delinquentis; & quòd magis expe-
diat ipſi delinquenti: in tali caſu nullũ
peccatum erit, ſi non ſeruetur ordo e-
uãgelicus de correctione fraterna prę-
mittendus denunciationi: & hoc faciat
denunciator bono zelo. Hæc conclu-
ſio probatur triplici modo. primo per
c. hoc vi. 22. q. 5. tex. in c. hoc videtur dicere 22. quæſt. 5.
vbi proponitur, quid ſentiẽdum de eo,
qui ſcit aliquem iuramentum falſum
facturum: an teneatur propalare tale
peccatum, ne illud committatur: & poſt
multa ad quæſtionem his verbis reſpõ
detur: videtur mihi, quòd ſe ab hoc pec
cati vinculo abſoluat, ſi indicet talib',
qui magis prodeſſe poſſunt, quã obeſ-
ſe periuro, ſiue eum corrigendo, ſiue
Deum pro eo placando; ſi & ipſe con-
feſſionis ſibi adhibeat medicinam. hæc
ibi habentur. probatur quoque no-
ſtra cõcluſio auctoritate Doctorum, de
S. Tho. quorum numero eſt Diuus Thomas, q.
in quodlib. 11. articulo, infraſcriptis
verbis vtitur in corp. quæſt. videlicet,
vtrum autem ſtatim, cum quis ſcit, fra-
trem ſuum peccaſſe, debeat denunciare
prælato, dico, quòd in his diſtinguen-
dum eſt de conditionibus ſubditi, &
prælati. nam ſi ego ſcio, quòd frater
per me corrigetur, tunc non debeo hoc
denunciare prælato. ſi autem videtur,
quòd hoc melius fiet per prælatum, &
prælatus nihilominus ſit pius, diſcre-
tus, ſpiritualis, non habens rancorem,
ſeu odium aduerſus illum ſubditũ, tũc
licite poteſt hoc denunciare ſibi; & tũc
non dicit eccl. quia non dicit ei, ſicut p̃-
lato, ſed ſicut pſonæ proficienti ad cor
rectionem proximi, & emẽdam. ſed qa
ꝓpter conditiones diuerſas prælatorũ
& ſubditorum nõ poteſt in hoc dari ge
neraliter iudicium, quia aliquando prę
latus mouetur ad odiũ aduerſus ſubdi
tũ, vel ſubditus non bene fert verba p̃-
lati; ideo tenendum eſt hoc pro regula;
ꝙ in omnibus his ſemper ſeruanda eſt
charitas, & qđ melius, & magis expedi-
re videtur: & ſi hoc intendens, ſ. emen-
dã proximi ſeruet, quantum poteſt, bo
num charitatis, tunc denunciando non
peccat: ſi verò denũciet cuicumq; per-
ſonę hoc ex malitia, & vt proximus cõ-
fundatur, vel deprimatur; tunc denun-
cians, ſiue accuſans mortaliter peccat.
hæc ille Sanctus ibi: ſed in reſp. ad 3. ibi
dem hæc ait; ſi aliquis referat prælato
culpã proximi intendens vel cautelam
in futurum, vel aliquid hmõdi, quod ad
emẽdam proximi videret expedire, nõ
peccat; ſi autem huic prælato ſiue ali-
cui amico ſuo ex malitia referat, tunc
peccat mortaliter: ꝙ ſi ex cautela alicui
dixerit hoc, ita tamen, quòd non per-
ueniat inde aliud, vel infamia, vel vitu-
perium proximo delinquenti, tunc non
peccat mortaliter; licet ĩcaute agat. hęc
ibi, qui Sãctus in 2. 2. q. 33. art. vltimo in
reſp. ad tertiũ ait Auguſtin', intelligit,
quòd prius dicatur prælato, quàm teſti
bus, ſecundum quòd prælatus eſt quæ-
dam ſingularis perſona, quæ magis po
teſt prodeſſe, quàm alij; non autem ꝙ
dicatur ei, tanquam eccl. id eſt, ſicuti in
loco iudicis reſidenti. hæc omnia ille
Sanctus, ex q̃bus luce clarius patet cõ-
cluſ. veritas. Pet. quoq; de Pal. ſe ſubſcri Petr. de Pal.
pſit p̃nti concl. cuius tñ ſententiã hic nõ
adducã, cũ in ꝓbatione p̃ced. concl. illã
retulerim de verbo ad verbũ: vide ergo Auctor.
ibi, quia verbis ipſius illic relatis pro-
batur quoq; hæc concluſio. Riccardus Ricca.
de Mediauilla amplexatus eſt noſtram
concluſionem in 4. ſentent. diſt. 19. qui
his vtitur verbis; propter fratris cor-
rectionem factam per admonitionem
ſecretam nõ teneor deſiſtere a ſecreta
denunciatione prælato facienda, quia
valet ad præcauendũ fratri a recidiuo;
nec eſt in præiudicium famæ fratris, ſi
talis eſt prælatus, qualis eſſe debet: ſi
tamen per ſigna valde probabilia cre-
deretur, quòd ex illa denunciatione
fratrem correctum infamare vellet, tũc
crimẽ fratis veraciter correcti ſibi de-
nunciari non deberet. hæc Riccardus,
Vm-

Vmber. Archid. flor. Vmbertus relatus ab Archid.Flor.loco infraſcripto dicit, quòd ſi delinquens ita videtur emendatus, quòd nulli dubium eſt de recidiuo, nõ videtur, quòd debeat dicere, ex quo nihil fructus ſequitur: immo male faceret denunciando etiam prælato. hæc ille.

Gabriel Biel. Gabriel Biel quoq; apertiſsime præſenti concluſioni in ſępe præadducto loco in littera T. in Ṽ.ſextus caſus eſt, ſe ſubſcripſit, vbi infraſcriptis vtitur Ṽbis, videlicet: ſextus caſus eſt, quando prælato, non vt iudici, ſed vt ſingulari perſonę qui poteſt & debet velle magis prodeſſe, quã alij, fratris peccatum oſtenditur; tunc enim oſtenſio delicti pręcedere debet adductionem teſtium: ſic dicit Beatus Auguſtin. in regula; poſtquam locutus eſt de teſtibus adducendis ſecrete admonito, & non emendato, ſubiungit: ſed antequam alijs demonſtratur, per quos conuincendus eſt, ſi negauerit, videlicet, teſtibus, prius præpoſito debet oſtendi, ſi admonitus neglexerit corrigi: quæ verba Auguſtini exponens Hugo dicit: Patri monaſterij debet indicari, vt & ipſe fratrẽ ſecrete corrigat, quatenus culpa, quæ adhuc latens eſt, ſi forte ſecretius corrigi poterit, non omnibus innoteſcat: & ne frater ſic peccatum fratris ſecretum timeat indicare Patri, quaſi proditor ſecreti criminis, dicit B.Aug. nec vos exiſtimate eſſe maliuolos, dum hæc indicatis: magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis: ſi enim frater tuus vulnus habet in corpore, qđ vult occultari, cum timet ſecari, nonne à te crudeliter ſileretur, & miſericorditer offenderetur; quanto ergo magis debes manifeſtare, ne deterius putreſcat in corde: quæ verba exponens Ven.Hugo ſic ait: ſi crudelis eſt qui peccati vulnus in anima fratris exiſtens non indicat; & reus mortis illius exiſtit, quem tacendo perire permittit; ſicut ille ex opere, ita iſte damnatur ex taciturnitate: ꝙ ſi ille crudelis eſt, qui culpã non detegit, e cõtra ille miſericors eſt, qui eã nõ abſcõdit: nec maiorem poteſt erga miſerum agere miſericordiam, quàm pereunti pręſtare vitam: vnde qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię ſuę, ſaluabit animã ſuam à morte, & operit multitudinẽ peccatorum: & paulo poſt idẽ Gabriel dicit, & nota, ꝙ frater delinquens non tantum denunciandus eſt prælato, vt priuatę perſonæ, vt emendetur; ſed etiam emendatus vt præſeruetur à recidiuo. hæc ille.

Pan. Pan. quoq; in c. nouit ex̃ de iudicijs, col. 19. in Ṽ. concludo breuiter, ſe ſubſcripſit præſenti cõcluſioni his verbis: concludo breuiter capiendo mentem iurium, & doctorũ, quòd aut peccatum eſt occultum, ſed non omnino, quia probari poteſt; & tũc ſecundum omnes habet locum denunciatio. & Specul. in tit. de denunciat. §. 2. in Ṽ. Euangelica denunciatio. Si vero omnino occultum; quia nemo ſcit præter denunciantem, & tunc recte denunciatio habere locum nõ poteſt; adde, ꝙ ſic poteſt concordari Specul. vbi ſupra dicens, in omnino occultis non contingere denunciatio euangelica. nõ enim poteſt conuinci, & ſic non poteſt haberi per eccl. pro ethnico, & publicano, vt hic. & ita procedit opinio Ioan. Andreæ, ſed debet facere ille, qui ſcit quantum in ſe eſt: debet enim denunciare illi; forte enim lucrabitur fratrem ſuum: quod eſt de mente euangelij: ſicut enim volentem ſe pręcipitare debes, ſi potes, cohibere, licet ſolꝰ ſis arg. in c. ipſa pietas 23.q.4. vbi inter alia dicitur: moleſtus eſt medicus furenti fanetico, & pater indiſciplinato filio; ille ligando; iſte cedendo, ſed ambo diligendo: ſi autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo eſt crudelitas. hæc ibi. idem fere probatur in c. diſplicet tibi 23.q.4. vbi Auguſt. multis rationibus probat, malos reuocandos eſſe a ſuis iniquitatibus etiam inuitos; & fortius ergo debes obuiare peccato licet ſolus ſcias ar- c. diſplicet tibi 23. q. 4.

arg.

arg.optimum in c.li ſacerd. extra de of
fic. ordinar. vbi dixit Eugenius papa:
ordinarium ſcientem certitudinaliter
non vt iudex, vel vt homo, ſed vt Deus,
ſubditum eſſe criminis reum, indeter-
minate poterit, ſed non nominatim ar-
guere vel punire, dic prælato ergo, vt ꝓ
eo oret, vt eum, quantum in ſe eſt, indu
cat ſecrete ad pœnitentiam: hæc enim
poſſunt prodeſſe, & non obeſſe. optime
facit tex.in c.hoc videtur dicere 22.q.5.
hæc omnia Pan.vbi ſupra. ſed pro ma-
iori intelligentia eorum, quæ dicuntur
a Pan.operæpretium duxi hic adduce-
re, quid dicatur in d.c. hoc videtur. ſcię̃
dũ ergo, quòd ibi omnia dicũtur, quæ
fuerunt relata ſupra in principio pro-
bationis præſentis concluſionis: inſu-
Glo. per gloſa in d.c.hoc videtur in ℣. indi-
cauit, concludit, quòd tex.ille non lo-
quitur de vera denunciatione, ſed po-
tius de indicatione, ſcilicet, cum quis
indicat alij, quòd aliquis vult peccare
& ſpectat ad delicta committenda: ſed
denunciatio ſpectat ad delicta commiſ-
ſa: & ad illa non tenẽtur, niſi qui habent
Magiſtratum ſupra aliquos; & illa, ſup-
ple tu, quam nominauit indicationem,
denunciatio dicitur euangelica; iſta, vi
delicet, denunciatio proprie dicitur ca
nonica; & hæc, videlicet, canonica, ꝓ-
batur ſemper, illa verò, ſcilicet, euange-
lica .non ſic patet, ꝙ crimina nondum
commiſſa poſſumus denunciare, ut hic.
Auctor. hæc illa Glo. quæ eſt Io. And. ex cuius
verbis patet quoque veritas concluſio
nis, cum huiuſmodi verba ſint interpre
tãda iux.tenorem tex. ſupra relati, qui
ſtatuit quempiã poſſe denunciare prę-
lato, vt patri peccatum fratris commit-
tendum, vt impediatur. vltimo loco ad
probandam præſentem concluſionem
Arch.Fl. accedit Archid.Flor.in 2.par. titu.9.ſub
titulo de accedia c.6.§.7. qui ſequendo
ſententiam D. Thomæ. & Riccardi ſu-
pra relatam: ipſe quoque ſe ſubſcripſit
Auctor. præſenti concluſioni.Probatur quoque
& tertio hac ratione, ſi conſulere ſaluti
proximorum cũ illorum infamia, quan
do ſine ipſa illa procurari non poteſt:
licitum eſt: ergo à fortiori licitum erit,
quando hoc fiet ſine ipſius infamia; ac
per conſequens licebit denunciare ſe-
crete prælato, tamquam patri delictum
fratris ad conſulendum ſaluti animæ
ipſius: antecedens, & conſequens abun
de ſatis probauerunt producti Do-
ctores: colligẽdo ergo in vnum omnia,
quæ adducta, & probata fuere in con-
cluſionibus ꝓdictis pro deciſione quæ-
ſtionis præpoſitæ, dico, quòd aut pecca
tum proximi eſt publicum, aut occultũ,
aut omnino occultum: ſi primo, dicitur,
quòd poterit ſemper denunciari præla
to non præmiſſa monitione, quãdo de-
nũcianti conſtaret veriſimiliter de in-
corrigibilitate ipſius denunciãdi, aliàs
non: ſi peccatum fratris eſt occultum,
tunc ſubdiſtinguendum eſt: quòd aut
tale peccatum eſt in detrimentum rei-
pub. vel proximorum ſpirituale, aut
temporale, aut non eſt in detrimen-
tum alicuius; ſed ſolum ipſius peccan-
tis: Si primo, ſubdiſtinguendum eſt, ꝙ
aut ſperatur emendatio fratris per cor
rectionem fraternam, aut non: ſi primo,
nõ debet illud ꝑlato, aut principi denũ-
ciari; ſi ſecundo, tunc prætermiſſa cor-
rectione fraterna, erit denunciandum;
ſeruata tamen fratris peccantis fama,
ſi commode fieri poteſt; ſin autem etiã
cum infamia, & periculo ipſius peccan
tis eſt denunciandum: ſi vero peccatũ
occultum fratris vergat tantum in dã-
nũ temporale alicuius particularis, tũc
diſtinguẽdum erit, quòd aut damnum
temporale innocentis præponderat fa
mæ fratris delinquentis, aut non: ſi pri-
mo, debet denũciare eo modo, quo de-
nunciandum dixi, quando eſt peccatũ
fratris in pernitiẽ reipub. ſi ſecũdo; non
erit denuntiandum, ſi autem peccatũ
fratris eſt in ſui tantum detrimentum:
tunc ſubdiſtinguendum eſt, ꝙ aut ſu-
mus in peccatis committendis, aut in
commiſsis emendatis: ſi primo; etiam
ſubdiſtinguendum erit: aut peccatum
eſt mortale, aut ueniale, ſi primo om-
ni-

nino erit ſeruandus ordo euangelicus, de quo in ſubſequēti articulo, licet poſſit prælato, tamquam patri, denunciari ante adductionē teſtium; ſi veniale eſſet peccatum, neceſſario non requiritur correctionem fraternam præcedere denunciationi: ſed ſi ſumus in peccatis iam iam commiſsis emendatis; tunc ſubdiſtinguendum erit, quòd aut eſt periculum de recidiuo, aut nō: ſi primo, poterit denunciari, vt patri: ſi ſecundo, nequaquam, quia hoc eſt fruſtratorium, & contra charitatē: ſi verò peccatum eſt omnino occultum, nō poteſt denunciari, vt iudici: quādo vergit tātum in peccantis detrimentum, ſecus &c. ſed vt patri, & ſic concordātur Doctores. hæc omnia non ego a memetipſo dixi, ſed illa excerpſi a ſententijs Doctorum in concluſionibus prędictis adductis.

Quis ordo ſit ſeruandus in denunciatione euangelica. Cap. V.

Eccleſiæ appellatione quid intelligitur, quo ad materiam denunciationis.
Ethna mons deſcribitur.
Etnicus quis dicatur.
Fratris appellatione quis veniat.
Infidelis quando poſsit denunciari eccleſiæ.
Peccare in te, poſitum in euangelio quomodo capiatur.
Publicani nomine qui veniant.

Digeſto ſermone de quidditate ſeu diffinitione euāgelicæ denunciationis in præſenti capitulo, breuiter dicēdum eſt de qualitate ordinis ſeruandi in denunciatione euang. quapropter ſciendum eſt, ꝙ ordo hic deſcriptus fuit a Domino noſtro Ieſu Chriſto in Sancto Euangelio apud Matth. c. 18. qui Dominus poſtquam locutus fuiſſet de voluntate ipſi & patris, vt vnuſquiſq; ſaluetur, infraſcriptis verbis vſus eſt; ſic non eſt voluntas apud Patrem veſtrum, qui in cęlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis: ſi autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos teſtes, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum: ꝙ ſi non audiuerit eos, dic eccl. ſi autem eccl. nō audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. hęc. n. omnia protulit Dominus Ieſus ſeruanda ante denunciationem euang. perficiendam: & licet nonnullæ ſint ambiguitates examinandæ in ſubſequentibus capitulis pro maiori intelligentia iſtius præcepti Domini: tamen hic declarabuntur nonnulli termini in verbis Domini contenti: primus. n. eſt, frater; ſecūdus eccl. tertius Ethnicus; quartus publicanus. pro declaratione ergo primi termini ſciendum eſt, ꝙ appellatiōne fratris intelliguntur omnes Chriſti fideles, quia habemus eundem patrem iux. orationem Dominicam, Pater noſter &c. & hoc probatur apertiſsime p tex. in c. ad menſam 11. q. 3. &: eſt Diui Ioannis Chriſoſtomi in epiſtola ad Hebræos, vbi inter alia ſic dicit: ſi enim quis frater nominatur inter vos, per fratrem in hoc loco omnem fidelem ſimpliciter intellige, non monachū tantum. quid autem eſt, qđ fraternitatem vocat, niſi lauacrum regenerationis, qđ facit poſſe vocari Deum Patrem? hæc ibi: notandū, ꝙ infidelis quoq; poteſt denunciari ſi contra legem naturæ, vel contra legem eorum in moralibus offendit. Quia Papa habet iuriſdictionem in eos in iſtis caſibus tantum. & vt aiunt Doctores, & ſignāter Pan. in c. nouit ex de iudicijs col. 1. in V. nota quinque requiſita in denunciatione euang. & hæc adduxiſſe breuiter pro declaratione dicti termini ſufficiat: ſed pro intelligentia alterius termini, videlicet: eccl.

Marginal notes: Mat. c. 18. — Auctor. — Fris appe q veniat quo ad pntē materiam. — c. ad mēſā 11. q. 3 — infidelis qn̄ poſſit eccl. denunciari. — Pan.

ecc. app. quid intelligit. eccl. ſciendum, quòd licet multis modis accipiatur: tamē adducam tantum hic, quo modo intelligatur in caſu noſtro. Quapropter ſciendum, ꝙ D. Thomas in 2.2.q.33. artic. finali, in reſp. ad quartum, dicit, fore intelligēdum pro eccl. prælatum in loco iudicis reſidentem; & his verbis vtitur: ꝙ Aug. intelligit, ꝙ prius dicatur prælato, quàm teſtibus; ſecundū quod prælatus eſt quędā ſingularis perſona, quæ magis poteſt prodeſſe, quàm alij; non autem, ꝙ dicatur ei tamquam eccl. id eſt, ſicut loco iudicis reſidenti. hæc ille. & q̄a hæc eſt communis Doctorum interpretatio; idcirco nil aliud addam pro declaratione iſtius termini: ſed illo omiſſo me transferam ad declarationē tertij termini, videlicet; Ethnicus. quapropter ſciendū, ꝙ Pan. in d. c. nouit col. 7. volens declarare hunc terminum inſraſcriptis vtitur ver. Glo. in ℣. Ethnic' allegat concor. ſed non declarat vocabulum. Ideo quæro, quid vult ſeu quid importet hoc verbū. dicit Io. And. ꝙ fertur pro Ethna, q̄ ē mons in Arabia, ſecundum alios in Sicilia, vt dicit Seneca in Epiſt. 5. in princ. de quo exit riuus ſulphureus; & continuo viget ignis: & ſic iſti erunt in igne continuo. vel ſecundum Hugonem dicitur Ethnicus ab Ethnos, quod eſt gentilis: tales ergo merito ſunt vitandi. & probatur hæc expoſitio per text. in c. non ne 1. quæſt. 1. & eſt Diui Auguſtini in libro de Baptiſmo, vbi dicit; Nonne Sodomitæ Ethnici erant? id eſt, Gentiles: & dicuntur Gentiles infideles, quia tales ſunt, quales ſunt geniti: quia non ſunt regenerati Baptiſmate. & dic quòd quælibet expoſitio eſt bona: tamen puto, quòd proprie dicatur Ethnicus ab illo monte Ethna, qui in veritate eſt in Sicilia, & diſtat a ciuitate mea fere per quatuordecim milliaria, ſcilicet, a ciuitate Catania: & ille mons eſt valde fructiferus, & habet os latiſsimum, & profundiſsimū; ita vt terminus eius, & ſolū eius nullo modo videri poſsint; & ex illius oré a tempore Beatæ Agathæ vſque ad hodiernum diem bis exiuit, ſeu proceſsit ingens ignis; & multa mala fere incredibilia fecit per loca, in quibus habuit tranſitum, & longe deteriora feciſſet, ſi non fuiſſent merita Beatæ Agathæ cum eius reliquijs, & velo, quod deuotiſs. populus igni oppoſuit. vnde fertur ab aliquibus; maxime ex enarratis in vita Patrum, quòd ibi ſit os inferni: quod ſatis poteſt teneri, tenendo, quòd infernus ſit ſub terra: de quo vide tex. cum Gloſa in cap. hæc autem vita 23 quæſt. 4. & eſt Diui Gregorij in homelia 38. euangeliorum, vnde appellatur excommunicatus Ethnicus, quaſi damnatus: quia niſi reſipiſcat, perpetuo erit in inferno. vnde & omnes gentiles, & infideles poſſunt dici Ethnici iſto reſpectu: & ſic poteſt intelligi textus in capit. non ne 1. quæſt. 1. & hæc dicta ſufficiāt pro enucleatione termini illius. reſtat ergo modo, vt ad declarandum vltimum propoſitum terminum me accingam, videlicet, Publicanus. circa quem idem Pan. vbi ſup. ſubſequenter his vtitur verbis: Publicanus autem dicitur, quaſi in publico peccās ſecundum Io. And. & dicit, quòd olim omnes exiſtentes contra legem Iudęorū appellabantur publicani, quaſi peccatores: vnde in euangelio dicitur; Quare cū peccatoribus & publicanis mādūcat, & bibit Magiſter veſter &c. vnde excommunicati poſſunt dici publicani, quia publice exiſtunt in peccato. hæc ille Doct. concludendo igitur dicta in vnum dico, ꝙ quinq; requiruntur in denunciatione euang. & quòd fiant hoc ordine: primum, vt frater tuus peccet in te: & dicitur peccare in te, ſm̄ doctores, id eſt, te ſciente, vel in dānationē tuā, ſi hoc celaueris; ſi nō monueris; ſi monitione nō proficiēte eccl. nō denūciaueris: vel quia offendit, vel lædit. ſecūdū requiſitū eſt, ꝙ fiat quædā ſecreta monitio, in qua debet oſtēdi peccatum

Ethnic' quib' dicatur.

Hugo.

c. nonne 1. q. 1.

Pani

Mōs ethna deſcribit.

Publicani nōie ꝙ intelligatur. Pan.

Peccare i te quō capiat.

catum fratris,illum monendo,& obſecrando, vt diſiſtat,& pęniteat.tertium, quod requiritur,eſt, ꝙ ſi frater nõ deſiſtat,adhibeatur vnus, vel duo teſtes, coram quibus fiat ſecunda monitio. quartum eſt, vt poſtea fiat denũciatio eccl.id eſt,prælato ſuo,ſi ſecunda monitio non operata fuiſſet emendationẽ fratris peccantis. quintum & vltimum quod requiritur,eſt, quòd denuncians probet coram prælato peccatum fratris; & ſe obſeruaſſe formam euangelij in denunciando.hæc omnia,quæ epilogando diximus,omnes theologi,qui in ſequenti capitulo adducendi erunt, amplexati ſunt;nec non Pan. in d.c nouit col.2.in ℣.nota quinq; requiſita.

Vtrum denunciationi euang. faciendæ prælato debeat præcedere teſtiũ inductio. C.VI.

Denunciat. euang. faciendæ prælato debet præcedere teſt.ũ inductio. concl. 1.2.3.
Denunciatione euang.faciendæ prælato præcedere debere inductionem teſtium quotupliciter ſit intelligendum. concl. 4.
Teſtium inductio quare præcipiatur. cõcl.4.

VIſis ijs,quæ neceſſario adducenda videbãt pro q̃ſtione de qualitate peccatorũ,ſup quibus poteſt fieri denunciatio,nõ præmiſſa monitione;merito ſubſequitur ſermo de inductione teſtiũ ante denũciationẽ euang. & eũ hæc quæſtio ſcitu ſit digniſſ.icirco illi ſatisfaciã nonnullis concl.omiſſis arg.quæ hinc inde adduci poſſent; tũ quia neceſſaria nõ sũt ad ſcientiam veritatis, quã in hoc opuſculo inueſtigare propoſui:tũ etiam,quia vnuſquiſq; per ſemet poterit illa reperire apud Diuum Thomam.

PRIMA CONCLVSIO.

DEnunciationi euang. faciendę eccl. id eſt,p̃lato reſidẽti ĩ loco iudicis, debet p̃cedere inductio teſtiũ. hæc cõcluſ. ꝓbatur quatruplici medio.primo iure diuino p̃adducto in c.4.& habetur in S.Euang.apud Matt.c.18. vbi hæc habentur;ſi te nõ audierit, adhibe tecum vnũ,vel duos teſtes, vt in ore duorum, vel triũ teſtium ſtet omne ℣bũ:ꝙ ſi nõ audierit eos, dic eccl.ecce apertiſsimè ꝓbatur concl.q̃m voluit prius Domin' vt inductio teſtiũ fieret,& deĩceps denunciatio eccl. ꝓbatur & ſecundo per tex.in c.nouit ex̃ de iudicijs, vbi & dictũ Dñi pręceptum refert; & inſup obſeruari præcipitur. ꝓbatur & tertio auctoritate omnium ferè Doctorũ,& primo D.Tho.in 2.2.q.33.art. vlt. Ricc.ĩ 4. ſent.diſt.19.Pet.de Pal.in 4.ſent.diſt.19. q.4.Ga.Biel ĩ lib. expoſit.canonis miſſę lect.74.in lr̃a Y.Car.Caiet.in comm'22. vbi ſ. Pan.& reliquus cætus canoniſt. in d.c.nouit .Arch.Flor.in 2.par. titu.9. ſub tit.de accedia c.7.§.7. & reliqui ſũmularij in ℣. correctio fraterna. ꝓbatᷓ & quarto pñs cõcl. hac ratione; de vno extremo ad aliud extremum nõ tranſitur,niſi per aliquod medium;in correctione aĩt fraterna Dominus voluit,ꝙ principium ipſius eſſet occultum,dum frater corriperet fratrẽ inter ſe,&ipſũ: ſolum finem autem voluit eſſe publicũ; vt ſcilicet, eccl.denunciaretur: & ideo conuenienter in medio ponitur teſtiũ inductio,vt primo paucis indicetᷓ peccatum fratris, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe, vt ſaltem ſic ſine multitudinis infamia emendetur.

Matt.c.18.
c. nouit ex.de iudic.
S. Thom.
Ricc.
Petr. de Pal.
Gabriel Biel.
Caiet.
Pan.
Arch.Fl.
Auctor.

SECVNDA CONCLVSIO.

DEnunciationi Euãg. faciendę eccl. debet præcedere inductio duorũ, vel triũ teſtiũ ad uidendũ crimen fratris bonæ vitæ occultũ,ſi illud iteretur a fratre,& ex hoc ſperatᷓ correctio delĩquẽtis fratris; & vt poſsit poſtmodum cõuinci apud ecc. hæc cõcl.ꝓbatur quatruplici medio.primo iure diuino; ſecũdo iure poſitiuo,quorũ iurium auctoritates in præcedẽti cõcl attuli.probatᷓ & tertio auctoritate Doctorũ,de quorũ nu-

S.Tho. numero eſt D.Tho. in 2.2.q.33.art. vlt. in reſp.ad primũ árg.vbi iſtis Ṽbis nrę cõcl.ſe ſubſcripſit. quidã ſic intellexerunt, ordinē fraternę correctionis eſſe ſeruandũ, vt primo frater ſit in ſecreto corripiẽd';& ſi audierit, bene quidẽ: ſi aũt nõ audierit,& pctm̃ ſit omniuo occultũ,dicebãt nõ eſſe vlterius ꝓcedendũ:ſi aũt iam incipit ad notitiã pluriũ deuenire aliquibus indicijs,debet vlterius ꝓcedi.ſed hoc eſt cõtra id, qđ Aug. dicit ĩ regula, ꝙ pctm̃ fratris nõ debet occultari,ne putreſcat in corde:& ideo aliter dicẽdũ, ꝙ ad admonitionē ſecretã ſemel,vel pluries factã, quãdiu ſpes ꝓbabiliter habet de correctione, p ſecretã admõitionẽ ꝓcedẽdũ eſt:ex quo aũt ꝓbabiliter iã cognoſcere poſſum' ꝙ ſecreta admonitio nõ valet,ꝓcedendũ eſt vlterius,quãtũcũq; ſit pctm̃ occultum,ad teſtiũ adductionẽ;niſi forte ꝓbabiliter extimaret,ꝙ hoc ad emendationē fratris nõ ꝓficeret;ſed ex inde deterior redderet, qa pp hoc eſt totaliter a correctione ceſsãdũ. hęc ille Sãct' ibi. Petr. de pal. Pet.quoq; a Pal.in 4.ſent.diſt.19. q.4.ſe ſubſcripſit quoq; nr̃æ cõcl. cuius ſnĩam hic nõ referã,cũ illã retulerim in c:4.pñtis tractat' cõcl.4. Caiet. Car.Caiet. in cõmẽtarijs 2.2. vbi ſ. amplectit pñtē concl:tanq̃ veriſsimã his verbis vtens, reprobãdo ſententiã Durãdi in quarto ꝯtrariã opinionẽ ſeqntis ,videlicet; ad hoc dicitur,ꝙ mirũ eſt de iſto homine, & ꝑceptũ Domini, Matt.c.18.& verba Aug.in regula nõ aduertẽte: Auguſt.n. expreſſe in regula de quolibet ſe loqui fatet, cũ dicit,& hoc quod dixi de oculo nõ figendo, ẽt in cęteris inueniendis,ꝓhibendis,indicãdis, cõuincẽdis,iudicandiſq; peccatis diligẽter & fideliter obſeruetur:& teſtibus demõſtrãdum,ſi poſt admonitionẽ id ipſum fecerit:vt duorum,vel trium ore poſsit cõuinci,expreſſe dicit.vnde dicẽdũ eſt, ꝙ ſi eſt ſpes correctionis , quia vel corã ipſis erubeſcẽs reſipiſcet, vel qa vexatio dabit intellectũ;abſq; dubio ex charitate demonſtrãdũ eſt, ſi iteratur pctm̃, propter rationē Aug.ſcilicet, qa fratres noſtros, quos indicãdo corrigere poſſumus, nõ debemus tacẽdo permittere pire:nec hoc eſt exploratorem fieri alienæ vitæ;ſed occurrentē morbũ proximi velle demonſtrãdo curare ; ex quo ſimplex admonitio nõ ſufficit ad curam illius:ſapiens.n. & amicus medicus infirmũ,ſi non poteſt leuiori remedio curare, grauiori vtitur ad medelã: nec eſt verum , ꝙ magis eſſet ſecũdum charitatem indicare ei, qui impediret iterandum actum ; qm̃ hoc remedium non eſt curatiuũ morbi;qm̃ impeditus a reiterando reiteraret,ſi poſſet. charitas autem quęrit ſanare morbum proximi; & propterea ſuadet demoſtrare iterandum actum , ne putreſcat occultus morbus : non tamen propterea occaſio ei dãda eſt , vt iteret actus malus: qm̃ non ſunt facienda mala,vt eueniant bona ; ſed permittendus eſt iterare,adhibitis teſtibus, vt vel ſic curetur: omnis enim fructus eſt, vt auferatur peccatum. hæc ille Doctor vbi ſ. Gabriel Biel. Auctor. Gabriel quoq; Biel nr̃æ concl. ſe ſubſcripſit,vbi ſ. implicite,licet non explicite, qa ipſe dixit, ꝙ ordo euang. eſt ſeruandꝰ ante denunciat. euag.in quo ordine vtiq; continetur inductio teſtiũ . & licet Dñs explicite non dicat inducendos eſſe teſtes ante denunciationẽ ad videndum peccatum fratris iteratũ, & qñ frater illũ iteraret : tñ implicite hoc dixit, vt exponunt prædicti Doctores hoc probantes tex. euang. probatur & ſecundo Gabrielis talem eſſe ſentẽtiã, qa dixit ipſe , ꝙ ſi delictum ꝓbari poteſt,ſeruandus eſt ordo euang. ſed qa, qñ peccatũ fratris iteratur , per inductionem teſtium poterit probari: ergo &c.& tertio,qa ipſe nullã mentionẽ facit de inductione teſtium in iteratione peccati;ſed ſolum, ꝙ nõ tenetur corrector adhibere teſtes , qñ peccantem admonet, quia forſitan frater ſic correctus accuſaret eum apud iudicem de iniuria paſſa ab eo propter impoſitum crimen: & hoc vtiq; ꝓbaretur p inductos

ctos teſtes ſed hoc non habet locū, qñ
peccatū iteratur, & inducuntur teſtes
ad videndū pctm̄ iteratum. & ꝙ hoc ſit
verū, patet, qa ipſe Gabriel concludē-
do dicit, ꝙ. qñ non poteſt probare, nō
ſunt indūcēdi teſtes, quia hoc eſſet fru
ſtratorium; quaſi diceret, ſi adductio
teſtium non eſſet fruſtratoria, vt in ca-
ſu nr̄o, tūc illos inducere debet iux. or-
dinē euang. hæc ex illo; cuius ſententia
de verbo ad verbū refertur in ſequēti
Auctor. concl. Archid. in c. ſi peccauerit 2. q. 1.
(relatus a Pan. in c. nouit ex̄ de iudicijs
col. 18.) nr̄æ concl. his verbis conſenſijt;
quàmdiu eſt ſpes de correctione ꝑ ſe-
cretā monitionē, debet illā pluries rei-
terare, nec debet vltra ꝓcedere: ſi vero
admonitio non ꝓficit, debet procede-
re ad teſtium ꝓductionē, quātūcumq;
pctm̄ ſit occultum, niſi forte timeret, ꝙ
Pan. deterior fieret. hæc ille: Pan. tn̄ ibidem
intelligit dictam ſententiam Archid.
de peccato nō omnino occulto, ſed de
eo, quod poteſt probari; & ad hoc ꝓ-
c. plerū- bandū adducit tex. in c. plerunq; 2. q. 7.
q; 2. q. 7 qui eſt D. Aug. vbi dr̄; plerumq; boni vi
ri propterea ſufferunt aliorum peccata
& tacent, quia deſerunt a publicis do-
cumentis, quibus ea, quæ ipſi ſciunt, iu
dicibus probare nō poſſunt. hæc in d.
tex. & ſic cōcludit Pan. ꝙ qñ peccatum
eſt omnino occultum, nō eſt deſcendē-
dum ad teſtium productionem. ſed qa
Auctor. credo Pan. ad hæc dicenda motum fuiſ
ſe, ne ipſe denūciator incurrat aliquod
periculum in adducendo teſtes in ad-
monitionem faciendam; idcirco idem
dico, interpretandum ipſum fore, ſicut
interpretandum probaui dictum Ga-
brielis; maxime, cū ibi nullā mentionē
Pan. faciat de reiteratione peccati, in
quo patet nulli adeſſe periculum ipſi
corrigenti, cū teneamur cōſulere ſaluti
proximorū nr̄orum, etiam ipſis inuitis,
vt ipſemet tenet, cuius verba infra re-
Felinus. ferentur. Felinus in d. c. nouit, ſequitur
Auctor. D. Tho. & vlt. loco admonet correctorē,
ne inducat teſtes tempore correctio-
nis, ne ſibi immineat periculū, de quo
fuit facta mentio in relatione, atq; in-
terpretatione ſententiæ Gabrielis. vn-
de patet apertiſsime, omnes prædi-
ctos doctores ſe tacite ſubſcripſiſſe no
ſtræ concluſioni; cum ipſi fundentur in
periculo ſubeundo a correctore: ma-
xime, cum tex. euangelicus indiſtincte
loquatur de peccato fratris, & de ad-
ductione teſtium poſt ſecretam mo-
nitionem. D. Thomam omnes fere ſum
mularij ſequentes ſe ſubſcripſerunt ꝑ
conſequens noſtrę concluſioni. proba-
tur quoque pręſens concluſio & quar-
to rationibus eiſdem, quibus Domi-
num præcipientem adductionem te-
ſtium motum fuiſſe conuincitur. qua-
propter ſciendum, quòd D. Thom. in S. Tho.
2. 2. quæſt. 35. articulo vltimo in reſp.
ad ſic, ait, quòd teſtes poſſunt induci
propter tria; vno modo ad oſtenden-
dum, quòd hoc ſit peccatum, de quo
aliquis arguitur, vt Hieronymus dicit: Hier.
ſecundo modo, ad conuincendum de
actu, ſi actus iteratur, vt Auguſtin. di- Aug.
cit in regula: tertio modo ad teſtifi-
candum; quòd frater admonens fecit,
quod in ſe fuit, vt Chriſtus dicit. hæc
ille Sanctus.

TERTIA CONCLVSIO.

DEnunciationi euangelicæ facien-
dæ eccleſiæ debet præcedere indu
ctio teſtium, etiam quando peccatum
fratris non emendati iteratur, aut non
emēdetur factum in dānum tertij, vt in
furto; & ipſum pctm̄ poteſt probari: &
hæc inductio teſtiū valebit ad ꝓbādū,
ſe fratrē admonuiſſe, vt ſe corrigeret.
hæc concl. ꝓbatur quatruplici medio:
primo auctoritate iuris diuini ſæpe ad
ducti: ſecūdo per dctm̄ tex. in c. nouit, c. nouit de iud.
tertio auctoritate Doctorū, primo per
D. Tho. & Criſoſtom. relatū a D. Tho. & Cri ſoſt.
D. Thom. pluribus in locis præaddu- S. Tho.
ctis ſe ſubſcripſit quoque præſenti cō-
cluſ. & ſignanter in 2. 2. q. 33. articulo
vlt. in reſp. ad tertio; vbi adducit inter
alias rationes pręceptū Dn̄i de addu-
ctione

tione teſtium præmittenda denunciatione euangelica; ait enim, ꝙ tertia ratio eſt ad teſtificandum, quòd frater admonens fecit, quod in ſe fuit. hæc ille Sanctus. & implicite reliqui omnes Doctores adducti in præcedentibus concluſionibus idem ſentiunt: & explicite Gabriel Biel in expoſitione canonis Miſſæ lectione 74. in littera Y. infraſcriptis verbis vtitur; in peccato occulto, ſiue notum ſit vni ſoli, ſiue pluribus paucis, quod probari poteſt ex prædictis caſibus, plane ſeruandus eſt ordo euangelicus, ſicut iacet: ita ꝙ primo frater corripiendus eſt inter te, & ipſum ſolum; ſi te non audierit, adhibẽdus eſt vnus, vel adhibendi ſunt duo: quòd ſi non audierit, denunciãdus eſt eccl. ita tamen, ꝙ læſio caueatur, quantum fieri poteſt. & paulo poſt ait; quibuſcunq; itaq; modis famæ parci poteſt ſecundum ſupradicta, vt minus lædatur; ſiue teſtes adhibiti ſint ex illis, quibus crimen eſt notum, qui vtiq;, ſi haberi poſſunt, cæteris præferendi ſũt; ſiue alij, qui ipſum neſcierũt, ita tamẽ, quòd famæ conſeruatio emendationi fratris non præponatur: ſed etiam, dũ crimen fratris ſoli correctori notũ eſt, ſi ad eius ſecretam admonitionem nõ ſe emendauerit, adducat vnũ, vel duos teſtes, coram quibus eum corripiat, ut forte verecũdatus cora illis audiat; ſi non, tunc denunciet eccl. habens teſtes præmiſſæ admonitionis: non obſtante, quòd ſic fama eius læditur, vt ſupra dictum eſt: & dico notanter, dum probari poteſt; poteſt enim probari quandoq; etiam, dum ego ſolus noui, non quidem per teſtes; ſed per euidentia ſigna, vt pote, per rem iniuſte ablatam apud furem inuẽtam, aut per ſcriptum, in quo auctor ſceleris ſe feciſſe notificare nititur alicui cõplici, quod ſcriptum ad manus denũciatoris peruenit; aut alias circunſtantias huiuſmodi factum euidenter probantes. hęc ille Doctor, vbi ſupra. Pan. etiam breuiſsimo ſermonis periodo ſe ſubſcribens noſtræ concluſioni in d. cap. nouit col. 18. in ℣. concludo breuiter capiendo mentem iurium, & doctorum infra ſcriptis vtitur verbis; quòd aut peccatum eſt occultum, ſed nõ omnino, quia poteſt probari; & tunc ſecundum omnes habet locum denunciatio: probatur & quarto præſens concluſio: cum enim finis denunciationis euangelicæ ſit emendatio fratris; & ſemper ad finem ſit deueniendum debitis medijs; & debitum medium in dicta denunciatione ſit inductio teſtium, vt ſupra fuit probatum; meritò igitur denunciationem euang. debet præcedere teſtium inductio ad probandum monitionem præceſsiſſe; & ſi adſint probationes, eſt etiam vſq; denunciandum fratrem nolentem ſe emendare procedendum.

Gabriel Biel. | Auctor. | Pan.

QVARTA CONCLVSIO.

Denunciationi euang. debere ſemper præcedere inductionem teſtiũ eſt intelligendum propria locutione, ita quòd nõ capiatur appellatione denunciationis euang. denunciato ſecreta, facta prælato, tamquam patri; & non tamquam iudici: quoniam ſi caperetur ita, largo ſumpto vocabulo, eſſet verum; immo, ſi peccatum fratris non iteraretur, licet frater non eſſet emendatus, corrector non debet arguere fratrem coram teſtibus, ſi primũ ſecrete monitus non reſipuiſſet, ſi delictum fratris non poſſet probare; ſed tunc ſolum, non adhibitis teſtibus, poteſt denunciare prælato, vt patri, & non vt iudici. hæc concluſio probatur triplici medio. primo argu. in c. erubeſcant 32. diſt. vbi Vrbanus Papa poſt multa dixit: de manifeſtis quidem loquimur; ſecretorũ autem cognitor Deus & iudex eſt. hæc ibi: ex quibus verbis poteſt probari dicta concluſio, cum loquatur de occultis, quæ nullo pacto ꝓbari poſſunt, quia talia non poſsũt denunciari Prælato, tamquam iudici. ꝓbatur & ſecundo auctoritate Doctorũ

c. erubeſcant. 37. diſt.

G. Biel de quorum numero eſt ipſe Gabriel, vbi ſupra; qui poſt multa ait: ſi delictũ probare nõ poteſt, ſiue ſolus ſciat, ſiue cum alijs, debet quidem ſecrete admonere fratrem in ſe peccantem, ſi forte audiat; & ita eum lucret: ſi enim volentem ſe præcipitare debet, ſi poteſt, prohibere; licet ſolus ſit: vt vult Aug. Aug. ad Bonifacium, & habetur in cap. ipſa pietas, & in c. diſplicet 23. q. 4. multo fortius debes obuiare peccato; licet ſolus ſcias: & ſi te non audierit, dic Prælato, non denunciando; ſed ſecrete intimando, tamquam ei, qui magis in ſecreto prodeſſe poteſt pro eo orãdo, aut ſecrete admonendo, & ad pœnitẽtiam, quantum in ſe eſſet, inducendo. Teſtiũ induct. cauſæ. nec tunc inducendi ſunt teſtes, neque vnus, neque duo, quia fruſtra inducerentur: ſunt enim tres cauſæ, cur inducuntur teſtes ſecundum B. Thomam, & S. Tho. Riccar. Riccardum: vna eſt ad efficacius oſtendendum quòd illud ſit peccatum; & ad eum reuocandũ: alia cauſa eſt ad conuincendum de actu, ſi actus reiteretur: tertia ad probandam ipſam ſecretam admonitionem, quæ præcedere debet publicam denunciationem regulariter; & ſic ad oſtendendum, quòd frater fecit quod in ſe fuit. nunc ergo in caſu, quo crimen probari non poteſt, & ſecrete correctus neget crimen: non eſt veriſimile, quòd coram teſtibus confiteatur, quod coram ſolo negauit; aut ad ſecretam admonitionem emendare noluit: nec propter ſecundum, quia ſi teſtes inducuntur ad teſtificandum actum iteratum, quem teſtificare poſſunt; iam non ſumus in caſu noſtro, quia caſus noſter eſt, quòd crimen probari non poſsit: nec propter tertium quia in caſu iſto denunciatio publica fieri non poteſt, quia non poteſt probari crimen; & ita non conuinci, & per hoc non poteſt ab eccl. haberi, vt Ethnicus, & publicanus. denique inductio teſtium eſt periculoſa corripienti; quia poſſet correptus agere cõtra corripientem ſuper infamia, quia cum diffamauit coram teſtibus; & hæc probabit per inductos teſtes: etiam ſi vnus ſolus inducitur, ſaltem cum illo poſſet probare præſumptionem ita, vt defereretur iurm correptori. adde ut habetur in c. fi. §. ſane, extra de iureiur. & ita omnibus modis eſſet in periculo. vnde in concil. Varienſi ſic difinitum eſt: ſi epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouerit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat; ſed cum ipſo ad compunctionem eius ſecretis correptionibus elaboret: & habetur in cap. ſi tantum epiſcopus 6. q. 2. & in c. placuit cauſa quæſt. & Beatus Auguſtinus in homelia de pœnitentia: & habetur in cap. plerumque 2 quæſt. 7. vbi dixit; plerumque boni viri propterea ſufferunt aliorum peccata, & tacent; quia ſæpe deferuntur a publicis documentis, quibus ea, quæ ipſi ſciunt, iudicibus probare non poſſunt. & ita in caſu noſtro præceptum impletur ſine inductione teſtium; quia ſine illis intentio præcipientis obſeruatur melius, dum in ſecreto corripitur: & ſi non audierit, is ſecrete prælato nuncietur. hæc ille Doctor. cui concordat, quod dicit Pan. in cap. nouit extra de iud. col. 19. in Pan. verſic. concludo breuiter. Dominus Felinus in eod. cap. nouit. col. penult. vbi quoque affert Summam Piſanam, ita quoque tenentem. probatur & tertio hac ratione; cum ipſe Dominus noſter ſit ipſamet bonitas, ſapientia, & charitas, Auctor. non eſt ambigendum, ipſum noluiſſe correctorem fratris abſque ſua culpa, & fruſtra ſubiacere tot periculis; quibus vtique ſubiaceret, ſi etiam in tali caſu teneretur teſtes adducere. idcirco dicendum Dominum præcepiſſe huiuſmodi ordinẽm euangelicum ſeruari, quando ceſſat periculum ipſi correctori ſuperventurum: ac per conſequens noſtram concluſionem veriſsimam eſſe patet. colligendo ergo quęcumque dicta fuere in præſenti capitulo, dico quatuor. primo, quòd de- Epilogatio. nunciationem euangelicã faciendam præ-

prælato, vt eccleſiæ, præcedere debet inductio teſtium: ſecundo, ſi peccatum iteretur, & frater noluit corrigi ſecreta monitione, inducendi tunc ſunt teſtes ad videndum peccatum fratris iteratum: & ſi frater nec ſecundo monitus coram teſtibus emendatur, denuncietur eccleſiæ. tertio, licet peccatum fratris non iteretur; ſi tantum non vult de illo emendari, & poterit probari, inductio teſtium ad videndam correctionem fraternam eſt præmittenda ipſi denunciationi faciendæ prælato, vt iudici. quarto & vltimo, licet fratris peccatum non iteretur, & non ſit emendatus, & non poſsit probari: eſt facienda denunciatio ſecreta prælato, vt patri, non præcedente inductione teſtium; quia ad illam non tenebitur; ne incurrat multa mala, de quibus in concluſione. & dicta ſufficiant pro præſenti quæſtione.

Vtrum denunciatio euangelica omitti debeat, ſi poſt inductionem teſtium ad videndum iteratum crimen fratris deſit ſpes emendationis. Cap. VII.

HAbuimꝰ ſermonem de inductione teſtiũ præmittẽda denunciationi faciendæ eccleſiæ, idest, prælato, tamq̃ iudici: vtpote, quia poterat ab aliquibus dubitari propter ſententiam Diui Thomæ ſupra relatam; qui in ſecunda ſecundæ quæſtio. 33. articulo finali, in reſp. ad primum, dicit; quòd poſt monitionem fratri ſecrete factam debemus inducere teſtes; niſi probabiliter exiſtimaretur, quòd hoc ad emendationem fratris non proficeret; ſed exinde deterior redderetur; quia propter hoc eſt totaliter a correptione ceſſandum, vt ſupra dictum eſt. idem Doctor Sanctus in articulo ſexto. vbi ſupra in corp. quęſt. his verbis vtitur; S. Thom. alia vero eſt correctio fraterna, cuius finis eſt emendatio delinquentis, non habens coactionem; ſed ſimplicem admonitionem: & ideo vbi probabiliter exiſtimat͂, quòd peccator admonitionem non recipiat; ſed ad peiora labatur, eſt ab huiuſmodi correctione deſiſtendum; quia, ea quæ ſunt ad finem, debent regulari, ſecundum quòd exigit ratio finis. hæc ille prædictus. ex cuius (inquam) verbis poſſet quis dubitare, quòd licet delictum fratris poſsit probari per inductionẽ teſtium, vel alio modo: tñ non liceat ipſi correctori, fratrem nolentem ſe emendare denunciare eccleſiæ, id eſt, prælato, tamquam iudici: prout habetur in præcepto euãgelico a nobis ſupra relato. & hoc; quia finis correctionis & denunciationis euangelicæ debet eſſe emendatio fratris; ergo, ſi hæc emendatio diſperatur per correctionem, vel denunciationem; fruſtratorium eſſet, & contra intentionem Domini fratrem incorrigibilem denunciare eccleſiæ, id eſt, prælato tamquam iudici. & quoniam prædictæ rationes, & aliæ multæ, quas breuitati ſtudens omitto, poſſent nos in maximum errorem trahere: idcirco hanc quæſtionem diligentiori lima examinabo. quapropter aſſeram prius Doct. ſententias, quę diuerſæ videntur; & deinceps quæſtioni ſatisfaciam, Deo dante, eo breuiori ſtylo, quo vti datum fuerit deſuper: primo auctoritate iuris diuini ſæpe adducti: ſecundo per dictum tex. in capit. nouit: tertio auctoritate Doctorum: Primo per Diuum Chriſoſtomum relatum a Diuo Thoma; qui D. Thom. pluribus in locis præadductis ſe ſubſcripſit quoq; præſẽti concl. & ſignãter

in 2.2.q.33. articulo vltimo in reſp. ad
tertiũ;vbi adducit inter alias rationes
præceptum Domini de adductione te
ſtium.Sciendum ergo, quòd triplex re-
2. opin. peritur apud Doctores opinio. prima
eſt dicentium, quòd poſt teſtium indu-
ctionem eſt denunciandum eccleſiæ
vel accuſandum, quando poteſt deli-
ctum fratris probari, ſi ex hoc ſpera-
tur emendatio: & huic ſententiæ vi-
S. Tho. detur ſe ſubſcripſiſſe D. Thomas vbi ſ.
Arch.Fl: ſequitur Archi.Flor.in 2.par.titu.9. ſub
titulo de accedia c.6.§.7.his verbis, vi-
delicet; tertio, teſtibus, perſonis matu
ris & diſcretis dicatur, id eſt, corã eis
corripiatur, ſi per hunc modum ſpera-
2 tur emendatio,& non aliter,& vbi pri-
uata correctio nõ iuuabat. quarto di-
cendum eſt eccl.id eſt, prælato accuſan
do, ſi poteſt per ſufficientes ꝓbationes
oſtendere, & ſperatur correctio illius
per hoc; vel ſaltem denunciando. hæc
ille; ex cuius verbis patent, quæ dixi-
Petr. de mus. iſtiusmet opinionis videtur fuiſ-
Pal. ſe Paludanus in quarto ſentẽt.diſt.19.
quæſt.4.his verbis; ſi autem eſt ſolum
nociuum peccanti, dicunt quidam non
vltra procedendum, ex quo per ſe ipsũ
vel illum, qui poteſt prodeſſe, admo-
nuit, nec corrigitur; ſed ſinendus eſt pe
rire, qui non vult erectus ſurgere: nec
ſunt teſtes adhibendi, nec obſeruan-
dus; ſed potius prohibendus, quã ob-
ſeruandus: & hoc vtiq; verum eſt, niſi
ſit ſpes, ꝙ per illam viam melius corri-
getur. hæc ille; quaſi dicat, ſi nõ ſit ſpes
correctionis, fruſtra teſtes adduceren-
tur, & vltra procederetur ad denuncia
tionem publicam. ſecunda opinio eſt
dicentium, quòd ſi poteſt probari deli
ctum fratris nolentis ſe emẽdare poſt
admonitionẽ factam coram teſtibus;
tunc omnino erit denunciandum præ-
3 Riccar. lato, vt iudici.& huic ſententiæ ſe ſub-
Arch.Fl. ſcripſerunt Riccardus in quarto ſen-
tentiarum diſt.19 cuius verbis refert
ſententiam Archi. Flor. vbi ſupra, his
verbis; ſi autem peccatũ iam ad alio-
rum notitiam deuenerit, tunc debet
denunciare ei, qui habet poteſtatẽ cor
rigendi, vt, qui ſunt ſcandalizati de cul
pa, ædificentur de pœna: ſi autem non-
dum in publicum deuenit; ſed ẽ in via
deueniendi; tunc eſt denunciandum,
vt ſcandalo futuro occurratur: & pau-
lo poſt loquens de peccato omnino oc
culto ait, ſi autem nõ ſperaretur emen
datio, & non eſt infectiuum aliorum,
vel damnificatiuum, poteſt denuncia-
tio differri quouſq; videatur emenda-
tionis effectus, præcipue ſi emendatio
nem promittit. hæc ille; qui licet expli-
cite non ſe ſubſcripſerit prædictæ opi- Auctor.
nioni ſecundæ: tamen tacite, & implici
te illam ſequitur, quod & patet arguen
do à contrario ſẽſu. dixit enim ipſe dif
ferendam denunciationem fratris no-
lentis ſe emẽdare, quouſq; adſit ſpes
emendationis; ergo ſi a principio deſit
ſpes emendationis, denunciari debet.
Pan. autem magis aperte prædictã ſe-
cundam opinionem eſt amplexatus in
c.nouit eẍ de iudicijs, vbi in col.18. in
fine dicit, quòd, quando peccatum fra-
tris non eſt omnino occultum, quia po
teſt probari, tunc ſecundũ omnes Do-
ctores habet locum denunciatio euan
gel.& idem Pan. in eod.c.nouit col.7. Pan.
poſt relationem diuerſarum opinionũ
Doctorũ circa quæſtionem, qua quæ-
ritur, an quilibet teneatur ad hanc de-
nunciatiouem, quando ſumus in pec-
cato commiſſo,& committendo, infra-
ſcriptis vtitur verbis in col.15. in fine
videlicet: ego ſatis crederem, hanc de-
nunciationem eſſe in præcepto indi-
ſtĩcte, nec excuſare debet aliquem, ꝙ
credebat eum effici deteriorem: con-
ſidero enim, quòd hæc denunciatio fit
propter duo, ſcilicet, vt iſte peccator
corrigatur, & vt cęteri metum habeãt:
probatur per tex.in c. ſed illud diſt.45.
vbi dicitur peccantem coram omni-
bus argue, vt cæteri metum habeant.
facit tex. in c.factę ſunt autem, diſt. 4.
item Dominus in Euangelio vult, vt ſi
non audit nec obtemperat eccl.habea
tur pro ethnico,& publicano: & ſic nõ
ha-

buit reſpectum, ut efficeretur deterior, & perſeueraret quodammodo in infidelitate: item conſidero, quòd magis bonum ſequimur in punitione unius propter bonum exemplum aliorum, quàm damnum, ſi iſte efficeretur deterior: uide tex. pulcrum in c. eſt iniuſta in fine 23. q. 4. ubi hæc habentur; nō ne etiam, cum uni indulget indigno, ad prolapſionis contagium prouocat uniuerſos? facilitas enim ueniæ incentiuum tribuit delinquendi. hæc ibi: ſequitur Pan. & alibi; quæ miſericordia erat, uni parcere, & omnes ad crimen adducere? concludo ergo, quòd cum uerba euang. clara, & generalia ſint, nec etiam ſi conſtaret quòd efficeretur deterior denunciatus, ceſſat effectus omnis denunciationis, quia ſaltem propter uerecūdiam ſuam alij arcerentur à ſimilibus; & ſic ſubeſt alius effectus denūciationis; & ſic ſemper remanet ſub præcepto: & per hanc rationem concludo, idem eſſe circa peccatum commiſſum, ut ſubijciatur pœnitentiæ, quia non pænitendo remanet, in c. teſtimonium. extra de teſtibus, & atteſt. ubi dicitur, quòd teſtimonium criminoſi perſeuerantis in crimine non eſt admittendum, & alij efficiuntur audaciores ad peccatum committendum: quia facilitas ueniæ, &c. nec obſtat, quòd priuatus non poteſt imponere pęnitentiam: fateor, ſed debet inſtare, ut ille agat pęnitentiam uel per ſuperiorem compellatur agere, ut in c. 1. ex de ſpon. nam ſicut circa committendum ipſe non poteſt directe prohibere, ſed indirecte denunciādo Eccleſiæ; ita & circa commiſſum, ut inducatur ad pœnitentiam; & malum exemplum non inferatur ad poſteros, ut in c. præcipue. 11. q. 3. & quòd ſit præceptum, patet ex illa auctoritate Auguſtini, ſi neglexeris corrigere, &c. hæc omnia Pan. ibi; cuius ſentētiam ſequitur Felinus in dicto c. nouit col 13. in uer. ubi autem eſt certum de correctione: ubi concludit denunciandum talem fore ſub pęna peccati mor. & in col. 12. dixit, quòd ubi dubitatur de incorrectione ſequenda ex denunciatione, talis nō eſſet denunciandus: ſed ad hoc probandum adducit ſententiam Riccardi præaddučti: ex quo patet, hoc ultimum intelligendum fore, quòd tunc non eſſet denunciandus, quando timetur ex denūciatione deterioratio, & ex non denunciatione correctio: & hic intellectus patet, quoniam aliàs tibi ipſi eſſet cōtrarius, qđ non creditur de tanto doctore, qui & nititur probare quoque ſuam ſententiam præcepto de elemoſina elargienda: ex cuius uerbis patet luce clarius, ipſum fuiſſe prædictæ ſecūdæ opinionis, ut etiam fatetur Gabriel Biel ſuper canonē miſſæ lectione ſub litera a; quem apertiſsime ſequitur his uerbis: hæc eſt ſententia Pan. hanc materiam latius contractantis in c. nouit extra de iudicijs: in hoc dumtaxat a præcedentibus diſcrepat, quia dicit, quòd, dum crimen probari poteſt, non eſt omittenda denunciatio propter hoc, ne frater deterior fiat: quia p hoc non ceſſat effectus denunciationis, qa ſaltem propter uerecundiam ſuā aliqui arcebuntur a ſimilibus; & ne alij efficiantur audaciores ad peccatum committendum: quia facilitas ueniæ auſum præbet delinquendi, & pp hoc ad rationes accedo opin. primo recitatæ, quæ opinio in duobus deficit, &c. hæc ille; qui reddit rationem, quare illa opinio non ſit ualida: ex cuius uerbis mihi uidetur ipſum ſequi Pan. ſententiam, cum illi non aduerſetur, ſicut facit contra duas opiniones propoſitas: maxime cum ipſe paulo ante in litera Y. concludat, quòd quando peccatum occultum fratris poteſt probari, tunc eſt obſeruandus ordo euangelicus, uidelicet: ut primo moneatur frater ſecrete; ſecundo, ut adducantur teſtes: & ſi his duabus uijs nō poſsit lucrari fratrem ſuum, denūciet Eccleſiæ, quod tertium erit. tertia opinio eſt Car-

Effectus denunc. ſeu unis

Pan.

Felinus. Auctor.

Gabriel Biel.

3 opin.

Cardinalis Caietani in commentarijs. 22.q.33. articulo ultimo, qui infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ad primũ dubium occurrit; an inductis teſtibus ad uidendum iteratum crimen, ſi deſit ſpes emendationis peccatoris, procedendum ſit ad publicam denunciationem:& eſt ratio dubbij; quia apparet, quòd non eſt procedendum ex eo, quòd non eſt ſpes emendationis, ad quam ordinatur denunciatio. apparet quoque oppoſitum ex eo, quòd crimen iam non eſt amplius occultum: quoniam poteſt teſtibus conuinci. ad hoc dicitur, quòd cum procedere in criminibus corrigendis ordinetur ad emendationem peccatoris, ut ad finem; ut ex Auguſtino in regula; & in c. ſuper his extra de accuſationibus patet; & ex fine ſumenda ſit ratio eorum, quæ ad finem ordinantur: ſi poſt inductionem teſtium probabiliter creditur, ꝙ peccator videns ſe denunciatum deterior efficietur, deſiſtendum eſt a denunciatione:& ſimiliter, ſi poſt denunciationem probabiliter conſtet, quòd, ſi conuincatur, ibit in perditionem; debet iudex, non procedere ad conuincendum hominem talem.& hoc dico, ſi peccatum eſt tale, quòd ſibi ſoli noceat: ſecus enim eſſet, ſi peccatum eſſet in aliorum nocumentum, uel periculum: quoniam tunc non ipſius ſolius habenda eſt ratio. nec obſtat, quòd peccatum iam non eſt occultum; quoniam adhuc inter latitudinem occultorum computatur; quoniam alios nõ ſcandalizat, nec nocet alicui alteri; quãuis tribus, aut quatuor tacentibus notum ſit. hæc ille: qui uult, quòd ſi ex denunciatione euangelica facta Eccleſiæ timeatur deterioratio fratris, ſemper ſit ipſa denunciatio omittenda; etiam ſi poſſet probare; niſi ſit in perniciem alterius: licet ipſum peccatum ſit notum tribus aut quatuor. his ergo præmiſsis, pro enarratione opinionum breuiter reſpõdeo præſenti quæſtioni unica concl. quæ erit talis. Aucto.

CONCLVSIO VNICA.

Denunciandus eſt frater (præmiſſo ordine euangelico) ipſi Eccleſiæ. i. prælato, tanquam iudici, tam pro peccatis commiſsis, quàm committendis: licet non ſit in detrimentum alterius. tamen ſi denunciator illa poſſet probare ſufficienter;& frater nollet emendari: immo etiam, ſi crederetur ueriſimiliter, fratrem huiuſmodi deteriorem euaſurum ex huiuſmodi denunciatione euangelica poſt monitionem ſecretam & adductionem teſtium; erit, ut dixi, denunciandus. hæc concluſio probatur quatruplici medio: probatᷓ enim primo iure diuino: Dominus enim indiſtincte iuſsit in euãgelio apud Matt. c.18. quòd poſt adductionem teſtium, ſi ille frater nollet emendari, denunciandus eſſet Eccleſiæ.i. prælato, tamquam iudici: quoniam re uera, licet ille non lucretur fratrem ſuum culpa illius; ipſe tamen perfecit, quod ſuum erat.& ut optime probat Pan. ubi ſupra, non unicus eſt finis illius denunciationis; ſed duplex, ut cœteri metum habeant. probatur & ſecundo præſens concl. iure poſitiuo, uidelicet: per tex. ĩ c. nouit, extra de iudicijs; ubi Inn. III. poſt quàm dixit, regẽ Angliæ ſeruaſſe ordinem euangelicum cum rege Gallorum; & tandem, quia nullo modo profecit, dixit Eccleſiæ: ideo & ipſe Innocentius commiſit diſceſsionem propoſitæ denũciationis. ex quibus omnibus patet, quòd Sũmus Pontifex ibi tacite approbauit concluſionẽ noſtrã, cum admiſerit denunciationem illius. probatur & tertio auctoritate Pan. Riccardi, & Gabrielis, qui fuerunt adducti in ſecundæ opinionis relatione. immo & probatur auctoritate Diui Tho. Non ne ipſe D.Tho. præſenti concluſioni ſubſcripſit? dum dixit in 2.2.q.33. articulo.7. in corp. queſ. in fine his uerbis utendo; ſed quia cõſcien-

Matt. c.18.

c.Nouit ex.de iudic.

Pan. Ricard. Gabriel Biel. Auctor.

ſcientia præferenda eſt famę, uoluit Dominus, ut ſaltem cum diſpendio famæ fratris conſciẽtia per publicam denunciationem a peccato liberaretur. hæc ille Sãctus; ex cuius uerbis patet, ꝙ ſententia ipſius non aduerſetur; immo conſentiat concl. noſtræ implicite: quoniam illa uerba; conſcientia liberaretur a peccato; poſſunt interpretari, liberaretur a peccato. i. ab aliquali pęna peccati; cum pateat ipſum nũquam uoluiſſe aduerſari concl. explicite; quia ſibi uidebatur bona: & ad allatas ſupra ſententias ipſiuſmet Sancti reſpondetur, ꝙ illę non ſunt contra concluſionem. & reſpondetur ad alios ſubſequenter, quòd idcirco conſulto ipſe Sanctus in illis nõ fecit mentionẽ de denunciatione euangelica facienda, quando ex ipſa non ſperatur emẽdatio, ſed potius deterioratio. quod a nobis non negatur; immo & nos dicimus de denunciatione euangelica facienda Eccleſiæ, ſi non ſperaretur, prælatum proceſſurum ad corrigendum fratrem ſecrete, ſaltem amouẽdo peccandi facultatem. probatur & quarto rationibus multis adductis a Pan. & a me ſupra in relatione ſententiæ ipſius in prima opinione. Ad Cardinalẽ Caietanum reſpõdetur, quòd non obſtat ſua ſententia; tum quia contra ipſum eſt prædicta communior ſententia doctorum, tum etiam quia tex. in c. ſuper his, extra de accuſ. non eſt contra nos: cum tantum ibi habeatur, quòd denũciatio eſt facienda ad correctionem denunciandã fratris; quæ uerba denotant qualitatem intentionis, quæ eſſe debet in denunciante: quod & nos non negamus; immo ſupponimus licite facere, eo quòd patet denunciantem mortaliter peccare, ſi non ex charitate; ſed ex odio denunciet. immo & contra eum eſt quoque arg. fortiſsimum in c. cum dilectus extra de accuſ. ubi iubetur repelli denunciationem quorundam, qui denunciauerant quemdam epiſcopum de quibuſdam exceſsibus, eo quòd non præmonuerant ipſum epiſcopum: ex quo canone patet, quòd poſt monitionem poterit frater inemendatus denunciari, eo quòd illi repulſi ſunt, quia non præmonuerunt. ſed ſi monitionibus congruis præcedentibus denunciaſſent; admiſſa utique fuiſſet denunciatio eorum, facta Summo Pontifici, tamquã Eccleſię. nec obſtat, quòd finis correctionis & denunciationis, ſit emendatio fratris delinquentis; ergo ſi deſperetur finis &c. dico, quòd cum duplex ſit finis iſtius denunciationis; idcirco ſi unum non conſequitur denunciatio, uidelicet, emendationem fratris; conſequetur alium, uidelicet, ut cæteri metum habeant; ut docet Pan. unde concludit, quòd denunciandus eſſet frater inemendatus Eccleſiæ, præmiſſo ordine euangelico, ſi probari poteſt peccatum eius, etiam ſi credatur inde frater euaſurus deterior.

Auctor.

Vtrum quilibet poſsit admitti ad denunciationem euãgelicam.

Cap. VIII.

Denunciare non permittitur criminoſis perſeuerantibus in criminibus. concl. 1.

Denunciationem euang. facere eſt prohibitum infamibus perſeuerantibus in crimine. concl. 2.

Denunciare non permittitur excommunicatis. concl. 3.

Denunciare non permittitur is, qui non præmonuit; niſi hoc commiſerit rationabiliter. concl. 4.

Denunciatio euang. conſpiratoris non admittitur. concl. 5.

Denunciare omnibus licet præter ſupra nominatos concl. 6.

Cum

CVm in præcedentibus capitulis copioſiſsimus fuerit habitus ſermo de ordine ſeruando in denunciatione euang. & quãdo prætermiſſo ordine præſcripto in S. Euang.poſsit denunciari frater incorrigibilis: idcirco operæpratium duxi in præſenti capitulo uerbũ facere de qualitate denũciatorum, eo ꝙ poterat ab aliquibus merito dubitari, an ad hoc oẽs admittendi ſint; cum uideatur Dominicum præceptum de denunciatione facienda Ecc.eſſe generale, atq; ſine exceptione perſonarum. ſed, pro maiori negocij facilitate, præſenti q̃ſtioni ſatisfaciam nonnullis concluſionibus, ut illæ melius memoriæ commendari queant, & earum ueritas palam fiat omnibus illam addiſcere uolentibus.

PRIMA CONCLVSIO ſit hæc.

AD denunciationem euang.faciendam Ecc. non ſunt admittẽdi criminoſi, perſeuerantes in criminibus. hæc conc.probatur triplici medio.primo per tex.in c.cum dilectus, extra de accuſatione, vbi Inn.III.prohibuit admitti criminoſos ad denunciandum. [Cum dilectus. ex.de accuſ.] probatur & ſecundo auctoritate doctorum, de quorum numero eſt Specu. [Specul] in titu.de denunciatione.§.quis denũciare poſsit.Pan.in c.nouit, extra de iudicijs, in ver. ſed quæro, ſupra uiſum [Pan.] eſt; Felinus in dicto c.nouit col. 12. qui [Felinus] ad hoc quoque probandum adducit nonnullos doctores; gloſa in dicto c. [Glo.] cum dilectus, in ver. concubinarios; & glo. in c.cum oporteat extra de accuſ. in ver. ad denunciandum; eſt glo. in c. pſonas, extra de teſtib. omnes p̃dictæ gloſæ ſe ſubſcripſerunt præſenti concl. probatur & tertio hac ratione; quia huiuſmodi criminoſi. non emẽdati nõ præſumant bono zelo chari.denunciare, cum, ſi charitate fulti eſſent, utique & prius ſemetipſos corrigendos denunciarent, cum prima charitas incipiat a ſeipſo. quapropter merito hi tales non erunt admittendi ad denunciandа peccata fratrum: immo potius dicendum erit ipſis a prælatis illud euang. frater ſine eijciam prius trabẽ de oculo tuo, ut ſic poſsis poſtmodum feſtucam de oculo fratris tui eijcere. [Auctor.] ſed animaduertendum, quòd Io. And. in dicto c. nouit col. 54. ut refert dominus Felinus, ubi ſupra, dicit, quòd immo etiam perſeuerans in crimine poterit denunciare: quod probat hoc modo: nã nullus eſt ſine crimine, ut in c.quia tua, diſt.50. & in c.ſepties de pęniten.diſt.1.& in c.iteratur, de conſecr. diſt. 2. hæc ille: cui ibidem Felinus reſpondet taliter; quòd iura illa intelliguntur in occultis, in quibus in dubio quilibet debet timere culpã, & ſe præſumere peccatorem: nos autem loquimur in eo, qui notorie perſeuerat in peccato. ſecundò probat ipſe Io.And. hanc ſuam opinionem hoc modo: criminoſus eſt habilis in accuſando fauore reip. ut in l. ſi quis in graui. §.ni quoque ff.ad Syllan.& ibi Baldus: ergo fortius debet admitti criminoſus ad denunciandum fauore animæ; cum illa ſit præcioſior reip. & cunctis rebus præferẽda, ut in c.cum infirmitas corporalis. extra de peniten. & remiſſ.in fine in ver. cęterum; & in l.ſancimus.C. de ſacroſ.Ecc.reſpondet quoque Felinus, ubi ſupra, huic ſecundæ rationi his uerbis: ſed dic, quòd illa lex nihil facit; loquitur enim in ſeruo; & eſt ibi ſpeciale in illo caſu, ut admittatur, qui aliàs non admitteretur, ut ibi inquit gloſa: nos autem ſumus in criminoſo & alio caſu: tertio dicit ipſe comprobãdo ſuam opinionem; peccatoribus non ſunt interdicta bona opera; immo ſibi utilia ſunt, ſi operentur, ut habetur in c.quædam extra de peniten.& remiſ. ſed talis denunciatio tendit ad bonum, ſcilicet, ad lucrãdum animam proximi; ergo non debet eſſe criminoſo in-

[Io.And.] [Felinus.] [Io.And.] [Felinus.] [Io.And.]

Felinus. ſo īter dicta. hæc Io. And. ad cuius arg. reſpondet idem Felinus, ubi ſ. his uerbis: poterit hoc criminoſus facere; & ſic bonum opus operari, corripiendo, & admonendo eum ſecrete: & ideo a denunciatione debet repelli, tum propter malum zelum, cū uelit alios corrigere, & ipſe ſit corrigendus; tum in odium ipſius peccatoris, ne ſi admitteretur, ex hoc generaretur ſcandalum in Eccleſia Dei. hæc ille; qui uidetur peroptime reſponſum dediſſe obiectionibus ſeu rationibus adductis a Ioan. Andrea in probatione ſuæ opinionis: & ſic concl. noſtra uera probat.

SECVNDA CONCLVSIO.

AD denunciationem euang. faciendam Eccleſiæ non ſunt admittendi infames perſeuerantes in crimine; ſed tantum infames, qui non perſeuerant in crimine. hæc concl. probatur triplici medio. primo arg. in c cum dilectus, extra de accuſatione, ubi repelluntur a denunciatione hac perſeuerantes in crimine, & non infames non perſeuerantes in crimine. probatur & ſecundo aucto. Doct. de quorum numero eſt Io. And. ſequens opinionem Io. relati a glo. in ver. ad denunciandū in fine, in c. cum oporteat extra de accuſ. & Pan. in c. nouit extra de iudicijs. col. 13. qui etiam ait, hāc eſſe communionem opinionem doctorum. probatur & tertio hac ratione; cum finis huius denunciationis ſit lucrari animam proximorum peccantium; idcirco non refert quis denunciet, præter ſpecialiter prohibitos a lege: nec obſtat noſtræ concluſioni gloſa in c. cum oporteat, extra de accuſ. in uer. ad denunciādum, ubi dicit, ꝙ licet Io. hoc dicat; tamen ipſe nō credit de infami, quòd poſſit denunciare. dixi non obſtat, qm̄ & hæc gloſa Bernardi quamfacillime poteſt concordari noſtræ concl. ut dicit Io. And. ubi ſupra, eo ꝙ Ioannes loquitur in denunciatione euang. gloſa hæc autem in denunciatione iudiciali, uel canonica.

(Margin: Cum dilect. ex. de accu. — Io. And. — Pan. — Auctor.)

TERTIA CONCLVSIO.

AD denunciationem euang. nō ſunt admittendi excommunicati. hæc concl probatur triplici medio: primo tex. ī dicto c. cum dilectus, ibi, ꝑ quod fuit excom. ſententia prolata; & paulò poſt dicit, a denunciatione repellatis eoſdem. probatur & ſecundo auct. doctorum, inter quos eſt Specul. in titulo de denunciatione. §. quod denunciare poſsit; & Pan. in dicto c. cum dilectus. probatur & tertio hac ratione: cum in prima concl. ſatis abunde ſit probatū criminoſum non admittendum ad hāc denunciationem; & plerique omnes excom. ſint criminoſi, & in peccato ꝑſeuerantes: inde ſit, ut excommunicati non ſint admittendi ad hanc denūciationem, quia qui ſibi malus eſt, cui unquam bonus erit?

(Margin: Cum dilect. ex. de accu. — Specul. — Pan. — Auctor.)

QVARTA CONCLVSIO.

AD denunciationem euang. non eſt admittendus is, qui non præmonuit ordine euang. ſeruato: niſi rōnabili de cā, illo omiſſo, denunciaſſet. Hæc concl. probat̄ triplici medio: primo per tex. in c. 2. & in d. c. cū dilectus ex̄. de accuſ. in V. uel p̄fatum epm̄, ubi hæc habētur, vz: uel præfatum epiſcopum non fuiſſe præmonitum ab eiſdem: & in d. c. 2. arguendo a contrario idem dr̄. probatur & ſc̄do aucto. oīum doctorū canoniſtarum in dictis iuribus. probat̄ & tertio hac rōne; cū Dn̄s ꝑcipiat fratres ꝑmoneri ante denunciationem faciendā Ecc. cōſequens eſt, ut qui denunciat peccatum fratris non ꝑmoniti, ſit criminoſus, cū mortaliter peccet, trāſgrediendo ſine cā rōnabili Dn̄icum præceptum & legem naturæ, ꝑ quam docemur, proximis nr̄is conſulere, ſicut conſulere debemus nobis ipſis: dixi in cōcl. niſi rōnabili de cā: quia, ut probatū fuit ī c. 5. pn̄tis tractatus, multis de cauſis meritorie, monitione non ꝑmiſſa, poteſt fieri denunciatio ipſi Eccleſiæ.

(Margin: C. 2. & c. cū dilectus ex de accuſ. — Auctor.)

QVIN-

QVINTA CONCLVSIO.

AD denunciationem euang. faciendam non eſt admittendus conſpirator. hæc concluſio probatur triplici medio. primo p tex. in c. cũ dilectus, extra de accuſ. ubi dicitur; quòd ſi conſtiterit denunciatores conſpiraſſe in denunciatum, non ſunt admittendi: & arg. in c. per ſuas. el primo extra de ſimonia, ubi præcipitur remoueri à teſtimonio ferendo contra ſymoniacum conſpiratores. probatur & ſecundo præſens concl. auctoritate doctorum, de quorum numero ſunt Pan. & Felin. & reliqui canoniſtarum in dicto c. cum dilectus. probatur & tertio hac ratione; cũ conſpiratores ſint inimici eorum, quos uolunt denunciare, merito non ſunt admittendi ad denunciandum: cum denunciare proprium ſit eorum, qui fratres ſuos diligunt, conſulere cupientes illorũ ſaluti; quod eſt finis denunciationis euang. ſed ꝑ maiori intelligẽtia concl. huius quintæ declarandus eſt unicus terminus in conc. contentus, uidelicet: conſpirator. quapropter ſciendum, ꝙ conſpiratio dicitur a ſimul ſpirando; & fit, quando plures ſpirant & tendunt in unum, & fit ſine iuramẽto: & hæc eſt duplex; alia licita, ſancta, & iuſta; alia iniqua, & fraudulenta: conſpiratio igitur licita, & approbata dicitur cõfęderatio multorum ad procurãdum bonum publicum, uel priuatum tendentium, utpote, quando canonici conſpirant de nõ obediendo prælato excõmmunicato, uel (ut non egrediamur fines noſtri ꝓpoſiti) quando prælatus & alij conſpirant in unum ad procurandam emendationem alicuius peccãtis: & de hoc non loquimur in præſenti concl. conſpiratio autem iniqua dicitur confęderatio fraudolenter facta in præiudicium alicuius perſonæ, puta, ſi quis congregaret nonnullos; & conueniret in unum, ut ad denunciandum fratris peccatum, quod ille non commiſerat, unus eorum prælatum adiret; reliqui uerò ſe adhibere promitterẽt teſtimonium patrati ſceleris, quod fratri falſe imponere uolunt. & de hac conſpirationis ſpecie loquimur ĩ pręſenti concluſione.

Marginalia: c. Cum dilectus ex. de accuſ. — Pan. & Felinus. — Auctor. — Conſpiratio, & cõſpirator quid ſit, & quotuplex. — Conſpiratio licita. — Conſpiratio mala.

SEXTA CONCLVSIO.

AD denunciationem euang. faciendam prælato, tamquam Eccleſiæ, omnes admittũtur præter nominatos in prædictis concluſionibus. Hæc concluſio probatur triplici medio. primo per tex. in c. cum dilectus, extra de accuſat. arguendo a contrario ſenſu: dicitur enim ibi, quòd a denunciatione repellitur pub. concubinarius, excommunicatus & conſpirator; ergo reliqui admittuntur. probatur & ſecundo auctο. Specul: in titu. de denunciat. §. quis denunciare poſsit, & Pan. in c. nouit extra. de iudicijs, col. 18. probatur & tertio hac ratione; cum denunciare prælato fratris peccatum, ſeruato ordine euangelico, ſit opus charitatis & meritorium; inde ſequitur, quòd omnibus denunciationi huic incumbere liceat, quibus ſpecialiter nõ ſit inhibitum a lege; maxime cum uerbum Domini de denũciando ſit generale. Colligendo ergo in unum, quæ in præſenti capitulo adducta fuere, dico, quòd ad denunciationem euangelicã faciẽdam Eccleſiæ omnes ſunt admittendi; niſi ſpecialiter illis hoc prohibitum iure caueatur: prohibetur autem primo criminoſis perſeuerantibus; ſecũdo infamibus perſeuerantibus in criminibus; tertio excõmunicatis; quarto illis, qui non præmonuerunt; quintò conſpiratoribus.

Marginalia: c. Cum dilectus extra de accuſ. — Specul. — Pan. Auctor. — Auctor.

Vtrum iudex teneatur omnem denunciationem euangelicam ſibi factam admittere. Cap. Nonum.

Præ-

Prælatus non poteſt punire fratrem denunciatum de crimine ſibi denunciato ex ſola denunciatione: ſed tantum ipſum monere. concl. 1 & 2.

Prælatus quid faciet, denunciato ſibi crimine aliquo. concl. 3.

Cum omnibus iudicio ac rationis lumine fulgētibus pſpicuum ſit, in quolibet iudicio cōcurrere tres pſonas neceſſario: quod & in iudicio adminiſtrādo (cum per uiā denunciationis euangelicæ proceditur,) idem contingere neminem fugit. ea propter, cum in præcedentibus capitulis uerbum ſit factum de perſona denunciantis, & denunciandi: inde neceſſario ſubſequitur in præſenti capitulo ſermo de perſona iudicis, cui fit denunciatio iſta euangelica: & circa receptionem denunciationis iſtius, & de modo, quo uti debet iudex, tam in receptione, quàm in procedendo contra denunciatos. & ut facilius ueritas concluſionis huius omnibus pateat, & memoriæ commendari queat; operæpretium duxi, more ſolito, illi ſatisfacere nonnullis concluſionibus.

PRIMA ERGO CONCLVSIO ſit hæc.

Propter denunciationem factam p̄lato de crimine fratris, quod probari non poteſt, Prælatus non poteſt procedere cōtra denunciatum ad pænitentiam ei imponendam, quia non debet credere illi denuncianti, etiam ſi talis eſſet epiſcopus; ſed ſolum ad eū monendum ſecrete procedere debet, ut ſe corrigat, & ad blando eloquio hortandum illum ad pœnitentiam agēdam de commiſſo crimine, & ad cauēdum illi, quantum ipſe ſine ſcandalo poterit, ne rurſus peccatum iteret. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per tex. in c. ſi tantum 6. q. 2. & eſt concilij Varenſis, ubi hæc habentur in forma, videlicet; ſi tantum epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouerit, quamdiu probare non pōt, nihil proferat; ſed cū ipſo ad cōpunctionē eius ſecretis correctionibus elaboret: quòd ſi forte correctus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicè ingeſſerit, ēt ſi epiſcopus in redarguendo illum, quem reum iudicat, in probatione deficiat, indemnatus (licet his, qui nihil ſciuerunt, ſe gerere ad tempus, pro perſonæ maioris auctoritate iubeat) ille tamen, quamdiu nihil probare poteſt, in omnium, præterquam eius, qui eū reum iudicat, permanebit. hęc ibi. probatur quoque per tex. in capitulo placuit, videlicet. 6. q. 2. & eſt concilij Africani, ubi hæc habētur: placuit, ut ſi quando epiſcopus dicit aliquem ſibi proprium crimen fuiſſe confeſſum; atque ille neget, non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur, & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare; quamdiu excommunicato non communicauerit ſuus epiſcopus; tādiu eidem epiſcopo ab alijs non communicetur epiſcopis, ut magis caueat epiſcopus, ne dicat in quē quam, quod alijs documentis conuincere non poteſt. hæc ibi. & in c. erubeſcant, diſt. 32. & eſt Vrbani Papæ, dicitur. de manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum autem & cognitor Deus & iudex eſt: & in c. plerumque 2. q. 7. & eſt S. Aug. dicitur; boni uiri propterea ſufferunt aliorum peccata, quia ſępe deſeruntur a publicis documentis, quibus ea, quæ ipſi ſciunt, iudicibus probare non poſſunt. hæc ibi: ex quibus omnibus iuribus patet ueritas cōcluſionis. probatur & ſecundo auctoritate omnium doctorum canoniſtarum & gloſarum in dictis iuribus, & etiam auctoritate Gabrielis Biel, & multorum doctorum, qui fuerunt adducti in concluſione quarta capituli ſexti præſentis tractatus de denunciatione. §. quis denunciare poſſit, in ver. euan-

c. Si tm̄ 6 q. 2.

Placuit 6. q. 2.

c. Erubeſcat. diſ. 32.

c. plerūque. 2. q. 7.

Canon.

Specul. euangelica eſt quę. probatur & tertio ratione: quoniam ſi non eſſet uera noſtra concluſio, ſequeretur, ꝙ prælatis Auctor. paſsim liceret iniungere pęnitētias ſine cauſa, & expellere ſibi ſubditos, ſine cauſę cognitione, a communione fidelium: & ſic multa mala inde orirētur. quæ profecto prouidēs Dominus noſter conſulte uoluit ordinem perſcribere correctionis fraternæ; ut poſt quā probatur fratris crimen, dicatur prælato, ut iudici, quia licet prælatus hoc ſciat, ut perſona priuata; non idcirco poteſt fratri peccanti iniungere pęnitentiam neceſſario ab ipſo acceptandā; cum hoc ſolum ſit iudicum, & non perſonarū priuatarum; maxime quòd iudex dicitur a ius dicendo: quapropter tenetur iudicare ſecundum allegata, & probata in ſuo tribunali, in quo ſibi ius dicere datum eſt, & non alibi uel aliter.

SECVNDA CONCLVSIO.

PRælatus, cui fuit facta denunciatio de fratris crimine; & illo coram eo legitime probato; nec non ordine euāgelico ſeruato, debet uocare denunciatum, & illi dicere; quid reſpōdes ad ea, quæ contra te coram me ſunt producta? & deinde debet recipere debitas probationes, & exceptiones: uel ſaltem ipſe denunciatus debet promittere emendationem vitæ; & pœnitere, ſi poteſt abſque alterius pęne incurſione: quia ſi eſſet intruſus in beneficio, non poſſet dici emendatus; niſi priuetur beneficio, quod ſine peccato tenere non poteſt de iure. ſed ſi nollet ſe corrigere; poterit illum pręlatus excommunicare, ſeruato tamen ordine iuris, videlicet: ut ante excommunicationis fulminationem illū ter moneat: ut in c. ſacro. extra de ſententia excom. hæc concluſio probat quatruplici medio, videlicet: iure diuino, poſitiuo, doctorum auctoritate, & rationibus. ſed quoniam Pan. ipſe prædictis omnibus medijs hanc concluſionem probat: iccirco operæpretium duxi ſententiam ipſius de uerbo ad uerbum referre, ut magis ueritas eluceat; quapropter ſciendum, quòd Pan. in c. nouit extra de iudicijs col. 19. his uerbis utitur; Pan. ſi uerò peccatum eſt publicum, tūc dicit Dominus Antonius, quòd poteſt adhibere prædicta remedia; & etiam publice citare eum: ſed per hanc uiam non debet ſententiare eum ſpecificè; quia hæc non eſt uia omnino iudicialis; nec denegantur alia remedia iudicialia: & forte ſecundum eum poterit denegare ſacram. ſi apparet de impænitentia, ex quo perſeuerat in crimine. aduerte, quia dominus Ant. diſcrepat a dicto Io. And. in duobus. primo, quòd non poſsit iudex per hanc uiam denunc. euang. aliquā ſniam ferre in denunciatum: ſecundo, quia uidetur omnino negare, quòd poſsit priuari officio, uel beneficio; licet non poſsit aliter pœnitere; ſed debet procedi alijs remedijs iuris. ego uero teneo cum Ioan. And. quòd poſsit excommunicare, & aliam cenſuram Eccleſiæ exercere in denunciatum, ſi non uult ſe corrigere: & ſi aliter non poteſt pęnitere, niſi priuetur officio, uel beneficio, poterit illo priuari. & ꝙ poſsit fieri priuatio, ſi aliter non pœniteat, probo tali ratione; licet Io. And. nihil inducat: iſte denunciatus eſt habendus pro ethnico, & publicano; & ſic tanquam gentilis: ergo beneficium ſibi dimittendū non eſt: arg. in c. quo iure diſt. 8. in c. ſi qui preſbiteri. diſt. 81. & ſi uult a peccato deſiſtere, non poteſt, niſi dimittat beneficium, ſi tale eſt crimen, quòd impediat retētionem beneficij uel officij: ergo beneficio priuari debet; licet ad hoc expreſſe, & directe actum non ſit: arg. optimum in c. inq. extra de accuſ. in principio; nec dicitur pœnitere, niſi beneficium & officium dimittat ſecūdum qualitatem criminis: & ſi nō uult pęnitere, habendus eſt tanquam gentilis, & publice peccans: ergo beneficiū

ſibi

ſibi dimitti non debet, ut in c.inter dilectos, extra de exceſsib. prael. ubi dicitur, quòd collatio beneficij facta omnino caſſari debet. quod autẽ poſſit excommunicari; uel alia ſententia cẽſuræ præcelli, aperte ſentiunt Io.An. & Hoſt.in hoc, uidelicet: in d. c.nouit, extra de iudicijs, in uer.audierit: qui ſubaudiunt, quòd propter hoc ipſum, quia noluit obtemperare Ecc. eum excommunicauerit, & ſic excõmunicatus ſteterit; quaſi dicant, quòd ſi denunciatus non uult deſiſtere a peccato, ad requiſitionem Eccleſiæ debet tunc excõmunicari: & tunc habẽdus eſt ut Ethnicus, & publicanus: licet ipſi nihil inducant. tamen hoc primo probo per c. multi.2.q.1.ubi patet, quòd quantumcumque quis ſit peccator, nõ debet regularirer euitari; niſi prius ab Eccleſia amoueatur, ſcilicet, per cenſuram ecc. non enim tenemur euitare aliquem ex ſola contumacia in non ueniendo uel non parendo, niſi ſequatur ſententia cenſuræ. arg. in c.1. ſupra eo. & 11.q.3. c. excommunicatus in ℣. cum excõmunicato: unde cum hic dicatur, quòd ſit habẽdus, ſicut Ethnicus & publicanus, q. Eccleſiam non audierit, debet intelligi poſt ſententiam cenſuræ, quæ debet ferri in non uolentem ſe corrigere, ut in c.cęterum. 11.q.3. item expreſſe facit litera in uer. cum enim: ubi præmiſſa forma euang. dicit, quòd ad Eccleſiã ſpectat de quolibet peccato corrigere quemlibet Chriſtianũ; & ſi correctionẽ contempſerit, per diſtrictionem eccle. debet cohercere, & ſic excommunicare etiam ſpiritualiter. quòd clarius indicant uerba ſequentia; dum innuunt, quòd nõ eſt aliter procedendum cum magno, q̃ ꝙ cum paruo, ut in c.maioribus. extra de præben. & ſic loquitur de proceſſu ſpecifice faciendo in perſonam denunciati. Item iſte non eſt omnino forus pęnitentialis, cum exigãtur teſtes, ut hic. & in c.in omni extra. de teſtibus. poterit ergo procedere ad cenſuram. nec obſtat, ſi dicatur, quòd tempore, quo dixit Chriſtus illa uerba, ſi peccauerit, &c. non erat forma excom. quia licet non eſſet forma ſpecifica: tamen debebat intelligi, quòd Eccleſia declararet illos incorrigibiles, & ex Eccleſiam poſitos, tanquam gentiles & publicanos. quod hodie in effectu facit excommunicatio. hęc omnia Pan. ubi ſupra.

TERTIA CONCLVSIO continens modum receptionis denunciationis huiuſmodi, quæ eſt recipienda a prælatis.

Denuncians aliquid de ſuo prælato uel de aliqua perſona, adiẽs ſupremum prælatum pro tali denunciatione facienda, debet interrogari a dicto prę lato; an uelit ipſum prælatum accuſare. & ſi dixerit, ꝙ ſic, cogitur libellum accuſationis formare, & in illo ſe inſcribere ad pœnam talionis, ac deinceps illum porrigere prælato, ut olim fiebat; licet modo ad hoc non teneatur, ut probatum fuit in tractatu de accuſat. cap. 7. ſi uerò reſpondeat ille dicens; Nolo, domine, accuſare, ſed ſolũ, quòd contra eum inquiratur, ut poſt modum per ſecretam correctionem frater ſaluetur, eo quòd dñe mi & ego eum uobis denuncio ad hoc tantum: tunc dicet prælatus; obſeruaſti ne præceptum ac ordinem euangelicum in corrigendo fratrem tuum, an non? tunc, ſi dixerit & probauerit per teſtes ipſe denunciator de ſeruato ordine euangelico, ſupra adducto a nobis, prælatus illius denunciationem admittat, & denunciatum corrigat per ſe uel per tertiam perſonam; niſi conſtet ſibi, denunciatorem eſſe perſonã inhabilem ad denunciandum iux. adducta in præcedẽti capitulo. ſi uerò ille dicat; nolui ſecũ obſeruare, huiuſmodi ordinem pp talem & talẽ cãm; tunc prælatus, ſi uiderit rationabiles fuiſſe cauſas, quibus motus ille denunciauit non præmiſſa monitione iuxta præadducta in capitulo 5. tunc

illam admittat. ſi uerò cauſæ ſunt friuolę, dicat denunciatori.tuam denunciationem,frater mi, nō poſſum admittere:quia hoc mihi præcepit implicite Dominus Ieſus; & explicite tex.in c. cum dilectus.extra de accuſ.ſed denũciatus ſit procul a prælato, cui fuit facta denunciatio & probatio a denunciatore de delicto,& de monitione ſeu ordine euangelico, ſeruato cum huiuſmodi denunciatore:tũc prælatus alicui prælato uel alteri perſonę, ad ad hoc idoneæ, præcipiat, ut accedat ad denunciatum; & dicat ei. Domine epiſcope, ſi ſit epiſcopus, talia de uobis fuerunt Summo Pontifici nunciata. & tunc ſi talis denunciatus illa confiteatur;& correptionem ſeu emendationem ſpondeat, non erit procedendum ad ulteriora; cum denunciationis euangelicæ ſcopus ſit correctio ſeu fratris emendatio,ut in c.ſuper his & c.qualiter & quando, el ſecundo eꝫ. de accu.cum,quicquid agatur,propter finem fiat; quo adepto ultra procedere fruſtratorium eſt & u anum. ſi uero delicta denunciata denegabit denunciatus; tunc is,cui commiſſa eſt correctio illius, inquiret & ipſe de ueritate, & quòd nō ſe emendauit: quia inuēta, illum per ſemet corrigat iux. regulam aſsignatam,& probatam in pręcedenti ſecunda concl. qa, utſupra probaui, denũciatio ad correctionem ſit:& hoc, niſi tale ſit crimē,quòd etiam poſt peractam pęnitentiam impediat off.executionem;quia tunc debet omnino deponi; licet denunciator ſolum intenderit correctionem,& illam expetierit,ut fuit probatum ſupra in præcedenti ſecunda concl. hæc oīa fuerunt probata in pręcedentibus concl.& in preadductis capitulis p̄ñtis tractatus de denũciatione euang. & per doctores & canones ibi adductos. & hæc dicta ſufficiant pro præſenti capitulo; atque ut tandem finis ſit impoſitus huic primo tractatui de denunciatione euangelica &c.

De denunciatione iudiciali tantum.

Denunciatio iudicialis tantum quotuplex ſit. Cap. I.

Expleto ſermone de prima ſpecie denunciationis, quæ euang. a doctoribus appellatur, meritò ſubſequitur ſermo de denunciatione iudiciali; quæ inter denunciationis ſpecies ſecundum, & non primum obtinet locum:cum illi denunciationi,quæ a Domino inſtituta fuit, debeať primus locus;& ſecundus huic iudiciali;cum iſta ſit inſtituta a Vicarijs ipſius in terra tam in tēporalibus, q̃ in ſpiritualibus: ut eſt Summus Pontifex, & imperatores & reges; maxime cum finis euang. denunciationis ſit emendatio fratris, & ſalutis aīe redemptio: finis huius uerò iudicialis denunciationis recuperatio temporalium,& pax extrinſeca eſt,ut infra patebit.& ut in hac materia gradatim oīa digna ſcitu in medium producantur,in p̄ñti capitulo ſermo erit habendus de quotuplicitate denunciationis iudicialis.quapropter concl.unica p̄ñti ſatisfiet quæſtioni.

Denunciatio iudicialis eſt duplex.

VNICA CONCLVSIO.

Denunciatio iudicialis eſt duplex; alia,quæ dr̄ denunciatio iudicialis publica;& alia, quæ dicitur denun.iudicialis priuata. hæc concluſio probatur auctoritate omnium doctorũ canoniſtarũ in c. nouit, extra de iudicibus;& ſignanter auctoritate Specul.in titu.de denunciatione:quis denunciare poſsit i ℣.iudicialis uero ſubdiſtinguitur per Pa. in d.c.nouit.col.20.in ℣. nunc deſcendēdo ad iudicialem:& nota, ꝙ dicitur iudicialis eo, ꝙ fuit facta in iudicio, ut in ea iudicialiter procedatur;licet non uſque quoq;, ut docet Pan.ubi ſupra. col.26.in ℣. ult. pōt De-

Specul.

Pan.

Denunciatio iudicialis publica qua dicatur. Cap. I I.

CVm in præcedenti capitulo fuerit
probatum, denunciationẽ iudicia-
lem diuidi in publicam & priuatam; ut
gradatim procedatur, operæpretium
duxi in pñti capitulo inueſtigare; quæ
denunciatio iudicialis dicatur publi-
ca; & ubi de iſta fiat mentio in iuribus:
cui quæſtioni ſatisfaciendũ duxi uni-
ca concluſione, ut ueritas huius con-
cluſionis pateat.

Denunciatio iudicialis publica quid ſit.

VNICA CONCLVSIO
ſit hæc.

DEnunciatio iudicialis publica di-
citur illa, quæ competit alicui ex
officio puro & mero, in qua nõ requi-
ritur monitio: ſed iudex ex officio ſuo
uel per denunciationem ſuorum of-
ficialium in ea procedit: & habet locũ
in notorijs ac occultis, ut infra proba-
bitur. c. duodecimo per totum. hæc con
c. Rom. cluſ. probatur triplici medio. primo p
§. ſanè. tex. in c. Romana. §. ſane ex̃ de cẽſib. in
CẽſI 6. 6 ubi inter alia loquens tex. de iudice,
hæc dicit: ꝙ ſi de aliquibus orta fuerit
infamia contra eos, ordinarijs ipſorũ,
ut ſuper his ſolenniter inquirant, de-
nunciet, ſi uiderit expedire. hæc ibi,
ex cuius uerbis elici uidetur, ꝙ iudex
ex officio ſuo denunciare poteſt cri-
mina inuenta ex generali ĩterrogatio-
ne ordinari s, quorũ diœceſim uiſitãt ſi
ipſi uidebitur: quia alias non: idcirco
ſubdidit tex ibidem: notoria uerò cri-
mina, quæ examinatione nõ indigent;
cũ ſuper his merito notari poſsit or-
dinariorum negligentia, libere corri-
gat, pœnam pro illis debitam iniungẽ-
c. ea qui do. hæc ibi. & eadem concluſio, quo ad
dem. c denunciationem officialium, probatur
per tex. in l. ea quidem C. de accuſ. & in de accu.
c. nullus aliquando. 4. q. 4. ubi hæc ha- c. Null'
bentur, videlicet: aliquando etiam ſine §. aliqñ
inſcriptione accuſatio fieri poteſt. ea 4. b 4.
enim, q̃ per officiales præſidibus nun-
ciantur, ẽt citra ſolennia accuſationũ
poſſe perpendi, incognitum non eſt. ꝓ-
batur quoque pñs concl. & 2. auctori-
tate doctorum, de quorum numero nõ
eſt Spec. in titu. de denunciatione in V̄. Specul.
pub. iudicialis dr̃ illa; Pan. in d. c. nouit
col. 2. in V̄. nunc deſcendendo: qui quo Pan.
que dicit, quòd hodie ĩductum eſt unũ
nouum ꝑ extrauag. ad reprimendum,
ut in crimine leſæ maieſtatis poſsit ꝓ-
cedi per denunciationẽ factam a quo-
cunq;. & dicit ibi Pan. quòd iſte denũ-
ciator habet uim cuiuſdam mandato-
ris ſeu accuſatoris: & ideo deſiſtẽs in-
cidit ĩ Turpillianũ. ff. ad Turpillianum.
l. 1. §. incidit. & de hoc eſt ibidem dicẽ-
dum, ut plene notatur per Bar. glo. ĩ di-
cto. § aliquando huic cõcluſ. ſe ſubſcri
pſit in ver. per off. infraſcriptis uerbis
utens, videlicet: hoc exemplum ualet,
quia ibi non fit accuſatio: loquit̃ enim
in notorio crimine iſta lex, ꝙ ſolũ of-
ficiales denũciãt: ſi enim denũciat of-
ficialis, aliud crimen non creditur ei,
niſi probet legitime: ut in l. ea quidem.
C. de accuſationibus. probatur & Auctor.
tertio hac ratione: cum enim illa di-
cenda ſint publica, quæ non ſunt pri-
uata; & iudices, & eorum officiales nõ
ſint perſonæ priuatæ ſed publicæ: eo ꝙ
tenentur oĩbus indifferenter iuſtitiam
adminiſtrare; inde ſequitur, ꝙ denun-
ciatio iudicialis publica meritò dicẽ-
da ſit illa, q̃ competit alicui ex officio.

Denũciatio iudicialis priuata quid ſit.. Cap. III.

SErmone breui habito de denuncia-
tione iudiciali publica, loquendum
nobis eſt aliquantulum de denuncia-
tionis iudicialis priuatæ quidditate;
cui quæſtioni unica concl. ſatisfiet.

VNICA CONCLVSIO ſit hæc.

Denunciatio iudicialis priuata dr̄ illa, q̄ competit læſo propter priuatum intereſſe. hæc concluſio probatur
Specu. auctoritate Specul. in titu. de denunc. §.quis denunciare poſsit.in ver.priuata uero iudicialis:ubi exemplificat cõcluſ.his uerbis: ut ſiquis mihi iniurietur, uel rem meam a me auferat. Pan.
Pan. quoque pñti concl. ſe ſubſcripſit in c. nouit, ex̄ de iudic. in col. 20.in §.iudi-
Marant. cialis uerò priuata. Robertus Marantha quoque hoc dicit in ſua practica in titulo eo.in §.expedita col.2.

Denunciatio iudicialis priuata quot modis expediatur. Cap.IIII.

Denunciatio iudicialis quibus modis expediatur.concl.1.

Denunciatio iudicialis priuata quid neceſſario requirat.concl.2.& concl.3.

Cum nõ unico modo expediatur proceſſus inchoatus per uiam denunciationis iudicialis priuatæ; meritopoſt inueſtigationem quidditatis ipſius denunciationis ſubſequitur ſermo de modis, quibus põt procedi per uiam dictæ denunciationis quapropter nonnullis concl. præſenti quæſtioni ſatisfiet, quarum prima erit infraſcripta.

PRIMA CONCL. SIT HAEC.

Denunciatio iudicialis priuata, ſeu cauſa, quæ agitatur per uiam denunciationis iudicialis priuatæ,expeditur duobus modis: uno modo in foro ciuili, ſeu ſeculari:alio in foro canonico.i.ecc.hac concluſio probatur Specul. & Pan. auctoritate in præcedenti concluſione p̄cedentis Cap. adducta.

SECVNDA CONCLVSIO.

Denunciatio iudicialis priuata, q̄ expedit ĩ foro ciuili ſeu ſeculari, neceſſario non requirit, q̄ illi præcedat monitionis probatio. & habet locum,cum oppreſſus nequit agere contra opprimentem ordinarie;quia tunc expeditur de plano, ut puta, quia denuncians oppreſſus eſt ſeruus, uel alterius poteſtati ſubditus, ut in.§. penult.Inſti. de his,qui ſunt ſui uel alieni iuris:& idem dr̄ in monachis & commiſsis conquerentibus de iniuſtis grauaminibus ſuorũ prælatorum;per hoc, quod notat Inn.in c. inſinuante ex̄: qui clerici uel uouentes. & idem dr̄ in his, quæ ſpectant ad forum uenale: ut res uẽdantur iuſto prætio, de quo eſt textus in c. 1. ex̄. de empt. & uend.& idem iudicium erit habẽdum in ruſticis oppreſsis,ut in l. nec §.de plano. ff.de officio proconſulis. quid autem importet uerbũ, de plano, reperies infra in lib.6. titu. de modo proceden. ſummarie &c.cum fiet ſermo de modo procedẽdi ſummarie & de plano. hæc cõcl. probatur duplici medio. & primo auctoritate Specul. & Pan. ubi ſupra. ſecundo & hac rõne: cum nullo iure reperiatur cautum, quòd neceſſario denunciationi huic debeant præcedere monitiones;inde ſequitur, quòd ad p̄mittendas illas nemo teneatur: cũ hæc denunciationis ſpecies non ſit introducta ad procurandam fratris emendationem; at potius ut probauimus, ad damni illati proximo ſatisfactionẽ: licet de bene eſſe ſeu de conſilio ſit pręmittenda monitio.

Specul. Pan. Auctor.

TERTIA CONCLVSIO.

Denunciatio iudicialis priuata,quæ expeditur in foro canonico ſeu eccleſiaſtico,neceſſario non requirit, monitiones p̄ceſsiſſe: expedit tñ d̄ plano. hæc cõcluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in c.nouit extra de iud.

ditijs

ditijs in fine literę;ubi dicitur de plano cognoſcāt;& in principio literę dicitur de præmiſsione monitionis: probatur Pan. & ſecundo auctoritate Pan. in dicto c. nouit col. ſecunda, ubi ſupra; qui ait hanc opinionem eſſe quoque Ioannis And. & communiter doctorum. colligendo ergo breuiter dicta in unum, dico; quòd duobus modis expeditur cauſa, quæ agitatur per modum denunciationis iudicialis priuatæ: primo in foro ſeculari; & ibi neceſſario non requiritur monitio: ſecundo in foro canonico, & in illa denunciatione requiritur.

Vtrum omnes admittantur ad denunciationem iudicialem priuatam faciendam. Cap. vnicum.

POſtquam in pręcedenti capitulo allatum fuit, quid ſentiendum videatur de modis, quibus expediātur cauſæ agitatæ per uiam denunciationis iudicialis priuatæ: modò ſubſequi ſermo debet de qualitate eorum, qui admittendi ſunt ad huiuſmodi denunciationem; & qui non & huic quæſtioni ſatisfiet unica concluſione.

CONCLVSIO VNICA ſit hæc.

AD deñūciationem iudicialem priuatam peragendam admittuntur omnes, etiam infames & criminoſi: ſed non excom. maiori excommunicatione. hæc concl. probatur duplici medio; primo enim probatur auctoritate Pan. ſequentis ſententiam Io. And. in c. nouit, extra iudicijs. cuius opinionem ipſe Pan. adducit in dicto c. nouit col. 14. Pan. in uer. gloſa ult. quærit, ubi hæc dicit; in iudiciali uero, de qua intelligit Io. And. hanc literam loqui, putat ſecus: in hac. n. & criminoſus audietur; niſi forte excōm. obſtaret: ut in c. 2. & fin. extra de ordi. cognit. probatur & ſecūdo hac Auctor ratione; cum enim unicuique liceat in iudicio proſequi, ac petere ſatiſfactionem de damno paſſo, eo qui nemo inuitus tenetur ſua alteri donare uel indebite iniurias perpeti: inde ſequitur, quòd unicuique hanc denūciationem facere fas ſit; ut etiam patebit alia ratione, quā adducam in ſubſequēti cap.

Vtrum iudex eccleſiaſticus indiſtincte admittat hanc denunciationem iudicialem priuatam. Cap. VI.

HAbito ſermone de perſona denūciantis breuiter erit loquendum de recipiente huiuſmodi denunciationē; an illam indiſtincte admittere iudex debeat. quapropter unica concl. reſpondebitur.

VNICA CONCLVSIO.

QVamuis iudex eccleſiaſticus indiſtincte admittat denunciationē euang denunciationem tamen iudicialem priuatam indiſtincte admittere non poteſt; ſed ſolum in defectum iuſt. uel ſi crimen de ſua natura eſt eccleſiaſticum; uel ratione pacis, uel iuramenti; uel quando crimen eſt notoriū; uel quando non auditur in foro ſeculari, ut quando obligatio eſt naturalis tātum. & hæc concl. eſt uera de iure cōmuni: hodie tñ non eſt in uſu, ut patet ex adductis infra in c. decimo. & ſequētibus uſq; ad finem pñtis opuſculi de denunciatione; cum mos uigeat in curijs indiſtincte admittendi ſimiles denunciationes iudiciales, tam in foro ecc. quàm ſeculari; & in unoquoq; foro iux. caſum incidentem: nam ſi crimen eſt eccleſiaſticum, hanc denunciationē recipiet ecc. iudex: ſi uero ſeculare; tūc

laicus iudex cognoſcet.hæc concl.probatur duplici medio.primo auctoritate Pan.in c.nouit,extra de iudicijs,col. 23.in uer.ad hunc deſcendendo in fine. probatur & ſecundo hac ratione ſecũdum eundem Pan. ibidem; ſi enim indiſtinctè admitteretur hęc iudicialis denunciatio, iam periret temporalis gladij iuriſd. & omnis cauſa deuolueretur ad forum ecc. quod non eſt dicẽdum, ut patet in dicto c. nouit in ver. non enim ubi dicitur: non.n.intendimus iudicare de feudo,cuius ad ipſum ſpectat iudicium. & idcirco bona eſt concl. quæ habet; quòd tantum in aliquibus caſibus iudex eccleſiaſticus poſsit procedere.

De denunciatione Canonica.

Denunciatio canonica quotuplex ſit; & quare ita dicitur; & quid ſit unaquæque earum. Cap. I.

Denunciatio canonica unde dicatur. concl. 1.
Denũciatio canonica ſpecialis quę ſit.conc.2.
Denunciatio canonica generalis & publica quæ ſit.concl.3.

CVm denunciatio, quæ a, doctoribus canonica dicitur, tertium ſpeciei denunciationis ſibi uendicet locum; merito tractatum de denunciatione iudiciali, quæ inter denunciationes ſecunda reperiſt in ordine, ſequitur ſermo de denũciatione,quæ canonica a doctoribus appellatur.ut añt nõnullas q̃ſtiunculas no tatu dignas gradatim examinemus, operæpretium duxi in pñti capitulo quærere; quotuplex ſit iſta denunciatio; & quare ita dicatur. quapropter, Deo dante, ſatisfaciam præſenti quæſtioni nonnullis concluſionibus.

PRIMA ERGO CONCLVSIO. ſit hæc.

TErtia ſpecies denunciationis, quę uocatur canonica, idcirco dr̃ canonica, quia a canonibus inuenta eſt; licet habuerit ortum ſecundum Inn. a lege ueteris teſtam. & iſta eſt duplex: alia enim dr̃ denũciatio canonica ſpiritualis; & alia dr̃ denun.canonica generalis.hæc concl. probatur auctoritate Pan.in c.nouit.extra de iudicijs.col. 26.in uer.ult.poteſt quæri,ibi; & eſt tertia ſpecies denunciationis. Pan.

SECVNDA CONCLVSIO.

DEnunciatio canonica ſpecialis dr̃ illa,quæ competit illi ſoli, cuius intereſt habere prælatum bonum eccle. ſubditum: & fit ad hoc, ut quis ab off. remoueatur,& illi præmittere opus eſt binam monitionem. hæc concl. probatur auctoritate Specul. in titu.de denunciat.in. §. quibus poſsit denunciare,in ver. canonica quoque denunciatio;& Pan.in dicto c. nouit.col. ultima: licet Specul. ibi dicat,neceſſe eſſe trinã præmittere monitionem iſti denũciationi;quod Pan. negat,cuius ſententiã ſequor, eo quòd tex. in dicto c. nouit. loquens de monitionibus,quæ debent præcedere denunciationi, aperte concordat cũ Pan. cum adducat Dñi præceptum,in quo tm̃ reperitur,quòd duplex monit. debet præcedere denunciationi; & alicui alio iuri non innititur ſententia Specul. uel dic melius,ſecundum Prępoſitum in c.de accuſatione.2.q.8.in col.164.adductum a Io.Berardino Diaz in ſua pract. crim.canon. in c.6. ꝙ denũciatio eſt criminis alicuius apud iudicem competentem per off.ad hoc deputatum facta delatio ad pęnam eidem inferendam. competit enim hæc, propriè loquendo,ex mero iudicis off. procedentis in ea ad denũciationem ſeu promotionem ſuorum officialium ſecundum doctores. & elicitur hæc deſcriptio ex Lea quidem. C.de accuſationibus.& c. epiſcopus in ſynodo. 35.q.6. & l.diuus.ff.de cuſt.exhibit.reorum. & ex c. præter ea. extra de teſtibus cogen.

Spe cul.

Pan.

TER-

TERTIA CONCLVSIO.

DEnunciatio canonica generalis & publica dr̃ illa,quæ fit, cum agitur de matrimonio impediendo uel diſſoluendo; uel cum agitur de peccato in iudicio eccl. corrigendo: in quo aliquod priuatum non includitur intereſſe. hæc concl. probatur auctoritate Specul.ubi ſupra, & Pan.ubi ſupra.

Vtrum ad denunciationẽ canonicam faciendam quilibet ſit admittendus. Cap.II.

VIſis his in præcedẽti capitulo,quæ ad declarationẽ deſcriptionis denũciationis canonicæ uidebant opportuna: idcirco in pñti c. ſermo erit habẽdus de denunciatoris perſona.quapropter quæritur, an quilibet ad hanc denunciationem ſit admittendus.& ut facilius ueritas quæſtionis magis eluceat, pſenti quæſtioni duabus cõcluſionibus ſatisfaciam.

Ad denunciationem canonicam faciendam qui admittantur.concl. 1.& 2.

PRIMA ERGO CONCLVSIO ſit hæc.

AD denũciationem canonicam ſpecialem faciendam admittuntur ſolum, qui admittuntur ad accuſandum. hæc concluſio probat̃ auctoritate Specul.in titu de denunciatione, in.§.quis poſsit denũciare,in ver. canonica.quoque denunciatio: qui doctor probat ſuam ſniam per tex. in c. cum dilectus, ex̃ de accuſ. in quo a denunciando repelluntur publici concubinarij, excõmunicati & conſpirantes; & ij,qui non præmonuerunt. probat quoque hac ratione idem doctor dicens; ꝙ ideo uera eſt hæc concl. quia hæc denunciatio & accuſatio æquiparantur,ut in c.conſtitutis el 2.§.finali, ex̃ de appella. ubi dr̃:ſed in modum denunciationis uel accuſationis. hæc ex illo.ſed nota, ꝙ multi ab accuſatione repelluntur: de quo dic,ut dixi, in tractatu de accuſationibus. capitulo ſecundo libri 1.fol. & ſequentibus. (margin: Specul.)

SECVNDA CONCLVSIO.

AD denũciationem canonicam generalem & publicam faciendam admittitur etiam, qui ab accuſatione repellitur.hæc concl. probatur triplici medio:primo per tex. in c.ad diſſoluẽdum,extra de deſponſat.impub.ubi dicitur; nullo excepto, datur facultas denunciandi conſanguinitatem, ut matrimonium contrahendnm iuterdicatur; & in c. præterea el 2. eo. titu. admittitur denunciatio perſonæ confitentis ſuam turpitudinem ſecrete ipſi iudici, ut impediatur matrimonium. probatur & 2. auctoritate Specul. ubi ſupra. probatur & tertio hac ratione: cum.n.unicuique Deus mandauerit de proximo ſuo; inde fit,ut unusquiſque admittatur ad denunciationem hanc; cuius ſcopus eſt, impedire peccatum cõmittendum in contrahendo in gradu prohibito. (margin: In c. ad diſſoluẽdam ex. de deſpõ impub.; Specul. Auctor.)

Vtrum quilibet ad denunciationem canonicam generalem & ſpecialem faciendam teneatur. Cap.III.

CVm ex productis in præcedẽti capitulo poſsit quis ambigere; an omnes ad hanc denunciationem faciẽdam teneantur, eo ꝙ ex ipſa procuret bonum fratris, & impediatur peccatũ committendum; & ut nihil intactum remaneat in hac materia, unica cõcluſione præſenti ſatisfaciam quæſtiõculæ;præmittendo tamen illi uarias doctorũ ſententias. quapropter ſciendũ, quòd prima opinio eſt Inn. in c. nouit. extra de iudicijs,ut refert Pan.ibidem,

columna ultima; qui Innocen. his utitur uerbis, uidelicet: iſta denunciatio canonica eſt de crimine committendo, ut, ſcilicet, ab eo deſiſtatur: & de hac loquitur tex. in c. ad diſſoluẽdum, extra de deſponſ. impub.& in criminibus perpatratis, ſi recipiunt augmentum per multiplicationem actuũ, uel propter continuationem iniuriæ; ſicut eſt, quando quis perſiſtit in iniuria rapinæ. & ad hanc quilibet tenetur, quando credit proficere ſuam denunciationem; & ipſi denunciatori non eſt graue nimis denunciare; & ſic loquitur tex. in c. hoc uidetur. 22.q.5. ubi hæc dicuntur inter alia: uidetur mihi, quòd ſe ab hoc peccati abſoluat uinculo, ſi indicet talibus, qui magis prodeſſe poſſunt, quàm obeſſe periuro, ſiue eum corrigendo, ſiue Deum pro eo placando. hæc ibi: qui tex. loquitur de eo, qui ſcit aliquem uelle peierare. ſequitur Innocentius: & quando nimis graue eſſet denunciatori, ſi propter hoc deberet deſiſtere à ſuis negotijs; uel ſi propter hoc deberet incurrere inimicitias, uel alia pericula. quamquam enim bonum ſit denunciare; ob hoc tamen in huiuſmodi caſibus quis non arctatur; ſicut nec ad alia pia opera; niſi quando ſic ſe offert opportunitas, uel

Secũda opinio

commoditas proficiendi. alia opinio eſt dicentium, quòd quemlibet teneri denunciare, locum habeat in denunciatione canonica publica; quia ad denunciandum ad pœnam inferendam non arctatur aliquis, cum ſubſit remedium denunciationis euangelicæ; ubi tantum agitur ad pœnitentiam, & non ad pœnam: & idcirco ad ipſam euangelicam denunciationem quilibet tenentur. & huic opinioni ſe

Pan.

ſubſcripſit Pan. in dicto. cap. nouit columna ultima dicens, huius etiam opinionis eſſe dominum Antonium de Butrio.

CONCLVSIO VNICA.

AD denunciationem canonicã ſpecialem faciendam; nec non ad generalem nemo tenetur: ſed ſufficit omnibus, ut faciant denunciationẽ euangelicam. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo auctoritate doctorum ſecundæ opinionis. Secundo & ratione; quia cum de ipſa nullum reperiatur præceptum; ſed ſolum de euangelica; inde patet, neminem obligari ad illam.

De forma denunciationis iudicialis & canonicæ in foro fori faciendæ: & quid faciet iudex ſtatim ipſa recepta; & de ipſius valore ac operatione. Cap. unicum.

Denunciare uolens crimen fratris in iudicio ad pœnam imponendam quid facere debet. concl. 1.

Denunciatio de per ſe quid operetur in iudicio. cõcl 2. & 9.10.11.12.13.14. & 15.

Iudex ecc. antequam admittat denunciationem huiuſmodi iudicialem quid obſeruare debeat concl. 3.

Iudex quid faciet, ſi denunciator probaſſet crimen; & denunciatus ſuas defenſiones. concluſio. 4.

Iudex quãdo puniet denunciatorem, reo abſoluto iuridice. concl. 5.

Iudex quando puniet denunciatorem; qui licèt multa crimina, uel circunſtantias denunciaſſet: tamẽ aliquod crimen non probauit, uel aliquam circunſtantiam ex denunciatis. concl. 6.

Iudices hodie non puniunt denunciantes ex neceſſ. off. pro calumnia præſumpta, licet bene pro calumnia uera. concl. 8.

De-

PRIMA CONCLVSIO.

DEnunciator ex officij neceſſitate vel aliter voluntarie accedens ad denunciãdum debet notificare iudici apud acta curiæ, huiuſmodi verbis vtẽs, videlicet: ego &c: denuncio &c. ꝙ die tali &c. cõmiſſum fuit tale maleficium a tali &c. & eſſe ſuper hoc informatos talem & talem &c. & ita hodie conſuetudo viget in curijs vtriuſq; fori; quando denunciator ſcit nominatim delinquentem ac teſtes criminis; nec tenebitur vlterius aliquid facere denunciator pro tunc; ſed relinquet iudici faciendum; cuius partes ſunt, ſtatim inquirere de delicto cõtra nominatum pro delinquente in denunciatione; examinãdo teſtes in ipſa denũciatione nominatos; & etiam alios, a quibus veritas haberi poſsit. & ideo, licet de iure denunciator teneatur ꝓbare vera eſſe ea, quæ in ſua denunciatione continentur, vt eſt textus in l. diuus & in l. ab accuſatione. §. nunciatores. ff. ad Turpill. tamen communis vs°, & practica hoc non admittit, vt dicit Ang. de Malef. ſcilicet in d. l. ea quidẽ nu. 23. Marian. in dicto cap. qualiter & quando el 2. de accuſ. num. 179. in fine: Cardin. Alex. in dicto cap. de accuſat. col. 68. verſic. quæro, an iſti. ſed ſufficit, vt dixi, quòd in cædula denunciationis inſcribi faciant nomina teſtium, qui dicuntur eſſe de contentis in denunciatione informati; ſi vero delictum eſt denunciatori occultum, & nomina teſtium; etiam ſufficiet ei edicendo nomina eorum, a quibus illud audiuerit: & tunc iudex faciat citari partem offenſam, vt habeat indicia; & plerumque etiam (ſi ſibi videbitur ad rem facere) mandabit ipſimet denuncianti, vt melius de geſtis ſe informet, & referat melius informatus curiæ intra biduum aut triduũ. hæc concluſio eſt Iulij Clarij in ſua pract. crimin. lib. 6. §. fin. quęſt. 7. in verſ. quæro nunc, quæ ſit forma huiuſmodi denunciationis: & etiam elicitur ex pract. canon. crimin. Io. Ber. Diaz. capit. primo.

SECVNDA CONCLVSIO.

MEmoriæ eſt commendandum, ꝙ re vera modus procedendi in huiuſmodi denunciationibus nõ eſt modus ſeparatus a modo ꝓcedendi ꝑ viã inquiſitionis; nam regulariter denunciatio nihil aliud operatur; niſi quòd ſuccedit loco diffamationis, vel quærelæ: & ſic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio contra aliquam perſonam; quando aliàs de iure non poſſet procedere, non præcedente quærela, vel diffamatione; adeoq; ita dicitur iudex procedere ex officio, quando præcedit ſola huiuſmodi denunciatio; ſicut quando ſola diffamatio: & ideo, facta denunciatione huiuſmodi, iudex ſuper ea aſſumit informationem & indicia; quibus aſſumptis, formare debet libellum ſeu inquiſitionem, in qua narrare debet: qualiter per denunciationem datam per talem de tali, die tali &c. ex offic. procedere intendit contra talem ſuper tali delicto. hæc omnia ſeruari debent non tantum in denunciatione facta ab officiali ad hoc deputato, ſeu ex neceſsitate officij; verum etiam in ea, q̃ fuit facta ab eo, qui huiuſmodi offic. non exercet. hæc concluſio probatur auctoritate Iulij Clarij in pract. crimin. lib. 5. quæſt. 7. in principio: qui vltra adducta in dicta concluſione infraſcriptis vtitur verbis ſubſequenter videlicet: & ita communiter ſeruat̃ in practica, teſte pract. Pap. in for. inquiſitionis in verſic. hæc eſt quædam inquiſitio. poſt num. 38. & ita etiam eſſe in vſu, atteſtatur Boſsius de denunciatione nu. 2. hæc ille,

TERTIA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſticus, antequam admittat denunciationem huiuſmodi, de qua ſermo habetur, debet cogere denunciantem, in ſcriptis præſentare ſibi huiuſmodi denunciationē manu propria; vel oretenus referre actuario, qui, ipſo præſente, debet illam manu ſcriptam actis inſerere; ita quòd fiſcus poſtmodum poſsit bene instructus procedere, & obtinere & contra denunciatum, & contra denunciantem in caſu calumniæ detectæ: licet infraſcriptus doctor velit, denunciantem obligari ad probandum: quod tamen hodie non ſeruatur in practica, vt infra latius habetur ſermo; ne deterreantur a principio ipſi denunciatores a denunciando; & ſic multa mala remanerent impunita defectu denunciatorum. hæc concluſio probatur duplici medio. primo enim auctoritate Ioan. Ber. Diaz: in ſua pract. canon. crim. cap.6. allegantis ad hoc etiam Lucam de Penna, in rubrica de delatoribus, lib.17.col.2.verſic.ad deferendum; nec non tex. in Authen. de exibendis reis.§.1. probatur & ratione: cum enim ex huiuſmodi denunciatione ſequatur captio informationis contra talem denunciatum, vt patet ad ſenſum, & quotidie practicatur; & ex hac informatione venit granata opinio talis denunciati, maxime ſi ille eſſet clericus; inde ſequitur, quòd ſi ſecus fieret, eſſet contra charitatem; quia daretur fomes calumniatoribus impune infamandi bonos contra tex.in c.2. extra de calum.

QVARTA CONCLVSIO.

SI denũciator probauerit crimen; & denunciatus ſuimet defenſiones iuſtas; tunc ſi tales erant adeo notæ, quòd delator habuerit iuſtam cauſam credendi, quòd inique procedebat ad delationem, non excuſabitur à pœna calumniæ: ſecus autem, quando detulit crimen, quod erat publice notum; & defenſiones totaliter occultæ; & fama in contrariũ habebatur; quia tunc denunciator huiuſmodi excuſabitur à pœna, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequebatur: ſi vero deduxit crimen in delationem, cuius vendicta ſua non intererat, licet veniat puniendus is, cui delictum erat notum, & defenſiones occultæ: tamen mitius veniet puniendus: quoniam poterat moueri ex zelo iuſtitiæ & publicæ vtilitatis, quæ verſatur in expurganda prouincia malis hominibus; niſi probetur ipſum animo calumniandi denunciaſſe. hæc concluſio probatur auctoritate Ioan. Bernardini Diaz. vbi ſupra. de hac eadem concluſione vide, quæ retuli in concluſione octaua præſentis lib. titu. de pœna non ꝓbantis denunciata. fol.

QVINTA CONCLVSIO.

QVando reus fuit abſolutus, quia teſtes adducti a denunciatore fuerunt reprobati; vt quia ſeducti fuerant prætio, vel aliàs falſum dixerant; vel quia ipſi teſtes fuerant inhabiles, aut criminoſi; & hoc eſſet publice notum delatori: in his caſibus ſemper venit puniendus denunciator: ſecus vero erit, ſi fuiſſent repulſi alia ex cauſa ſine culpa delatoris, vel quã ipſe potuit ignorare, ſi proſecutus fuerit ſuam vel ſuorum iniuriam; aliàs puniendus veniet: qua vero pœna, relinquitur arbitrio boni iudicis; cui cõſiderandum erit, an delator habuerit iuſtam cauſam ignorandi defectus teſtium; & an fuerit publicum delictũ, & numerus teſtium ſufficiens. hæc concluſio probatur auctoritate Ioan. Ber. Diaz. vbi ſupra; adducentis ad hoc hanc rationem, videlicet: aliter enim nullus audebit crimina iudicibus referre, quantumcumque illa probare poſsit, timore alicuius occultæ defenſionis competentis reo accuſato.

SEX-

SEXTA CONCLVSIO.

DEnuncians non ex neceſsitate officij; ſed ſponte accedens ad denunciandum multa crimina clericorum depoſitione, vel aliqua alia pœna digna; non euaderet pœnam calumniatoris, vnum tantum probando crimen:& idem dicitur de denunciante crimen cum nonnullis circumſtantijs,ſi tantum probaſſet crimen, & non aliquas circumſtantias ſeu qualitates criminis. vnde in hac materia denunciatorum ſeu delatorum conſulendum eſt ipſis iudicibus eccleſiaſticis, vt quamprimum eos acceperint, denunciationem ab illis factam in ſcriptis redigere faciant, eoſque aſtringant ad probandum omnia crimina, ibi deſcripta cum ſuis qualitatibus, ſub pœna in obligatione declaranda; ſeu, vt hodie ſeruatur, huiuſmodi denunciatio fiat in ſcriptis ſine huiuſmodi obligatione; aut oretenus deferatur actuario, qui illa in actis omnia ſic denunciata inſerat manu ſua, monens eos; vt crimina, quæ probare non poſſunt, in delatione non inſerant; & quòd nulla inde eorum poſt monitionem & denunciationem pœnitentia recipietur: nec ipſi iudices, ſtante etiam hac monitione & receptione, faciles eſſe debent in captura clericorum, maxime in grauibus delictis; niſi prius ſufficientem habeant informationem. & licet noſtra tempeſtate ab aula receſſerit inſcriptio, ſine ſubſcriptio ad pœnam talionis,vt ſupra loco ſuo a nobis fuit probatum; & infraſcripti doctores moderni aſſeuerant: tamen huiuſmodi denunciatores venirent puniendi, ac ſi eſſent accuſatores non probantes delata crimina. de quibus abunde ſatis dictum fuit ſupra in tract. de accuſationibus, cap. ſeptimo fere per totum fol. 60. & etiam dicam in capitulo vnico, concluſ. quarta, de pœna non probantium denunc. in foro fori, præſentis libelli. hæc concluſio probatur duplici alio medio vltra adducta, vbi ſupra: probatur enim primo auctoritate Ioannis Bernardini Diaz, vbi ſupra, qui de huius cōcluſionis obſeruantia quodam modo exclamando illam approbat, tamquā ſententia,nonnullis rationibus: cui Iulius Clarus quamlibentiſsime aſtipulatus fuit, vbi ſupra in verſic. ſed nunquid, ſi reus abſoluatur in fine: probatur & infraſcriptis rationibus: cum enim charitatis præcepto vnuſquiſque conſulere teneatur, non tantum bono famæ ſuæ; verum etiam proximi: & eo magis, quando proximus eſt in maiori honore conſtitutus, & cæteris in exemplum exhibitus, cum ille damnificetur quammaxime; & ex hoc etiam ſcandalum patitur populus, criminibus forſan falſe oppoſitis ipſis perſonis. quapropter conſequens erit noſtram concluſionē, eſſe veriſsimā: cum iudices ipſam non admittendo permitterent quammaximum præiudicium clericis generari: quoniam clerici, accuſati de uarijs criminibus, infamati permanere aſſolent apud populum; qui cum accuſationis notitiam habeat, non ſemper defectum probationis aliquorum capitulornm intelligit. nec decipere debet iudices eccleſiaſticos pietas quędam nociua, quæ eos retrahit a condemnatione expenſarū & pęnæ cōtra taliter denuncìantes; quia videāt delatores aliqua ex his, q̄ detulerint, probaſſe;magis in hoc amantes, ſuſurrones & maleuolos fouere; q̄ clericorū honori,& famę conſulere. nec pręterea ob id, q̄ forſan delatores habeant obligatos ad probandū crimina, quæ deferunt, faciles eſſe debent iudices ecc. in captura clericorū; maxime in graui bus delictis; cum id peragere non debeant; niſi prius ſufficientem habeant informationem; quia, ſi poſtea deficit illa, nō ſatisfactum eſt captorū clericorū honori, facta relaxatiōe eorū a car-

Bernar. Diaz.

Iul. Clar.

Auctor.

a carceribus, & condemnatione expenſarum & pœnæ contra delatores: cum infamia carcerationis ob famoſū crimen vix aliqua relaxatione, quātūuis honorabili, poſsit bene dilui, ſeu purgari: licet non negemus, ſentētiā abſolutoriam, latam in fauorem clericorū calunnioſe vexatorū prodeſſe denunciatis ipſis; ſicuti & latam ſuper accuſatis: vt tenet Præpoſitus in c. de accuſatione 2. queſt. 8. in col. 68. ℣. quæro, an abſolutoria; allegat Salic. in c. ea quidem ℣. decimoquinto quæro. C. de accuſatio. quos refert & ſequitur Io. Berardinus Diaz. vbi ſupra cap. 7.

CONCLVSIO SEPTIMA.

Licet per ſupradictas omnes concluſiones pateat, omnibus denunciatoribus, tam ex neceſsitate officij (vt ſunt denunciatores ad id a iudicibus deputati & fiſcales) quàm alijs, ad hoc non deputatis, fas eſſe denunciare delicta ipſis iudicibus: tamen ipſi iudices maxime eccl. deberent obſeruare in hoc conſtitutionem prouinciæ Cæſaraguſtanæ; quæ habetur in titulo de accuſationibus; & eſt prima in ordine; cuius tenor eſt, videlicet: procur. fiſci noſter ſeu ſuffraganeorum noſtrorū nequaq̄ ad agendum, ſeu denunciādū ꝑtextu officij ſui cōtra aliquē admittatur, donec ꝓpoſita, ſeu denūciata credere eſſe vera, & ſe poſſe probare, firmauerit iuramento: quòd ſi aliquo inſtigante per ſe, vel cum eo proceſſerit ad prædicta: inſtigator ad expenſas ſe obliget, vel det inde, quam poterit cautionem: reus autem & citatus reſpondere minime compellatur, donec iuratum, & cautum fuerit (vt præfertur) & cōtra factum ſit irritum ipſo iure. hęc concluſio probatur auctoritate Ioan. Ber. Diaz. vbi ſ. cuius eſt & hæc concluſio: qui & ibidem addit, & infra, videlicet; conſuloq; omnibus epiſcopis, vt in omnibus ſuis curijs hoc idem ſeruari præcipiant: iuſta eſt enim prædicta deciſio; nēpe quæ honori proſpicit ſubditorū; & fiſcales omnes diligentiores reddit, eorumq; leuitatem in accuſando compeſcit. hæc ille.

OCTAVA CONCLVSIO.

Denunciantes ex neceſsitate officij (vt puta ad hoc deputati a ſuis iudicibus) licet de iure communi veniant puniendi, ſi denunciatus abſolueretur: hodie tamen de conſuetudine omnium curiarum non puniūtur propter calumniā præſumptam ex abſolutione denunciati: nam, ex quo denunciant ex neceſsitate eorum officij, ceſſat omnis pręſumptio calumniæ; & idcirco excuſantur (dico) á præſumpta calumnia, quæ oritur ex eo ipſo, ꝙ delictum non probatur. Attamen ſi appareret de vera calumnia; tunc procederet communis opinio, vt debeāt cōdemnari in expenſis, & forte etiā grauius puniri iudicis arbitrio. licet ſubſcriptio, vel inſcriptio ad pœnam talionis hodie receſſerit ab aula: tamen huiuſmodi calumniatores punientur pœna talionis, quo ad rei veritātem; quādo realiter conſtat de calumnioſa denunciatione, vt ſæpius fuit probatum loco ſuo. hæc concluſio probatur auctoritate Iulij Clarij in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 7. §. vlt. & quo ad pœnam talionis ſublatam vbi ſ. idem Doctor dicit quæſt. 81. §. fin. Iul. Cla.

NONA CONCLVSIO.

Denunciatio huiuſmodi tunc tantū aliquid operatur contra denunciatum, vltra probata indicia, vel ſemiplenam probationem, quo ad puniendū ipſum; quādo fieret a denunciante ex neceſsitate, ſiue ex officij denunciatoris neceſsitate, auctoritate publica ad hoc deputati: quoniam in tali caſu ſi denunciauerit, ſeu teſtificatus fuerit cum iuramento vera eſſe ea, quę denūciat; & reddiderit cauſam ſeu rationę ſenten-

ſententiæ, vel dicti ſui: tunc huiuſmodi denunciatio obtinebit vim depoſitionis alterius cuiuſq; teſtis, qui deponeret ſuper ipſo delicto; cum limitatione tamen adducta infra in cõcluſione. 13. quapropter poterit formari inquiſitio ſuper eius dicto. hæc concluſio probata fuit ſæpius ſupra, & per text. in l. ea quidẽ. C. de accuſ. cuius tenorem hic non adducam, cum ſit hęc concluſio luce clarior apud omnes Doctores. probatur quoq; auctoritate Iulij Clari vbi ſupra in verſi. habes igitur; & ſic practicatur.

L. ea quidem. C. de accuſ. Iul. Cla.

DECIMA CONCLVSIO.

QVando vero denunciator, ex officio deputatus ad denunciandum, non deponit ipſe ſuper delicto; ſed dicit, alios eſſe informatos de ipſo, in tali caſu ſua denunciatio nihil operatur, niſi hoc tantum; quia ſcilicet, vt dixi, aperit viam iudici ad inquirendum; qui non poterit ſuper eo procedete, niſi legitima adſint indicia. & ita obſeruat communis practica curiarum. hæc concluſio probatur tum vſu curiarum; tum etiam auctoritate Iulij Clari, vbi ſupra.

VNDECIMA CONCLVSIO.

DEnunciatori huiuſmodi, qui non tantum eſt deputatus ad denunciandum delicta, verum etiam ad cuſtodiendum; puta, agros, vel paſſus; vel ad capiendum, puta fraudantes gabellas, vel deferentes arma, vel ſimilia, datur plena fides, non modo ad inquiſitionem formandam; ſed etiam ad condemnandum; niſi denunciatus ꝓbaret ſuam innocentiam. & hoc propter iuramentum, quod tales officiales præſtant in principio officij ſui. & ita de conſuetudine obſeruatur: intelligendo tamen noſtram concluſionem veram in cauſis, ſeu delictis grauibus, & in quibus ingeritur pæna corporalis; in quibus regulariter non dabitur fides, tamquam teſti integro; cum eſſe aſſoleant huiuſmodi denunciatores, vt plurimum, viles perſonæ & infames, ſcilicet, beruarij, vel ſimiles; quos Mediolanẽſes Borlandettos appellant: & ideo non deberet illis fides præſtari, ẽt ſi eſſent omni exceptione maiores; niſi alię circumſtantiæ iudicis animum mouerent ad credendum ipſis. hæc omnia Iulius Clarus, vbi ſupra, cuius auctoritas mihi ſufficere videtur, cum ſit innixa rationi, quæ patet ad ſenſum.

Auctor.

DVODECIMA CONCLVSIO.

DEnunciatio huiuſmodi vero facta iudici eccleſiaſtico ꝑ perſonã priuatã, id eſt, tertiã perſonã diſtinctã ab offenſa, etiam deponentem de viſu; etiam ſi talis denunciatio fiat cum iuramento, nihil operabitur, niſi tantummodo aperiet iudici viam inquirendi de veritate delicti. hæc concluſio probatur duplici medio. primo enim auctoritate Iulij Clari, vbi ſupra. ſecundo & ratione hac, videlicet; quoniã per ſe patet, ipſam non valere, quo ad puniendum ipſum denunciatum, eo quòd huiuſmodi perſona, cum videatur in hac denunciatione fungi officio accuſatoris, non poterit etiam teſtificari.

TERTIADECIMA CONCL.

DEnunciatio huiuſmodi facta iudici a parte offenſa vulnerata dicẽte, ſe ab aliquo fuiſſe vulneratam, & ipſũ vulnerãtẽ nominatim accuſante: ſi poſtmodum ipſe denunciator connaluerit de illa infirmitate cauſata ab inflicto vulnere ſibi; in tali caſu huiuſmodi denunciatio nihil aliud operabitur, non concurrentibus alijs indicijs, quã vt iudex tantum ſuper ea procedat ad inquirendum, id eſt,

ad aſſumendas informationes contra eum,qui ab offenſo nominatur: non autem ad citandum ipſum ad informandum;niſi contra eum in capta informatione aliquod indicium fuerit probatum;licet de facto multi iudices contrarium obſeruent, quos Angel.de malefic. in ℣:qui iudex ad probationem nu.7.appellat iudices imperitos. hæc concluſio probatur duplici medio.primo enim auctoritate Iulij Cla. vbi ſupra in eod.℣.&ſecundo ratione adducta in precedenti concluſione, cum ſit par ratio in vtraq;.

QVARTADECIMA CONCL.

DEnunciatio huiuſmodi,facta iudici a parte offenſa ac vulnerata iam deducta ad vltimum diem vitæ ſuæ, ſi vſq; ad mortem in tali denunciatione dictoq; perſeuerauerit, in tali caſu dicendum; quòd licet de iure non faciat indicium,vt dicit Glo.in l.mater, in glo.1. C.de calumn. quam dicit eſſe communiter receptam Villall. Pand.ſuper l.22.c.61. poſt num.8. nihilominus, quidquid ſit de iure,certe de conſuetudine practicatur; quòd non tantum ſit ſufficiens indicium ad inquirendum; prout ſeruat communis ſtylus & obſeruantia Italiæ,vt dicit Igneus in l.C.Seius nu.13.ff.ad Syl. ex quo lungo vſu obtentum eſt, vt ſufficiat: non erit in practica ab ea recedēdū: Immo, quod fortius eſt, tale dictum ſic denunciantis erit ſufficiens ad capturam ſecundum communem opinionem;nec non ad excuſandum hæredem mortui a calumnia & temeritate, qui motus forſan fuiſſet ad accuſandum ſic denunciatum a vulnerato moriente. hæc cō-

Iul.Cla. cluſio probatur duplici medio. primo auctoritate Iulij Clarij in pract. crim. lib.5.§.fin.quæſt.21. in ℣.aſſertio vulnerati. probatur & ſecundo hac ratione:

Auctor. cum enim nullus ſit ſuſpicandus immemor ſuæ ſalutis;& precipue in mortis articulo; conſequēs erit quòd fides erit adhibenda ipſi vulnerato iam iam morituro,deponenti contra vulnerantem,ac ſi non eſſet perſona offenſa; cū non videatur ſuſpicandum ipſum in articulo mortis velle mortaliter peccare, proferendo mendacium pernitioſum,quod vtiq; eſſet,ſi mentiretur.

QVINTADECIMA CONCL.

DEnunciatio huiuſmodi,de qua ſupra in præcedenti concluſione, nō erit ſufficiens ad condemnationem taliter denunciati, neque ad torturā faciet indicium de per ſe. & ita quotidie practicatur.hæc concluſio probatur an

ctoritate Iulij Clarij, vbicumq; ad hoc Iul.Cla. adducentis multas doctorum auctoritates.dicit enim ibi in fine dicti §.aſſertio;Angelus in l.ſi quis in graui.§.ſi qs moriens,poſt nu.1.ff.ad Sylle.tenuit: ꝙ ſic. ſed eius opinio communiter non tenetur. & dicit Gramma.conſ.57.nume.13.& 14.& ita contra Angel. eſſe communem opinionem atteſtatur Plaza in loco præallegato, practica Conradi fol.297 ℣.trigeſimum ſeptimum eſt indicium.dicit etiam Caſſ. conſ.58. poſt nu.28. ꝙ ita tenent omnes. & ita etiam de ſtylo ſeruari,vt,ſcilicet,talis aſſertio ad torturam non ſufficiat, atteſtatur Mantua. conſ.118. in fine lib.2. ſubdens, quòd minime mutanda ſunt &c. Hæc ille.

Qui ſint admittendi ad huiuſmodi denunciationem, hac noſtra tempeſtate. Cap. II.

Denunciatores per iudices deputati, poſſunt non ſolum denunciare delicta notoria; verum etiam tenentur ex neceſſitate officij denunciare etiam occulta. & hoc de conſuetudine, licet de iure communi ſit contrarium. concluſ.1.

Denunciatores prædicti non ſunt admittendi a iudic.bus ad denuncianda delicta occul-

ta, niſi ſe obtuliſſent ad ipſa probanda. concl.2.

Denunciare prædicti tenentur, etiam crimina, quæ ſunt de iure impunita. concluſ.3.

Denunciare notoria, uel occulta crimina iudicialiter, de conſuetudine hodie omnibus eſt permiſſum, etiam ſi non ſint officiales. concluſ.4.

PRIMA CONCLVSIO.

Qvãdo agitur de delicto, ſuper quo ex forma ſtatutorum, vel conſuetudinis nõ poteſt procedi cõtra delinquentes, niſi ad inſtantiam partis, & iuxta formam iuris communis in loco, in quo ꝓceditur, iuxta illud; tunc, qui non poteſt accuſare ſeu querelare, non poterit denunciare iudicialiter. hæc concluſio probatur duplici medio, vltra ea, quæ fuerunt adducta in tractatu de accuſ. in cap.2. qui admittendi ſunt ad accuſationem clericorum concl.17. Primo enim probatur auctoritate Iulij Clar. in ſua Pract. crim.lib.5.§.fin.quæſtione 7.in V. quæro igitur pro intelligentia terminorũ. & ſecundo hac ratione probatur præſens concluſio: quoniam, ſi non admiſſo ad accuſandũ daretur facultas denunciandi, fieret fraus legi; cum fere idem ſapiant accuſatio, & hæc denunciatio, de qua loquimur, vt patet ad ſenſum.

Iul.Cla. Auctor.

SECVNDA CONCLVSIO.

Qvando agitur de delicto, pro quo poteſt iudex procedere ex officio; & ſic per viam inquiſitionis, ſiue de iure ſiue de conſuetudine, vt fere in tota Italia fieri conſueuit; quilibet admittetur ad denunciandum in huiuſmodi denũciatione, de qua loquimur. & hæc concluſio verificatur non tantũ in denunciante ex officio ſeu neceſsitate officij ſui, verum etiam motu proprio, id eſt, ſine tali neceſsitate: & ita practicatur hodie, & eſt in vſu curiarum, cum, vt diximus ſupra, & hoc fit vſu receptum etiam, quando proceditur per viam accuſationis, in qua maius indicium generatur accuſato reo, iuxta illud axioma doctorum; Mitius agitur cum denunciato ac inquiſito, quàm cum accuſato, de iure communi. hæc concluſio probatur duplici medio. primo auctoritate Iulij Clarij, vbi ſupra. ſecundo & ratione, arguendo a fortiori; ſi enim conceditur per viam accuſationis a fortiori concedendum erit, quando proceditur per viã denunciationis, multis de cauſis, & ſignanter; cum mitius agatur cum denunciato, quàm cum accuſato, vt omnibus doctorib' eſt in confeſſo, & ſæpe fuit probatum. probatur quoque præſens concluſio & hac alia ratione irrefragabili, confirmata practica curiarũ hodierna. quis enim vnquam ambigere poterit, reipublicę intereſſe ſũmopere, delicta non remanere impunita? & tamen, niſi ad magiſtratuum notitiã ipſa deducta fuerint per denunciationem, delinquentes equidem remanerent impuniti; eo magis, quòd huiuſmodi denunciatio modici momẽti eſt, cum nihil aliud operetur, vt ſupra dictum fuit, quàm aperire viam iud. ad inquirendum. quapropter ipſius denunciationis ſimplicis vigore non poterit procedere contra aliquem ad citationem ad informandum, neque ad capturam, niſi prius habitis contra eũ legitimis indicijs, ſiue facta in ſcriptis informatione; vt paulo poſt dicetur: & tamẽ omnes teneri ad cõſulendum bono publico potius, q̃ priuato, pro comperto habetur.

Iul.Cla. Auctor.

QVAE

Quæ delicta poſsint denunciari in huiuſmodi denunciationibus, de quibus ſermo habetur in præſentiarum. Cap. II.

PRIMA CONCLVSIO.

LIcet de iure communi, ſecundum communem canoniſtarum antiquorum opinionem, denunciatores ex officio non poſsint iudicibus denunciare, niſi notoria delicta: tñ contrarium ſeruatur de cõſuetudine; & quidem rationabiliter, vt paulo poſt probabitur. Nam tales denunciatores non modo poſſunt denunciare notoria delicta: immo ex neceſsitate eorum officij tenentur etiam occulta denunciare, ſub pœna in ſtatutis ciuitatum & curiarum expreſſa. & non tantum in foro ſeculari; ſed ẽt in foro eccleſiaſtico hic mos ac ſtylus hodie viget. Bene verum eſt, ꝙ iudices vtriuſq; fori de facili excuſant dictos denunciatores propter non factas denunciationes, vbi non poteſt in eis argui dolus vel lata culpa: puta; ſi fuerit aliquis percuſſus in agris remotis a domibus; & percuſſus rem ipſam ipſis non notificaſſet. hæc concluſio ꝓbatur auctoritate Iulij Clari in pract. crimin.lib.5.§.fin.quæſt.7.in ℣. ſcias autem; vbi inter alia poſt adducta in cõcluſione, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet; ſed, quicquid ſit de iure, cõtrarium ſeruatur de conſuetudine: nã tales ſindici non poſſunt denunciare, etiam delicta occulta & non notoria: immo ex neceſsitate eorum officij tenentur ea denunciare ſub pœna in ſtatutis ciuitatum, vel locorum expreſſa. & hoc etiam admittit ſtylus curiarum eccleſiaſticarum, vt atteſtatur Diaz in pract. crim. canon. cap.6. quem refert practica Conradi fol.135. nu.5. in fine; niſi forte delictum eſſet ita occultum, ꝙ ſindicus illud non denuncians excuſari poſsit. & ita Alb.in 2.par.ſtatut. quæſtio.28.dicit ſæpe obtinuiſſe.ſuper quo in præſentiarum nihil determino: bene verum eſt, quòd ſenatus de facili excuſat huiuſmodi conſules, ſiue ancianos propter non factas denunciationes, vbi non poteſt in eis argui dolus vel lata culpa: puta, ſi fuerit aliquis percuſſus in agris remotis a domibus; & percuſſus conſuli nõ notificauit; prout contigit in loco Caſaletti Laudenſ. & fuerunt homines ipſius loci abſoluti 12.Aug.1546. P.N. & in alijs pleriſq; caſibus ſimilibus ita ſemper vidi per ſenatum iudicari. hæc ille, qui ſupra. Ioan. Berardin. Diaz in ſua pract. canon.crimin.cap.6.in ℣. & licet in hac materia denunciationis noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni infraſcriptis verbis, videlicet; & licet in hac materia denunciationis publicæ Doctores cõmuniter ſcripſerunt in d.cap.nouit, de iudicijs, & in dicta l. ea quidem C.de accuſat. quòd notoria tantum crimina denunciari poſſunt: communis tamen ſtylus cur. eccl. admiſit, vt indiſtincte illarum fiſcales ſeu promotores accuſationes ſuas, vel proprias inſtituant: in quo videtur recepta opinio Saliceti in dicta l.ea quidem; dum dicebat, quòd etiam non notoria denunciari debent, dum modo probari poſsint. quod æquum uidetur: nam ſi de ſolis notorijs criminibus clerici per fiſcales accuſãdi eſſent, plura alia, quæ ſępius occulta (& ſi ꝓbabilia) ſuut, impunita remanerent. hęc ille doct. vbi ſ.

SECVNDA CONCLVSIO.

QVamuis denunciari poſsint crimina occulta: tamen iudices eccl. non debent permittere apud eos ꝑ fiſcalem aliquem clericorum denũciari ſeu accuſari de occulto aliquo crimine; niſi delatores ſibi prius obtulerint, ſe probaturos, aut animaduerterint ipſi, dictos officiales ſufficienti pro-

probatione, aut legitimis indicijs munitos cauſam ipſam agreſſos fuiſſe. Ioa. Ber. Diaz. hæc cõcluſio probatur duplici medio. primo per Ioãnem Berardinum Diaz, vbi ſupra in ℣. vnum autem conſulen- Auctor. dum ſe offert. Probatur & ſecundo hac ratione irrefragabili iudicio meo, arguendo a fortiori: ſi enim reges noſtri ſuis fiſcalibus iniũgunt, vt habeãt delatorem, vt delicta non remaneant impunita; cur ijs, qui ad accuſandos clericos creati ſunt officiales per epiſcopos, hoc non præcipietur? quapropter dicenda oĩno erit concluſ. vera.

TERTIA CONCLVSIO.

DEnunciatores ex officij neceſsitate tenentur etiam denunciare ea delicta, quæ ſunt de iure impunita: vt verbigratia; ſi fuerit occiſus banditus, qui ex forma ſtatuti poſſet impune occidi: quinimo ex conſuetudine tenentur denunciare quaſcumque offenſiones & mortes violentas, etiam ſi caſu contigiſſe dicantur; puta ſi quis in flumine ſubmergatur, vel è tecto decidat. hæc concl. probatur duplici me- Iul. Cla. dio. primo. n. auctoritate Iul. Cla. vbi ſ. in ℣. ſed qro nũquid, ad hoc adducẽtis auctoritatem Bar. in l. ſi quis graui. §. ſi maritus. ff. ad Syllan. & quòd hæc ſit cõis opinio, dicit Aug. poſt Ange. de Malefic. in ver. hæc non, & ad denunciationem num. 7. & addit ipſe Iulius, quòd ita in practica obſeruatur. probatur & ſecundo pręſens conclu- Auctor. ſio duabus rationibus. Prima quarum eſt; cum inferiorum non ſit iudicare de punibilitate delictorum, vel non, ſed ſuperiorum; & ipſi denunciatores ſint inferiores: idcirco ſimpliciter, & indifferenter tenentur iudicibus ſingula delicta denunciare, diſcuſsionem vero punibilitatis delictorũ ipſis demittendo. ſecunda ratio eſt: quoniam ſæpę contingit damna, quæ fortuito & a caſu aſſolent fieri, perpetrari voluntarie, & a propoſito; quemadmodum quotidie experientia nos docet: eo quòd ſæpe contingit, aliquem extrahi a puteis, fluminibus, mari, mortuum: & tamen proceſſu temporis reperiuntur ac manifeſtantur huiuſmodi ſcælerum patratores: & tamen poteſt contingere, vt a caſu illa eueniſſent. propterea bonũ eſt hmõi delicta puenire ad iudicũ notitiã, vt rei veritas detegi poſsit.

QVARTA CONCLVSIO.

NOn tantum dictis denunciatorib' ex officio licet denunciare huiuſmodi ſcelera: verum etiam & aliis. & licet hæc concluſio forte de iure communi patiatur difficultatem: tamen de conſuetudine paſsim ſeruatur; quòd quilibet accedit ad iudicem & denunciat iniuriam ſibi, vel alteri factam; & iudices de facili procedunt: vt atteſtatur Alb. in dicta l. ea quidem nume. 7. ſumptis tamen prius debitis indicijs. hæc concluſio probatur duplici medio. primo auctoritate Iulij Clari, vbi Iul. Cla. ſupra in ℣. dixi ſupra, quòd non modo Auctor. officiales. & ſecundo hac ratione; vt ſcilicet delicta nõ remaneãt impunita aliquo modo: cum iuxta illud vulgatũ prouerbiũ. Plus vident oculi, q̃ oculus.

De pœna non probantium denunciata.

Vtrum veniant aliqua pœna plectendi denunciatores non probantes in iud. eccl. delicta fratrum ſeu proximorum, quæ prælatis vel iudicib. tamquã eccl. denunciãt, ut inde denũciati puniãtur. C. vnic.

Calumniari quid ſit.

Denunciatorum temeritas quot modis poſſit detegi.

Denũciator non probans denũciata in quib' caſibus excuſetur a calũnia præſumpta.

Denunciator nihil probans de denunciatis venit puniendus extraordinarie, & pęna talionis. concluſ. 1

Denunciator nil probans de denunciatis non debet ſtatim puniri ſed erit ei aſsignandus terminus ad probandum, ſe non animo calumniandi denunciaſſe concl.2.

Denũciatori non probanti in lex poteſt ſucceßiuam pœnam imponere. concl.3.

Denunciator probans ſolum ſemiplene denunciata quando veniat puniendus. concluſione 4.

Denuncians delicta in ſe commiſſa, ſi non probauerit, niſi per famam, punietur. concluſione 5.

Denuncians delicta non in ſe commiſſa, ſed in res ſuas, quando venit puniendus. concluſione 6.

Denunciãs delicta nec in ſe, nec in ſuos commiſſa, probans per famam an excuſetur a calumniæ pœna. concl.7.

Denunciator probans denunciata, & tamen iuſte reus fuit abſolutus, ſuis defenſionibus probatis, quando venit puniendus. concluſ. 8.

Denunciator obligans ſe ad probandum denunciata an punietur, ſi probauerit ipſa per vnum teſtem. concl 9.

Denunciator plene non probans tenetur ſe purgare iudicis arbitrio. concl.10.

Homicidiorum genera quot ſint. concl.1.

Nullum, & ſufficiens æquipollent. concluſione 4.

Præuaricari quid ſit.

Probationis appellatione in dubio intelligitur de plena. concl.4.

Tergiuerſari quid ſit.

ET ſi apud veros canoniſtas exploratum eſſe, denunciatores acerrime animaduertendos ac puniendos eſſe, ſi in probando denunciata defecerint, me non fugiat: tamen, quoniam multos dubitantes de hac quæſtione audiui; idcirco operæpretium duxi, præſentem quæſtionem diligentiori lima exarare, vt veritas illius omnibus pateat, ne fallantur aliqui in graue detrimentum ſalutis eorum tam ſpiritualis, quàm etiam corporalis; atque ne eorum ignorantia officiat, ac obſit paci bonorum; maxime cum multis timore pœnæ incurrendæ a malis abſtinere aſſoleant iuxta illud. Oderunt peccare boni virtutis amore: Oderunt peccare mali formidine pœnę. ſatisfaciam ergo præſenti quæſtioni nonnullis concluſionibus; illis tamen præmittendo argumentum vnicum pro dicentibus, huiuſmodi denunciatores non plectendos fore aliqua pœna; cum denunciatoribus neceſſaria non ſit ſcriptio ad pœnam talionis. videtur ergo primo dicendum, quòd denunciator cuiuſcumque denunciationis ſpecie; non probans delicta denunciata, non veniat aliqua pœna plectendus: quod & probari videtur forma ſyllogiſtica tali pacto; Operans illud, quod de ſui natura bonum eſt, ſemper præmio dignus eſt & nulli pœnæ obnoxius. At denunciator denunciando prælatis eccleſię delicta fratrum operatur ibi, quod de ſui natura bonum eſt; ergo denunciator denunciando prælatis eccleſiæ delicta fratrum quacumque ſpecie denunciationis ſemper præmio dignus eſt, & nulli pœnæ obnoxius. Ergo denunciator etiam tunc pœnę non eſt obnoxius, quando in probando delictum denunciatum deficit. Maior iſtius rationis per ſe patet; Minor probatur: quoniam ipſe denunciator, quantum in ſe eſt, operatur emendationem fratris, denunciãdo eum virtute denunciationis huiuſmodi; etiam ſi ſit ad pœnam (vt probauimus de denunciatione iudiciali) quoniam quantum in denunciatore fuit, frater emendatur. & ſi hic punietur, poterit ipſe frater peccans per temporales pœnas acceptas pro merito peccatorum ſuorum euadere ęternas, ſi illas patienter ſubſtinuerit: nec non & per huiuſmodi denunciationem incutitur metus reliquis. quæ quidem ambo opera, videlicet, procurare correctionem fratris, & conſulere paci

Arg.
Maior.
Minor.
Concl.
Arg. probatio.

paci & emendationi reliquorum, bona opera ſunt, & nulli pœnæ obnoxia. concluſio iſtius rationis quoque patet, & probatur etiam ex allatis in ꝓbatione minoris. conſequentia illa quoque veriſsima eſt, cum non poſsit negari, quià in illa verificetur illa vulgatà regula, quà dicitur: Qui omne dicit, nihil excludit. videtur quoque dictum argumentum verificari per tex. in c. ſuper his extra de accuſ. vbi dicitur, denunciatorem non teneri ſe inſcribere ad pœnam talionis. Eſt tex. apertiſsimus in c. 2. extra de calum. in quo Inn. III. ſcribens Tamorenſi, Segobienſi, & Bulenſi epiſcopis, infraſcripta de verbo ad verbum decreuit circa præſentem quæſtionem, videlicet: Cũ dilectus Fr. Magiſter ſcolarum Paleſtinus ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet, & de ſuo epiſcopo exceſſus varios nunciaſſet, examinationem commiſimus exceſſuum obiectorum; & infra. Cũ autem proceſsũ negotij examinauerimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum eſſe ſufficienter aliquid de prædictis, eundem epiſcopum abſoluendum decernimus ab obiectis, vobis mandantes, quatenus memoratũ magiſtrum ſcholarum, donec canonice ſuam purgauerit innocentiam, ſcilicet, quòd non calumniandi animo ad huiuſmodi crimina proponenda proceſsit, ab officio, & beneficio ſuſpendatis; vt cæteri ſimili pœna perterriti ad infamiã ſuorum facile non proſiliant prælatorum. hæc omnia in dicto canone, ex quibus omnibus patet; quòd denunciator in probatione criminum deficiens ab officio & beneficio ſuſpenditur, donec canonice innocentiam ſuam purget. Reſpondeo præſenti quæſtioni decem concluſionibus: illis tamen præmittendo duo notabilia. primum quorum eſt: denunciatorum ſeu accuſatorum temeritas quot modis detigi poſsit, & dico hoc poſſe cõtingere tribus modis: aut enim ca-

Denunc. temeritas q̃d modis detegi poſsit.

lumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur: calumniari eſt falſa crimina intendere, ſeu alicui imponere: præuaricari eſt vera crimina, id eſt, probationes (vt docet Gloſa in cap. ſi aliquem. §. accuſatorum temeritas 2. quæſt. 3.) abſcondere. Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. hoc primum notabile probatur per dictum §. accuſatorum. ſecundum notabile eſt, quòd non ſemper ſtatim, quòd denunciator, ſeu accuſator non probat denunciata præſumitur, voluiſſe calũniari. idcirco Pan. in d. c. 2. extra calum. multos enumerat caſus, in quibus denunciator non præſumitur eo ipſo calumniari, quia non probat.

Calumniari q̃d ſit. Præuaricari q̃d ſit. Tergiuerſari quid ſit. non ꝓbãs denũciata q̃n non dicatur voluiſſe calũniari. Pan. Primus caſus.

Primus enim caſus eſt,
quando quis accuſauit ex neceſsitate
officij, vt in tutore, vt in l. 2 C. qui ac-
cuſare non poſſunt. Secundus caſus
eſt, quando ex neceſsitate hoc facit,
vt quia eſt hæres, qui tenetur vindica- 2
re necem defuncti, vt in l. cum fratrem.
C. de his qui: vt indig. Tertius caſus
eſt ratione immenſi doloris; vt quã- 3
do maritus accuſat vxorem de adul-
terio, vt in l. quamuis C. de adult. Quar-
tus caſus eſt, quando propter immen- 4
ſitatem delicti quis denunciaſſet, vt
quando accuſat de falſa moneta: nam
vt facilius reperiatur accuſator, ius
non vult, vt deficiens incontinẽti præ-
ſumatur calumniator, vt in l. 1 C. de fal
ſa moneta. Quintus caſus, in quo fal-
lit regula illa generalis, eſt ratione 5
infamię, ſecundum Bar. vt ſi accuſa-
tus erat infamatus de delictis illis de-
nunciatis, & pro hoc eſt bonus tex. in
l. miles. §. mulier. ff. de adulterijs. Sex-
tus caſus eſt, quando denunciator au- 6
diuit illum denunciatum eſſe crimino
ſum a fide dignis; ſecus ſi a vilibus: fa-
cit tex. in c. ing. extra de ſentent. excom
municat. Septimus caſus eſt, ſi teſtes
deceperunt accuſatorem, ſeu denun- 7
ciatorem, vt quia premiſerunt teſtifi-
cari, & poſtmodum a promiſsione de
fecerunt. pro hoc eſt bona gloſa in

c.paulum 2.q.3. Octauus caſus eſt, ſi denunciator ſeu accuſator ſemiplene probaſſet ſecũdum Vinc. & facit quod notat Io.And. in capitulo cum dilecti, extra de elect. & Specul. in titu. de accuſ.in fine.de hoc vero caſu,tene,quod dixi & plene probaui infra in eodem met capitulo,concluſione 4. fol.179. & ſequentibus. ſequitur modo Pan. vbi ſupra dicens; in his ergo & ſimilibus caſibus,licet quis deficiat in probádo, non præſumitur ſtatim calumniari; ſed iudex ex officio ſuo debet inquirere,vtrum fuerit calumniatus;& ſi reperierit euidenter calumniam, puniet & calumniatorem etiã in iſtis caſibus. hæc omnia Pan. vbi ſupra. his ergo duobus notabilibus præmiſsis ad intelligentiam totius quæſtionis. propoſitæ, illi ſatisfaciam nonnullis concluſionibus.

PRIMA CONCLVSIO.

Denunciator nihil probans de denunciatis delictis coram prælatis ſeu iudicibus ipſis eccl. punietur pœna calumnioſe denunciantibus debita,videlicet:extraordinaria,& inx.pœnam talionis in eodemmet iudicio; poſt ſententiam tamen abſolutoriam ipſius rei,immediate ante ſui promulgationem, licet poſt aſsignatum terminum denunciatori ad probandum, quare non ſit puniendus pœna calumniæ. hęc concluſio probatur triplici modio. Primo per tex. præadductum in c.2.ex de calum. & in c.calumniator & in c.qui non probauerit 2.q.2.& in cap. quiſquis 2.q.8.& in c calumniator. Papa Damaſus ſtatuit dictam concluſionem hiſce verbis, videlicet: calumniator ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat: & in dicto cap. qui non probauerit, dixit Adrianus Papa: qui non probauerit, quod non obiecerit, pœnam, quam ipſe intulerit,patiatur. & in dicto cap. quiſquis dicitur in fine; nec impunitam ſibi nouerit licentiam mentiendi; cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. ſecundo auctoritate doctorum, de quorum numero eſt Specul. qui in titu.de accuſatione.§.6. incip. ſequitur videre de contumacia accuſati in fine dicti §.ſic ait;vel dic cum quis accuſat, aut nullo modo probat;& tunc calumniari præſumitur & in 3.par. titu. de denunciatione in §. quis denunciare poſsit in fine, in verſic. vltimo nota: vbi infraſcriptis vtitur verbis: vltimo nota,quòd punitur grauius calumniator, quàm denunciatus: item qui calumniatur ſiue accuſando, ſiue denunciando punitur extraordinarie. hoc probatur & notatur in cap.1. extra de calumniatoribus. hæc ille. cui concordat Hoſt. in ſua ſumma in titu. de calum. in §.quali pœna calumniator,in verſic.nedum autem calumniãs: cuius verba retuli in titulo de purgatione canonica, concluſione penultima.Pan. quoque noſtrę concluſioni ſe ſubſcripſit in dicto c. 2. vbi infraſcriptis vtitur verbis: Item nota, quod licet denunciator non ſe inſcribat ad aliquam pœnam: tamen puniri debet, ſi deficit in probando: & in V.in glo.2. dicit;nota bene gloſam iuncto textu, quòd de calumnia conuincitur accuſator, ſeu denunciator eo ipſo, quòd non probat: & idem tenet Bar. in l.1. ff. ad Turpilli. & in l.athletas.§.preuaricator. ff. de his qui notantur infa. & ibi eſt Gloſa ſingularis de hac materia ponens caſus exceptos, in quibus non ſtatim præſumitur calumnia, quia deficit in probando. Primus caſus eſt &c. ſed quia in ſecundo notabili omnes dictos caſus retuli; iccirco hic rurſus non referam. ſequitur quoque Pan. vbi ſup. paulo poſt prædicta dicens; regulariter ergo extra eos caſus & ſimiles eſt communis opinio, quòd eo ipſo, quòd quis deficit in proban-

Margin notes: Specul. — Pan. — c.2.de calum. — c.calumniator 2.q.3.& — c.qui non probauerit. — c.quiſquis. 2.q.8.

bando, præſumitur calumniari: & ſinc alijs indicijs poteſt puniri de calumnia. quod euidenter probatur hic; vbi Papa ſe tantum fundat, quia non reperit aliquam delictorum probationem. & facit textus in cap. qui non probauerit 2. quæſt. 3. & in cap. quiſquis 2. quæſt. 8. hæc omnia ipſe Pan. qui dicit quoque, Hoſt. ſe quoque ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni his verbis; & ſenſit hic Hoſt. & ideo admittitur iſta probatio innocentiæ; quia ſi non plene: tamen aliqualiter probauerat, vt in tex. aliàs enim ſecundum eum non admittitur purgatio innocentiæ. allegat, quod habetur in Authentica de iudi. §. porro, & ſic ſentit ipſe Hoſt. (inquit Pan. vbi ſupra) aperte, quòd ex toto deficiens in probando venit puniendus pœna calumniæ. nec admittitur probatio innocentiæ. hæc ille. Dominus quoque Felinus in dicto cap. 2. extra de calum. ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni in verſic in Gloſa 2. his verbis, videlicet: ſuper hoc, an eo ipſo, quòd denunciator, vel accuſator non probat, videatur calumniari, ſunt opiniones, de quibus per doctores in l. 1. C. de aduocat. diuerſorum iudi. & in l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. & eſt Gloſa reputata melior de iure in dicta l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notantur infam. & communis opinio eſt cum iſta Gloſa, quòd regulariter præſumatur calumniator, qui non probat; quia eo ipſo, quòd non probat accuſator, vel denunciator, reus præſumitur innocens, vt in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. hæc ille; qui ſubdit, quòd hæc regula fallit in nonnullis caſibus, quos ego hic non enumerabo, cum illos retulerim in ſecundo notabili præſentis concluſionis. ipſemet Felinus refert præadductam ſententiam Specul. & Vincentij circa hanc concluſionem; & illis annuit atque ſe ſubſcripſit. idem ſentiunt omnes Gloſe prædictorum canonum, qui adducti fuerunt in principio probationis præſentis cõcluſionis. præſenti quoque noſtræ concluſioni ſe libentiſsime ſubſcripſit Iulius Clarus in ſua pract. crim. lib. 5. §. finali quæſt. 62. in verſ. ſed quæro numquid calumniator poſsit: vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: numquid calumniator poſsit in eodem iudicio condemnari, an etiam opus ſit nouo proceſſu. Reſpondeo; quod poteſt etiam in eadem ſententia condemnari vno cõtextu: oportet tamẽ ad abſolutoriam accuſati in ordine procedere, & ſi ceſsiſſe non diuertendo ad alia accuſatorem de calumnia condẽnare. & ita cõiter tenetur, vt ait Salicetus in l. 1. nu. 3. C. de calumniat. & practica eſt, quòd iudex prius ſtatui faciat accuſatori terminum ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari. ita dicit Bar. in l. athletas. §. calumniator num. 6. ff. de his qui not. infa. aliàs enim opus eſſet alia inſtantia, & alio proceſſu. quod nota, ne erres: nam ſi condemnares aliquẽ de calumnia, non ſtatuto ei termino prædicto, poſſes in ſindicatu puniri, vt dicit Angel. de Malefic. in verſic. & ad querelam nu. 70. probatur & tertio hæc mea concluſio duabus rationibus irrefragabilibus, quib⁹ vtitur Pan. vbi ſupra, ad probandam dictam cõcluſionem. prima enim ratio noſtræ cõcluſionis eſt, ꝙ, qui infamię labe deturpare vult proximum, pœnam non minimam meretur eo, quòd grauiſsime peccat, vt in cap. homicidium de pœniten. diſt. 1. & Diui Clementis in vna ſua Epiſtola, Homicidiorum vero tria genera dicebat eſſe B. Petrus; & pœnam eorum parem fore dicebat; ſicut & homicidas interfectores fratrũ, ita detractatores quoq; eorum eoſdem odientes homicidas eſſe manifeſtabat: quia & qui occidit fratrem ſuum; & qui odit; & qui detrahit, ei pariter homicida eſſe demonſtratur. hæc in dicto canone, & in c. detractores 6. quæſt. 1. & eſt Ana-

Iul. Cla.

Auctor.

Homicidiorum genera tria.

 cleti

cleti Papę dicitur; detractores peiores eſſe raptoribus: & in cap. 1. 5. q. 1. & eſt Adriani Papę; qui dixit flagellandum fore eum, qui non probat, quod in alterius contumeliam ſcripſit, aut verbis protulit. immo & hæc ratio fundatur & probatur verbis prę adducti canonis in dicto cap. 2. extra de calum. in fine, vbi ſupra; vt cæteri ſimili pœna perterriti ad infamiam ſuorum non proſiliant prælatorum. ſecunda ratio, qua noſtra concluſio probatur, eſt; quoniam, ſi huiuſmodi denunciatores non punirentur, de facili quiſq; proſiliret ad denunciandum peccata fratrum. ex quorum denunciatione ſaltem aliqualiter denigratur illorum bona fama, aut pax perturbatur.

SECVNDA CONCLVSIO.

Denunciator nihil probans de denunciatis non debet ſtatim puniri, tamquam calumniator, quando illi infligenda eſſet aliqua momentanea pœna; niſi prius aſsignaretur aliquod dierum ſpatium ad probandam ſuam innocentiam. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in dicto c. 2. extra de calum. circa finem, vbi hæc habentur, videlicet: vobis mandantes, quatenus memoratum Magiſtrum ſcolarum, donec canonice ſuam purgauerit innocentiam, ſcilicet, quòd non calumniandi animo ad huiuſmodi crimina proponenda proceſsit, ab officio & beneficio ſuſpendatis: & in cap. 1. de elect. in 6. §. qui vero; cuius verba in probatione rationis adducentur quoque. probatur & ſecundo auctoritate Pan. in dicto cap. 2. col. 2. in verſic. in his ergo & ſimilibus caſibus; vbi his verbis ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni, videlicet: in his ergo & ſimilibus caſibus, licet quis deficiat in probando, non præſumitur ſtatim calumniari; ſed iudex ex officio debet inquirere, vtrū fuerit calumnians; & ſi reperierit euidenter calumniam, puniat calumniatorem, etiam in iſtis caſibus exceptuatis, vt in prææallegata l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. & notat Gloſa in dicto §. præuaricator. hæc ibi. qui & paulo inferius in eadem tamen col. dicit; ſatis putarem poſſe ęque diſtingui, vt accuſatore ex toto deficiente, iudex non debeat imponere pœnam momentaneā accuſatori; niſi prius admittat ſuas probationes ſuper innocentia. hæc ille. Gloſa quoque in dicto cap. 1. §. qui vero pręſenti concluſioni ſe ſubſcribens, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: primo, quia defecerunt teſtes, qui teſtificari promiſerant: ſecundo probaueram illum excommunicatum, qui tamen clanculo ſe prius facerat abſolui. hæc ille Doctor: quaſi dicat, quòd in his caſibus excuſatur. probatur & tertio hac ratione, quæ a Pan. vbi ſupra adducitur: quoniam, ſi ſecus eſſet verius, ſatis eſſet inhumanum & acerbum, non admittere probationes, cum poſſet ex cauſa a calumnia excuſari: maxime cum huic rationi faueat textus in dicto c. 2. in fine, cuius verba ſupra retuli in principio probationis: fauet quoq; noſtræ concluſioni, quod dixit Inn. IIII. in concil. generali Lugdunenſi; & habetur in dicto c. 1. §. qui vero non probauerit, in fine de elect. in ſexto; vbi Summus Pontifex infraſcriptis vtitur verbis, videlicet, qui vero in probatione defecerit eius, quod obiecit in perſonam, a beneficijs eccl. per triennium nouerit ſe ſuſpenſum. & paulo poſt ait; niſi manifeſtiſsimis documentis conſtiterit, quòd ipſum a calumnię vitio cauſa probabilis & ſufficiens excuſaret. ex quibus verbis patet apertiſsime concluſionis noſtrę veritas; & quòd non debeat ſtatim puniri; ſed admitti debet excuſatio denunciantis.

Pan. Gloſa. Auctor.

TERTIA CONCLVSIO.

Iudex poteſt imponere denunciatori non probanti ſibi denunciata pœnā ſucceſ-

ſucceſsiuam, etiam ſtatim; id eſt, aliquam pœnam, quam omnino pati meretur, ſi in ſe purgando defecerit; cum limitatione tamen, quòd illam patiatur, donec ſe purgauerit. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per dictum tex. in cap. 2. in fine extra de calum. vbi dicit; vobis mandantes, quatenus memoratum magiſtrum ſcolarum, donec canonice ſuam purgauerit innocentiam, ſcilicet, quòd non animo calumniandi ad huiuſmodi crimina proponenda proceſsit, ab officio & beneficio ſuſpendatis; vt cæteri ſimili pœna perterriti facile non proſiliant ad infamiam ſuorum prælatorum. hæc ibi. ex cuius verbis patet veritas noſtræ cõcluſionis, eo ꝙ Sũmus Pontifex mandauit, denunciatorem illum, qui non probauerat, ſuſpendi; donec ſe purgaſſet; qua etiam pœna plectendus veniebat. Probatur & ſecundo auctoritate Pan. in d. cap. 2. in col. 2. qui his verbis concluſioni noſtræ ſe ſubſcripſit, videlicet; ſed pœnam ſucceſsiuam propter præſumptionem ortam ex probationis defectu poteſt imponere cum illa limitatione, donec ſe purgauerit. & ita poteſt intelligi iſte textus: & ſic non procederet opinio Hoſt. hic dicentis, quòd probatio non admittitur, ſi ex toto defeciſſet in probando: poſſet tamen ſaluari dictum ſuum, quando vellet ſe purgare per iuramentum tantum, prout ipſe Hoſtien. ſentit; ſecus ſi per alias veriſimiles præſumptiones. hæc ille. Gloſa quoque in dicto c. 2. in verſic. calumniandi, conſentit prędictis, his verbis vtens, videlicet: pœna ergo illius qui denunciat, & non probat, erit ſuſpenſio officij & beneficij, vt hic patet, donec ſe purgauerit. hæc ille Doctor.

Gloſa.

probatur quoque & tertio hac ratione: ſi enim denunciatores in probando deficientes non poſſent puniri, antequam ſe purgaſſent, duo mala inde emanarent Chriſtianę reipublicę ſaluti atque quieti aduerſantia: primum quorum eſt, quòd multi denunciantium & non probantium euadere poſſent iuſtam pœnam pro aliquo tempore, vel pro ſemper; quia poſſent fingere, ſe velle adducere teſtes ſuę innocentiæ, qui ſint in remotis regionibus, vt iterim aliquo modo beneuolos reddant ſibi & placatos iudices muneribus, vel minis ſecrete, ſibi irrogatis; vel in fugam ſe dent; & ſic calũnia eorum aliquo modo remaneret impunita: ſecundum malum eſt, quia multi qui modo timore huiuſmodi pœne incurrendæ retrahuntur ab huiuſmodi facinore perpatrando, & ſunt faciles ad infamiam proximorum ꝓcurandam denunciationibus, ſi hoc non fuiſſet ſtatutum, procliuiores eſſent ad calumnioſe denuncianda fratrum delicta.

Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

Denunciatores ſeu accuſatores probãtes ſemiplene delata crimina contra aliquam perſonam in iudicio, niſi manifeſtiſsimis documentis probauerint, ſe denunciaſſe illa, non animo calumniandi; ſed ad id fuiſſe motos rationabili de cauſa ſe excuſaute, vt puta, quia non ſunt ſoliti calumniari; vel ſi reus nihil pro ſe probaſſet in iudicio, punientur pœna calumniatorum. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in cap. 1. §. fin. de elect. in ſexto, vbi hæc habentur in forma, videlicet: qui vero in probatione defecerit eius, quod obijcit in perſonam, a beneficijs eccleſia. per trienniũ ſe nouerit eſſe ſuſpenſum: ad quæ ſi intra illud tempus propria temeritate ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuo ſit priuatus; nullam ſuper hoc de miſericordia ſpem ſeu fiduciam habiturus: niſi manifeſtiſſimis conſtiterit docum. quòd ipſum a calũnię vitio cauſa probabilis & ſufficiẽs excuſaret. hæc in d. canone. & ꝙ dictus canon editus ab Innoc. IIII. in generali concilio Lugdunẽſi loquatur

c. §. fin. de elect. in 6.

de non probante plene, ſed ſemiplene, vel minus probante tantum. proba-
c. vt circa de elect. I 6. tur per tex. apertiſsimum in c. vt circa, de elect. in 6. in fine: vbi Gregorius nonus Summus Pontifex in conc. generali Lugdunẽ. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: illa ſane, quæ felicis recordat. Innoc. papa IIII. contra non plene probãtes ea, quæ in formam, vel perſonam obiecerant, ſtatuit, in ſuo volumus robore permanere. hæc ibi, vbi
Gloſ. Gloſa in ℣. ſtatuit, ait; ſtatuit ſupra in eod. titu. in c. ſtatuimus; cuius quidem canonis eſt ille præadductus. §. qui verò. immo & hæc concluſio probatur
c. 2. ex de calum. quoque per tex. in cap. 2 extra de calum. cuius tenorem ſæpe in præcedentibus concluſionibus attulimus: cum ibi concludatur, puniendum fore denunciatorem deficientem in probatione, niſi ſe purgauerit de prætenſa calumnia denunciationis: & per arg.
c. ſi forte de elect. I 6. in cap. ſi forte de elect. in 6 in fine: vbi idem Greg. in eod. concilio infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: cæterum, ſi præmiſsi examinis exitus huiuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui, opponentes oĩno a proſecutione cauſæ, in qua talia obiecerũt, excludimus; & perinde puniri decernimus, ac ſi penitus in probatione omnium, quæ obiecerant, defeciſſent. h. omnia ibi. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum, de quorum nume-
Io. And. ro eſt Archid. in dicto §. qui vero (relatus a Dominico a S. Geminiano ibidẽ) q. ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni his verbis, videlicet: Archid. qui diffuſe hoc tractat, hic tenet contrarium: nam ſemiplena probatio non eſt probatio; quia nulllum & non ſufficiens æquipollent. facit tex. in cap. ex tuæ. ex̃ de cler. non reſid. cum concor. ergo ille, qui nõ
Nullum & non ſufficiens æquipollent. probauit plene, defuit in probando. alleg. etiam tex. in cap. 1. 3. quæſt. 1. & in cap. ſi forte, de elect. in ſexto. ergo debet ſibi cauere, qui obijcit, ſi non plene probat; quia incidit in hanc pœnam. hæc Archid. relatus a prædicto Dominico a S. Geminiano: cui & ipſe aſtipulatur, vbi ſupra. qui Doctor poſt prædicta dicit ipſe; & iſtud a parte probatur infra eod. capit. vt circa. §. fin. vbi dicit in hac conſtitutione pœnas appoſitas contra non probantes plene obiecta in perſonam, vel formam: qui Doctor & addit; nota bene iſtud dictum, quod ſemper in dubio appellat. probationis intelligitur Probationis app. in dubio itelligit de plẽna
de plena & non ſe miplena. facit quod notat Gloſa in Clem. conſtitutionem, de elect. in ℣. fides plena; vbi dicit, nõ ſufficere ſemiplenam. quod eſt notãdum pro ſtatutis, & alijs depoſitionibus, vbi fit mentio de probatione. hic ille Doctores, quibus conſentiunt Gloſa.
& Gloſæ dictorum canonum. & primo ſe ſubſcripſit noſtræ concluſ. Gloſa in dicto cap. 1. §. qui vero, de elect. in ſexto; & eſt Ioan. And. qui in ℣. calumniæ infraſcriptis vtitur verbis: nota in excipiendo, accuſando, & denunciando quem calumniari, vt in cap. ſuper his, extra de accuſat. vbi dicitur, quòd tribus modis valet crimen opponi, videlicet; denunciando, excipiendo, & accuſando: & in cap. qui non probauerit 2. quæſt. 3. & in cap. qui crimen, 2. q. 8. & in c. cum dilectus, extra de calumniatoribus. hæc ibi. ſed quoniam dictorũ canonum ſeriem retuli quoq; in probatione primæ concluſ. hic eam non repetam. præſenti quoq; concluſioni implicite, cum non faciat mentionem de ſemiplena probatione excuſante, ſe ſubſcripſit Iulius Clarus in pract. crimin. lib. 5. § fin. quæſt. 52. in ℣. ſed pone, infra per me relato in tract. de purgat. canonicæ. concluſione vltima; licet explicite non loquatur de probante ſemiplene; ſed de habente pro ſe euidentia indicia. Hoſtienſis quoque noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni, cuius verba retuli infra in concluſione vltima tract. de purg. canon. & noſtræ cõcluſioni Pan. quoq; ſe ſubſcripſit in c. fin. ex̃ de iureiur. col. 8. dicẽs, accuſatorem excuſari a calumnia, ſi ſe-

ſi ſemi, lene probaſſet delatum delictum. idcirco omnino tenenda hæc concluſio mihi uidetur, cũ fultus ſim quoque auctoritate Ioannis Ber. Diaz in ſua pract. canon. crimin. in c. 6. in uer. poſtquàm uero: ubi iſtis ipſis utitur uerbis, uidelicet: poſtquam uero obligauit ſe probare, quod detulit; ſi ſemiplene probauit, non ſufficit, quo minus condemnetur ad pœnam, ad quam ſe aſtrinxit, ſi nõ probaret, ut concludit Lucas de Penna in l. 2. ff. de delatorib. in col. 3. uer. ſed pone. ſi autem delator probauit crimen & reus defenſiones iuſtas; & tunc ſi tales erant adeo notæ, ꝙ delator habuit iuſtam cauſam credendi, ꝙ inique procedebat ad delationem, tunc non excuſabitur a pœna: ſecus autem, quãdo detulit crimen, quod erat publice notum, & defenſiones totaliter occultę, & fama in contrarium habebatur, tunc excuſabitur a pęna. hæc ille, ubi ſupra; qui multas alias concluſiones de hacmet materia adducit, quas ſupra retuli in cap. 10. fere per totum. qui doctor in eadem pract. capitulo 49. circa finem, declarat ſemet prędicta dicentem per iſta ſcripta, uidelicet: an autem præſentatio unius teſtis releuet à pęna calumniæ, uide Ana. in c. 2. de calum. in quarta col. ina; ex quo colliges, ꝙ releuat; niſi alias conſuetus eſſet calumniari; & in alio caſu, quando reus nihil probat: pro

Auctor. quo alleg. Anto. ibi, & Bal in l. fin. C. de probat. hæc ille, ex cuius omnibus uerbis, ſuperioribꝰ & iſtis, colligitur, ꝙ ſemiplene probans tantum in duobus caſibus uenit puniendus pœna calumniæ, uidelicet: quando eſſet ſolitus calumniari, uel quando reus pro ſe aliquid probauit. & ſic poteris concordare omnes doctores; intelligendo dicentes, ſemiplene probantes puniẽdos, ſcilicet in prædictis duobus caſibus; dicẽtes autem non puniendos: ſi quando non ſunt ſoliti calumniari, uel quando reus aliquid probauit. probatur & tertio hac ratione, quoniam

cum nemo debeat condemnari a iudice, niſi plene ſit in iudicio probatum contra ipſum; inde conſequens erit, ut, qui adduxit in iudicium aliquem, ut condemnaretur, meritò & ipſe tanquam calumniator, & hoſtis pacis ac famæ proximorum incidat in foueam, quam fecit. Sed, licet re uera iudicio meo ſit uerisſima noſtra concluſio, ac multis auctoritatibus probata. tamen, quia nonnullos doctorum contrarium ſenſiſſe uidetur reperiri; idcirco, ut omnis ambiguitas ab animo lectoris euellatur, huiuſmodi ſententias in medium adducam, atque illas non aduerſari, at potius aſtipulari noſtræ concluſioni implicite, probare co labor. ſciendum ergo, quòd Specul. in titu. de accuſ. in fine. §. ultimi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet; uel dic, cum quis accuſat, & nullo modo probat; & tunc calumniari præſumitur: aut ſemiplene; & tunc, licet ad plenum non probaret. hæc ille. cuius ſententia de uerbo ad uerbũ relata, ſi bene libretur, non aduerſatur concl. cum ipſe uelit dicere, quòd ſemiplene probans non eſt pręſumendus, uoluiſſe calumniari; quod non negatur, cum de præſumptione non fiat mentio in noſtra concluſione. & quòd noſtræ ſentẽtiæ fuerit Specul. patet ex dictis eiuſdem in titulo de abolitione & purgatione, in §. nunc de purgatione dicamus, in uer. ſed pone. ubi infraſc. ipſis utit uerbis, uidelicet; ſed pone; Titius accuſauit Petrum, & non potuit aduerſus eum probare, niſi de ſola fama. indicta fuit accuſato propter infamiam purgatio, in qua quia defecit, depoſitus eſt. quæritur, an accuſator puniatur pęna talionis. reſpondeo. quæſtio uenerabilis eſt; & ſoluit, quòd &c. hæc ibi. ex quibus apertisſime patet, illum conſentire implicite noſtræ conclu. cum ſemi plena probatio, & infamia probata contra aliquem in multis equiparent, & maximè in materia noſtra. Ant. quoque de Butrio in dicto. c. 2. ex. de calum. dicẽs ſententiam Vincentij

Auctor. concordat opiniones uidetur prima frõte aduerſare ſuæ concluſ.
Specul.
Auctor.
Ant.

centij, qui uoluit accuſatorem probãtem per unum teſtem excuſari debere a calumnia, eo quòd non debeat dici calumniator, ueram eſſe; quando ille accuſator non fuiſſet aliàs conſuetus calumniari; per ea quę notantur in c.ſemel malus, de reg.iuris in 6.hęc ille. qui licet explicite non uideatur ſe ſubſcripſiſſe omnibus membris noſtræ concl. immo prima fronte illi uoluiſſe prædictis uerbis aduerſari: tamẽ re uera noſtræ conſenſit concl. quoniam ipſe locutus eſt de præſumptione, quæ poſſet elici ex huiuſmodi ſemiplena probatione; & idcirco noluit dicere aſſertiue, & quòd abſque cõditione aliqua probans ſemiplene, ſeu p unum teſtẽ, ſemper excuſetur a calumnia: ſed potius cautius loquens dixit, quòd tunc excuſaretur a calumnia propter huiuſmodi probationem, ſi ille talis non fuiſſet conſuetus calumniari. & ſuam opinionem probare uoluit per illam uulgatam regulam iuris: Semel malus ſemper præſumitur malus in eod.genere mali. ex quibus uerbis patet, illum locutum fuiſſe de præſumptione, cum in ſui fauorem regulam illam de præſumptione loquẽtem adduxerit. quod a nobis non negatur in præſenti concluſione; immo explicite fatetur ĩ ipſa. inſuper videtur contrariari noſtræ cõcluſioni Bald. in c. fin. C. de probat. ubi infraſcripta protulit uerba: illud uerũ, quòd ſemiplene probando accuſator excuſatur a calumnia, quando reus nihil probat; & facit (ſecũdum eũ) quod habetur in l.noſtris C.de accuſ.hæc ille. cui quamfacillima erit reſponſio, dicendo, illum locutum fuiſſe de calumnia præſumpta, id eſt, excuſatur a calumnia, quæ poterat præſumi; ſed non, quòd excuſaretur omnino ab omni calumnia, ac a pœna calumniæ in omni Auctor. euentu. & quòd huiuſmodi reſponſio ſit ueriſsima, probatur per ipſummet Baldum dicentem in l.athletas.§.calumniator.ff.de his, qui notant.infa. dictum unius teſtis excuſare a præſumpta calumnia. hæc ille ibi: qui in l.mater.C.de accuſ. apertius loquens dixit, quòd eo caſu, quo fama excuſat a calumnia, debet intelligi de præſumpta, & non de uera; ut refert Dominus Felinus in d.c. 2.extra de calum. qui & noſtræ concl. non refragatur aperte; ſed conſentit implicite, ſequendo opinionem prædictam Antonij prædicti & Baldi. ſed nec Vinc. ſentit contrarium, dicendo, ut referunt dicti doctores, quòd per unum teſtem excuſatur quis a calumnia; q.a & ipſe loquitur de præſumptione: quoniam ipſemet alibi in eod. capitulo 2. extra de calum. diſputans de quæſt. ſupra relata in opinionis Specul. relat. concludit, quòd licet probet aliquem fuiſſe infamatum de denunciatis a ſe, ſi nihil aliud, quàm publicam famam, probauerit, debebit puniri de calumnia. quapropter patet & illum noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſiſſe implicite: ac per conſequens illius ſententia erit interpretãda iux. dicta a me, ſuper verba Specul. in hacmet concl. relata. nec ult.obſtat noſtrę concl. quod dixit Pan. in dicto c. 2.extra de calum. referẽs ſententiam Domini Vincentij, cuius opinioni uidetur ipſum conſenſiſſe: tum quia nec ipſe Vincentius eſt cõtra noſtram concluſionem, ut abunde ſatis probauimus; tum etiam, quia ipſemet paulò ante dictæ opinionis relationẽ dixerat ſimpliciter infraſcripta; videlicet: item nota, quòd licet denunciator non ſe inſcribat ad aliquam pœnã: tamen puniri debet, ſi deficit in probãdo. immo & poſt relationem opinionis Vincentij ipſe dixit; in his ergo & ſimilibus caſibus, licet quis deficiat in probando, non præſumitur ſtatim calumniari: ſed iudex ex officio ſuo debet inquirere, utrum fuerit calumniatus, nec ne; & ſi reperierit euidenter calumniam, puniet calumniatorem etiã in illis caſibus. hæc ille ibi. ex cuius uerbis patet ueritas concluſionis noſtræ; ac ſententiam ipſiuſmet doctoris ſuffragari illi concluſioni. & ſic ſit ſatisfa-

ctum

ctum concluſioni noſtræ, iam proba-tæ tot auctoritatibus, & rationibus ſupra adductis.

QVINTA CONCLVSIO.

DEnuncians, uel accuſans delicta in ſe ipſum commiſſa ab aliquo, & illa non probans, niſi per famam, punietur etiam pęna calumniæ. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per tex. in l. penultima. & l. finali. C. de accuſat. & per arg. in c. ſciant. 2. q. 8. & eſt Calixti Papæ, ubi hæc habentur, uidelicet: ſciant cuncti accuſatores, eam rem ſe debere inferre in publicā monitionem, quæ munita ſit teſtibus idoneis; uel inſtructa apertiſsimis documentis; uel indicijs ad probationem idoneis, uel indubitatis, & luce clarioribus expedita. probatur & ſecundo auctoritate Angeli in l. mater C. de accuſ. quem adducit & ſequitur Dominus Felinus in capitulo ſecundo extra de calum. qui Angelus ibidem addit, quòd in hac concluſione uerificatur opinio Cy. & aliorum tenentium, quòd fama non excuſet. hæc ille. pro cuius maiori intelligentia ſciendum, quòd Specul. in titu. de abolitione; & purga. in §. nunc de purgatione dicamus. in uer. ſed pone, infraſcriptis utitur uerbis, de præſenti concluſione loquens, uidelicet: ſed pone; Titius accuſauit Petrum; & non potuit probare aduerſus eum, niſi de ſola fama. indicta fuit accuſatori propter infamiā purgatio: in qua quia defecit, depoſitus eſt. quærit an accuſator puniatur pœna talionis. reſpondeo; quæſtio uenerabilis eſt; & ſoluitur, quòd ſic. hæc ille. ex cuius uerbis patet apertiſsime, illum ſe ſubſcripſiſſe noſtræ concluſioni. Ioannes quoque And. ſequens Specul. ubi ſupra, in add. in littera d. addidit dictis ipſius, quod dicit hic Bart. ſecundum Ia. propter c. qui non probauerit 2. q. 3. & quia debebat habere probationes luce clariores 2. q. 8. c. ſciant nil alle. pro hac de purg. canon. addit, quòd ſi deficiat in probatione, quidquid de purgatione canon. eueniat, puniendus tamen eſt. hæc ille. & quòd hæc ſit quoque ſententia Ioannis And. patet, tum ex dictis uerbis; tum etiam auctoritate Felini, ubi ſupra, dicentis Ioan. And. in dicta additione eſſe prædictæ opinionis: & quòd uerum ſit, quod dicit Ioan. And. patet ex præadducto tex. in c. ſciant. Vincentius quoque in dicto c. 2. de calum. relatus a Felino ibidem, ſe ſubſcribendo noſtræ concluſioni, dixit; quòd probans tantum de fama debeat puniri de calumnia. probatur tertio & ultimo concluſio noſtra hac ratione: cū enim de facto proprio nemo poſsit prætendere ignorantiam; inde ſequitur, quòd denuncians huiuſmodi delicta in ſe commiſſa, nec probans, niſi per famam, calumniari omnino præſumitur uoluiſſe: & idcirco pœna calumniatoris merito plectendus erit. de hac concluſ. & fere omnibus præſentis capituli multa dixi in capitulo unico, de forma ſeruanda a iudicibus lib. 2. titu. de denunciationibus, fere per totum.

Marginalia: l. penul. & l fin. c de acc. c. ſciant. 2. q. 8. — Angel. — Specul. — Io. And. — Auctor. — Vinc. — Auctor.

SEXTA CONCLVSIO.

DEnuncians ſeu accuſans aliquem coram iudice de commiſſo delicto non in ſe, ſed in res ſuas & ſuorum; puta de furto rerum eius oblatarum, noctis tempore, de domo ſua; uel de adulrio commiſſo cū uxore ſua, eo abſente; uel huiuſmodi: ſi probauerit de fama, quæ habuit ortum a fide dignis, excuſabitur a pęna calumniatoribus debita. hęc concl. probatur triplici medio. primo per arg. in l. cum quidam. §. quid dicetur. ff. de acquir. hæred. & in l. fin. ff. de hæred. inſtituendis: ubi habet, quòd q mouetur fama & aſſertionibus fide dignorum, non mouet iniuſte. probat quoq; hæc concl. per tex. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui nota infam. & in l. 1. §. 1. ff. ad Turpillianum. probat & ſe-

& ſecundo auctoritate doctorum; de quorum numero eſt Ang. in dicta l.mater.& Felinus,qui eum ſequi uidetur in dicto c. 2.extra de calum. Bar. quoque idem ſenſijt in præadductis iuribus, ut refert Felinus, ubi ſupra:qui & hoc ꝓbat hac ratione dicens; quia ſatis dicitur excuſari, ſi fuit motus propter famam,quia propter hoc dicitur probare iuſtum errorem per tex. in l. Miles. §. mulier. ff. ad Vellea. Dominus Ant. dixit in dicto c. 2. quòd ſi fama habuit ortum a fide dignis, tunc denunciator probans famam huiuſmodi excuſatur a pęna calumniæ incurrenda. Ioannes de Imola in eo.c.2.de calu.ſe ſubſcripſit noſtrę concl.infraſcriptis uerbis,uidelicet: ſententia Bar.eſt uerior, quia quælibet cauſa colorata habet excuſare a dolo; & per conſequens a calumnia, ut in l.igitur. §.fin.ff.de liber.cauſa & notat glo.in l. plag. C.ad l Flauiã de plagiarijs: Ana.ſequens Bar.ubi ſupra, dicit, ipſius opinionem interpretãndã de fama, quæ longo tempore durauit; qa tũc excuſat a dolo & a calumnia:Salic.in l.mater. C.de accuſ.& Bal.in prędadducto. §. calumniator ſequitur Bar. prędadductam ſententiam,ut refert Fęlinus ubi ſupra. Pan. ſe ſubſcripſit ſententiæ Bar. infraſcriptis utens uerbis hæc cum contingat, ex de reſcriptis in ver in gloſa prima, videlicet: nota primo ex hac gloſa, quòd fama indicit credulitatem: unde habens aliquam conſcientiam ex fama, dicitur habere ex probabili cauſa. & idem ſentit gloſa in c. inquiſitioni extra de ſent. excom.idem notat Bar. in l.2.C.ſi ſeruus, uel libertus lib. 10. ubi ponit notabile dictum dicens, quòd ſi aliquis accuſauit publice infamatum, & defecit in ꝓbando. non debet puniri pœna talionis,uel calumniæ; quia excuſatur propter infamiam præcedentem.quod eſt menti commendandum. & facit eleganter ad intellectum. c. 1. in fine de elect.in 6.hac ille doctor ubi ſupra.cuius dictis ultimis adde tu: quoniam in dicto c. 1.in fine hæc habentur, videlicet:niſi manifeſtiſsimis conſtiterit documentis, quòd ipſum a calũniæ vitio cauſa probabilis & ſufficiens excuſaret. probatur & tertio rationibus præadductis ſupra in recitatione opinionum doctorum prædictorum.

Ant. — Imola. — Auctor.

SEPTIMA CONCLVSIO.

DEnũciator ſeu accuſator accuſans aliquem de iniuria aut maleficio ipſum, uel ſuos non concernente; & probans ſolum per famam, non excuſatur a calũmniæ pœna: ſecus, ſi ultra famam probaret per unum teſtem.hæc concluſio probatur triplici medio.primo per arg. in dicto c. 2. extra de calum. ubi non probans plene punitur; niſi ſe purgauerit, quòd non animo calumniandi denunciaſſet:& per arg.in l. fin.C.de accuſat. & in l. 1.C.de famoſis libellis;& in c ſciant. 2.q.8.ubi monent accuſatores, ut non accuſent, niſi habeant ſufficientes probationes. probatur & ſecũdo auctoritate Angeli in l.mater.C.de accu.& in l.athletas.§.calumniator. ff.de his,qui notantur infamia.& ut refert Fælinus i d.c. 2. quòd ſola fama non releuat accuſatorem a præſumpta calumnia: ſecus, ſi ultra famam probat per unum teſtem. hæc ille doctor. probatur & tertio hac ratione. cum enim iniuria ſeu delicta nõ ſint commiſſa contra perſonam,aut bona accuſatorum ſeu denunciatorũ aut ſuorum; ac proſequẽs dolore proprio ad accuſandum non proſilierunt: ideirco debuerunt, ita mature negociũ indagare, ut ſufficiẽter poſſent probare; & non ſic imprudenter proximorũ famam lædere: cum nemo debeat aliũ accuſare,niſi habeat probationes luce meridiana clariores; ut fuit probatum ſ in tract. de accuſat. capitulo unico, tit. de pœna accuſatoris nõ probatis.

Angel'. — Auctor

OCTAVA CONCLVSIO.

DEnũciator ſeu accuſator, qui probauit denunciata tantum per te-

ſtes

ſtes, qui poſt modum per aduerſam partem fuerunt repulſi legitime: quapropter denũciatus fuit abſolutus a iudice: ipſe denunciator debet puniri de calumnia: quando teſtes fuerunt reprobati eo, quòd falſum teſtimonium protulerunt, uel quia fuerunt corrupti; & huiuſmodi conditionis illos eſſe denunciator ſciſſet; ſecus ſi fuiſſent repulſi, eo quòd fuerant infames reperti, uel ipſos corruptos, aut falſum illos protuliſſe denunciatorem lateret. quod in dubio præſumitur, conſiderata qualitate denunciatoris. hæc concluſio probatur per argumen. in l. uerius. ff. de probatio. & in l. qui cum maior. §. fina. ff. de bo. liber. probatur quoque auctoritate Domini Felini in cap. 2. extra de calum. qui adducit auctoritatem communem doctorum, infraſcriptis utens uerbis, uidelicet: & adde Specul. in titu. de calumniat. in fine, ubi ponit de accuſatore, qui probauit crimen per teſtes: ſed ex aduerſo accuſatum fuerunt reprobati: & ideo iudex abſoluit accuſatum: & quòd accuſator debet puniri de calumnia, quia effectũ inſpicere debemus, ut in c. nuper, de Bigamis: iſtã partem tenent hic doct. quod limita ſecũdum Dominum Ant. quando teſtes fuerunt reprobati, quia infames; ſecus ſi ex eo, quòd dixerunt falſum; uel quia fuerunt corrupti. & iſta limitatio procedit ſecundum Imo. quãdo ille, qui produxit, teſtes corrupit; uel ſciuit eos falſum dixiſſe: ſecus ſi ignorauit: quod in dubio præſumitur arg. in l. uerius. ff. de probat. de hac quæſtione uidebis quoque, quæ attuli ad illius probationem ſupra in concluſione iiij. cap. 1. præſentis lib. tit. de inquiſitionibus.

NONA CONCLVSIO.

Denunciator obligans ſe ad probãdam ſuam innocẽtiam, uel aliquid aliud, ſi poſtmodum non probat, niſi per unum bonum teſtem, uenit puniẽdus arbitrio iudicis. hæc cõcluſio probatur auctoritate Felini in capitulo ſecundo ex. de calum. ubi ſupra q., infraſcripta dixit, quid autem. ſi aliquis ſe obligat ſub pęna innocentiam ſuam uel aliquid probare; & non probat; niſi per unum teſtem. dicũt doctores, quòd non uitabit pœnam conditionalem, ſi fuit certa: ſecus ſi fuit incerta. de quo die, ut plene per Ioan. And. in c. cum dilectus in ver. perfectam de elect. & ibi inter alia dicit: quòd eſt in arbitrio iudicis punire eum, qui deficit in talibus; ſed habet unum bonum teſtem. quod dicit ibi Imo. in fine eſſe notandum.

DECIMA ET VLTIMA concluſio.

Denunciator ſeu accuſator, ſi, quæ denunciauit plene, non probaſſet, teneretur ſe purgare arbitrio iudicis; quòd denunciauerit non animo calumniandi. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per arg. in capitulo ſecundo extra de calum. ca. 2. ext. de calũ. ubi præcipitur præſtari purgationem ab eo, qui in probando denunciata defecerat: & non declaratur qualitas purgationis ac modus ſeruandus in huiuſmodi, purgatione præſtanda; patet ergo ueritas præſentis concluſionis ex uerbis textus, in dicto capitulo ſecundo, ſupra de uerbo ad uerbum relato. probatur quoque per textum in capitulo inquiſitionis, in fine, extra de accuſa. ubi hæc habentur in forma inter alia, uidelicet: ad quod eſt noſtra reſponſio, quòd propter famam & deponentium credulitatem duntaxat nõ erit ad depoſitionis ſententiam procedendum; ſed infamato canonica poterit iudici purgatio ſecundum arbi-

arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos, & graues læſa opinio nõ extitit. hæc omnia ibi. probatur auctoritate doctorũ, de quorum numero eſt gloſa in dicto c.2.in ver. calumniandi in fine.infraſcriptis enim utens uerbis ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni. pœna ergo illius, qui denunciat, ſi non probat, erit ſuſpenſio officij, ut hic patet, donec ſe purgauerit. & huiuſmodi purgatio præſtabitur ad arbitrium iudicis, ex quo hic non determinatur; ſupra de off. deleg. c. de cauſa. §. illis etiam: & proptereà cum purgationes hodie arbitrariæ ſint, ut patet ſupra, titu.prox. c. Inquiſitionis in fine. hæc ille doctor: cui ſe ſubſcripſit Pan. in dicto c.2.in V. & in ea gloſa, ubi hæc ait, uidelicet: ſed propriè finis gloſæ concludit, ꝙ iſtud arbitrarium erit, quia purgationes hodie ſunt arbitrariæ; quaſi uelit, quòd iſti commiſſarij poterunt indicere purgationem ꝑ ſuum ſacramentum, uel adiungere duos, uel tres conpurgatores ſecũdum, quòd eis uidebitur. Hoſt. hic dicit, quòd ſufficit ſolum iuramentum: quia non habetur tex.de purgat. ſed certe opinio gloſæ plus mihi placet: quia tex.dicit, quòd canonice debet ſe purgare; & purgatio canonica eſt arbitraria, ut infra de purgat.cano. per totum. item poterit purgare innocentiam ſuam probando aliquem de ſupradictis modis, uel conſimiles. hæc ille ubi ſupra. Dominus Felinus in dicto c. 2.in uer.in eadẽ gloſa ibi, per iuramentum, dicit, doctores communiter tenere, quòd non ſufficit purgatio facta tantum per iuramẽtum delatum a denunciatore; qa aliter quilibet poſſet ſe excuſare a calumnia iurando, ꝙ non calumnioſe egiſſet: ideo oportet aliter probare ſuam innocentiam. probatur quoque & tertio rationibus adductis ſupra a doctoribus ꝓdictis. Ad arg. modo pro parte aduerſa ſupra in principio præſentis capituli ante omnes præſentes concluſione adductum facillima, Deo dante, erit reſponſio. & primo negando Maiorem, dicendo illam non eſſe ueram, ita generaliter intellectam: quoniam multa opera ſunt bona: & tamen illa operari, non tantum non eſt meritorium; immo pœnæ obnoxium: peregrinatio enim, elemoſinarum largitio, matrimonium contrahere, hoſpitalia uiſitare, & huiuſmodi opera facere, de ſui natura meritorium eſt: quia ipſis incumbere aliquando præcipimur, & aliquando conſulimur: & tamen illis uacare non omnibus licet propter aliquas profeſſiones particulares aſſumptas, quas perficere aduerſatur prædictis, ut patet in religioſis & alijs ſe ad illorum abſtinentiam uouentibus; qui ſi huiuſmodi operibus operam nauare uellẽt, procul dubio non paruũ ſacrilegij reatum incurrerent, ut patet ad ſenſum. ad Minorem quoque dicitur illam ueram non eſſe indiſtinctè: quoniam, quãdo frater eſt emendatus; & non eſt periculum de recidiuo; tunc denunciare huiuſmodi fratris delictum peccatum graue eſt, & contra ordinem charitatis, & præceptum Euang. ut fuit abunde ſatis probatum in quinta quæſtione præſentis opuſculi ſeu tractatus, dũ de denunciatione euangelica fuit ſermo habitus: eo quòd eſſet in detrimẽtum famæ illius abſque utilitate. & ad probationem dictæ Minoris propoſitionis dicitur illam tantum uerificari; quoniam frater non eſt emendatus, & poteſt puniri a iudice, ut puta: qa fuit ſeruatus ordo euangelicus in corrigẽdo fratrem, uel ſaltem, quia ſufficienter probauit delicta denunciata: quod non ſupponimus in præſenti quæſtione, in qua tantum quæritur, an ueniat puniendus denunciator in probatione delatorum deficiens, ut patuit ex propoſitione ipſius. Ad Concluſionem dicti argumenti allati breuiter dicitur, illam falſam eo, ꝙ innitatur fundamentis falſis, cum eliciatur ex propoſitionibus

Glo. | Rñſio ad arg. adductũ in principio capituli.

nibus falſis. ad conſequentiam idem dicitur ſicut fuit dictum ad concluſionem. ad textum uero in c. ſuper his extra de accuſatio. reſpondeo cum auctoritate Pan. in dicto c. 2. extra de calum. ubi prædictarum rationum nonnullas confutando infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: Inn. hic non reſpondet ad contrarium; ſed dicit notanter, quòd grauiori pœna afficitur denunciator calumnioſus, quã denunciatus cõuictus: nam hic tm̃ compellitur facere pęnitentiam, ſed denunciator calumnioſus hic ſuſpenditur ab officio & beneficio. Dominus Cardi. dicebat, quòd oportebat intelligere iſtum textum, quòd agebatur ad certam pęnã; quaſi uelit, quòd hic loquatur de denunciatione canonica, cuius finis erat ad certam pęnam imponendam. iſta eſt magna reſtrictio ad iſtum tex. & cõtra opinionem omnium doctorum. & hoc capitulum hactenus per omnes intellectum eſt, ut procedat etiam cum agitur ad pęnitentiam, & minime ſunt mutandæ, &c. & ad hoc adduco iſtum tex. in fine, dum dicitur, iſtum debere ſuſpendi, ne de facili ad infamiam prælatorum proſiliatur. ponderatur ergo fama, quæ oritur ex denunciatione, & non pæna: item ſi fuiſſet actum ad certam pęnam, & fuiſſet facta inſcriptio ad pænam extraordinariam. ut in c. ſuper his præaddncto. & ideo intelligo iſtum tex. ut procedat etiam in denũciatione, quæ fit ad pænitentiam: adde tu a denunciatione euangelica, cuius Auctor. ſcopus eſt, ut a nobis probatum eſt, correctio ſeu emendatio fratris, atque illius inductio ad pænitentiam. ſequitur Pan. ubi ſupra. & ad contraria reſpondeo, inquit ipſe Pan. & primo ad c. ſuper his: fateor enim, quòd denuncians non habet ſe inſcribere, quia non agit ad pænam: ſed ſi deficit, tunc propter infamiam, quam conatus eſt denunciatis inferre, denunciator debet puniri, prout dicitur hic: nam infamare aliquem eſt graue delictum, ut in c. homicidiorum de pæniten. diſt. 1. & 6. q. 1. c. deteriores & c. ex merito. 5. q. 1. c. 1. & 2. hoc innuere nobis apertiſsime uoluit litera in fine, hic: nam ſi aliqualiter non puniretur denunciator, de facili quiſque proſiliret ad denunciandũ alium. nec ualet arg. dicendo, non ſe inſcribit; ergo non debet puniri. tolle inſtantiam, obijciens enim contra electũ non confirmatum nõ ſe inſcribit, quia non tendit ad pęnam, ut dicit tex. in d. c. ſuper his extra de accuſ. & deficiens in probatione tamen punietur, ut in c. 1. de elect. in 6. nec obſtat ſecundum contrarium: quia in odium calumnioſi inductum eſt, ut puniatur ſimilitudine ſupplicij. ſed ſi nõn reperiretur conſimilis pœna; quia ad pęnam non agebat, debet puniri alio modo; quia non debet calumnioſe proſilire ad infamiam alterius; & crimina non debent remanere impunita. hæc ille doctor celeberrimus canoniſtarũ. ex cuius eruditiſsimæ ſententiæ uerbis patet luce clarius, quòd ueniat pæna calumniatoris plectendus denunciator non ſolum, quando denunciauit delictum fratris iudici per uiam denunciationis iudicialis & canonicę, quarum ſcopus eſt infligere pęnam denunciatis; ſed etiam per uiam denunciationis euangelicæ cuius obiectum & finis eſt pęnitentia atque fratris correctio.

Quæ ſit forma uerborum, qua uti debet denuncians iudici, tãquam Eccleſiæ, per uiã denunciationis canonicæ, necnon & euangelicæ atque iudicialis. Cap. unicum.

Denunciatio euangelica atque canonica ſpecialis qua forma uerborum fieri debeat. concl. 1.

Denunciatio canonica generalis, & publica qua

qua forma uerborũ fieri debeat'. concl.2. Denunciationis iudicialis priuatæ,qua forma erit. concl. 3.

CVm ope diuina adiutus finẽ impoſuerim his, quæ adducenda uidebantur ꝓ ſedandis atq; e medio tollendis cunctis fere ambiguitatibus, quæ aſſolent oriri in materia denunciationis euang. canonicæ, & iudicialis;tam reſpectu denunciatorum,& eorum,qui denunciantur;quàm ex parte prælatorum, & iudicum,ad quos ſpectat huiuſmodi denunciationes ſuſcipere: idcirco operæpretium duxi in præſenti capitulo antepenultimo totius opuſculi de denunciatione inſcripti, in medium proferre formas unicuiuſque ſpeciei denunciationis, ut conſultum eſſe poſsit tam ipſis denunciatoribus; quàm ipſis prælatis atque iudicibus: & ut facilius cõmẽdari queant ipſæ formæ tradendæ inferius,uiſum fuit,illas per nonnullas cõcluſiones litteris commendare.

PRIMA ERGO CONCLVSIO ſit hæc.

DEnunciatio euangelica atque canonica ſpecialis'dẽt fieri hac uerborum ſerie, uidelicet. Vobis reuer. patri,uel iudici ego talis de tali denũcio,quòd talis rector talis Eccleſiæ,uel cellerarius talis mon. uel huiuſmodi eſt diſſolutus:uel in ſua domo tenet cõcubinam: uel celebrat in excommunicatione, uel in mortali eo, quòd fecit, & ſemp facit hoc & hoc:eſt aũt homicida:quia tali die,in tali loco,in tali hora,corám talibus,interfecit talem:& dilapidat bona ſuæ Eccleſiæ; uel de mon. redditibus cõſanguineos ditat: uel illps redditus augere ſua ignauia non curat;quia potuit facere hoc & illud,& omnino deſpexit: uel eſt ſimoniacus eo,quòd contulit,uel recepit ſacros ordines,uel beneficia eccleſtica: uel adulterium perpetrauit in tali loco & die, cum uxore talis:uel eſt periurus:uel inſufficiens ad regimen talis Eccleſiæ ꝑ hoc, & hoc & huiuſmodi: uel quia eſt diffamatus apud bonos, & graues.& licet,ſecundum regulam euangelicam ac dominicum præceptum,eum primo ſeorſum inter me & ipſum ſolum; & ſecundo adhibitis teſtibus, qui prodeſſe poterant, diligenter, & charitatiue monuerim, ut ſe ſup his corrigeret,ac de commiſsis Deo & Eccleſiæ ſatisfaceret: tamen non audiuit, nec aliquid apud eum profeci. quare nõ ualẽs hoc ulterius, urgente conſcientia, tollerarẽ,hoc Vobis,& Eccleſiæ nunc dico; & ſuper his eum in ſcriptis uobis denũcio;& corã uobis, ſi neceſſe fuerit,ſum probare paratus: & peto ipſum a ſua adminiſtratione remoueri: & ante omnia, cũ ſit de dilapidatione ſuſpectus, omne genus alienationis ſibi interdici.hæc concl.ſeu for denunc.probaĩ triplici medio. primo ꝑ arg. in c.ſi peccauerit in te. 2.q.1. & in c.nouit extra de iudicijs & in c. inquiſit.& c. qualiter & quando & c. excedens & c. fin. ex̃ de accuſ. in quo c. ſi peccauerit & c.nouit præceptum euangelicum de dicta forma ſeruanda traditur. & in c.inquiſitionis circa finem ſecũdi quæſiti hæc habentur,videlicet:in quo quidem dnximus diſtinguẽdum; utrum ſit tale crimẽ, ꝙ ordinis ſuſcepti executionẽ aut retentionem beneficij,etiam poſt peractam pœnitentiam, impediret:puta ſi homicidium commiſiſſet, uel adeptus eſſet ordinem ſeu beneficium uitio ſymoniæ. quo caſu in accuſationis iudicio procedendum erit:alioquin ſecundum perſonæ merita & qualitates, exceſſuum pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari. probatur & ſecundo auctoritate Specul. in titu. ſeu rubrica de accuſationibus, & inquiſitionibus; & denunciationibus. §.primo; qui & dicit præmiſſam formam probari per dictos canones. hæc ille. cuius uerbum, probari, eſt interpretan-

c.'Si peccauerit in te 2. q. 1.
c.Nouit de iudi.

tãdum, elici; ac ſi dicat, præmiſſam formam elici ex dictis iuribus.

SECVNDA CONCLVSIO.

Denunciatio canonica, generalis & publica, quę fit ad impediendum, uel diſſoluendum matrimonium, & de peccato corrigendo in iudicio eccleſiaſtico, in quo aliquod priuatum includitur intereſſe, debet porrigi in hac forma, quando petitur diſſolutio iam contracti matrimonij, videlicet: propono, uel denuncio ſeu accuſo ego talis de tali Bertam, & Fran. qui ſe de facto gerunt, & contractant, tanquam vir & vxor; quòd ſibi ipſi ad inuicem in tali affinitatis ſeu conſanguinitatis gradu ſint conſtituti, & ſunt iccirco conſanguinei, uel affines, uel compatres, & huiuſmodi: unde non poteſt uinculum matrimonij conſiſtere inter eos; nec abſque graui ſcandalo, & mortali peccato poſſunt taliter remanere coniũcti: quod me legitime offero probaturũ. quare matrim. ipſum accuſo; & ad diuortium celebrandum inter eos, obſecro, ut procedatis; & ut declaretur huiuſmodi præſumptum matrimonium eſſe nullum; & utrique cõiugum poſſe facultatem tribui contrahendi cum alia. ſed hanc ultimã clauſulam addere non tenetur denunciator; niſi ipſe uellet. Hæc concluſio partim probatur ex his, quæ dicta fuere in deſcriptione denunciationis canonicæ publicæ; partim ex infraſcriptis iuribus, videlicet: per tex. in c. 1. extra de conſang. & affin ubi habetur, quòd debet ſeparari matrimonium inter affines primi generis, & quarti gradus; & per tex. in c. non debet, extra eo. ubi ꝓhibetur matrimoniũ inter conſanguineos, & affines in quarto gradu. probatur quoque pſens concluſio auctoritate Specul. in rubrica, qui matrimonium accuſare poſſunt in § debet igitur: ubi & addit infraſcripta: ſed notandum, quòd matrimonium improprie dicitur accuſari; quia hæc accuſatio, etſi ſit de crimine: non tamen ſit criminaliter, ut in c. tuæ, extra de procu. in fine, ubi hæc habentur, videlicet: quoniam huiuſmodi accuſatio, ſcilicet matrimonij ſeu adulterij, quando procuratur tãtum diuortium celebrari, etſi de crmine fiat; non eſt tamen criminalis: ſed quaſi mixta inter ciuilem & criminalẽ. hæc ibi. ſed inſcriptio ad pęnã talionis non eſt neceſſaria, qñ tãtum ſit ad diuortium procurandum; licet requiratur huiuſmodi inſcriptio, quando ageretur ad legitimam pœnam inferendam, ut probat dictus tex. in dicto c. tuæ in principio: qui canon eſt Inn. iij. ſequitur Specul. ubi ſupra, ꝙ magis proprie dicitur denunciari, quàm accuſari huiuſmodi matrimonium, de quo dicitur in concluſione; quia ad hoc debet accuſantis intentio dirigi, ut a peccato ceſſetur. hæc ex Specul. ubi ſupra: qui & docet quoque ibidem formam, qua uti debemus in denunciatione matrimonij in omnibus caſibus occurrentibus. ſed quia hoc denũciationis genus videtur pauliſper rem noſtram atq; ſcopum trãſgredi; iccirco hæc dicta ſufficiant: eo magis, quòd ex hac præſcripta, & adducta forma poſſent omnes reliquę deduci, mutatis tantum caſuum occurrentium enarrationibus.

TERTIA CONCLVSIO.

Denunciationis iudicialis priuatæ competentis magis læſo propter ſuum intereſſe, quàm alijs; forma erit, quæ fuit ſupra a me deſcripta in præſenti opuſculo tit. de denũciatione iudiciali & canonica capitulo, unic. concluſ. prima.

De differentia, quæ eſt inter denunciationem euangelicam iudicialem, & canonicam. Cap. vnicum.

Denunciatio euangelica a iudiciali qua re differt, ut infra.

ET ſi ex deſcriptionibus uniuscuiuſq; prædictarum trium ſpecierum denunciationis palam fieri omnibus poſſe, î quibus differant ad inuicem prędictę denunciationes. ſ. euang. iudicialis, & canonica, me non fugiat: nihilominus me non pertranſit labor, neceſſario aſſumẽdus a lectore, ut perfecte illarum differentiæ ſciẽtiam adipiſci ipſe queat atque valeat. quapropter operæpretium duxi, in præſenti penultimo cap. totius opuſculi, breuiſsimi ſermonis periodo huiuſmodi differentias recenſere. & ut ueritas rei propoſitæ atque promiſſæ luce clarius innoteſcat, procedam, more ſolito, ad illas enumerandas in nonnullis concluſ. illas deinceps probãdo.

PRIMA ERGO CONCL. ſit hæc.

PRima differentiæ inter denunciationem euangelicam, & iudicialem eſt, quòd in euangelica admittit quilibet; dummodo non perſeueret in crimine: in iudiciali uero tantum ille admittit, de cuius agit intereſſe, ſiue rõne officij, ſiue ratione proprij intereſſe atque damni perpeſsi, etiam ſi eſſet criminoſus. & hæc concluſio ueriſsima eſt de iure communi: tamen hodie non ſeruatur in practica, quo ad iudicialem denunciationem loquendo; ſed ſolum ſecunda concluſio adducta in capitulo ſecundo pſentis opuſculi, ubi uide, quę ibi dixi. Hæc concluſio probatur tantũ auctoritate Panor. in capitulo nouit, extra de iudicijs, columna 26. in verſi. ſed quæro, in quo differt hæc denunciacio euangelica a iudiciali: tum etiã probatur deſcriptione utrarũque denũciationum, ſupra allatarũ loco ſuo: inſuper & hac ratione: quia prætextu criminis non debet quis repelli a proſecutione ſui iuris, ut docet Pan. ubi ſupra.

SECVNDA CONCLVSIO.

SEcunda differentia inter denunciationem euangelicam, & iudicialem eſt; quòd in euangelica ſolum agitur ad correctionem fratris peccantis: in iudiciali uero non ſolũ agitur, ut corrigatur peccatum, ſeu peccator; ſed etiam, ut res reſtituatur, & læſus ſeruetur indemnis, & malefactor puniatur de læſione. hæc concluſio probatur eiſdem medijs, quibus probata fuit & prima.

TERTIA CONCLVSIO.

TErtia differẽtia inter denunciationem euãgelicam, & iudicialem eſt; quòd in euangelica non proceditur p modum iudicij forenſis; ſed aliter: ſed in iudiciali proceditur iudicialiter; licet cauſa denunciata hoc modo expediatr de plano: licet huiuſmodi denũciatio in ſcriptis ſit redacta ab actuario, inſertaque actis curiæ; ratione cuius eſt facienda litis conteſtatio, ut patet in tex. dicti c. nouit. & ſententia ferenda eſt etiam in ſcriptis facienda, arg. in Clemen. ſæpe de uerborũ ſignificatione; licet nõ debeát dari ita prolixæ dilationes, ſicut quãdo agitur directe iure ordinario. Hęc concluſio probatur eiſdem auctoritatibus, quibus prima fuit probata. quæ licet ueriſsima ſit de iure cõmuni: hodie tamen pceditur per uiam ordinarij iudicij, ut fit, quando proceditur per modum accuſationis ſeu querelæ, & inquiſitionis

nis

nis promotæ ad inſtantiam partis. de quibus omnibus ſermo habetur hic in capitulo per totum;& capitulo 2. concluſione ultima,in tractatu de accuſat. & infra in tract.de inquiſitione per totum.

QVARTA CONCLVSIO.

QVarta differentia inter denunciationem euangelicam , & iudicialem eſt , quòd in euangelica admittuntur teſtes omnes,etiam infames;nō perſeuerantes tamen in crimine ſecūdum Innocentium , unico titu.de denunciatione iudiciali,& canonica præſentis libelli:in iudiciali autem non recipiuntur , niſi legitimi;ex quo agitur ad finem rei reſtituendæ in priſtinum ſuum ſtatum, uel quaſi; ſeu ad pœnam indicendam reis . hæc concluſio probatur eodē medio,quo fuit prima probata; imo fere per adducta in tract. ca. de accuſ.& in præſenti opuſculo.

QVINTA ET VLTIMA concluſio.

DEnunciatio euangelica differt a canonica & iudiciali, ratione finis eo , quòd euangelica eſt inſtituta,& fit in peccatis committendis , ad illa impedienda. quæ dici poteſt indicatio ſeu intimatio facta prælato , vt patri pio , ad præcauendum peccatū fratris in futuro : canonica , & iudicialis uero fit de peccatis commiſsis ; ut puniatur denunciatus huiuſmodi de crimine commiſſo,etiam ſi de ipſo fuiſſet correctus : necnon & quia canonica probatur ſemper; euāgelica vero non. hæc concluſio probata fuit in deſcriptione ambarum denunciationum , & in deciſione queſtionum ibi allatarum;nec non & auctoritate Gloſę primę in c.hoc videt dicere 22. q. 5.hanc concl. amplexantis.

De denunciatione regulari.

Denunciatio regularis quid ſit & quare ita dicatur . Capitulo unicum.

CVm in principio præſentis tractatus ſecundi probauerim, quatruplicem eſſe denunciationis ſpeciem, videlicet:euāgelicam, iudicialem, canonicam , & regularem;& in pręcedentibus capitulis de tribus primis ſpeciebus ſit ſolum habitus ſermo:merito igitur , ut ꝑmiſsis ſtemus, uti noſtram profeſsionem decet,breuiſsimo ſermonis periodo , de ultima ſeu quarta denunciationis ſpecie in p̄ſenti cap.videlicet, de regulari denunciatione loquemur,quærendo quidditatem ipſius ac nominis ethymologiā. quapropter ſciēdum breuiter pro diffinitione iſtius denunciationis ſpeciei, quòd Specul. in titu. de denunciat. §.2. circa finem,infraſcriptis utitur verbis, videlicet: eſt & regularis denunciatio, id eſt, proclamatio in capitulo ad correctionem exceſſus facta. hæc ille , ubi ſupra.quo vero ad ethymologiam uocabuli , infraſcriptis vtitur uerbis Pan. in cap.nouit, extra de iudicijs , videlicet : vlt. denunciatio dicitur regularis: & dicitur regularis, quia ſecundum di uerſas religioſorum inſtitutiones expeditur , & procedit ſimpliciter , & de plano , nec appellatur, ut in capitulo ad noſtram,& c.reprehēſibilis,& c.cum ſpeciali.§.porro,in fine,extra de appellat. ſecundum Ioan. And. hæc ille . ſed pro maiori intelligentia eorum , quæ a Pan. dicuntur , referam, quicquid ad rem noſtram attinens in pręadductis iuribus ſit cautum . ſciendum igitur, quòd in dicto cap. ad noſtram,Alex.iij. ſcribēs Abbati S. Petri īfraſcriptis vtit̄

verbis: quæ quidem ſunt notabilia ad noſtram materiam; & infra; quia uero remedium appellationis non ideo eſt inuentum, ut alicui a religionis, & ordinis obſeruantia exorbitanri debeat in ſua nequitia patrocinium exhibere; mandamus, quatenus, ſi quando quilibet ſubditorum tuorũ ad remedium appellationis cõuolauerit, nõ ideo minus eum, iux. tenorem mandati, quòd in prædicta regula continetur, & inſtitutionem ordinis corriges & caſtiges. Hæc in dicto canoue. ſed in d.c. reprehenſibilis idem Alexãder iij. in fine infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet: præcipue uero hoc in religioſis uolumus ſeruari, ne religioſi, cũ pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem, & prælati ſui & capituli diſciplinam appeſlare præſumãt; ſed humiliter, & deuote ſuſcipiant, qđ ꝑ ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctum. hæc in dicto canone. & in d. §. porro in fine hæc habentur, uidelicet: ceterum has duas conſtitutiones præmiſſas noluimus ad regulares extẽdi cõtra ſuas ſpeciales obſeruantias. hæc ibi. Inſup notandum, quòd nuperrime in diebus noſtris in anno ſalutis 1574. quintodecimo Kalendas Aprilis, anno ſui Pontificarus ſecundo, Gregorius xiij. natione Bononienſis indulſit reuerendis patribus noſtræ congreg. Caſsinen. ꝙ in cauſa contra aliquem prælatorum aut monachorum poſsit procedi ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti verita tate inſpecta, & omni appellatione remota tã in criminali, quàm in ciuili cã ſecundum ſtatuta, & conſuetudines cõgregationis prædicte, iuris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omiſsis: inſuper quòd appellantes aut de nullitatibus ſniarum, proceſſuum, vel actorũ dicentes, ſeu aliquod impedimentũ interponentes, illis non obſtantibus, poſsint officijs priuari, & carcere mancipari: & quòd ad ulteriora in cauſis poſsit procedi, ac dictarũ pœnarum ſolutiones, illis non obſtantibus, executioni mandari poſsint. ultimo loco conceſſit, quòd pœnis inuolui poſſent omnes prædicti, qui iuriſperitos aut alios, extra dictam congregationem conſulerint de his, quæ ad obedientiam, & correctionem dictę coug. regiminis ꝑtinebunt, abſque conſenſu prælatorum ſeu ſuperiorum ſuorum. fuit quoque cõfirmata prohibitio ab alijs Summis Pontificibus de non appellando abſq; Summi Pontificis indulto, etiam ad ipſum, pro quacumque correctione. hæc omnia in præadducto priuilegio cauetur: quæ ſcire ac animaduertere ſeu ponderare maxime expedit, non tantum prælatis noſtræ congregationis; verumetiam & omnibus monachis, commiſsis, & conuerſis eiuſdem congregationis, ne fruſtra emittãt retes ãn te oculos pennatorum, ut ita dicam. Hæc omnia, quæ in præſenti ſecundo tractatu de materia denunciarionis, pauca de multis, literis commendaui, non tantum ſubdo correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſię; verũetiam omnium fidelium Chriſti doctorum; nec non iſtius diſciplinæ imperitorum; cum ſapientibus & inſipientibus me debere non fugiat.

Finis opuſculi de denunciationibus.

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN CAP. opuſculi de inquiſitione.

De quidditate inquiſitionis. Cap. primum.

Vnica concluſio. fol. 169.

INquiſitio dupliciter deſcripta reperitur apud doctores. Prima quarum eſt: inquiſitio eſt præparatoriũ ſeu generale ius pcedendi ex mero officio, ad inueniẽdum ſeu inquirendum, ſi qui ſunt homines in illo territorio criminoſi, pęna digni. ſecũda deſcriptio eſt huiuſmodi: inquiſitio eſt alicuius manifeſti criminis ex bono, & æquo, a iudice competẽti, canonice facta inueſtigatio.

De quotuplicitate ſpecierum inquiſitionis. Cap. II.

Prima concluſio ſit hæc. 170.

Generalẽ inquiſitionem, quo ad delicta, & quo ad perſonas reperiri iure cautam a iure peritis; & ad illas faciẽdas teneri prælatos, minime ignorari debet.

Secunda concluſio. 170.

Inquiſitio generalis, quo ad perſonas; ſed ſpecialis, quo ad delicta, reperitur a iure cõceſſa, ac præcepta prælatis eccleſiaſticis, quæ dicitur illa, quæ fit, cum prælati inquirunt contra eos, qui homicidiũ tale, furtumue tale perpetrauerunt.

Tertia concluſio. 170.

Inquiſitio generalis, quo ad delicta; ſed ſpecialis, quo ad perſonas, licita eſt, & a iure conceſſa; & tunc fieri cõtingit ſeu dicitur, cum inquiritur per Viſitatorem eccleſiaſticum viſitantem aliquam eccleſiam, inquirentemque contra perſonas ipſi deſeruientes, ad inueſtigandum, & puniendum crimen per aliquem eorum commiſſum: uel quando monaſterium viſitatur contra monachos ibi degentes.

Quarta concluſio. 171.

Inquiſitio generalis, quo ad perſonas de neceſsitate facienda, eſt iure cauta. & dicitur illa, cum inquiritur de aliquo maleficio contra ciuitatem, & homines illius; nec ueniunt homines ſpecificandi.

Quinta concluſio. 171.

Specialis inquiſitio, quo ad perſonas, & delicta facienda, omnino præcipitur a iure. & eſt cum de certo & limitato delicto prælatus inquirit contra certam, & limitatam perſonam, hoc modo, videlicet: recipiendo teſtes, ſeu informationem & indicia; ſiue formãdo proceſſum informatiuum cõtra aliquem de aliquo crimine. qua capta poſtmodum ipſius uigore citatur inquiſitus ad informandum, cum termino aliquorum dierum limitãdo. & hoc modo proceditur tam in inquiſitione ex officio, quàm ad inſtantiam partis: ex quibus deinde informationibus elicitur titulus, & ſeries facti; quod poſtea narratur in ea, quam appellamus inquiſitionem; quæ ſic formata, & in ſcriptis redacta tranſmittitur in uim citationis & libelli.

An inquiſitio ſemper ſit licita. Cap. III.

Prima concluſio. 171.

Inquiſitio eſt de generibus prohibitorum eo, quòd eſt regulariter a iure prohibita; niſi in caſibus a iure expreſſis: quoniam eſt contra regulam iuris, qua cauetur neminem damnandum fore ſine accuſatione.

Secunda concluſio. 172.

Inquiſitio ſpecialis eſt a iure prohibita, niſi in quibuſdam caſibus.

Tertia concluſio. 172.

Inquiſitio generalis, quæ fit ad crimina inuenienda, & non contra certam perſonam, eſt a iure permiſſa.

Quis poſſit inquirere. Cap. IIII.

Prima concluſio. 172.

Is poteſt de iure inquirere, cui & de iure criminoſos punire cõceſſum eſt.

Secunda concluſio. 172.

Archiepiſcopi de epiſcopis; & Patriarcha de archiepiſcopis inquirere poſſunt.

Tertia concluſio. 172.

Aliquando inquirit is, qui non poteſt punire; ſed ad hoc tantum, ut Superiori denunciet: hoc tamen facit auctoritate Superioris.

Quarta concluſio. 173.

Prælati omnes, ordinariam habentes iuriſdictionem, non tantum inquirere poſſunt; uerum etiam ad hoc tenentur ex officio.

An prælati locorum ordinarij poſſint uti mero, & mixto imperio in ſibi ſubditos; ac inquirere atque punire clericos criminoſos repertos; & de quibus criminibus poſſint inquirere cõtra laicos quoque, ac illos punire; & de quibus non. Cap. V.

Prima concluſio. 177.

Epiſcopi, & ſuperiores prælati, ac legatus Papæ habent ea, quæ ſunt utriuſq; iperij, videlicet: meri, & mixti, in ſibi ſubditos; ac per hoc poſſunt inquirere, & criminoſos clericos repertos punire ſecundum canones.

Secunda concluſio. 178.

Non tantum inquirere ac punire ſibi ſubditos clericos criminibus fœtidos repertos, ipſis epiſcopis ac prælatis ſuperioribus licebit; uerum etiã cuilibet ordinariam habenti iuriſdictionem in foro fori, exempto, ſcilicet, ab epiſcopali iuriſdictione, uti mero & mixto imperio in ſibi ſubditos fas erit.

Tertia concluſio. 179.

Prælatis eccleſiaſticis locorum ordinarijs licet inquirere contra laicos ĩ nõnullis criminibus, ac illos corrigere, quę crimina explicantur, & probantꝰ infraſcriptis concluſionibus ſigillatim.

Quarta concluſio. 179.

Prælati omnes locorum ordinarij poſſunt

poſſunt, & tenentur inquirere contra laicos in crimine hæreſis; ac illos pœnis debitis donare, iuxta grauitatem facinorum: & non iudices ſeculares.

Quinta concluſio. 180.

Prælati ordinarij locorum poſſunt inquirere contra laicos ſuſpectos de uſuraria prauitate.

Sexta concluſio. 181.

Prælati locorum ordinarij, poſt inquiſitionem factam de uſurarijs laicis, illos poſſunt cogere ad uſuras reſtituendas. quapropter coram ipſis, ſicut coram laicis iudicibus, vſurarij poſſunt conueniri: quoniam uſura dicitur crimen mixti fori, quoad hoc: licet quo ad iudicium ferendum, an contractus ſit uſurarius, nec ne, cauſa tantum poſſit agitari ac uentilari in foro eccl.

Septima concluſio. eo.

Prælati locorum ordinarij poſſunt inquirere contra laicos in crimine ſimoniæ; & non laici iudices: cum mere ſit crimen eccleſiaſticum, ſeu pertinens ad forum eccleſiaſticum.

Octaua concluſio. eod.

Prælati locorum ordinarij poſſunt inquirere contra laicos de tranſgreſſione iuramenti; licet & hoc poſsint quoq; iudices ſeculares; quamuis ſoli prælati, ſeu iudices eccleſiaſtici inquirere poſſunt de ualiditate iuramenti.

Nona concluſio. 182.

Prælati eccleſiaſtici locorum ordinarij inquirere poſſunt contra laicos de adulterijs, ac adulteros reptos punire.

Decima conclusio. eod.

Prælati locorum ordinarij non tantum poſſunt inquirere cõtra laicos de crimine concubinatus; uerum etiam ad hoc tenentur.

Vndecima conclusio. 183.

Prælati locorum ordinarij poſſunt inquirere cõtra laicos de crimine cultus idolorum; & contra haruſpices, atque ſortilegos.

Duodecima conclusio. eod.

Prælati locorum ordinarij poſſunt inquirere contra laicos de crimine ſacrilegij commiſsi.

Tertiadecima conclusio. eod.

Prælati ordinarij religioſorum contra ipſos inquirere poſſunt pro criminibus; ac illos punire ſecundum regulam, quam profeſsi ſunt, & canones: licet etiam illos degradare ab ordinibus non ualeant.

Quartadecima conclusio & ultima. eo.

Prælati eccleſiaſtici, ordinariam habentes iuriſdictionem, non tantũ poſſunt inquirere contra clericos pro uitio ſodomiæ; uerumetiam cõtra laicos ſodomiticos, ut ipſos excommunicare poſsint.

Quæ ſint obſeruanda, ſeu facienda in inquiſitione generali; & qui ſit ipſius effectus; & quæ pœna per ipſam imponatur inquiſito. Ca. VI.

Prima conclusio.

In inquiſitione generali ex officio ad denunciationem alicuius, uel diffamationem, uel querelam alicuius, uel hmõi, et ſi fuiſſent factæ notificationes occultæ extraiudicialiter, uel incerto auctore, uel ſuppreſſo noĩe, ut in c. inquiſ. tuæ, extra de accuſationibus; nulla certa perſona debet ſpecialiter nominari, aut citari; aliter proceſſus eſſet nullus: ſed tantum iudex, conſtito ſibi de delicto ꝑpetrato ex effectibus ipſius, poterit per ſe, uel actuarium ſuum

ſumere informationem in genere contra delinquentem, nullam exprimendo perſonam nominatim; & ſic interrogando teſtes, nullã nominando perſonam.& nonnulla alia obſeruabit per nos tradita infra in concl.3.& ſequentibus præſentis capituli, de quibus ibi copioſus fit ſermo.

Secunda concluſio. 184.

Per inquiſitionem generalem, ac per depoſitiones teſtium, in ea factas contra certã perſonam de aliquo maleficio, non poterit iudex illam condẽnare, ac alicui pœnæ ſubijcere; ſed virtute illius poterit tantum ſpecialiter inquirere contra ipſum. quapropter non tenebitur iudex in illa tradere capitula ſeu articulos depoſitionum teſtium prædictorum dictæ certæ perſonæ inquiſitæ; nec uti depoſitionibus teſtium, captis in inquiſitione generali, poſtmodum in inquiſitione ſpeciali ad aliquem condemnandum: ſed iudex debet coram inquiſito tunc, poſt litem cõteſtatam, examinare rurſus ſeu repetere teſtes ſupradictos. Hæc concluſio licet ueriſsima ſit de iure communi, ut patebit per infraſcriptas probationes: tamen re uera hodie obſeruatur contrarium in foro laicali, & eccleſiaſtico, ut dicam infra in concluſione 3.4.& 6. præſentis capituli.

Tertia concluſio. 188.

Iudex nunquam debet inquirere, et generaliter contra malefactorem, alicuius maleficij; etiam ſi nullam perſonam nominauerit; niſi ſibi prius conſtet, delictum fuiſſe commiſſum; quando, ſcilicet, delictum eſt facti permanentis, cuius.ſ.certa remanẽt ueſtigia, puta, homicidij ipſum cadauer; incendij locus combuſtus; & ſimilia: tunc.n. porrecta querela, uel denũciatione, nõ dicit legitime conſtare de delicto; niſi prius iudex ſeu curia corpus, ſeu cadauer ipſum, ſiue locum incendij oculis proprijs, uel actuarij ſubiecerit. quã propter quamprimum ad iudicis aures, ſeu actuarij habentis ſpeciale, aut generale mãdatum ad hmõdi capiendas informationes à iudice ordinario loci, peruenerit delictum aliquod fuiſſe commiſſum in loco ſuæ iuriſdictioni ſubiecto, puta, hominem fuiſſe interfectum; uel hmõdi aliquod aliud maleficium perpetratum, debet ipſe iudex, uel actuarius eius nomine, ad ipſius cadaueris uiſionem accelerare q̃primum; nec non & accurate uulnerum omnium qualitatem, quibus fuit confoſſum cadauer, ſigillatim deſcribere in actis; annotando ſitum quoque uulnerum ipſorum; & ſi ipſa erant mortalia, uel nõ de per ſe; & quo genere armorum ipſa fuerant infixa dicto cadaueri ſecundum iudicium peritorum; & ſi fuerant illata punctim, aut cæſim; & huiuſmodi. & ita ſeruatur hodie in practica in curijs utriuſque fori. debet quoque cadauer illud cognoſci per teſtes, qui cognoſcebãt mortuum illum, dum eſſet in humanis, ſi id fieri põt, ſi uero, cadauer cuius eſſet, ignoratur, debet per ueſtes, & ſigna deſcribi, & particulariter annotari oĩa uulnera. & hoc modo dicetur conſtare de delicto. Memoriæ quoque eſt tenaciſsime retinendum, ꝙ illud, quod dicitur in caſu homicidij, dicendum erit in alijs ſimilibus delictis, quorum remanent ueſtigia: puta, in incendio, ut uiſitetur locus incendij, & annotentur reliquiæ combuſtionis: in furto, ut uideatur fractura arcæ, uel ianuæ, uel fineſtræ, uel parietis, & huiuſmodi alijs in locis: in ſtupro illato puero, uel ui illata puellæ, ut inſpiciantur partes pudendæ per obſtetrices, uel chirurgos, aut alias perſonas ad id idoneas; ut quotidie ſeruatur in practica: & ubi tales perſonæ referent cum iuramẽto, ſe credere ſtuprum illatum, uel puellam fuiſſe corruptam, ſatis dicetur conſtare de delicto, quo ad hoc, ut contra de-

linquentem procedi poſsit ad informationes capiendas tãtum: ſin aliàs, ſeu ſi hæc omnia iudex non obſeruauerit; deinceps de iure non poterit reum repertum punire: licet forſan cõfiteretur, ſe illud commiſiſſe facinus: quouſque appareat de delicto aliunde, quàm ex huiuſmodi cõfeſsione rei, ut infra clarius probabitur.

Quarta concluſio. 191.

Quando uero delictũ eſt facti tranſeuntis, non relinquentis ueſtigia poſt ſe, tam ſi ſolo animo committatur ac perficiatur, ut hæreſis, quàm ſi facto ipſo committatur, ut puta, adulteria, & alij coitus, qui ſine fractura committuntur, furtum pariter ſine fractura, percuſsiones, quę fiunt alapa, uel baculo ſine liuore, iniuriæ uerbales, uel ſimilia: in iſtis criminibus non requiritur ad procedendum alia inueſtigatio delicti: ſed ſtatim porrecta querela poteſt & debet iudex inquirere contra delinquentem, aſſumendo contra eum informationes, & habitis indicijs, illum carceri mancipare, uel citare ad informandum, prout qualitas delicti requirit.

Quinta concluſio. 192.

Quando delictum ſeu effectus delicti ignoratur, an illud fuerit perpetratum uoluntarie a paſſo illud, uel ab alio, uel a caſu, ut puta, ſi reperiatur mortuus homo in puteo, in flumine, & huiuſmodi. poteſt enim eſſe, quòd quis ſe ipſum præcipitauerit, & quòd ab alijs fuerit præcipitatus; & etiam quòd caſu ceciderit: ſic etiam in eo qui dicitur habere ſigna ueneni: poteſt enim eſſe uenenũ in corpore generatũ, vel ab alijs, uel a ſeipſo propinatum; & etiam ab aeris corruptione contractum, & huiuſmodi, his caſibus & ſimilibus iudex debebit omnino inquirere, & informationes aſſumere; non quidem tamquam de maleficio: ſed ut ueritatem facti intelligat; ex qua deinde apparere poſſit, an ſit delictum, uel ne; adhibendo etiam, ubi opus ſit, iudicium medicorum, uel aliorum peritorum. & ubi ex informationibus aſſumptis cõſtet ſcelus non interueniſſe, ſilebit proceſſus: ubi uero reſultet aliquod indicium, poterit ad ulteriora procedere. & hoc modo nihil iudici poterit imputari. & hanc practicam pleriq; omnes, noſtra tempeſtate, cauti iudices obſeruant.

Sexta concluſio. 192.

Iudices utriuſque fori, conſtito de delicto, eo modo, quo dictum eſt in præcedentibus concluſionibus, omni mora poſtpoſita, illico debent inquirere generaliter contra delinquentem, ut adinueniri poſsit criminoſus; & eo inuento, ſtatim contra ipsũ ſpecialiter procedere ad ipſum citandum ad informandum ac gradatim ad ſe defendendum. quod ſi non fecerit, procedent etiam ad ipſum condemnandum: ſeruatis tamen, quæ dixi ſupra in concluſione quarta præſentis capituli. nec tenẽt iudex denuo examinare teſtes, q iam depoſuerãt in inquiſitione generali, & alium formare proceſſum, ut antiquitus fiebat: licet ipſi reo examinato cum iuramento ſint dandæ defenſiones, in quibus poterit excipere contra teſtes.

Septima concluſio. 192.

Inquiſitio generalis põt fieri quoq; etiam ſi non præcedant infamia & cetera, de quibus ſupra in præcedentib° conclu. qñcumq; aliquis viſitator, tam eccleſ. quàm laicus, quolibet anno, uel quoties ad diœceſim, uel regnum, aut ciuitatẽ, & huiuſmodi mittitur a principe ad inquirendum contra ſuos officiales, vel de moribus, & uita ſubditorum; & an munera ſua perfecerint iuxta uniuſcuiuſq; dignitatẽ, & qualitatem.

Ordo ſeruandus in inquiſitione facienda a viſitatoribus, ſeu inquiſitoribus, inquirere volentibus de vita, & moribus ſubditorum, tam clericorum, quàm laicorum, ac de bona adminiſtratione bonorum eccleſiaſticorum, atq; exibitione cultus diuini. Cap. VII.

Prima concluſio 194.

Viſitator, ſi fuerit Archiepiſcopus; & tamquam talis uoluerit uiſitare ſuffraganeos ſuos; & non ut delegatus ſpecialiter a Papa, cõferre debet ſe ad populum, ſermone prius habito ad eũ ſpeciali in profectum animarum ipſius: debetq; infraſcripta interrogare de laicis a clericis, & e contra, de quibus ſermo diffuſius habebitur in probatione concluſionis probandæ in pſona epiſcopi loci ordinarij, abſq; coactione iuramenti a principio uiſitationis, ſeu inquiſitionis generalis; niſi poſtquam cõtra aliquem aliquod fuerit ꝓbatũ delictũ, quia tũc poterit.

Secunda concluſio. 196.

Archiepiſcopus viſitator in generali uiſitatione, ſeu inquiſitione reperiẽs delicta notoria, abſq; alia conditione criminoſos huiuſmodi poterit punire: ſi tamen eſſet dubium de notorietate, inquirat de ipſa, & cognoſcat, an ſit ſua iuriſdictio offenſa in hoc.

Tertia concluſio. 197.

Titulus inquiſitionis generalis, faciendæ ab ordinarijs diœceſanis in uiſitandis, tam clericis, quàm laicis ſuæ ditioni ſubditis hoc modo congrue fieri poteſt, uidelicet; hæc eſt generalis inquiſitio, ſeu uiſitatio, ſeu informatio, quam ergo Archiepiſcopus talis, ſeu epiſcopus, talis diœceſis; uel ſi fuerit aliquis Vicarius prædictorum, dicetur hoc modo, uidelicet: ego talis de tali (exprimendo nomen proprium, & cognomen, & ſingulas dignitates a ſe habitas) uiſitator electus a tali epiſcopo, talis diœceſis, ut apparet in litteris mihi traditis &c. intendens uiſitare, ſeu generaliter inquirere de uita, & moribus tam clericorum, quàm laicorum diœceſis talis, tali die, tali menſe, & anno &c. habito ſermone ad populum iuxta ſacros canones, incœpi dictam uiſitationem, & me obtuli omnes audire, ac omnibus, ſecundum Dei timorem, & iuxta ſcita ſacrorum canonum, ſatisfacere, ac iudicare. quapropter ex tunc me illis obtuli; & antequam aliquis mihi occurreret, ad me in tali loco, ſecrete ac ſigillatim ad uocaui nonnullos laicorum, qui mihi fide digni pre ceteris uidebantur; ex quibus infraſcripta exquiſiui ſine iuramento; niſi poſtquam aliquid fuerat probatum contra aliquem in ſpecie ac ſpecialiter. quæ omnia annotanda ſunt in actis: cuius forma infra adducetur in princ. interrogatoriorum.

Quarta concluſio. 198.

Duplex eſt forma iuramenti, ſub qua debebit iurare teſtis, ac vnuſquiſque uiſitandorum in inquiſitione, ſeu uiſitatione generali, & ſub alterutra: uel (& melius) in ſimul una effecta, ad præſtandum iuramentum, poterit cogere teſtes ipſe Inquiſitor, ſeu Viſitator, aliquo ex uiſitatis reperto criminoſo, aut de crimine infamato per dicta teſtium, ut fuit probatum ſupra in concl. prima præſentis cap. auctoritate doctorum canoniſtarum: ſecus, ſi nullus reperiatur criminoſus, uel de crimine infamatus: de quo loquit tex. in c. Romana. §. ſane de cenſibus in 6. qui canon ita eſt interpretandus; aliàs multa abſurda orirentur: cum teſtis non iu-

tatus nō faciat fidem in iudicio ad aliquem condemnandum. quæ omnia plene probata fuerunt in precedenti concluſione præſentis capituli, fere per totum. & ſic concordantur doctorum uota, quòd in uiſitatione uel inquiſitione generali non exigatur iuramentum, vt in dicta prima concluſione: licet ſi prima utatur, uel utraque; melius faciet; imo magis iuridice. prima quarū formarum hæc eſt; ut iurent ipſi, quòd ſuper his, quæ ſciunt, uel credunt in ſua eccleſia eſſe reformanda, tam in capite, quàm in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquiſitoribus ueritatem. alia forma iuramenti eſt hæc: ut ad inquiſita ueraciter reſponſuri ſint.

Quinta concluſio 200.

Dicta teſtium deponentium in inquiſitione generali de occultis delictis, ſunt nullius momenti, quo ad pœnam imponendam inquiſitis: licet ſi teſtes sūt interrogati de occultis circūſtantijs delicti, de quo aliquis eſt infamatus, teneantur fateri ueritatem, ut probabitur loco ſuo in tract. de teſtib. In hac generali inquiſitione, de qua tractatur hic, primo qualeſcumq; teſtes de ipſa eccleſia, etiam criminoſi, inimici, & conſpiratores admittuntur: ſed ſecundo, ſi teſtes huiuſmodi aliunde producantur; quia forte crimen, de quo inquiritur, eſt alibi pertractatū, non admittuntur criminoſi: tertio, & ſimiliter contra ſingularem perſonam.

Septima concluſio. 203.

Modus generaliter inquirendi, ſeu procedendi in examinandis tam uiſitandis, quàm teſtibus ſuper ſtatu alicuius diœceſis, tam in capite, quàm in membris erit iſte, videlicet: uocabit inquiſitor, ſeu examinator unumquemq; ipſorum ſecrete ad ſe, & ſigillatim, & dicet ei: amice, ſeu frater mi, falſidicus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius, uidelicet: primo Deo, cuius præſentiam (cum ſit ubiq;) contemnit: ſecundo iudici, quem mentiendo fallit: tertio innocenti, quem falſo teſtimonio lędit: teſtis quoque qui ueritatem, quam nouit, occultat; & etiam is, qui mendacium dicit, reus eſt: primus, quia prodeſſe non uult: ſecundus, quia nocere deſiderat. proinde, cum iuraueris dicere ueritatem, per illud iuramentum obſecro te, quòd animam tuam ſalues; & quod ſcis de infraſcriptis negocijs, ſeu rebus, de quibus interrogaberis; & etiam ſi de aliquibus circūſtantijs earum non fueris interrogatus, iuxta formam iuramenti a te facti, ueritatis ſeriem edicas, ne corpus, & animam tuam alicui malo culpæ, & pœnæ addicas.

Interrogationes, quæ ſunt faciendæ in Inquiſitione generali, ſeu Viſitatione, de quibus habitus fuit ſermo in præcedenti cap. cum viſitatur aliqua diœceſis in capite, & in membris; cum annotatione iurium, in quibus huiuſmodi crimina prohibeantur, breuiter intimabuntur lectori; vt poſtea, ſi opus fuerit, adinuenire poſſit, quid ſit ſibi faciendum circa criminoſos huiuſmodi.

Cap. VIII.

Prima concluſio ſeu interrogatio. 205.

Primo Viſitator, ſeu Inquiſitor interrogabit hoc modo, videlicet: Quæro a te, an ſcis, uel credis, uel

uel fama eſt, epiſcopum uel clericum aliquem ciuitatis iſtius, uel diœceſis iſtius feciſſe conceſsionem ſuper quacumque re ſpirituali pro pecunia, uel pro alia re temporali data, vel promiſſa, ſeu retēta, ex pacto, ſeu conuentione: quoniam omnia hæc ſunt a iure prohibita. & idcirco puniendi auctores huiuſmodi criminum erunt a iudicibus pro huiuſmodi ſceleribus, cum ſint illa prohibita.

Secunda concluſio atque interrogatio. 206.

Interrogādus eſt teſtis ac viſitatus, an ſciat, uel credat, uel fama ſit, ꝙ aliquis dederit aliquid epiſcopo pro eo, ꝙ habet, uel habuit cōcubinam, & ſuſtinuerit eum pro aliquo commodo temporali: cum omnia hæc ſint illi a iure prohibita.

Tertia concluſio ſeu interrogatio. 207.

Interrogandi ſunt prædicti, an ſciāt, uel credant, uel fama ſit, ꝙ epiſcopus aliqd receperit, & habuerit per ſe, vel per alium tacite, uel expreſſe; uel clericus aliquid dederit, uel promiſerit per ſe, uel per interpoſitam perſonam, pro beneficio eccleſiaſticō obtinendo, uel ut eligeretur, uel precibus illud contulerit, uel ordinationes fecerit, uel aliquis ex clericis ſuſceperit huiuſmodi.

Quarta concluſio ſeu interrogatio, 207.

Interrogari debent inquiſiti ac teſtes, an ſciant, uel credant, uel fama ſit, quòd epiſcopus monuerit clericos ſuos ſuper vita, honeſtate, diligentia in diuinis officijs, & alijs huiuſmodi; & ꝙ delinquentes punierit.

Quinta concluſio ſeu interrogatio. 207.

Debent quoque prædicti interrogari, an ſciant, vel credant, uel fama ſit, aliquem clericum cuiuſcumque ſtatus, uel dignitatis, uel ordinis, concubinā habere, uel ei cohabitare, uel eā ſuis expenſis in domo, uel extra tenere, uel ad aliquam accedere, uel ad ſe uenire facere, uel cum aliqua muliere ſuſpecta conſortium habere, uel colloquium. Hæc omnia ſunt ipſis clericis prohibita; & iccirco pro his ſunt puniendi.

Sexta concluſio ſeu interrogatio. 209.

Interrogentur quoque prædicti, an aliquis eorum ſciat, uel credat, uel fama ſit, aliquem clericorum eſſe aleatorem, uel alia inhoneſta ſeu ſecularia exercere commercia ſeu negocia; & in cedant ne cum habitu, & tonſura: quoniam hunc ludum illis prohibitum eſſe patet.

Septima concluſio & interrogatio. 210.

Interrogādi ſunt prædicti, an in diœceſi ſint blaſphemi aliqui; quoniam blaſphemare de iure diuino & humano eſt prohibitum.

Octaua concluſio & interrogatio. 210.

Interrogandi ſunt prædicti, an adſint in diœceſi uſurarij, eo quòd & ipſi ſunt puniendi; cum exercere uſuras ſit prohibitum de iure diuino, humanoque pontificio: de quo eſt totus titulus de uſuris; & ibi quamplurimi canones.

Nona concluſio & interrogatio. 211.

Interrogent inquiſitores, ſi in diœceſi ſit aliquis coniurator, ſeu conſpirator; quoniam hoc exercere eſt nefas.

Decima concluſio ſeu interrogatio. 211.

Interrogandi ſunt prædicti, an aliquis

quis alienauerit rem eccleſiæ alicuius: quoniam nonnullis iuribus hoc eſt prohibitum.

Vndecima concluſio ſeu interrogatio. 211.

Interrogētur prædicti,an ſit aliquis, qui rem eccl.alicui obligauerit,& quo modo: quoniam hoc eſſe prohibitum patet.

Duodecima concluſio ſeu interrogatio. 212.

Interrogandi ſunt prędicti,an ſciant, aut credant, uel fama ſit, aliquem ex clero malū eſſe adminiſtratorem rerū eccleſ. uel res ipſas eccleſ. dilapidantem, & conſumentem,uel male diſpenſantem: quoniam huiuſmodi omnia ſunt a iure prohibita.

Tertiadecima concluſio ſeu interrogatio. 212.

Interrogandi ſunt prædicti,an ſciāt, uel credant,uel fama ſit, quòd ſacriſta, theſaurarius, uel cuſtos, uaſa uel ueſtimenta,& alias res,vel ornamēta eccleſię,puta, libros,uel alia diuino cultui dedicata bene ſaluauerit; & ſi aliqua de mobilibus diminuta ſint;& per quem,quare,quando,& qualiter.

Quartadecima concluſio ſeu interrogatio. 212.

Interrogentur prædicti, an ſciant, uel credant, uel fama ſit, quòd officia diuina horis competentibus,& ſollemniter celebrentur; & an in ſingulis eccleſ. mos eccl. diæceſanæ, aut metropolitanæ in diuinis ſeruetur.

Quintadecima concluſio ſeu interrogatio. 213.

Interrogandi ſunt prædicti,an interſint clerici exequijs mortuorum; &an teneant eccleſias,cimiteria, & Euchariſtiam,uel reliquias, & alia huiuſmodi,caute,& munde:quoniā ad illa executioni mandanda tenentur clerici.

Decimaſexta concluſio ſeu interrogatio. 213.

Interrogandi ſunt prędicti,qualiter baptizent, uel pœnitentiam iniungāt; & an ad hæc facienda prompti ſint, an negligentes; & an aliqui ab hoc ſeculo,ſine pœnitētia,uel baptiſmo, & alijs ſacramentis diſceſſerint:quoniam re uera multi errores in graue damnum parrochorum, & parrochianorum cōmitti aſſolent. Iccirco debent circa illorum miniſteria interrogari.

Decimaſeptima concluſio ſeu interrogatio. 213

Interrogari debēt prędicti, an ſciāt uel credant, uel fama ſit, aliquem eſſe in ciuitate,uel diœceſi hæreticum, uel ſuſpectum de hereſi,uel aliqua cōuenticula per tales fieri;ſeu an ſciant domum,uel prædium,uel antrum, uel locum, ubi huiuſmodi homines conueniant;uel an ſciant,uel credant,uel fama ſit, aliquem eſſe receptorem, uel fautorem,uel credentem,uel defenſorem,uel laudatorem hæreticorum, uel uice eorum miniſtrantem eis, quo ad uictum,uel ueſtitum, & alia neceſſaria ad uſum eorum.quæ omnia eo diligētius ſunt examinanda, quo huiuſmodi ſceleris corruptela reliquos innocentes fideles putrefieri quàmfacillime omnibus perſpicuum eſt. quapropter,fideles pro huiuſmodi criminib° animaduerti,iura infraſcripta decreuerunt.

§

Decimaoctaua & ultima concluſio, ſeu interrogatio. 214.

Interrrogandi ſunt quoq;,an ſint aliqui inceſtuoſis, uel aliàs prohibitis

matri-

matrimonijs fœdati: quoniam utique & hoc eſt prohibitum laicis, & clericis; contra quos omnes quoq; fere prędictæ interrogationes ſunt faciendæ.

Quis modus ſit ſeruandus in inquiſitione generali, ſeu viſitatione monaſteriorum. Cap. VIIII.

Vnica concluſio. 214.

Cum ſint uariæ regulæ ac conſtitutiones regularium; iccirco ipſi ueniunt interrogandi circa obſeruātiam earū.

Quotuplex ſit ſpecialis inquiſitio, ſeu quot modis illa fieri contingat. Cap. X.

Vnica concluſio. 215.

Inquiſitio ſpecialis eſt triplex, ſeu triplici modo fieri contingit. primo, quando prælatus inquirit ſpecialiter ex officio contra aliquem, mala fama contra ipſum præcurrente. ſecundo, quando fit ad inſtantiam, ſeu querelam partis. & tertio propter denunciationem officialis ad hoc deputati, uel ab alio ducto zelo quocūq;.

Quæ differentia ſit inter inquiſitionem ſpecialem, factam ex officio, & factam ad inſtantiam alterius; ſeu inter proceſſum factum ad inſtantiam partis, & illum ex officio. Cap. XI.

Prima concluſio 215.

Prima differentia inter proceſſum inquiſitionis, faciendæ ex officio iudicis, eſt, ꝙ quando proceditur ex mero officio; tunc iudex recipit, ſeu recipere debet iuramentum ab illis, contra quos eſt facienda inquiſitio huiuſmodi: ſed quando proceditur ad inſtantiam partis, illam fieri procurātis; tūc non recipit iudex hoc iuramentum, ne inſtruat aduerſarium: ſed ipſe aduerſarius habet probare, quæ denuciauit.

Secunda concluſio. 215.

Secunda differentia eſt, ꝙ quando procedit ex officio, non tenetur iudex recipere probationem ſuper famam. ſatis eſt enim, ꝙ conſtat ſibi; ſecus, quādo procedit ad inſtantiam partis.

Tertia concluſio. 216.

Tertia differentia eſt, quia ſi inquiſitio fit ad inſtantiā partis, in ipſa admittuntur probationes contrariæ ſuper bonam famam: ſecus, quando procedit inquiſitio ex officio.

Quarta concluſio. 216.

Quarta differētia ē, qa inter ꝑdictos modos procedēdi ī inquiſitione ad inſtantiam partis, fit litis conteſtatio cū promouente illam: ſecus autem eſt, quando ex officio proceditur; quia ibi non eſt, cum quo fiat litis conteſtatio: ſed fit quaſi quędam conteſtatio inter infamiam, quę tenet uim accuſatoris, & reſponſionem inquiſiti.

Quinta concluſio. 216.

Quinta differentia inter proceſſum factum ex inquiſitione, facta ad inſtantiam partis, eſt, quòd quando præceditur ex officio, poſſunt recipi teſtes, etiam publicatis atteſtationibus: tunc enim ceſſat ratio timoris ſubornationis; cum ſemper dicta teſtium ſint nota iudici: ſecus, quando proceditur ad inſtantiam partis.

In-

Inquiſitio ſpecialis qualiter impugnari poſſit; ſeu quæ requirantur ad ipſius validitatem, ut impugnari nequeat. Cap. XII.

Prima concluſio 217.

Primo requiritur ad ualiditatem inquiſitionis, faciendæ contra aliquẽ ſpecialiter, quòd illud delictũ, de quo inquiritur, cõſtet ſaltem in genere eſſe commiſſum, licet neſciatur a quo: ut puta, ſi reperitur homo mortuus, uel uulneratus; ſeu reperitur factum furtum, uel aliud quodcumq; maleficium perpetratum: quoniam de hoc iudex ante omnia debet capere informationem; & ut ſcribantur illa in actis demandare una cum qualitate delicti; de quo fuit copioſiſsimus ſermo habitus in cap.6. fere per totum.

Secunda concluſio. 217.

Valida erit ſpecialis inquiſitio facta contra aliquem, etiam quando erit fama magna, quòd fuit factum magnum furtum, uel huiuſmodi; licet non poſsit conſtare iudici directe de maleficio: quoniam in tali caſu poſſunt uicini interrogari; & ſi ex ipſis poteſt iudex deuenire in notitiam alicuius; poſtea poterit ſpecialiter interrogari ille talis nominatus de multis circumſtantijs; ut puta, ubi ſteterit nocte illa, cum quo comederit, & huiuſmodi: & ſic ex reſponſis eius poterit detegi, an ſit criminator, nec ne. & ſic hodie ſemper ſeruatur in practica: de quo infra.

Tertia concluſio. 218.

Valida erit inquiſitio, ſpecialiter facta a iudice inquirente propter officialis denunciationem, uel alterius contra aliquem. & hodie ſic practicatur, ut dixi ſupra in titulo de denunciationibus.

Quarta concluſio. 218.

Iudex poteſt inquirere ſpecialiter contra aliquem, propter incidentem cognitionem. Regula enim eſt, ꝙ ubicumq; iudex incidenter cognouit de crimine, de illo ipſe poteſt per inquiſitionem cognoſcere.

Quinta concluſio 219.

Iudex poteſt procedere ad inquiſitionem ſpecialem, contra aliquem, propter generalem inquiſitionem præcedentem. ubicumq; enim iudex in generali inquiſitione cõpererit indicia aliqua non leuia, contra aliquem de delicto, pro quo fit inquiſitio, uel infamiam, poterit deſcendere ad particularem inquiſitionem contra eum, & ipſum punire repertum criminoſũ (iuris tamen ordine ſeruato) Licet ſic ſimpliciter intellecta hec concluſio, prout ſonant uerba, ſit de iure communi ueriſsima, ut dixi quoq; in concluſ.2.cap.6. tamen hodie nõ eſt in uſu in curijs laicalibus, & eccl. intelligendo, quod oporteat iudicem deſcendere ad formandum alium proceſſum; & poſtmodum ipſum reum punire: ſed ſeruatur conſuetudo nouiſsime introducta in curijs ſupradictis, ut dixi in concl.4. & ſexta dicti cap. ſexti.

Cum reliquæ præſentis capituli concluſiones non reperiantur in corpore tractatus ab Auctore diſputatæ; quippe quæ forſan ab uſu receptæ communi, nullam patiantur cõtraditionem; hic te eſſe admonendum, benigne Lector, ego typographus cenſui; ne tu alibi fortaſſe haſce concluſiones diffuſius ſperans eſſe lecturum, hic parum eaſdem notares: ac ne tu mihi aliquam etiam adſcriberes negligentiam, qui iſtis concluſionibus, ut reliquis, numerum non appoſuerim: cum ea de cauſa id à me factum fuerit, ne te, ſcilicet, alio dirigerem, unde nihil tu plus, quàm hinc utilitatis haurires.

Se-

Sexta concluſio.

Iudex poteſt inquirere ſpecialiter contra aliquem de maleficio, non pręmiſſa generali inquiſitione, nec probatis indicijs, uel fama, propter magnũ dolorem, ſeu offenſam magnam: vbicumq; enim committitur crimen aliquod coram iudice, de illo, & circa illud poteſt iudex cognoſcere per ſpecialem inquiſitionem.

Septima concluſio.

Immenſum crimen dat poteſtatem iudici procedendi contra aliquem in ſpeciali inquiſitione, non pręmiſſa generali, nec indicijs, aut infamia probata in actis. & huiuſmodi crimina ſunt omnia illa, in quibus poteſt quis accuſare ſine metu calumnię, ut in falſa moneta, & huiuſmodi; cum ſibi de ipſis fiat denunciatio.

Octaua concluſio.

Iudex in alijs caſibus, ſupra non nominatis in præcedentibus cõcluſio poterit ſpecialiter inquirere contra epiſcopum, ſibi aliquo modo ſubditũ; &c.

Nona concluſio,

Iudex eccl. nõ poteſt inquirere cõtra prælatũ regularem ſpecialiter; niſi fama tanta eſſet contra eũ, qui ſine grani ſcandalo tollerari non poſſet. & hoc uerificatur in omni genere peccatorũ: licet ordo iudiciarius non ſit uſquequaq; ſeruandus, quo ad ſubtilitatem; in epiſcopis debet ſeruari; non autem quo ad ueritatẽ, q̃a ille debet ſeruari.

Decima concluſio.

Iudex eccl. poteſt inquirere ſpecialiter contra clerum ſecularem, & regularem ſibi ſubditum inferiorem epiſcopo, propter frequentem famam, & clamoſam inſinuationem; licet illę nõ inducerent ſcandalum, non autem ad primam infamiam ſibi delatam debet aſſurgere ad inquirendum: ſed ſolum, quando ſępius aures illius huiuſmodi fama pulſantur; uel propter denunciationem iudicialem, factam ab officiali ad hoc deputato, uel ab alia perſona.

Vndecima concluſio.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt inquirere ſpecialiter cõtra certam perſonam; niſi quando fama contra eam habuit originem a perſonis fide dignis, & honeſtis, nõ a maleuolis: alias iudex tenebitur ĩquiſito ad intereſſe; licet poſsit inquiri tantum de fama, ſi denunciatur ab uno fide digno; & Superior ignoret de infamia, ſeu fama illi.

Duodecima concluſio.

Iudex eccl. inquirere poteſt contra certam perſonam de mandato principis aſſertiue, ſiue aſſerentis in ſua cõmiſsione, ſibi conſtare de crimine, uel ꝙ fama deuenit ad aures eius, etiam non præcedente infamia: ſed ſi commiſsio facta fuiſſet ſimpliciter, abſque huiuſmodi clauſula prædicta; tunc iudex &c.

Tertiadecima concluſio.

Iudex eccl. poteſt inquirere contra certam perſonam ſpecialiter non pręcedente infamia: & ſic tenet proceſſus huiuſmodi, quãdo iudex proceſsit ad inquiſitionem criminis, præſente inquiſito, & non contradicente, ſeu reclamãte. & in tali caſu nõ poterit inquiſitus amplius reclamare aut opponere contra proceſſum; licet non præceſſerit ipſam ſpecialẽ inquiſitionem denũciatio, uel querela, &c.

Quartadecima concluſio.

Iudex eccl. poteſt ſpecialiter inquirere contra certas perſonas, non pręmiſſa probatione infamiæ: q̃ñ contra ipſas uult inquirere ad effectum corrigendi pro ſalute animæ, non autem puniendi: ut quando epiſcopus, &c.

Quin

Quintadecima concluſio.

Iudex eccl. non poteſt inquirere cōtra aliquem de delicto commiſſo, leui uel leuiſsima culpa iam in actis probata; ſecus, ſi per dolum, & latam culpā.

Decimaſexta concluſio.

Requiritur inter alia adducta, & adducenda, ꝙ tam generalis, quàm ſpecialis inquiſitio, formata contra aliquem, contineat ſpecialitatem criminum, loci, temporis commiſsi criminis, & alia, ſecundum formam l. libellorum. ff. de accuſ. aliàs redditur inepta; niſi quando proceditur ſummarie, & de plano.

Decimaſeptima concluſio.

In ſpeciali inquiſitione neceſſario requiritur, ꝙ ponantur omnes circumſtantiæ delicti, uidelicet: quo loco, quo tempore, & cum qua perſona commiſſum fuit, & contra quem: aliàs huiuſmodi inquiſitio non procederet. quapropter debent fieri capitula in ſpecie, ſcilicet; ꝙ talis commiſit tale furtum, & huiuſmodi.

Decimaoctaua concluſio.

Iudex eccl. antequam formet ſpecialem inquiſitionem; etiam ſi non ad ipſam procedat ex ſuo officio, neq; ad inſtantiā partis; puta, ex frequētib. clamoribus ordinarius ipſe excitatus, quos nequit ulterius diſsimulare ſine ſcandalo; debet mādare, ut citetur offenſus, & proximiores conſanguinei offenſi, cum termino dierum aliquot competentium negocio, ad comparendum, &c.

Decimanona concluſio.

Iudex eccl. procedendo in ſpeciali inquiſitione contra certam perſonam, illa non citata, illegitime procedit ad ipſum condemnandum, tamq̃ reū criminis prætenſi: & per conſequens ſententia inde lata erit nullius ualoris.

Vigeſima concluſio.

Vt inquiſitio ſpecialis ſit ualida, oportet, inquiſitum non fuiſſe aliàs de illo crimine accuſatum, uel inquiſitū, & legitime abſolutum, uel punitum in foro fori, de quo eſſet quis puniendus pœna ordinaria, uidelicet: pro delictis expreſsis in c. inquiſitionis, extra de accuſ. aliàs inquiſitio eſſet nulla, & iniuſta: attamen, quādo dubitatur, &c.

Quo modo, ſeu quo ordine uti debeat iudex eccleſiaſticus in inquiſitione ſpeciali contra certum prælatum (ut prælatus eſt) ſeu cōtra membra eccleſiæ, aliquo illam proſequente, de quibus aliqua infamia orta eſt. Cap. XII.

Prima concluſio 217.

Prælatus, uel quilibet iudex eccleſiaſticus, deſcendens ad inquiſitionem ſpecialem, faciendam ad inſtantiam partis, ſuper ſtatu eccleſiæ, tam in capite, quàm in membris, uel in capite tantum citare debet, tam eum, qui proſequitur inquiſitionem, quàm illos, contra quos inquiritur, puta, abbatem, uel epiſcopū, ſiue monaſterium, ſiue eccleſiam ipſam, de cuius ſtatu quæritur, & clericos, ſiue ēt monachos ipſius monaſterij, ſiue eccleſiæ infamatæ de aliquo crimine.

Secunda concluſio. 217.

Iudex eccl. his prędictis peractis, coram ſe aſtantibus permittat eum, qui inquiſitionem procurauit, proponere, quæ ſibi prius intimauerat, &c. & hæc uera licet ſint de iure commmuni: tamen non ſeruantur hodie in pract. ſed ſolum modus procedendi per me traditus ſupra in cap. 6. concl. 4. & 6.

Tertia concluſio. 218.

Iudex eccl. ſi non fuerit ordinarius,

legat litteram commiſsionis ſibi directæ,& iux. ipſius formam inquirat:ſed ſi fuerit ordinarius; tunc uerbo proponat ipſe inquiſitionem,promouens crimina coram ipſo iudice; uel det libellum,in quo præmiſſa proponat.

Quarta conclusio. 218

His peractis,is, cõtra quem inquiritur,poterit e contra excipere pro ſe;& ſi quas legitimas exceptiones habet, illas proponere,offerendo illa ſe ſtatim probaturum. quo caſu inquiſitor ſuperſedebit, & non procedet ad huiuſmodi inquiſitionem;niſi termino a ſe honeſto indulto iam elapſo &c.Hæc omnia licet de iure communi ſint uera:tamen non obſeruantur in practica hodie in curijs utriuſq; fori;ſed ſolum modus procedendi, traditus per me ſupra in cap.6.concl.4.& 6.

Quinta conclusio. 219.

Inquiſiti debent examinari,iuramẽto mediante;ſi non excepiſſent contra inquiſitionis procuratores; uel exceptiones nõ ꝓbaſſent &c. hodie de hac concluſione dic,ut dixi de concluſione præcedenti.

Sexta conclusio. 220.

Noſtra tempeſtate omnes concluſiones præſentis capituli fere receſſerunt ab aula: quoniam ſtatim, porrecta querela iudicibꝰ eccleſiaſticis; ipſi inquirunt ſpecialiter contra querelatum: & ſi contra ipſum inuenerint indicia ſtatim citant ipſum ad informandum; & comparentem examinant; & poſtmodum ipſi defenſiones exibent, ſiue tempus cõcedunt ad ſe defendendum,cum traditione repertorum, ac copia depoſitionum teſtium contra ipſum productorum; ut ſic detur ipſi facultas ſe defendendi ac excipiendi contra querelantem, & teſtes, & ſuas probandi defenſiones.

Quomodo ſit procedendum in inquiſitione ſpeciali, illam aliquo procurante contra aliquam aliam perſonam, non prælatum alicuius eccleſiæ; vel pro aliqua alia cauſa, quàm pro dilapidatione bonorum eccleſiaſticorum; vel alio delicto, pro quo veniret priuandus ſuo beneficio. Cap. XIII.

Prima conclusio. 221.

Quotieſcumq; aliquis proſequitur inquiſitionem contra aliquam perſonam ſingularem,non ut prælatum; ſtatim iudex citabit ipſum; necnon talẽ proſequentem; & ambobus præſentibus proponit is,ꝙ impetrauit inquiſitionem,quæcumq; habet,&c.

Secunda conclusio. 222.

Is,contra quem procuratur inquiſitio, ſi eſt infamatus de aliquo crimine, ſi non potuerit aliquas exceptiones adducere, impedientes ipſam inquiſitionem ſpecialem faciendam, uel adductas probare, &c.

Tertia conclusio. 225.

Iudex, in huiuſmodi inquiſitionis ſpecie, de qua ſit ſermo in præſenti cap. non exigat iuramentum ab inquirendo; ſed cogat,procurantem inquiſitionem huiuſmodi teſtes pro ſe, & alias probationes producere contra ipſum querelatum:aliàs non procedet in inquiſitione huiuſmodi. hæc concluſio non eſt in uſu: cum iudices,capta informatione contra reum, & cõ-

ſtito

ſtito aliqualiter de delicto cõtra ipsũ, ſtatim citat ipſum, & comparentem examinat cum iuramento, ut ſæpe probaui.

Quarta concluſio 226.

Iudex in nonnullis cauſis poteſt deferre iuramentum reo; & in nonnullis non; ſed actori. hodie nunquam actori contra reum in cauſis criminalibus criminaliter motis.

Quinta concluſio. 227.

Iudex, probatis delictis contra inquiſitum, & ab ipſo per exceptionem, uel aliquas alias probationes, nõ excluſo promotore inquiſitionis, condemnabit ipſum: ſi uero tantum fama fuerit probata, &c.

Sexta concluſio. 127.

Omnia adducta in præſenti capitulo hodie non ſunt in uſu curiarum; ſed tantum, ut dixi ſupra, concluſiones adductę in capitulo 6. præſentis opuſculi.

Quæ differentia ſit inter proceſſum inquiſitionis ſpecialis, quæ fit ad inſtantiam partis contra ſingularem perſonam, & proceſſum, qui fit ſpecialiter, tam contra caput, quàm membra alicuius eccleſiæ, vel monaſterij.

Cap. XIIII.

Vnica concluſio. 227.

Prima differentia inter proceſſum inquiſitionis ſpecialis faciendæ, quę ad inſtantiam partis procurantis, &c.

Modus procedendi in inquiſitione ſpeciali ex officio contra ſpecialem perſonam; & quando quis dicatur infamatus, ut ſpecialiter contra ipſum poßit inquiri ex officio. Cap. XV.

Prima concluſio. 228.

Iudex procedendo in inquiſitione ſpeciali ex officio, nullo eam proſequente, uel promouente, ſeu impetrante; ut puta, excitatus frequentibus clamoribus, quos nequit ulterius diſsimulare ſine ſcandalo, debet deſcendere ad inquirendum de exceſsibus ſubditi.

Secunda concluſio. 228.

Iudex, ſeu quicumq; Superior, poſtquam ad locum delicti deſcenderit, præfiget terminum accuſare uolentibus; & ſi quis apparuerit legitimus accuſator, &c.

Tertia concluſio. 229.

Nullo apparente accuſatore, uel eo tantum apparente, qui legitime fuit excluſus ab officio accuſandi, ratione alicuius exceptionis, &c.

Quarta concluſio. 229

Prælatus, ſeu iudex, ubi deſcenderit ad locum, in quo inquiritur ac conuerſatur inquirendus ipſe, capiet informationem ſuper fama huiuſmodi, ut conſtet ſibi ex actis, uere illum eſſe infamatum; & ſuper probatione famę examinare ſufficiet duos, aut tres teſtes bonæ famæ.

Quinta concluſio. 229.

Teſtes ſuper infamia examinati, de quibus fuit factus ſermo in præcedenti concl. deponere debent, ꝙ ille talis, contra quem inquiritur ſuper certo, & graui crimine, apud prouidos, diſcretos & honeſtos eſt infamatus; quos et nominabunt, quãuis nõ interrogẽtur.

Sexta concluſio. 230.

Teſti uolenti probare infamiam ad promotionẽ inquiſitionis non ſufficit dicere; ꝙ apud duos ſit ſuſpectus: imo oportet, eum in ſuo teſtimonio adijcere, quòd hoc ipſum, ſcilicet, eum, contra quem agitur, crimen commiſiſſe, pars aliqua uiciniæ acclamat; & ſæpe audire debẽt illius infamiã ipſi teſtes.

Septima concluſio. 230.

Non neceſſe eſt, ꝙ omnes teſtes ab eiſdem prouidis audierint, vel a diuerſis. item ſufficit, ꝙ ambo, uel ab eiſdem &c.

Octaua concluſio. 231.

His peractis, ac examinatis diligenter, ſi inuenerit iudex, uere famam inquirendi læſam, ut ſupra, illum ad ſe uocabit, &c.

Nona concluſio. 231.

Licet iudex non poſſit procedere in inquiſitione, contra ſpecialem perſonam, procurata ab aliquo illam promouente, reo negante ſe infamatum; niſi promotor prius probauerit. &c.

Decima concluſio. 231.

Iudex, præmiſſis conſideratis & obſeruatis, faciat reum iurare, hoc modo uidelicet: recipiet iuramentum prælati, & clericorum, ſi agitur, &c.

Vndecima concluſio. 231.

Iudex iuramentum recipere tenetur, tam ab inquiſitis, quàm a teſtibus, procedens per uiam inquiſitionis, ſub hac forma, uidelicet; ut ipſi iurent, &c.

Duodecima concluſio. 234.

Iudex, poſt iuramentum præſtitum inquiſito de illis delictis, in quibus eſt infamatus, ſi ipſe cõfeſſus fuerit delicta procedet ad ſententiam ferendam contra ipſum; & ad ipſum puniendum iuxta modum culpæ: ſi uero negauerit, ſe delicta illa commiſiſſe; tunc inquiſitor, ſeu iudex inducat teſtes; & eos, ſi ad hoc opꝰ fuerit, cogat.

Tertiadecima concluſio. 236.

Iudex, probato aliquo delicto contra aliquem, procedat ad ſententiam ferendam contra ipſum, ac animaduertendũ in eum: niſi inquiſitus probaſſet aliquas exceptiones.

Quartadecima & ultima concluſio. 237.

Iudex, qui ultra infamiam inquiſiti nihil contra eum repererit ex atteſtationibus, indicet ei purgationem canonicam: & ſi infamiam purgauerit, iudex abſoluet ipſum, ſin autem, puniet.

An inquiſitus teneatur ſemper iudici interroganti ſe, ac deferenti ſibi iuramentum, fateri delictum. Cap. XVIII.

Prima concluſio. 165.

Quando iudex procedit ex officio mero ſuo per uiam inquiſitionis; tunc inquiſitus nõ tenetur reſpondere ipſi: cũ id, de quo quæritur, nõ ſit notorium,

uel

uel famoſum;cũ ipſe iudex in hoc non ſit competens iudex ſuus; cum non ob ſeruat formam iuris, ſecundum quam hoc exequi ſibi eſt prohibitum, eo ꝙ neminem ad reſpondendum ſibi, ac confitendum delictum poteſt cogere, niſi infamatum; uel ſemiplene probatum fuerit illud,de quo inquiritur cõtra ipſum;uel indicia ſufficientia præceſſerint contra ipſum; & ſint hæc omnia iam probata in actis, ut iam non bis probauimus in tract. de accuſatio. cap.6.concl.3.

Secunda concluſio. 267.

Iudex procedens in inquiſitione ex officio,interrogans inquiſitum de aliquo delicto a ſe perpetrato, de quo notorie conſtat, uel eſt infamatus,tenetur inquiſitus fateri ueritatem rei; & poterit etiam interrogari, præſtito iuramento.

Tertia concluſio. 268.

Iudex procedens ad inquiſitionem ad inſtantiam partis,quæ tantum infamatum illum, contra quem promouit inquiſitionẽ,probauerit, animaduertet iudex qualitatem probationis infamiæ, & qualitatẽ eorum,per quos ſit probata:& ſi ei, omnibus penſatis, uidebitur,indicet purgationem canonicam infamato;ſin aliàs,ſecus.& hoc, tam ſi fuerit infamatus de crimine depoſitione digno, ſeu priuatione executionis ordinũ, ſeu pro quo ueniret imponẽda ſpiritualis pœna uel corporalis; & per conſequens inquiſitus taliter infamatus,&c.

Utrum ualeat proceſſus ſuper ueritate criminis, quando proceditur per uiam inquiſitionis,non facta prius inquiſitione de fama. Cap. XVIII.

Prima concluſio. 272

Proceſſus factus per uiam inquiſitionis a iudice delegato de ueritate criminis, non præuia probatione inquiſitionis,captæ de fama in actis annotatæ,ualidus erit, ſi in commiſſione huiuſmodi inquiſitionis delegans,ſeu ordinarius iudex uſus fuerit forma uerborum aſſertiuorum, de fama ſibi conſtita.

Secunda concluſio. 273.

Proceſſus factus per uiam inquiſitionis a iudice delegato de ueritate criminis, non præuia probatione inquiſitionis captæ de fama,in actis annotatæ, ualidus erit: licet in commiſſione huiuſmodi inquiſitionis, delegans, ſeu ordinarius iudex uſus fuiſſet forma uerborum narratiua,uel ſimplici prędicta,ſi iudex proceſſit ad inquiſitionem de ueritate criminis, inq̃ſito præſente, & non reclamante, ſeu non contradicente.

Tertia concluſio. 274.

Proceſſus factus per uiam inquiſitionis a iudice delegato de ueritate criminis, non præuia probatione inquiſitionis captæ de fama,in actis annotatæ,non erit ualidus,ſi in commiſſione huiuſmodi inquiſitionis; delegans ſeu ordinarius iudex uſus fuiſſet forma uerborum narratiua, uel ſimplici prædicta; ſi dictus iudex proceſſiſſet ad inquiſitionem de ueritate criminis,pręſente inquiſito ignorante,quòd teſtes deponerent ſuper principali; & iccirco non reclamante.

Quarta concluſio. 274.

Proceſſus factus per uiam inquiſitionis a iudice delegato de ueritate criminis,non pręuia probatione inquiſitionis de infamia captæ, ac in actis an-

annotatæ, non erit ualidus; ſi in commiſsione huiuſmodi inquiſitionis delegans, ſeu ordinarius iudex uſus fuiſſet forma ſimplici, uel narratiua : ſi dictus iudex proceſsiſſet ad inquiſitionem de ueritate criminis, inquiſito abſente, non contumaciter; ſecus, ſi contumaciter.

Quinta concluſio. 275.

Proceſſus factus per uiam inquiſitionis a iudice delegato, de ueritate criminis, non præuia probatione inquiſitionis captæ, ac in actis annotatę, de infamia, non erit ualidus; ſi inquiſitus præſens oppoſuerit, ut prius quæreretur de fama, quám de ueritate criminis, & appellauerit : ſi dicta facultas inquirendi ipſi delegato conceſſa fuiſſet ſub forma ſimplici, ſeu narratiua. hæc concluſio licet de iure communi ſit uerisſima: tamen hodie, &c.

Sexta concluſio. 176.

Proceſſus factus per uiam inquiſitionis, a iudice ordinario, ex ſuo mero officio, non præuia probatione inquſitionis captæ & in actis redactę, de ueritate criminis, ualidus erit; dummodo conſtet ſibi de infamia per inueſtigationem, extraiudicialiter factam; quantumcumq; pars contradicat. tamen, ſi pars poſtea appellet ad Superiorem, putans aggrauatum ſe fuiſſe; tunc ordinarius debebit facere fidem de fama.

Septima concluſio. 276.

Iudex ordinarius in inquiſitione mota ad inſtantiam partis, ſuper ueritaté criminis, nó poteſt procedere; niſi præuia inquiſitione ſuper infamia, ac ipſa in actis probata; & proceſſus factus aliter, eſt inualidus de iure cõmuni: ualidus uero ex conſuetudine omnium curiarum eccl. cum ſufficiat querela, uel denunciatio, ut ſæpe probaui.

Octaua & ultima concluſio. 277.

Proceſſus inquiſitionis captæ de ueritate criminis, antequam inquireretur de infamia; uel non traditis capitulis ab inquiſitore ipſi inquiſito, ualidus erit; ſi inquiſitus confeſſus fuiſſet crimen, de quo inquiſitio fiebat.

Finis opuſculi de inquisitionibus.

Tit. De exceptionibus.

Quòd crimen in modum exceptionis ſecundum ius canonicum diuerſimode proponitur. Cap. I.

Prima conclusio. 284.

Excipiens contra aliquem, ut repellatur ab accuſatione, uel teſtificatiõe, non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis; nec punitur deficiens in probatione ipſe excipiens: nec ſi probauerit, uenit puniendus is, contra quem excipitur; uel infamia notandus. hæc concluſ. eſt uerisſima de iure communi, & regulariter: non autem in caſu quartę concluſionis infraſcriptæ; de quo dic ut ibi.

Secunda conclusio. 285.

Excipiens contra aliquem, ante cõfirmationem alicuius ad aliquam dignitatem, nó tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis.

Tertia conclusio. 285.

Excipiens contra aliquem, poſt cõfirmationem eius, puta, cum quis eſt conſecrandus, uel ordinandus, licet nõ teneatur ſe inſcribere: tamen iudicis arbitrio puniendus eſt aliqua pœna extraordinaria; ſi in probanda exceptione defecerit.

Quar

Quarta concluſio. 286.

Exceptio criminaliter facta contra accuſatores, uel denunciatores ab aliquo accuſato, uel denunciato de crimine cum petitione, ut tales reperti falſidici, uel calũniatores omnino cõdigne puniantur; nec non, ut nulla illis fides adhibeatur; operatur, ut taliter excipiens dicatur aſſumere partes accuſatoris. & proinde proceditur contra ipſos teſtes, & denunciatores; ac ſi fuiſſent accuſati de falſo.

Quinta concluſio. 286.

Breuiter concludendum erit, quòd ea omnia, quæ ſeruantur in iudicio accuſationis, & inquiſitionis, ut puta, ut deſcribatur dies, & annus, locuſq; commiſsi delicti, & huiuſmodi, ſeruanda erunt in hoc iudicio exceptionis criminalis, de qua loquuti fuimus in præcedenti concluſione.

Finis opuſculi de exceptionibus.

Tit. De modo procedendi in iudicio, quãdo eſt reus deprehẽſus, in flagranti crimine. Cap. vnicũ.

Prima concluſio 287.

Non tantum aperitur uia iudici ad inquirendum per denunciationem factam, aut querelam ſibi porrectam; ſed etiam, quando quis deprehenſus fuerit in flagranti crimine: tunc.n.&c.

Secunda concluſio. 286.

Deprehenſio alicuius in flagranti crimine non facit contra eum plænam probationem: ſed tantummodo, &c.

Tertia concluſio. 287.

Si reus criminis, captus in flagranti, cõfiteatur crimen iudici, uel actuario, ipſum examinanti; ſtatim uenit puniẽdus iux. qualitatem culpæ,

Quarta concluſio. 287.

Reo huiuſmodi, neganti crimen ſe commiſsiſſe, non ſunt negandæ defenſiones. quibus non conceſsis, nullatenus uenit puniendus; etiam ſi fuerit conuictus manifeſte; niſi contra teſtes & alios actus nihil habere ſe pro ſe tuendo, fuiſſet ipſe proteſtatus.

Quinta concluſio. 288.

Vbi eſſet periculum maioris ſcandali, puta; quia delictum eſſet atrox; & populus magnis clamoribus poſtularet, eius ſupplicium non differri; uel quia eſſet concitata ſeditio, nec poſſet de facili ſedari; & reliqua.

Sexta concluſio. 288.

Reus, repertus in flagranti crimine, non uenit puniendus, niſi ſaltem: ſententia aliquali, ſeu decreto, aut mandato ſubſcripto manu iudicis præuio licet poſsint omitti ſollemnitates iuris, in proferenda ſententia non neceſſario requiſitæ.

Septima & ultima concluſio. 288.

Iudex uidens oculis proprijs, aliquem perpetrare crimen aliquod, illũ non poterit condemnare, neq; torquere: ſed tantum contra illum informationem capere; & poſtmodum procedere contra ipſum: cui non erit negan da copia proceſſus, ac reliquæ defenſiones, & debitus terminus ad ſe tuendum.

Finis tractatuli præſentis.

Tit. De modo procedendi in criminibus notorijs.

Quomodo ſit procedendum in criminibus notorijs. Cap. vnicum.

Prima concluſio. 289.

Quandocumq; iudex procedit in iudicio contra notorie criminoſum, ſi uoluerit informationem capere ſuper indicia ipſius criminis notorij, & cōtra notorium criminoſum, non debebit reum citare, &c.

Secunda concluſio. 189.

Caueat iudex, ne aſſerat delictum notorium, cum non ſit. multa enim dicuntur notoria, quæ non ſunt: propterea debet iudex, uel actuarius, &c.

Tertia concluſio. 290.

In huiuſmodi notorio crimine erit danda reo copia indiciorum; ſi proponat aliquam exceptionem, uel defenſionem: ſed ſi fateretur, ſe nullam excuſationem habere, non erit illi aliqua defenſio concedenda; ſed ſtatim condemnandus.

Quarta concluſio. 290

In notorijs criminibus ex conſuetudine hodie obſeruatur in practica, ut omnino requiratur ſententia declaratoria, illud fuiſſe notorium crimen; & condemnatoria ſententia contra criminoſum talem: necnon & neceſſario requiritur, ut cognoſcatur, & declaretur per iudicem, citato ipſo reo, ad hoc, ut poſsit dici delictum notorium, quòd excuſationem non habeat.

Finis tractatuli de modo procedendi in crimine notorio.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. III. TIT. DE INQVISITIONIBVS.

De quidditate inquiſitionis.

Cap. primum.

PRemiſsis his,quæ adducẽda uidebantur, in præcedenti tractatulo de denũciatione, ſermonem habere aliquantiſper in p̃ſenti opuſculo,operæpretium duxi, de modo procedendi in iudicio per uiam Inquiſitionis: cum ipſius materiam dignam ſcitu,atque memoriæ commendãdam, ad modum iuſte iudicandi ac in ſubditorum exceſſus animaduertendi eſſe omnibus ſummopere profuturam, neminem iuriſperitorum fugiat. ſed ut congruus ordo procedendi in hac materia ſeruetur, in præſenti capitulo uerbũ facere mihi uiſum fuit de quidditate ipſius inquiſitionis, ſcilicet,quo ad quid nominis; cũ hic terminus poſsit comparari generi logicali, habenti nonnullas ſpecies; quòd ipſi ſubſint quoque nonnullæ ſpecies, ut in ſubſequenti cap. probabitur,illas adducendo. ſciendum ergo, quòd hæc
Bald. vox dupliciter apud canoniſtas diffinita reperitur. Baldus enim in l.ea qui
Inquiſi. quid. dem.C.de accuſ. in 5.columna,his uerbis illam diffiniuit. inquiſitio eſt præparatorium ſeu generale ius procedẽdi ex mero officio,ad inueniẽdum, ſeu inquirendum,ſiqui ſunt homines in illo territorio criminoſi,pœna digni. alio uero modo inquiſitionem diffinierunt infraſcripti doctores dicentes:inquiſitio. eſt alicuius manifeſti criminis, ex bono & æquo,a iudice competenti,canonice facta inueſtigatio. & huius diffinitionis patroni ſunt Hoſt. in ſua Sũma,in lib.quinto,ſub titulo de inquiſitione. §. 1. & Felinus in rubrica de accuſ.& Alphõſus Aluarez in ſuo utriuſque Speculo iuris,ſub titu. de inquiſitione. Hoſt. Felinus. Alphõ. Aluarez.

De quotuplicitate ſpecierum inquiſitionis.

Cap. II.

Inquiſitio generalis,quo ad perſonas, & delicta,iure cauta reperitur.concl. 1.

Inquiſitio generalis quo ad perſonas, ſed ſpecialis quo ad delicta, eſt a iure conceſſa. concl. 2.

Inquiſitio generalis quo ad delicta, ſed ſpecialis, quo ad perſonas,a iure eſt conceſſa. concl. 3.

Inquiſitio generalis,quo ad perſonas, de neceſsitate eſt facienda concl. 4.

Inquiſitio ſpecialis, quo ad perſonas, & delicta,neceſſario eſt facienda,concluſione quinta.

CIrca ſpecies uarias inquiſitionis, uarie doctores ſenſerunt. nam Speculator in lib.3.ſub eod.titulo in §. ad inquiſitionem, quando ſit procedendum,in columna ſecunda,in verſi.vt autem compendioſam inquiſitionẽ, aliã dicit eſſe ſollemnem, aliam præparatoriam: & ſubinfert ibidem, in columna tertia,in ver. differt autem; quòd ſollemnis inquiſitio ſemper ſit cum iuramento: & in genere. Syl. uero in ſua Summa, in ver. inquiſitio, in principio; & Lancillottus Specul. Inquiſi. quotupl. Syl.

Lāsillot. lottus in Gloſa ſuæ inſtitutionis,canonicæ, ſub titulo eodem, tres quoque enarrat ſpecies īquiſitionis, videlicet: generaliſsimam,generalem,& ſpecialē.Archiepiſcopus Flor.aūt in ſuæ Summæ par.3. tit.nono.c.7.adhærens Angelo de Peruſio, dicit, inquiſitionem aliā generalē eſſe,aliā ſpālē: & ꝙ generalis diuiditur ī quattuor ſpecies. prima eſt generalis quo ad delicta, & quo ad pſonas.ſecunda eſt generalis quo ad pſonas,ſed ſpecialis quo ad delicta.tertia dr̄ generalis quo ad delicta, ſed ſpecialis quo ad perſonas. quarta dr̄ inqſitio gn̄alis quo ad perſonas. ſpecialis aūt inquiſitio dr̄ illa,quæ eſt quo ad pſonas, & quo ad delicta ſpecialis.& pdicta eſſe uera,exemplis probat ibidē ipſemet Sanctus:& primo d prima ſpecie ſic exemplificat, ut cum præſes, &c. at quoniam mihi ipſius ſentētia videt memoriæ commēdanda, nonnulla notatu digna illius dictis addam pro maiori dilucidatione illorum; necnon ꝓcedam per concluſiones, illaſque probabo alijs auctoritatibus, tam iuriū, quàm doctorum; vt ueriora appareāt allata a ſupradicto Archiepiſcopo.

Arch. Flor.

Specialis īquiſit. quid

PRIMA ERGO CONCL.

GEneralem inquiſitionē,quo ad delicta, & quo ad perſonas, reperiri iure cautam a iureperitis, & ad illas faciendas teneri p̄latos, minime ignorari dēt. Hāc cōcluſionem probare facile erit mihi triplici medio.Primo per tex.in c.cum ven.extra de cenſibus,& ī c. Romana de cenſibus in 6. in quibus iuribus demandatur viſitatio fieri per totam diœceſim,& contra omnes diœceſis illius ſubditos: & per tex.in l.congruit.ff.de off.præſidis, vbi dicitur:cōgruit bono præſidi, &c. & ſubinfertur: curare,ut pacifica atque quieta ꝓuincia ſit, quam regit. quod non difficile obtinebit,ſi ſollicite agat,ut malis hominibus prouincia careat, eoſque cōquirat:nam & ſacrilegos,latrones,plagiarios,fures conquirere debet; & pro ut quiſque deliquerit,in eum animaduertere,&c.Nouiſsime quoque ſtatutū & hoc fuit per ſacrum Concil. Trid. in ceſsione.24.de reformatione.c.3. Probatur & ſecūdo auctoritate oīum canoniſtarum & legiſtarum ī p̄dictis iuribus;& præcipue Bar. in l. 2.§.ſi pub.ff. ad legē Iul. de adul. Probatur & tertio hac rōne: cum unuſquiſque teneat cognoſcere vultum pecoris ſui, ac de illo curā gerere;& niſi illos viſitet, hoc nullatenus facere poſsit:iccirco patet,eos ad hoc teneri:maxime cum præceptum fuerit & hoc a iurib.prędictis de hmōi inquiſitionibus,ut inde emaneat bonū commune, ac paci vniuerſali conſulet.

c.cū ue. ex.de ceſibus. & c.Romana de cē ſib. ī 6.

l.Cong. ff d off. pſidis.

Concil. Tridēt.

Bar.

Auctor.

SECVNDA CONCLVSIO.

INquiſitio gn̄alis, quo ad perſonas, ſed ſpecialis quo ad delicta, reperit a iure conceſſa,ac præcepta p̄latis eccl. quę dr̄ eſſe illa, qn̄ p̄lati inquirunt cōtra eos,qui homicidium tale, uel furtū tale perpetrauerunt. & hæc concl.probatur triplici medio,videlicet:primo p tex.in c. pnitioſam. ex̄.de off.ordinarij. & idem annuere videntur iura in præcedenti concl.allata. probat & ſecūdo auctoritate Baldi ī d.c.pernitioſam; & Pan.ibidem dicentis:p̄nt enim ep̄i inqrere, & ex officio procedere ſuper criminibus,& ī facinoroſos homines animaduertere. inſuper & Bart. ubi ſ.probatur & tertio hac rōne:qm̄ ſi ſecus eſſet uerius, hoc abſurdiſsimū ſequeret, ꝙ multa maleficia, quorum auctores ignorantur pro tpe commiſsi ſceleris, remanerent impunita:& ſic fomes maleficis inique agendi ſubminiſtraretur:quod utique uergeret in detrimētum reip.Chriſtianæ,

Bal. Pan.

Auctor.

TERTIA CONCLVSIO.

INquiſitio gn̄alis,quo ad delicta; ſed ſpecialis, quo ad perſonas,licita eſt, & a iure conceſſa.& tunc fieri contingit ſeu dr̄; cum inquiritur per viſitatorem eccleſiaſticum, uiſitantem aliquam eccleſiam

cleſiam

cleſiam,inquirentemque contra perſonas ipſi deſeruientes, ad inueſtigandũ & puniendum crimen,per aliquem eorum commiſſum:vel qñ monaſteriũ viſitatur contra monachos ibi degentes.

Hęc concl. probatur triplici medio.pri
c. Rem. mo per tex.i c. Romana.§.ſane, de cen-
§.ſane d ſibus, in quinto; ubi præcipitur hmõdi
cẽſibus. ĩquiſitio his uerbis, videlicet:ſane hu-
in 6. iuſmodi impenſurus officium, propoſito uerbo Dei, quærat de uita, & conuerſatione miniſtrantium in eccleſijs, & locis alijs,diuino cultu deputatis;ac ceteris, q̃ ad diuinũ officiũ ipſum ſpectant, &c. Scdo probatur hæc eadẽ cõ-
Concil. cluſio auctoritate Concil. Trid. in ſeſſ.
Trid. 24.de reformatione c. 3. & auctoritate canoniſtarum ibidem in d. cap. Ro-
Auctor. mana; & Bartoli ubi ſupra, tertio hac rõne,videlicet:ut oẽs eccleſiæ miniſtri, ſaltem timore pœnę infligendæ ipſis a viſitatoribus,ſua munera unuſquiſque eorum, adimpleant.

QVARTA CONCLVSIO.

INquiſitio generalis, quo ad pſonas, de neceſsitate facienda eſt iure cauta. & dr illa,cum inquiritur de aliquo maleficio contra ciuitatem & homines illius; nec veniunt homines ſpecificãdi. Hæc concl.probatur duplici medio. primo p tex.in l.1.C.de monopolijs:vbi cauetur, denunciandos fore facientes monopolium; ac animaduertẽdum in
Bar. ipſos repertos.probatur & ſecũdo auctoritate Bartoli in eadẽ lege, & in l.2. §.ſi publico.ff.ad legem Iul. de adulter.

CONCLVSIO QVINTA.

SPecialis inquiſitio,quo ad perſonas, & delicta facienda, oĩno præcipitur a iure. & eſt cum, de certo,& limitato delicto prælatus inquirit contra certã, & limitatum perſonam, hoc modo videlicet:recipiendo teſtes,ſeu informationem & indicia;ſiue formando proceſſum informatiuum contra aliquem de aliquo crimine. qua capta, poſtmodum ipſius uigore citatᷣ inquiſitus ad informandum, cum termino aliquorum dierum, arbitrio iud.limitando.& hoc modo proceditur tam in inquiſi. ex off. quam ad inſtantiam partis. ex quibus deinde infor.& indicijs dicitur titulus,& ſeries facti; quod poſtea narratur in ea, quam appellamus inquiſitionem: quæ ſic formata, & in ſcriptis redacta trãſmittit in vim citationis & libelli. Hęc cõcl.probat triplici medio. Primo per ius diuinum relatũ in c.qualiter,& qñ el 2.ex.de accu.& per dictum tex.ĩ d.c.qualiter,& qñ el 2.& per multa alia iura eiuſdẽ tit.ſcdo.per oẽs doctores ibidem.idem aſſerit Iul. Cla. in ſua pract.crim.lib.5.§.fi.q.3.in ver.& aduerte:qa in hoc propoſito ꝓbat quoq; & tertio rõne adducta in ſcda.concl.

An inquiſitio ſemper ſit licita.Cap. III.

Inquiſitio ſpecialis eſt a iure prohibita; niſi in quibuſdam caſibus. concl.2.

Inquiſitio generalis,non contra certam perſonam facta,eſt licita.concl.3.

VIſis ac ĩ medium adductis, quæ videbantur ſcitu digna, circa quotuplicitatẽ inquiſitionis;merito ſubſequitur ſermo de bonitate ac malitia inquiſitionis.quã quæſtiunculam,Deo dante, tribus abſoluã cõcluſionibus;quas & ꝓbare meũ erit.

PRIMA CONCLVSIO.

INquiſitio eſt de generibus prohibitorum eo, ꝙ eſt regulariter a iure ꝓhibita;niſi in caſib.a iure expreſsis:qm eſt contra regulã iuris, qua cauet, neminẽ damnandũ fore ſine accuſatione. hæc cõcl. probatur quatruplici medio. primo enim iure diuino relato a beato Euãg. in euangelio,c.8.dum dixit Dñs ad mulierẽ repertam in adulterio:mulier, ubi ſunt, qui te accuſant? & deficiente accuſatore, ſubintulit Dñs: nec ego te cõdemnabo. Scdo probatᷣ p ius poſitiuum,videlicet:per tex.in l.reſcri-

pto

l. reſcri-pto.§.ſi quis.ff. de mune.& honor. pto.§.ſiquis.ff.de muneribus., & honoribus: ubi dicitur: ſi quis accuſatorem non habeat, honoribus priuari nō debet. Probatur & tertio auctoritate doctorum.& primo per Bartolum in lege

Bar. cōgruit.ff.de officio præſidis.quem ſe-

Maran. quitur Robertus Marātha in ſuo Speculo aduocatorum ſub titu. de inquiſit.num.6. qui ad hanc probandam cōcluſionem adducit quoque Baldum in concilio 124. in columna 2. in quinto

Auctor. volumine. Probatur & quarto hac ratione: quoniam quantum in iudicibus eſt, debent corrigere ac punire delata peccata ſubditorum; ſed non punienda inquirere, ſecundum illam diui Auguſtini auream ſnīam d̄ hoc loquentē.

SECVNDA CONCLVSIO.

INquiſitio ſpecialis eſt a iure prohibita, niſi in quibuſdam caſibus. Hæc concl.probatur eiſdem medijs, quibus & prædicta concluſ.prima.

TERTIA CONCLVSIO.

INquiſitio generalis, quæ fit ad crimina inuenienda, & non contra certam Perſonam, eſt a iure permiſſa.hæc concluſ.probata fuit in concl.1.capituli ante-

Bar. cedētis:& ei ſe ſubſcripſit quoq; Bar. in l. congruit. ff. de officio præſidis.

Quis poſsit inquirere. Cap. IIII.

Inquirere de criminibus commiſsis poſſunt, qui de iure poſſunt criminoſos repertos punire concl.1.& 4.

Inquirere poſſunt archiepiſcopi de epiſcopis, & Patriarchæ de archiepiſcopis.concl.2.

EXaminata quæſtione nō inutili, an inquiſitio ſemper ſit licita: in præſenti capitulo, uiſum fuit rōni conſentaneum, uerbum facere de eo, qui inquirere poſsit: quam quæſtionem abſoluemus concluſionibus quattuor.

PRIMA ERGO CONCL.

IS poteſt de iure inquirere, cui & de iure criminoſos punire cōceſſum eſt, hæc concl. probatur triplici medio. & Primo per tex.in c. perniciosam, extra de officio ordinarij: ubi hæc decreuit Ioannes Papa in ſynodo, videlicet: habeant igitur epiſcopi ſingularium urbium in ſuis diœceſibus liberam poteſtatem, adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quòd canones cenſent, abſque impedimento alicuius: & cum opus fuerit, publicum conuocetur auxilium; non ad præiudicādum; ſed potius ad ea, quæ Deo ſunt placita, proſequendum. hæc ibi.probat̄ & ſecundo auctoritate doctorum; de quorum numero ſunt Hoſtienſis ī ſua Hoſt.

Summa libro 5.ſub tit.de inquiſitione, §.quis poſsit inquirere. Pan.in d.c.per- Pan.

nitioſum:& Baldus in d.c.pernitioſum. Baldus.

probatur & tertio hac rōne: cum oībus Auctor.

lumine intellectus præditis pateat, neminem puniendum, niſi repertum criminoſum; & nemo talis pōt reperiri, niſi requiratur: ergo oīno, conceſſo principali, cōceſſum eſſe acceſſoriū nō poterit negari: ac per conſequens ordinarijs conceſſam eſſe ptātem animaduertendi in criminoſos ſubditos, non ambigitur, quapropter neceſſario dicetur, poteſtatem inquirendi cōtra eos fuiſſe indultam ipſis.

SECVNDA CONCLVSIO.

ARchiepiſcopi d̄ epīs, & Patriarchæ de archiepiſcopis inqrere poſſunt, hæc concl.probatur duplici medio.primo per tex.in c.de hoc, ex̄. de ſimonia; ī c.de hoc ex.de ſimonia.

quo rn̄detur archiepiſcopo Toletano, qui iā inquiſierat contra epm̄ Exonienſem, & eius archidiaconum, circa modum pœnitentiæ iniungendæ. probat̄ & ſecundo per doctores. & primo per Hoſt.

Hoſt. in Summa, ſub titulo de inquiſitione.§.quis poſsit inquirere, & aliorũ Doctorum in dicto c.de hoc.

TERTIA CONCLVSIO.

ALiquando inquirit is, qui non põt punire;ſed ad hoc tm̃, ut Superiori denunciet: hoc tñ facit auctoritate Superioris.Hęc concl.probatur veriſsima
ca. ſicut olim.ex. de accſi. triplici medio. Primo per tex.in c.ſicut olim,ex̃. de accuſationib. ubi inter alia hæc habentur, vc3:ut aũt id ualeat efficacius adimpleri, Metropolitani ſingulis annis una cum ſuis ſuffraganeis per ſingulas diœceſes ſtatuant perſonas idoneas,prouidas & honeſtas, quę per totum annum ſimpliciter, & de plano abſque vlla iuriſdictione ſollicite inueſtigẽt,quæ correctione, uel reformatione ſunt digna; & ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & ſuffraganeos.
Hoſt. probatur & ſecundo auct. Hoſt. ubi ſupra.& doct.canoniſtarũ ĩ d.c.ſicut olim.

QVARTA CONCLVSIO.

PRęlati oẽs,ordinariam habentes iuriſdictionem, non tm̃ inquirere pñt; verũ ẽt ad hoc tenentur ex officio. Hæc concl. licet implicite fuerit probata in præcedentibus concluſionibus: nihilo-
Auctor. minus,ultra adductas auctoritates, adducet & hæc rõ, fundata multis auctoritatibus,& exemplis, videlicet: qm̃ ab hmõi p̃latis ſanguis ac anima ſubditorum exquiretur in die Iudicij,ut habet̃ in c.1.ex̃.de off. Archid.& in c.vnico,ex̃.
c.irrefragabili. ex.d off. ord. de officio primicerij; & in c. irrefragabili ex̃.de off. ord. in quo inter alia hæc habentur,vc3: irrefragabili cõſtitutione ſancimus, ut eccleſiarũ p̃lati ad corrigendum ſubditorum exceſſus,maxime clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne
ca. ulti. ex.dreg. ſanguis eorũ d̃ manibus ſuis requirat̃. hæc ibi. idem dr̃ in c.vltimo ex̃.de ſtatu monacorum. & dicta cõcl.probat̃ quoque auct.doct. canoniſtarũ in dictis textibus. & ſecundo auct.gloſarum eorũ-
Hoſt. dem canonũ, ac Hoſtienſis, vbi ſ.referẽtis, q̃d acciderit Hæli ſacerdoti ſummo, his verbis, vc3: vñ licet Hæli Summus ſacerdos bonus exiſteret.ſ.quantum in ſe erat:quia tñ exceſſus filiorum ſuorum efficaciter non correxit; in ſe vindictam diuinam excepit; dum filijs ſuis in bello peremptis idẽ de ſella corruens fractis ceruicibus expirauit, vt notatur in c. licet Hęli ex̃. de ſim.& in c. legant. diſt. 37 ergo tanto diligentius debet prælatus aſſurgere ad puniẽdos ſubditos,quanto damnabilius offenſas eorũ deſereret incorrectas, ut in c.qualiter & quando, el 2. in §. ad corrigendos itaque,extra de accuſ.

An prælati locorum ordinarij poſsint uti mero & mixto imperio in ſibi ſubditos, ac ĩquirere atq;punire clericos, criminoſos repertos: & de quibus criminib. poſsint inquirere cõtra laicos quoque, ac illos punire; & de quibus non. Cap.V.

Epiſcopi, & ſuperiores prælati, & legatus a Papa habent merum, & mixtum imperium i. ſibi ſubditos.concl.1.

Epiſcopi, & omnes habentes ordinariam iuriſdictionem inquirere poſſunt contra ſibi ſubditos.concl.2.

Iuriſdictio, quid & quotuplex ſit, & unde dicatur.

Imperium merum & mixtum, quid & quotuplex, & unde dicatur.

Pręlati omnes inquirere poſſunt, non tantum contra clericos; uerum etiam contra laicos in nonnullis criminibus, de quibus ſpecialiter fit ſermo in concl. 4. 5 6.7. & uſque in finem totius capituli.

Cum nonnullis concluſionibus in medium adductis ĩ pręcedenti capitulo ſit probatum, ad quẽ ſpectet munus inquirẽdi

contra

contra criminoſos; iņ pn̄ti capitulo nō incōgruū mihi viſum fuit, ſubnectere hanc q̄ſtionem:an prælati locorum ordinarij poſsint uti mero, & mixto imperio in ſibi ſubditos; atq; punire etiā laicos criminoſos repertos; eo ꝙ nōnullis videbat̄, hoc illis nō licere. cui q̄ſtioni Deo dante, ſatisfiet nonnullis cōcluſionibus: illis tn̄ p̄mittēdo pro maiori dilucidatione eorum, q̄ in ipſis ſunt adducēda, dr̄iam dignā ſcitu, q̄ eſt inter tres hos terminos, vc3: inter merū imp. mix. imp. & iuriſdictionem: & de uno quoq; eorum ſucceſsiue colligendo, q̄ ſparſim Bar. in l. 1. & in l. imp. ff. de iuriſd. om. iudicū, & Pan. ī c. ꝙ ſedes. ex̄. de off. ord. dixerūt. dico ergo, ꝙ iuriſdictio, pro vt eſt

Iuriſdictio largo mō.

vox gn̄aliter ſumpta, habet̄ pro genere; merū aūt imperium, & mixtū imperiū loco ſpecierum. iccirco operæpretiū duxi, primo loqui ď ipſa iuriſdictione; ac deinde de mero, & mixto imperio. iuriſdictio ergo ī genere ſumpta, eſt ptās de iure pub. introducta, cum neceſsitate iuſdicendi, & ęquitatis, tamq̄ a pſona publica, ſtatuendæ. hanc probo ueram, demonſtrando nullam eſſe ſuperfluā particulam illius diffinitionis. dixi ergo primo, eſt ptās: & hoc probat̄ p tex. l. ptātis uerbo. ff. ď uerborum ſignificatione. ſcđo, de iure pub. introducta. hoc probatur in l. 2. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iure. & tertio, cū neceſsitate iuris dicēdi. & hoc probat̄ in l munerum, §. iudicandi. ff. de mun. & hon. quarto, & ęquitatis ſtatuendæ. & hoc probat̄ in l. placuit. C. de iud. quarto. & vlt. dixi, tamq̄ a pſona pub. ad differentiā illius ptātis ac ęqtatis ſtatuendę, tanq̄ a pſona priuata. iuriſdictio aūt dr̄ a ditione, qđ ē ptās; & iuris, quaſi iuris ptās. ꝙ autē ſit idem, quod ptās, patet in prohœmio Inſtit. ibi, nr̄æ ditioni, &c Iuriſdictio, ꝓut ē genus, cōtinet ſub ſe duas ſpecies; ſeu diuiditur in imperium ſimpliciter ſumptum; & iuriſdictionem ſimpliciter ſumptam: q̄ licet ſint ſpecies, retinet tn̄ nomen generis, ut in l. 3. ff. de iuriſd. om. iud. imperium ſimpliciter ſumptū ſub-

Iuriſdō in gn̄e ſumpta quid.

Iuriſdō. unde dicatur.

Iuriſdō. prout ē genus, quot ſpecies contineat.

diuiditur in merum, & mixtum, ut in l. imperium. ff. eo. & iccirco poterit vocari genus ſubalternū ipſius iuriſdictionis, gn̄aliter ſumptæ. imperiū ſimpliciter ſumptum dr̄ iuriſdictio, q̄ off. iudicis nobili expedit. hoc, quod dico, iuriſdictio, ponitur tamq̄ genus. ſeqtur, q̄ off. nobili expeditur: hoc ponitur ad differentiam iuriſdictionis, quæ expeditur iudicis off. mercenario. & ꝙ hoc ſit uerū, probat̄ in Authen. de defen. ciu. §. iuſiurandum in fine, dum dicit de iuriſdictione, q̄ iudicis auctoritate expeditur. & iccirco dr̄ imperium, quia ex imperio, & auctoritate iudicis procedit; & nō ex aliquo iure, quod reſideat apud partē. & iſtud imperium ſimpliciter ſumptū diuiditur ī merum, & mixtum, ut in dicta l. imperium. Imperium merum uero eſt iuriſdictio, quæ off. iudicis nobili expeditur; vel per actionē, publicam vtilitatem reſpiciens principaliter. iuriſdictio ponit̄, vt genus gn̄aliſsimum, q̄ off. iud. nobili expeditur. ꝑ hoc denotat̄, quod eſt imperium. qđ dixi, publicā vtilitatem reſpiciēs principaliter; hoc dixi, ad differētiam mixti imperij, quod principaliter reſpicit vtilitatem priuatam. & animaduertēdum, ꝙ imperium dr̄ merū trib. modis: primo, merū dr̄ quaſi liberum: fuit. n. collatum in principē imperium, liberi nulli neceſsitati, niſi honeſtati ſubiectū, vt in l. princīpe. ff. de leg. qđ imperium ꝑ principem fuit communicatum alijs, vt procōſulibus, & p̄ſidibus, & his ſimilib. vt in l. ſi in aliquam in fine. ff. de off. procōſulis. & dixi honeſtati, eo ꝙ prīceps ꝓfitet̄ ſe legib. alligatum; cum ſm̄ illas debeat viuere, vt ī l. digna vox. C. de legibus. ſcđo modo, dr̄ merum, hoc eſt liberum, non ſeruum; ad differentiā officij mercenarij, quod deſeruit actioni: nam ſi iudex inquirit cōtra malefactores, libere inquirit; ſi accuſantur malefactores, ex off. ſuo nobili procedit iudex; licet ſit illud off. īploratū ꝑ partē: cauſę. n. ciuiles, & criminales non expediūtur per actionem; ſed ſolum ꝑ officium

Imperiū ſubdiuiditur in merum, & mixtum.

Imp. qđ ſit ſimpl. ſūptum

Imp. diuiditur ī merū, & mixtum

Ip. merū quid ſit

Ip. quare dicatur merum.

cium iudicis imploratum, ut per illum accuſatorẽ, ut Inſt. de publ. iud. in prin. tertio modo dr̃ merum, quaſi nõ mixtũ: totũ.n. quod fit virtute imperij meri, reſpicit publicã vtilitatẽ prĩcipaliter. dicitur aũt hoc merũ imperiũ ſex modis, vc3: quoddã. n. merũ imperiũ maximũ dr̃, quoddã maius, quoddam magnum, quoddã paruũ, quoddã minus, & quoddam minimũ imperiũ merũ maximum eſt, habere ptãtem condendi legẽ gñalẽ; qđ competit ſoli principi, & ſenatui, vt in l. 1. ff. de conſti. prin. & l. non ambigit. ff. de legibus. & hoc in iure ciuili: qđ ẽt reperit in iure canonico eo, ꝙ in ipſo habet imperiũ maximũ; qm̃ Papa facit conſtitutionem gñalem ſeu vniuerſalẽ, vt ĩ c. 1. & c. fi. ex̃. de conſt. imperium merum maius cõſiſtit in habendo ptãtem animaduertendi in facinoroſos hoĩes, vt in l. imperium. ff. de iuriſdict. om. iud. & animaduerſio hæc extẽdit ẽt, ſi adimatur vita in totum, vel ſi membrum abſcĩdatur, vel ſi adimatur vita ciuilis, vt ſi quis perdat libertatem: necnõ includitur ſub hoc imperio, ſi q̃s carceri mancipetur perpetuo, ibi detinẽdus ad pœnam ipſius vt fit per iudices eccleſiaſticos ſeu ſpirituales de iure canonico: licet de iure ciuili non debeat fieri, vt l. aut damnum. §. ſolẽt. ff. de pœnis. & tũc eſſet meri imperij, quia æquipararetur damnato in metallum, vt in d. §. ſolent. ſed ſi quis carceri manciparetur ſolum ad cuſtodiã, donec de maleficio inquireretur; nõ eſſet tunc de mero imperio maiore, quia minoribus magiſtratibus competit. vt in Authẽt. de defend. ciui. §. & iudicare, & in l. diuus Pius. ff. de ſer. fug. de iure aũt canonico, & hoc merum imperium habetur, ſaltẽ ſimilitudinarie: nam degradare aliquem, & tradere curiæ ſeculari; æquiparat̃ vlt. ſupplicio, vt notat Inn. in c. qualiter & qñ el 2. ex̃. de accuſ. itẽ cũ eccleſia detrudit in perpetuum carcerem, æquiparatur illa pœna damnationi in metallum. imperium merum magnum, eſt quando perditur ciuitas, & per deportationem fit: & ita tenet Gloſa in dicta l. imperium facit l. edicto. §. rei aũt capitalis. ff. de bo. poſ. & idẽ imperium de iure canonico habetur in cap. 1. de calum. nam eccleſia poteſt deportare, licet non ſit in uſu, ut in d. cap. 1. imperium merum paruũ eſt, relegare aliquem, vt notat Glo. in l. nulli C. de ſente. licet quidã de hoc dubitauerint, ut Spec. in hoc titulo, vc3: de iuriſd. om. iudi. ver. quid de relegatis: & tñ iſta eſt veritas, vt ait Bar. vbi ſ. quia expeditur off. iudicis nobili, & reſpicit publicam vtilitatem: ſed quia non eſt meri imperij magni, põt ſuper eo ſent. ferri in abſentem, & cã agitari per procuratorem. vt in l. penult. ad crimen. ff. de publi. iud. & de hoc eodem imperio eſt omnis pœna, per quam corpus alicuius acriter affligitur, vt in l. ſi quid erit. ff. de off. proconſulis. & iccirco dicit Bart. ubi ſupra, ꝙ ſi quis torquetur ad pœnam, eſſet iſtius meri imperij: ſed ſi quis torqueretur ad ĩueſtigationem; tunc eſſet poſsibile, ꝙ eſſet de iuriſdictione, quia tunc expediretur iudicis off. mercenario, vt in Authentica de teſtib. §. ſi uero ignoti. & hoc idẽ merũ imperium habet de iure can. nam eccl. põt relegare, & affligere quẽ verberib. vt in d. c. ex̃. de calum. & ĩ c. 1 archiepiſcopatu ex̃. de raptor. ubi hoc ſtatuit Alex. iij. Papa. addidit tñ ibi & hanc clauſulã, vc3: ea moderatione adhibita, ꝙ flagella in vindictã ſanguinis tranſire minime videant. imperiũ vero merũ minus conſiſtit ĩ modica corporis coertione; & iſta cõpetit oĩb. magiſtratib. vt in Authen. de defend. ciui. §. audient. habent. n. cognitionẽ leuiũ criminũ. & hoc qđ ſit meri imperij apparet, q̃a off. iud. nobili expeditur, & reſpicit publicã vtilitatem. item reperit in Eccl. imperium merum iſtud minus: de ipſo. n. habes in c. ex litteris, ex̃. de off. iudicis delegati; ubi dr̃, ꝙ ſit cohercendus quidam ſubdelegatus. imperium vero merũ, & minimum continet coertionem verbalem, quæ fit ex off. iudicis mercenarij. & hoc quoq; eſt d' iure canonico, ut patet ad ſenſum omni-

Mer. ĩp. dicit ſex modis.

Mer. ĩp. maximum in quo cõſtat.

Mer. ĩp. maius ĩ quo cõſiſtat.

Mer. ĩp. magnũ in quo conſiſtat.

Mer. ĩp. paruum in quo ſit.

Mer. ĩp. minus ĩ quo cõſiſtat.

Mer. ĩp. minimũ quid.

oībus clericis. & ſciendum; ꝙ hæc oīa adducta de modis ſex meri imperij, iure canon. poſſunt delegari, ſm̄ Pan. vbi ſupra; & de iure ciuili ſolum, quæ pertinent ad merum imperium minus, & minimum; niſi ex cauſa abſentiæ, vt probat Bartolus in d. l. imperium. ff. de iuriſdictione om. iudi. Expedito ergo ſermone d̄ mero imperio, uenio ad loquendum de mixto imperio. de cuius diffinitione prius differendo dico ex Bar. ubi ſ. quòd mixtum imperium eſt iuriſdictio, quæ off. iudicis nobili expeditur, priuatam utilitatem reſpiciens: ꝑ hoc aūt, qđ dico, priuatam vtilitatē reſpiciens, differt a mero imperio, ut dictū fuit ī mero imperio, imperium mixtum quare dicatur ſic, his uerbis docet Bar. ubi ſ. videlicet: ideo dr̄ mixtum, q̄a capit a mero imperio; hoc eſt, quòd off. iudicis nobili expeditur: a iuriſdict. uero capit, quia reſpicit priuatam vtilitatem, ut patet in exemplis poſitis in dicta l. imperiū, & l. 1. de iuriſdic. om. iudi. competit aūt mixtum imperium his, quibus cōpetere diximus merum imperium: intelligendo de mixto imperio magno. gradus mixti imperij ſunt ſex, ſicut dictū eſt de mero: eſt enim quoddam maximum, quod nō poteſt expediri, niſi per ſolum principem, ut dare veniam etatis impetranti, ut in l. 2. C. de his, qui ve. æta. impetr. interponere auctoritatem abrogationi, ut in l. 2. ff. de adopt. & in emancipatione infantis, vt ī l. fi. C. de eman. lib & ī legitimatione ꝑ reſcriptum, vt in Authen. qui. mo. nat. effi. ſui. §. illud, & §. pen. & ibi not. omnia iſta expediuntur off. iudicis nobili, & reſpiciūt priuatam vtilitatem; & iccirco dicuntur pertinere ad mixtum imperium. mixtum uero imperium maius, verſatur circa poteſtatem cognoſcendi de ſnīa ex ſupplicatione, q̄ competit ſoli principi, ut in authē. quæ ſupplicatio C. de praci. impe. off. at mixtū imperium magnum dr̄ verſari circa illud, quod requirit plenam cauſę cognitionē, & coertionem realem, vel perſonalem, vt in danda reſtitutione in integrum; & in miſsione ī poſſeſsionem ex ſecundo decreto, & ſimili; ut in expellēdo quē de poſſeſsione re ipſa. iſta nō competunt iure magiſtratus, ut in l. ea quę §. magiſtratibus. ff. ad muni. nec pn̄t demandari, vt in l. iubere. ff. de iuriſdic. om. iudi. fallit fauore minoris, quando petitur reſtitutio, vt ī l. fi. C. ubi & apud quem. mixtum vero imperium paruum dicitur illud, quo fit aliquid cum plena cauſæ cognitione; licet nō habeat coertionem realem, uel perſonalem, vt dare bonorum poſſeſsionem, quæ tribuit ius: pronunciare de mittendo in poſſeſsionem ex ſecūdo decreto: interponere auctoritatem in alienationibus, & tranſactionibus alimentorum. & iſta ſimiliter competunt magiſtratibus, vt in dicta l. ea quæ. ff. ad inueni. fallit in datione tutorum fauore pupilli, vt in l. 1. ff. de iuriſdic. om. iudi. cum ibi notatis. mixtum uero imperium minus conſiſtit in his, quæ iudicis off. nobili expediuntur, & ſummariam cognitionem requirunt; & iſta poſſunt demandari. ſexto eſt mixtū imperium minimū, cū exemplificatur in his, quæ expediuntur iudicis off. nobili abſque cauſæ cognitione, ut interponere auctoritatem manumiſsioni, & emancipationi. & iſta competunt cuilibet magiſtratui, ut in Authent. de defend. ciui. §. nulla. & poſſunt demandari. quod aūt dixi, quòd non poteſt demādari imperium mixtū, intellige; niſi in cā abſentiæ. Hæc omnia Bart. ſunt ac Pan. vbi ſ. quæ adducta fuere a me ad declaratione illoꝝ duoꝝ terminorum, vcʒ: meri, & mixti imperij. & hæc nobis ſatis ſint. deueniendo ergo modo ad enucleationem tertij termini propoſiti, vcʒ; iuriſdictionis, animaduertendū puto lectorem; ꝙ cum ī principio iſtius declarationis terminorum, iuriſdictionis, fuerit allata expoſitio iſtius, termini, iuriſdictionis, ſcilicet, generaliter ſumptæ; modo de ipſa uerbum non faciam: ſed tantum de iuriſdictione, ſtricte sūpta, fiat a me ſermo, qua-

Margin notes: Miſt. Ip. quid ſit. — Miſt. Ip. quare dicatur ſic — Miſt. Ip. quib. cō petat — Mix. Ip. gradus quot ſunt. — Mix. Ip. maximū quod. — Mix. Ip. mai' in quo conſiſtat. — Mix. Ip. magnū in quo — Mix. Ip. paruum quid. — Mix. Ip. minus ī quo uertur. — Mix. Ip. minimū quid.

Iuriſdictio ſtricte ſumpta qd ſit.

quapropter ſciēdum, quòd iuriſdictio ſtricte ſumpta dr̃ iuriſdictio, quæ off. iudicis mercenario expeditur, priuatam utilitatem reſpiciens: per hoc, qđ dico, off. iudicis mercenario, differt a mero, & mixto īperio. ut ex prędictis patet, ꝙ priuatam utilitatem reſpiciat, quia quilibet petit iure actionis, quod ſibi debetur. & hmōdi iuriſdictionis ſunt gradus ſex, ſicut dictum fuit in mero, & mixto imperio: quædam .n. eſt iuriſdictio maxima, in qua vertitur res maximi præiudicij, ut cauſæ liberales, & ſtatus, ut ingenuitatis & libertinitatis, quæ iure actionis expediuntur. vt Inſtitu. de actio. §. præiudiciales, & ideo dicūtur de iuriſdictione. & eſt ſpecies diſtincta ab alijs, quæ expediuntur off. iudicis, ut in l. placet C. de ped. iudi. & ī l. placet. ff. de probat.

Iuriſdictio maxima q.

Secunda eſt iuriſdictio maior, ut in caſibus, in quibus ex uigore ſententiæ latæ ſuper aliqua actione poteſt venire ad cruciationem corporis, ut ſi quis non poteſt ſoluere, luat in corpore, ut in l. quicunque C. de ſer. fug. & in l. ſi qs iniuriam. ff. de iniur. & iſta puto quòd non poſsit delegari, quia coertio in corpus non tranſit in in iudicem delegatum.

Iuriſdictio maior q.

Tertia eſt iuriſdictio magna, vt quæ aſcendit ſummam trecentorum aureorum. iſta non competit, niſi maioribus magiſtratibus, ut in Auctẽ. de defenſ. ciui. §. & iudicare. & iſta cauſa non pōt delegari, niſi ex duabus cauſis. primo per abſentiam. ſecundo pp multas occupationes ut in l. placet circa principiū. C. de ped. iud.

Iuriſdictio magna q.

quarta eſt iuriſdictio parua, & illa, quæ eſt infra trecentos aureos, ut in d. §. iudicare. & iſta indiſtincte poteſt delegari. Quinta ē iuriſdictio minor. Sexta eſt iuriſdictio minima, & conſiſtit in illis, quæ conſiſtūt in cauſis centum aureorum & infra, in quibus ſi ordo iudiciarius obſeruaretur, plus eſſet damni, quàm emolumenti. & iſta poſſunt delegari, & in his ſummatim procedi, ut in Authen. de iudicibus. §. ne autem. his ergo præmiſsis pro declaratione illorum trium terminorum, ac totius huius quæſtionis, nunc quæſito principali reſpōdere meum erit. quapropter, Deo dante, illi ſatisfacere nitar concluſionibus infraſcriptis.

Iuriſdõ parua q.

Iuriſdõ minima quid ſit.

PRIMA CONCLVSIO ſit hæc.

1. concl.

EPiſcopi, & ſuperiores prælati ac legatus Papę habēt ea, q̃ ſunt utriuſque imperij, videlicet, meri, & mixti imperij, in ſibi ſubditos; ac p hoc poſſunt inquirere, & criminoſos clericos repertos punire ſecundū canones. hęc concl. probatur triplici medio. Primo .n. per argm̃ in c. 1. ex̃. de off. ordinarij. ubi hæc ſtatuta fuere in Concilio ſeu ſynodo Ioannis Papę, videlicet: habeant igitur epiſcopi ſingularium urbium in ſuis diœceſibus liberam poteſtatem, adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & iudicare ſecundum, qđ canones cenſent abſque impedimento alicuius: & idem fuit decretum in c. irrefragabili: ex̃. de off. ordinarij. nouiſsime hoc fuit ſtatutum quoque per ſacroſanctum Concilium Tridentinum in ſeſſ. 14. de reformatione. c. 4. ubi hæc habentur, uidelicet: oēs eccleſiarum prelati, qui ad corrigendum ſubditorum exceſſus diligenter intendere debent, & a quibus nullus clericus per huius ſancti ſynodi ſtatuta, cuiuſuis priuilegij prętextu, tutus cenſeatur, quominus iux. canonicas ſanctiones uiſitari, puniri & corrigi poſsit: niſi ī eccleſijs ſuis reſederint, quoſcumque ſeculares clericos qualitercunque exemptos, qui aliàs ſuæ iuriſdictioni ſubeſſent, de eorum exceſſibus, criminibus, & delictis, quoties & qñ opus fuerit ex̃. uiſitationem, tamq̃ ad hoc Apoſtolicæ ſedis delegati, corrigendi, & caſtigandi facultatem habeant, quibuſcunque exemptionibus nō obſtantibus. hæc ibi. probat & ſecūdo pn̄s cōcl. auctoritate canoniſtarū in d. c. . ex̃. de off. ordinarij: & præcipue Hoſt. in ſua Summa, in titulo de off. ordinarij

c. 1. ex. de off. ordi.

c. irrefragabili. extra de off. ord.

C. Trid.

Hoſt. Pan. dinarij in §. quid pertinet ad officium ordinarij, & Pan. in d. c. 1. de off. ordinarij, & in d. c. irrefragabili, & in c. quod ſedes ex. de off. ordinarij, qui Pan. in d. c. 1. notabili ſecundo, infraſcriptis utitũ uerbis, videlicet: nota ſecundo, ꝙ epi habent in ſuis diœceſibus iuriſdictionem liberam, & ea, quæ ſunt meri imperij: poſſunt ẽt ex off. procedere ſuper criminibus, & in facinoroſos homines animaduertere: hęc. n. meri imperij ſũt, ut in l. imperium, & ibi notatur. ff. de iu riſd. om. iud. hæc ibi Pan. qui & in d. c. quòd ſedes in fine in §. in eccleſiaſticis dicit, quòd epi, & ſuperiores ac legat' Papæ habent ea, q̃ ſunt imperij. & paulo poſt ait; item poſſunt excom. & excom. eſt meri imperij, ut notat Innocen. in c. tranſmiſſam ex. de electione: nam in excom. exercetur iuriſdictio ex off. iudicis nobilis ad publicam utilitatem: quandoque tñ exercetur in fauorem priuatum. & tunc credo, quòd ſit mixti imperij per ſupra dicta. hæc ille. qui idem aſſeuerat in d. c. irrefragabili. probatur quoque auctoritate glo Glo. ſæ in c. peruenit ad nos in fine diſt. 95.
Auctor. probatur & tertio hæc concl. hac rõne: qm̃ ſi epiſcopis & ſupradictis prælatis hoc non liceret, prorſus hoc abſurdum ſequeretur, ꝙ concederetur poſſe aliquẽ damnari ex culpa aliorum, qbus obſiſtere nõ poſſet. & ſic doctores nobis falſe aſſeruiſſent, ſubiectũ peccati eſſe uoluntatem; & homines peccare contingeret coacte: quod non tm̃ aſſerere, fas non eſt, imo nec cogitare quidem. quapropter uerã eſſe concl. oportet nos fateri; ac per conſequens epos poſſe inquirere, ac punire inique peccantes, ne & ipſi puniantur a Deo exquirente ſanguinem ac aĩas ſubditorũ de manu prælatorum, ut in dictis iuribus patet, & infra clarius probabitur.

SECVNDA CONCLVSIO.

NOn tantum licet inquirere ac punire ſibi ſubditos clericos criminib' fœtidos repertos ipſis epis & ꝑlatis ſuperioribus; uerumetiam cuilibet ordinariam habẽti iuriſdictionem in foro fori exempto, ſcilicet, ab epali iuriſdictione, uti mero, & mixto imperio, in ſibi ſubditos fas erit. hæc concl. probatũ triplici medio. primo per tex. in c. irrefragabili ex. de officio ordinarij ubi ſ. ubi inter alia hæc habent, videlicet: irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut eccl. prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus, maxime clericorum, & reformandos mores, prudenter ac diligẽter intẽdant, ne ſanguis eorum de manibus ſuis requiratur. ut autem correctionis, & reformationis off. libere ualeant exercere, decernimus, ut executionem ipſorum nulla conſuetudo, uel appellatio ualeat impedire, niſi formã exceſſerint in talibus obſeruandam. hæc ibi. & idẽ habetur in c. cum eps de foro competenti in vj. Idem fere fuit decretum in Conc. Trid. ſeſſ. 14. iam ad ducto in præcedenti concl. probatur quoque auct. doct. qui fuerunt adducti in prædicta concl. licet ipſa iura doctoreſque explicite non dixerint prædicta, quo ad iferiores epis exemptos: tñ illa eliciũtur luce clarius ex eorum mente: cum Hoſt. in ſua Summa ſub titulo de inquiſitione. in §. quis poſsit inquirere, dicat; is põt inquirere, qui & corrigere, & punire. qui & in eadem Summa ſub titulo de officio ordinarij in §. qd ptinet ad off. ord. dixit, ad ordinariũ ꝑdicta oĩa ptinere: nec ibi mentionẽ fecit de epo, uolens nos tacite docere, ipsũ gñaliter locutũ fuiſſe de oĩb' ordinariã habentibus ptãtem. probatũ & tertio duabus rõnibus. prima quarũ eſt, cũ oĩa, q̃ a iure cõi exorbitant, non ſint trahenda in cõſequentiã, ut in c. q̃ a iure ď reg. iur. ĩ vj. & cũ ſũmopere hoc exorbitet a iure. ſ. ꝙ prælati exẽpti non contineanĩ ſub noĩe ordinariorum, cũ nihil aliud hic terminus. ſ. ordinarij, reſonet, niſi ordinaria fungentes iuriſdictione: ergo, licet non ſint epi, dũmodo ordinario iure, uel alio priuilegio immediate ſubſint Papę habentes ſubditos,

c. Irrefragabili. ex. d off. ordinarij.

Cõcilio Tridens.

Auctor.

Prima rõ cõcl.

tos,

tos: ſi tales appellationes ordinariorũ ueniunt, licet archidiaconatus, uel alterius gradus eccl. honore ſint inſigniti, ut patet ad ſenſum, aliàs innumerabilia orirētur abſurda; inter quæ eſt hoc, ꝙ doctores male inſcripſiſſent titulum de off.ord. qm̃ potius debuiſſent inſcribere de off.epõrũ: & patres in S.Conc. Trid. male ita gñaliter uſi fuiſſent uocabulo hoc, vcȝ: ordinarij locorũ. ſcd̃a rō ẽ; qm̃ aliàs multi populi, cũ nõ recognoſcant epos ſuos ordinarios, eſſent abſq; paſtoribus, eo ꝙ multæ ciuitates nõ ſubſīt epis diæceſanis. & hæc adducta ſufficiant pro hac concl. probanda.

TERTIA CONCLVSIO.

PRælatis eccl. locorũ ordinarijs licet inquirere contra laicos in nonnullis criminibus ac illos corrigere, q̃ explicant & probant in infraſcriptis concluſionibus ſigillatim. hæc concl. probatur ueriſsima duplici medio. primo ꝑ tex. ſæpe adductũ in c.1.ex̃. de off. ord. & in c.1.& c. irrefragabil. ex de off. ordinarij. c.irrefragabili, ex̃.eodem. ubi inter alia hæc habent, vcȝ. irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut eccl. prælati ad corrigendum ſubditorũ exceſſus maxime clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligēter intendant, ne ſanguis eorũ ð ſuis manibus requirat, &c. ubi notāter dixit canon, maxime clericorum; quaſi diceret; licet neminẽ ꝑte reat, ꝓlatos poſſe ac debere punire pro aliquibus criminibus ipſos laicos, maxime tñ cõtra clericos uti poſſunt ipſi prelati iuriſdictioue; & in S.Conc.Trid. Cõcilio Trid. ſeſſ. 14. de refor. c.8. ubi ꝑcipitur, ꝙ ordinarij oĩno animaduertant ac puniant laicos cõcubinarios repertos, poſt trinã monitionem. probaẽ & auctoritate Pan.in d.c.1. ubi hæc dixit in V̄. nota ibi Pan. adulteria tex. notabili, quẽ ſæpius ſoleo allegare, ꝙ eps ſuper adulteriũ procedere põt contra laicos: nã tex. hic nõ reſtringit ad clericos: nã ð clericis nullum fuiſſet dubiũ: ſed loquit gñaliter ĩ Philipp. Francus. tota diœceſi. Idẽ aſſeuerat Philippus Francus in c. ſcũ eps, de oft.ord. in vj. at qm̃ in ſubſequentibus concluſionibus de ſingulis fiet ſermo; ideirco hęc dixiſſe ſufficiant ꝓ probatione p̄ntis concl.

QVARTA CONCLVSIO.

PRælati oẽs locorum ord. p̄nt & tenẽtur inquirere contra laicos in crimine hæreſis, ac illos debitis pœnis damnare iux. grauitatẽ facinorum, & non iudices ſeculares. hæc concl. probatur triplici medio. Primo ꝑ tex. in c.excom. §. adijcimus, ex̃ de hæreticis, in quo hæc habentur, vcȝ: adijcimus inſuper, & qui libet Archieps, uel eps, aut per ſe aut archid. ſuum, aut alias honeſtas idoneasq; ꝑſonas, bis aut ſaltẽ in anno ſemel per propriã parochiã, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeant: c. Excõ. §. alien. ex. de hę reue. & ibi tres aut plures boni teſtimonij uiros, uel ẽt, ſi expedire uidebitur, totã uiciniã iurare cõpellat, ꝙ ſi quis ibidẽ hæreticos ſciuerit, uel aliquos occulta cõuenticula celebrantes ſeu a cõi cõuerſatione fideliũ diſsidentes, eos epõ ſtudeat indicare, &c. ibi cõcludendo canon ſeqtur, illis hoc munus inquirendi præcipiendo ſub pęnis depoſitionis, & alijs; & in c. ad abolendã ex̃. de hæret. & in c. & ꝑ hoc. de hæret. in vj. Bonifacius viij. infraſcriptis utitur uerbis, vcȝ: per hoc ꝙ negotiũ hæreticæ prauitatis alicui, uel aliq̃bus ab Apoſt. ſed. gñaliter ĩ aliqua prouincia, ciuitate, uel diœceſi delegaẽ, diœceſanis epĩs, qn & ipſi auct. ordinariã, uel delegatã ſi habent, in eo dẽ procedere ualeãt, nolumus derogari; & in c. ut inquiſitionis. de hæreticis ĩ vj. infra habentur inter alia, vcȝ: uniuerſos ſeculi ꝑtãtes, & dños tẽporales, ac ꝓuĩciarũ veſtrarũ, ciuitatũ, aliorũq; locorũ rectores, q̃buſcũq; dignitatib. uel off. aut nominibus cenſeantur, requirimus, & monemus, ut ſicut reputari cupiũt, & haberi fideles, ita ꝓ defenſione fidei diœceſ. epis & inquiſ. hæret. prauit. a ſede Apoſt. deputatis, aut in poſterũ deputandis pareant, &c. & paulo poſt dicitur; prohibemus quoq; diſtrictius poteſtatibus, dñis tpalibus, & rectoribus eorundem, officialibus ſdictis, ne ipſi de hoc crimine, cum mere ſit eccl.

quoquo modo cognoſcāt, uel iudicēt; ſiue captos pro eodem crimine, abſq; dictorum ep̄orum, uel inquiſitorū mandato, uel licētia, a carcere liberare, uel ipſos directe, uel īdirecte impedire ab executione p̄dictorum; alias ſint excom. hæc ibi. & in c. finali de hæret. in 6. cōceditur, prædictis procedere contra hæreticos ſummarie, & de plano. & adduntur ibi nonnulla alia circa modum procedendi. probat̄ quoque p̄ns concl.

Glo. auct. canoniſtarum. & primo gloſarum in dictis iuribus adduct. & Pan. in d.c.

Pan. excōmunicamus, notabili ſecundo, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: nota ſecundo in §. damnati, ibi, per ecc. ꝙ crimē hæreſis eccl. dumtaxat damnare pōt; & noīe Eccleſiæ intelligitur ipſe Papa, uel diœceſanus loci, ut ī c. ad abolendam ſupra eod. uel inquiſitor deputatus per Papam, ut in c. 1. cum multis ſimilibus de hæreticis in ſexto. ſeculares ergo iudices, reſpectu cognitionis & damnationis, de hoc crimine ſe non impediunt, quia eſt crimen mere eccleſiaſticum, vt in d.c. inquiſitionis. ſed ſola exec. pœnæ ei demandabitur.

Pan. hæc ibi in d. c. ad abolendam, ubi Pan. in notabili ſecundo ait; nota ſecundo, ꝙ ep̄i cognoſcunt de crimine hæreſis tam contra clericos, q̄ contra laicos, ēt exemptos, ut in fine literæ. hæc ibi, qui & in c. 1. ex̄. de off. ordinarij, in V̄. in glo. in ver. canones ibi, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: & conclude pro intellectu gloſæ, ꝙ quædā ſunt crimina mere eccl. de quibus iudex ſecularis nullo modo ſe intromittere pōt, ut eſt crimē hæreſis, ut in c. ut inquiſitionis. §. prohibemus de hæreticis in vj. & in c. cum ſit gn̄ale ex̄. de foro competenti idem aſſeuerat. & prædictæ concl. ſe ſubſcri-

Philip. de fran. pſit quoque Philippus de Francho ī d. c. ut inquiſitionis, & ceteri doctores ibidem. probat̄ & tertio hæc concl. hac rō

Doctor. ne: qm̄ ſi de hoc crimine poſſent iudices laici inquirere, multi utiq; forſan euaderent, maxime in ſupremis dignitatibus conſtituti: inſuper, cum hm̄odi Theologię ſacrę non inuigilent, multos errores in iudicādo incurrere p̄nt: maxime cum hoc ſit crimen mere eccleſiaſticum, merito requirit iudicem eccle. non ſecularē; ne deroget̄ dignitati eccleſiaſticæ, ut rōni conſentaneum eſt.

QVINTA CONCLVSIO.

PRælati ordinarij locorum poſſunt inquirere contra laicos ſuſpectos de vſuraria prauitate. hæc concl. probatur triplici medio. Primo p tex. in c. cum tu. c.Cū tu. ex. de vſuris.

ex̄. de uſuris. in quo Alex. iij. approbat factū ab Archiep̄o Saler. q manifeſtos uſurarios cōmunione altaris, & ſepul. ecc. priuari p̄ceperat, donec reſtituiſsēt Cle. vni ca.d vſuris §. cæterum.

uſuras pceptas, & ī Clem. unica de uſuris. §. ceterū: ubi hæc habent̄, vꝫ. ceterū qa feneratores ſic, ut plurimū, cōtract' uſurarios occulte ineunt, & doloſe: ꝙ uix conuinci p̄nt de uſuraria prauitate; ad exhibendū, cum de uſuris aget̄, ſuarū codices rōnum, cenſura ipſos decernimus ecc. compellendos. probat̄ & ſcd̄o auct. doct., qui poſt multa concludūt, ꝙ aut dubitat̄ de uſuraria prauitate exiſtenti in contractu, aut tm̄ petitur ſoluta uſura: ſi primo, ſemp eccl. iudex cognoſcet; ſi ſecundo, tunc eccl. de eccl. pſona, & laicus de ſeculari: qm̄ aliās omnimoda poteſtas auferetur a a iudicibus ſecularibus; qd̄ æquum nō Bar.

eſſet. & in hoc conſentiunt Bart. in l. Titia. ff. ſoluto matrimonio, & Dn̄s Card. Car.Zabarel.

Zabarella in Clem. unica de uſuris in princ. quæſito. 15. in quo refert quoq; opin. Pauli de Leata. Pan. quoq; id ſentit in c. cum ſit gn̄ale. ex̄. de foro competenti. in col. 5. & Archid. in c. quid dicā. Pan. Archid.

14. q. 9. ubi dicit, ꝙ licet iudices eccle. poſsint cogere uſurarios ad uſurarum ſolutionem: tn̄ & ſeculares hoc poſsūt. & in fine dicit: dic ergo, ꝙ epiſcopus cōtra aliquem, quem ſuſpectum haberet, poſſet inquirere de uſura, ſicut de alijs criminibus, ad imponendam ei pœnitentiam canonicam, non ad utilitatem alicuius; uel intereſſe conſequen-

ſequendum, ſecundum Inno. niſi per quandam conſequẽtiam: quia nec fructuoſam pœnitẽtiam agere poſſent, niſi alienum reſtituerẽt: ut in c. ſi res. 14. q. 6. & in c. cum tu. de uſur. & idem Pan. in c. cũ tu. de uſur. ſuper ver. gloſæ per pœnam in fine, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: dic poſt doctores, ꝙ poteſt imponere vſurarijs pœnas ipſe ordinarijs; . probatur & tertio ratione hac: cum luce clarius pateat, quòd ad ordinarium loci pertineat, reipublicæ Chriſtianæ conſulere, quãtum in ſe eſt, ne peccatis aduerſantibus charitati deturpetur; conſequens eſt, quòd hoc poſsit ipſe ordinarius contra illos inquirere, ac illos cogere ad bona opera; cum ſi ſecus faceret, contrariaretur charitati Dei & proximi.

Auctor.

SEXTA CONCLVSIO.

PRælati locorum ordinarij, poſt inquiſitionem factã de uſurarijs laicis, illos poſſunt cogere ad uſuras reſtituendas. quapropter coram ipſis, ſicut & coram laicis iudicibus, uſurarij poſſunt conueniri: quoniam uſura dicitur crimen mixti fori, quo ad hoc: licet quo ad iudicium ferendum, an contractus ſit uſurarius, nec ne, cauſa ſolum poteſt agitari ac uentilari in foro eccleſiaſtico. hæc concl. probatur duplici medio. Primo per tex. in c. poſt miſerabilem ex̃. de uſuris. ubi Inn. III. mãdat omnibus principibus ſecularibus, ac poteſtatibus, ut compellant uſurarios iudeos ad reſtituendas uſuras; & ecc. prælatis, ut ſententiam excom. ferant in chriſtianos, ne in mercimonijs & alijs communicent illis, donec reſtituerint. probatur & ſecundo auct. doctorum, qui adducti fuere in præcedẽti concl & Pan. in d. c. poſt miſerabilem: vbi infraſcriptis utitur uerbis. ĩ primo notabili, videlicet: nota primo tex. ſingularem, & apertum in arg. ꝙ coram iudice ſeculari poſſunt repeti uſuræ, ſeu agi remiſsionem uſurarum promiſſarum: nam ſicut iudei poſſunt compelli per poteſtatem ſeu principem ſecularem, ita & chriſtiani. eſt ergo iſtud crimen mixtum ſeu mixti fori, ut poſsit fieri reſtitutio, ſeu repetitio tam in foro ſeculari, quàm ecc. & hoc, ubi nõ dubitatur contractum uſurarium eſſe: ſi autem dubitaretur, cognitio pertineret ad forum ecc. & plene notari, inquit Pan. ubi s̃. in c. cum ſit generale. ex̃. de foro competenti. idem aſſerit Alphonſus Aluarẽ. in Speculo utriuſque iuris, ſub titulo de uſuris col. 2. in uer. & ad totam materiam.

ca. Poſt miſerabilẽ ex. de vſuris

Pan.

Vſura ẽ crimen mixtu fori.

Alphonſ. Aluarez

SEPTIMA CONCLVSIO.

PRælati locorum ordinarij poſſunt ĩquirere contra laicos in crimine ſimoniæ; & non laici iudices: cum mere ſit crimen ecc. ſeu fori ecc. hæc concl. ꝓbatur duplici medio. primo per arg. in c. quoties. ex̃. de ſim. ubi ſimonia appellat̃ ſimoniaca hæreſis: ac ꝑ hoc puniuit ibi ecc. eum, qui in illã ĩciderat. probat̃ & ſecũdo auctoritate gloſę eiuſdẽ canon. in ver. quoties; ubi infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit noſtræ concl. videlicet: peruenit per famã: & ideo de hoc uoluit inquirere; quia prælatorum eſt inquirere de exceſsibus ſubditorũ, vt ĩ c. 1. ex̃. de off. ord. inſuper auct. Io And. per totũ titulum de ſimonia, ut refert Pan. in c cum ſit generale ex̃. de foro cõpetenti col. 7. ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: credo, quod crimen ſimoniæ ſit mere ecc. & ſic ſecularis non poterit ſe intromittere; quia ſimonia dicitur hæreſis, ut in d. c. quoties. item hoc crimen habuit originem prohibitionis ab ecc. & ſecundum eius inſtitutiones regulatur. hæc ille doctor.

Arg. ĩ c quotiẽs ex. de ſimonia.

Glo.

Io. And.

Pan.

OCTAVA CONCLVSIO.

PRælati locorũ ord. poſſunt inquirere cõtra laicos de trãſgreſsione iuramẽti; licet & hoc ꝑ̃ſsĩt quoq; iudices ſeculares: q̃uis ſoli ꝑlati ſeu iudices

ces eccl.inquirere poſsint de ualiditate iurameti. hæc probant primo p tex. in c. nouit. ex. de iudicijs: in quo patet de eccl. iudice. de ſeculari patet i c. rex dẽt 23.q.5. circa ualiditatem iuram. & tex. eſt etiã in c.per uenerabilem, ex. de elect. probatur & ſecundo auct. doct. & primo Pan. in d.c.cum ſit gñalem col.7. ex. de foro comp. qui infraſcriptis utit uerbis, uidelicet: aut agitur de iuram. reſpectu fori pœnitentialis; & non impedit ſe ſecularis, quia caret tali foro, ut in c.oĩs. & c.noua ex. de pœniten. & remiſ. aut agitur de remiſsione uinculi iuramentalis; & idem: non enim poteſt laicus remittere iurm, niſi principaliter cõcernat utilitatem ſuam, ut in l. 1. ex. de iureiur. aut dubitatur, an iurm ſit licitum, uel illicitum: & ſit ſeruandum, aut non ſeruandum, & ſola eccl. cognoſcit, ut in d.c.per uenerabilem. ex. de elect. & iſtis tribus caſibus non eſt dubitandum, quòd iuram. tm ſpectat ad forum eccl. quandoque conſtat, quòd iuram. eſt licitum, ſed agitur ad pœnã tranſgreſsionis; & tunc uterque põt iudex eſſe: aut agit, ut iuram. ſeruetur, uel de eo excipitur; & tunc ſi iuram. eſt ualidum ſecundum utrunq; ĩus, & datur actio, & exceptio; uterque eſt iudex, & accumulatur forum foro: ut in c.cum c.laicus. de foro comp. in vj. & quod ibi not. facit quoque c.licet, de iureiurando in vj. aut iuramen. de quo agitur, nõ producit actionem, nec exceptionẽ de iure ciuili, ut in caſibus notatis per Bar. in l.ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & tunc de eccl. certum eſt, ꝙ eſt iudex, cum agatur ex ſola natura li obligatione, iux. not. in c.1. de pact. & maxime ex iuram. hæc ille, cuius opinionem de uerbo ad uerbum retuli, cũ uideatur ſummopere optima ad decidẽdas multas q̃ſtiones ꝺ hac materia. Philippus quoque de Francho in c.cũ c.laicus, de foro compet. in vj. col.4. §. an aũt iudex eccl. poſt relationem eorum, quæ adduxit Pan. ubi ſ.ait, an iudex eccl. poſsit inquirere contra laicũ non ſeruantem iuramentum; concludit, ꝙ ſic in duobus caſibus. Primo qñ perſona, cui damnum infertur ex tranſgreſsione iuram. eſſet talis, quæ agere non poſsit. & ſcđo, qñ uoluerit inquirere contra laicum ad correctionẽ criminis, ut in c.qualiter & qñ, el ſecõdo, extra de accuſ. ut tenet Ioannes And. in d.c.cum C.laicus. hæc ille.

Nouit ex. de iudic. — *ca. Rex dẽt. 23. q.5.* — *c.per uenerabilem ex. de elect.* — *Pan.*

NONA CONCLVSIO.

Prælati eccl. locorum ordinarij inquirere poſſunt contra laicos de adulterijs, ac adulteros repertos punire. hęc concl. ꝓbat duplici medio. primo c.1. ex. de off. ord. ſæpe adducto, & per c.intelleximus, ex. de adult. ubi apertiſsime loquitur canon confirmans ac laudans quodammodo excom. latã ab epõ cõtra adulterã, q̃ poſt modũ abſolutione recepta corã ſuo epõ petijt ſuũ uirũ: ex quo patet ꝺ hmõdi cã poſſe iudicẽ eccl. quoq; inquirere. probat & ſecũdo auct. doct. ibidẽ vc3. gloſæ in ver. canones, & Pan. in d.c.1. in V. nota ibi adulteria, ubi ait, tex. nota, quẽ ſæpius ſoleo allegare, ꝙ epš põt ſup adulterijs inquirere, ẽt cõtra laicos: nã tex. hic nõ reſtringit ad clericos: qm̃ de clericis nullũ fuiſſet dubiũ, ſed loquit gñaliter in tota diœceſi. & ideo dico, ꝙ eſt locus ꝓuentionis ĩter iudicẽ eccl. & ſecularẽ: nã ſecularis de hoc põt cognoſcere, ut in c.Rex dẽt 23.q.5. hæc ille. qui idẽ probat in d.c.intelleximus, notabili primo.

c. 1. ex. de off. ordina. — *c. Intelleximus ex. de adult.* — *Glo.* — *Pan.*

DECIMA CONCLVSIO.

Prælati locorũ ordinarij non tantũ poſſunt inquirere contra laicos de crimine concubinatus; uerumetiam ad hoc tenent. hæc concl. probatur. primo auctoritate S. Conc. Trid. in ſeſſ. 14. de refor. c.8. ubi ꝑcipitur ordinarijs, ut omnino poſt trinã monitionem cõcubinarios ipſos perſeuerantes in concubinatu feriãt mucrone excõ. & ſi, neglectis cenſuris, ꝑſeuerauerint p annũ adhuc ĩ cõcubinatu, contra eos per ordinarios ſeuere ꝓ qualitate criminis procedat.

Concil. Trid.

& idem

& idem in mulieribus ipſis ordinarijs demandatur fieri, nullo ẽt requirente: ſed tm̃ ipſi hoc exequantur ex. off. hæc in d. Concilio. q̃d ẽt fuit prius ſtatutũ in c.intelleximus. ex̃.de adulterijs.& ſe
c. Intelleximus ex. de adul. cundo probatur per Pan.in d.c.intelle-ximus.in ver.in gloſa.in ver.euidentiã, ubi dicit; ſed intelligit adulterium ma-
Pan. niſeſtum, cum uxor recedens a marito adhæret cõcubinario publice.& in not. primo ait, de hoc poſſe ep̃os illos pu-nire:nam in d.c.dr̃ pro hoc ep̃m excom
Pan. municaſſe eos. idem Pan. probat in c. cum ſit gñale, ex̃. de foro comp. col.7. in V̄.item põt cõprehendi crimẽ.

VNDECIMA CONCLVSIO.

PRælati locorum ordinarij poſſunt inquirere contra laicos de crimine cultus idolorum, & contra aruſpices, at que ſortilegos.hæc concl.probat̃.pri
a contra idolorũ 26. q. 5. mo p̃ tex. in c. contra idolorum 26.q.5. ubi hæc dixit Greg. Papa:contra idolo rum cultores,uel aruſpices, atq; ſorti-legos paternitatem tuam uehementi' Paſtorali hortamur iuigilare cuſtodia. q̃ ſi emẽdare ſe a talibus nolle reperis; ſi ſerui ſunt, uerberibus nolumus caſti gari;ſi uero liberi,incluſione digni, di-
Glo. ſtrictamque ſunt in pœnam redigendi. hæc ibi. probatur & ſecundo auctorita
Pan. te gloſæ dicti capituli, nec non Pan.in d. c.cum ſit gñale,de foro compet. col. 9. qui addit p̃dictis & hæc vc3; item & addo,ultra doctores, unum alium ca-ſum,uidelicet,ſortilegos, & diuinato-res, ut eſt bonus tex.cum glo.in c.con-tra idolorum.26.q.5.credo tñ, q̃ ẽt ſe-cularis poſſet tales punire. C. de male, & ma.l. 3.facit tex. in c.rex debet 23 q. 5. inquiſitor tñ hæreticæ prauitatis ſe de his intromittere nõ põt, niſi ſapiãt hæreſim maniſeſte, ut in c. accuſatus.§. ſane. de hæret. in vj. ſed ſuis iudicibus hoc relinquitur,ut ſunt epiſcopi.

DVODECIMA CONCLVSIO.

PRęlati locorum ordinarij põt inqui rere contra laicos de crimine ſacri legij commiſſi.hæc concl.probatur per Pan.in c.cum ſit gñale,ex.de foro com-pet.in fine dicti capituli.2.

TERTIADECIMA CONC.

PRælati ordinarij religioſorum con tra ipſos inquirere poſſunt pro cri-minibus,ac illos punire ſecundum re-gulã,quã profeſsi ſunt,& canones;licet ẽt illos degradare ab ordinibus non ualeant de iure cõi. hæc concl. probat̃ innumeris iuribus adductis a Pan.in c. cũ contingat col.7.in fin. ex̃.de off.ord. & innumeris eorum priuilegijs. qui poſſunt contra eos procedere ſumma-rie,& de plano, iuris tñ ordine ſerua-to,de quo infra latius in tractatulo de mõ procedendi cõtra ipſos religioſos.

QVARTADECIMA CONCL. & ultima.

PRælati eccl.ordinariam habentes iu riſdictionem, non tm̃ põt inquirere contra clericos pro uitio ſodomiæ,ue-rumetiã contra laicos,ut ipſos excom. poſsint.hæc concl.probatur triplici me c.Clerici ex.de exceſsibus p̃latorũ.
dio.primo p̃ tex. in c. clerici ex̃. de ex-ceſsibus prælatorum, ubi hæc habent̃, vc3.clerici,& infra;quicumq; illã conti nẽtia,q̃ cõtra naturã eſt,pp quã ira Dei uenit in filios diffidentiæ,& quinq; ci-uitates igne conſumpſit, depræhenſi fuerint laborare: ſi clerici fuerint,deij-ciant̃ a clero, uel ad agendã pęnitentiã in monaſterijs detrudant̃: ſi laici uero fuerint,excom. ſubdant̃, & a cętu fide-liũ fiant penitus alieni. hæc in dicto ca none,qui eſt Alex.Papæ tertij in conci-lio Lateranenſi. probatur & ſcd'o doct. auctoritate.Pan.n.in d.c.clerici in V̄.no Pan.
ta primo, ſe ſubſcripſit nr̃ę concl.con-cludẽs, q̃ eccl.hẽt iuriſdictionẽ in lai-cos peccantes contra naturam,ex quo eos excom.põt, ut in tex.p̃dicto.& hoc uerificat̃,qualitercumq; hoĩes peccent cõtra naturam,uel in actu uenereo,uel adorãdo idola, uel quocumq; alio mõ hoc fieri contingat ſemp eccl.uendicat ſibi iuriſdictionẽ. quapp hoc crimẽ ſo-domiæ erit crimẽ mixtũ, ac fori mixti, hęc ille.cui cõcordat nouiſsime Iu.Cla. in ſua pract.crimin.lib. 5.§.fi.quæſt.37. in verſi. item quæro. ubi infraſcriptis

utitur verbis, videlicet: numquid pro nefando ſodomię crimine poſsit ét iudex ecc.cõtra laicum ꝓcedere? rñdeo, ꝙ ſic.ita colligi vr̃ ex tex.in c.clerici ex̃. de exceſſ. prælat. & eſt cõis opinio, ut atteſtatur Bernard. in dicto tract. de cõcub.fol.128.nu.43. hæc ille.Probatur & tertio hac rõne:qm̃, cum per peccatum ſodomiæ ledatur natura;& per cõſequens ipſe Deus, qui eſt auctor naturę:inde ſequitur,ꝙ ad Vicarium Dei in terra ſpectet, mulctare homines pro hoc crimine: ſicut ét legit, Deum puniſſe illas quinque ciuitates, videlicet: Sodomam & reliquas. Auctor.

Quæ ſint obſeruãda ſeu facienda ĩ inquiſitione generali:et qui ſit ipſius effectus, & quæ pœna per ipſam imponatur inquiſito. Capitulum ſextum.

In inquiſitione generali nulla certa perſona dẽt nominari in principio ipſius. concl.1.
In viſitionis generalis nigor quis ſit cõcl.2.
Inquiſitio generalis non debet fieri, niſi conſtet de delicto. concl.3 & quando dicatur conſtare de delicto. ibidem.
Iudex quæ animaduertere dẽt in formãdo proceſſũ informatiuo u de cõcl.4.5.& 6.

CVm in ꝑcedẽti capitulo copioſiſsimus ſermo ſit habitus in ſaddr cendis oĩbus, q̃ requirunt in perſona inquirentium: iure optimo in pñti fiet ſermo de his,q̃ in gñali inquiſ. ſint obſeruãda, ac de ipſius effectibus. quapropter, ut luce clarius adducẽda pateãt,precedã ꝑ concluſ more ſolito.

PRIMA ERGO CONCLVSIO ſit hæc.

IN inquiſitione gñali ex off.non ad denunciationem alicuius, uel diffamationem, uel querelã alicuius;uel hmõi, ẽt ſi fuiſſent factæ notificationes occultæ extraiudiciales, uel incerto auctore,uel ſuppreſſo noie,ut in c.inquiſitioni tuæ ex̃. de accuſ. nulla certa perſona dẽt ſpecialiter nominari,aut citari;aliter ꝓceſſus eſſet nullus: ſed tñ iudex, conſtito ſibi de delicto ꝑpetrato ex effectibus ipſius delicti, poterit ꝑ ſe, uel actuarium ſuum ſumere informationẽ in genere cõtra delinquentem, nullam exprimendo ꝑſonam nominatim,& ſic interrogando teſtes nullam nominando ꝑſonam. & nonnulla alia obſeruabit ꝑ nos tradita in concl.3.& ſequentibus pñtis capituli,de quibus ibi copioſus fiet ſermo.hęc cõcl.probatur triplici medio.primo per argm̃ i c. Romana §.ſane,& §.ſeq.de cenſibus,in ſexto;ubi hæc habent,v3:ſane hmõi impenſurus officiũ, propoſito Vbo Dei, quærat de uita, & conuerſatione miniſtrantiũ in Eccl.alijsq; locis diuino cultui deputatis,ac cęteris,q̃ ad diuinum off.ſpectãt abſque coactione, & exactione qualibet iuram. ad ipſorũ emendationẽ per ſalutaria monita nunc leuia, nunc aſpera,iuxta datã ſibi a Deo prudentiã,diligenter intendens. ꝙ ſi de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, ordinarijs ipſorum, ut ſuper his ſolenniter inquirant, denunciet, ſi uiderit expedire.hæc in d.canone.ex cuius uerbis patet,nullã faciendam fore citationẽ,nec ſpecialem nominationem contra certam perſonam; cũ dicatur ibi; Quærat de uita & conuerſatione miniſtrantiũ &c. abſq; coactione; eo ꝙ citatio coactio quædam eſt,ut patet ad ſenſum.ꝓbatur quoq; pñs concl. per tex. in c.placuit.10.q.1. ubi loquente canone de uiſitatoribus,q gñaliter inquirunt, nulla habetur mentio de præmittenda ipſi inquiſitioni citatione. Idem probatur ꝑ ſacrum Cõcilium Triden. in ſeſſ.14.de refor.cap.3. ubi nullum ſit uerbum de citatione ꝑmittenda ipſi inquiſ. generali.& ꝙ non ſit facienda inquiſitio ſpecialis contra certã perſonã ꝑp notificationes occultas,ſuppreſſo noie notificantis, eſt tex.apertiſſ.in c. inquiſitionis.§.ad hęc,extra de accuſat.& ibi per doctores omnes. ubi dr̃ nihil operari per

c.Romana.§.ſane & ſequen de Cẽnſib' in 6.

cap.Placuit.10.q.1.

Concil. Triden.

c.Inquiſitione.§ ad hæc ex de accu.

per huiuſmodi inquiſitionem, ſi facta taliter fuiſſet: vbi Inn. III. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ad hoc reſpondemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, ꝓpter dicta huiuſmodi, puniendum. de quo loquitur tex. in principio, his verbis, videlicet: & vtrum ad petitionem quorundam, quaſdam cædulas vobis occulte tradentium, informationem epiſcoporum continentes, ſit ad inquiſitionem eorum, quæ in ipſis cõtinentur cedulis, procedendum; quinimò ſuper hoc depoſitiones contra eũ minime debere recepi: cum inquiſitio fieri tãtummodo debeat ſuper illis, de quibus clamores aliqui proceſſerunt: nec ad petitionem eorum, qui libellũ infamationis porrigunt in occulto, ꝓcedendum eſt ad inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendam. hæc in dicto §. dicti cap. Probatur & ſecundo præſens concluſio doct. au-

Specul. ctoritate. & primo Spe. in 3. par. ſub tit. de inquiſ. in §. quando autem in V. vt autem compendioſam; vbi enarrat omnia, quæ ſunt facienda in inquiſitione generali: & tamẽ nihil dicit de citatione. qui doctor in §. ſequenti loquẽs de ſpeciali inquiſitione aſſeuerat, inquirendos eſſe citãdos, quaſi tacite dicat: hoc tamen non eſt faciendum in inqui. generali; maxime cum hoc nullo iure ſit cautũ. immo contrarium. Bar. quoq; ſe ſubſcripſit noſtræ cõcl. q poſtq̃ recen ſuit omnes ſpecies inquiſit. generalis, quas ego retuli ſup. in hoc eodẽ tractatulo ca. 2. in l. 2 §. ſi publice. in V. iſti ſunt tres modi, infraſcriptis verbis vſus fuit ibi, videlicet: iſti sũt tres modi ad inuenienda maleficia, non ad puniẽda, quia ex neutro iſtorum ſequitur con-

Auctor. demnatio. hæc ille: ac ſi dixiſſet nõ ſeq. condemnatio, cum non præceſſerit citatio, quæ in hoc genere inquiſ. nõ interuenire poteſt. quod idem Bar. expreſsius faſſus fuit, in l. fin. in fine. ff. de quæſt. in V. quæro an inditia: vbi hæc protulit verba, videlicet: quæro, an indicia habita in inquiſ. generali præiudicent reo, vt poſsit torqueri, quando fuit inquiſitio, vel accuſatio ſpecialis; puto, ꝙ non: quia illi teſtes non fuerunt examinati, ipſo citato, & ipſo exiſtente contradictore: ergo non præiudicat ſibi, vt C. de teſtibus l. ſi quando. Pan.

vnde debẽt iterum examinari poſt litem conteſtatam: hæc ille doctor vbi ſ. D. quoq; Abbas in c. graue, ex de præbend. col. 2. & D. Felinus in dicto c. inquiſitionis col. 3. in V. exemplo, quãdo ſindicatus, ſequuntur Bar. vbi ſupra; quorum opinionem hic non, referam, cum relaturus ſim illam in ſequenti concl. Felinus.

Robertus quoq; Marancha in ſuo ſpeculo aduocatorum in tit. de inquiſ. §. 1. in V. hoc ꝓſuppoſito, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet; & primo modo fit inquiſitio generalis: & paulo poſt ſubinfert; & in iſta inquiſitione non citatur certa pſona. hæc ille. præſenti quoq; noſtræ concl. ſe ſubſcripſit Iulius Clar. in ſua pract. crimin. lib. 6 §. fin. quæſt. 5. in V. ſcias autẽ de iure: vbi inter alia infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ſed ſcias, ꝙ in quocũq; caſu, in quo iudex ſiue de iure communi, ſiue ſtatutario, ſiue ex conſuetudine poteſt procedere ex officio, & ſic per viam inquiſitionis, nunquam debet, neque poteſt a ſe ipſo procedere ad inquirendum, ſiue ad ſumendas informationes, vel indicia ſpecialiter contra aliquem; niſi aliquid præcedat, quod aperiat viam inquiſitioni, ſcilicet, vel diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, vel huiuſmodi; aliter proceſſus eſſet ipſo iure nullus; etiam ſi deinde delictum eſſet plene probatum. & memini ego, ꝙ fuit grauiter reprehẽſus prętor Vallæ Siciliæ, qui proceſſerat contra quẽdam de inceſtu, quòd propriam filiam carnaliter cognouiſſet. nulla præcedente querela, vel denunciatione; & ambo fuerũt abſoluti 9. Nouem. 1560. neq; in hoc attendũtur notificationes factæ extraiudicialiter; neq; illæ, quę fiunt Marãch. Iul. Cla.

fiunt incerto auctore. prohibitum eſt enim in illis procedi contra aliquem, etiam ſi ibi eſſent noĩati teſtes, de ipſo delicto informati. & ſi ſuper eis fieret proceſſus, eſſet ipſo iure nullus. & de hoc extat decretum in nouis conſtitutionibus in tit.de accuſ.cap.inquiſitioni.§.nec etiã. & omnes illi, contra quos fuit proceſſum ſuper huiuſmodi notificationibus ſeu denunciationibus factis per perſonas incertas, fuerunt per Senatum Mediolanenſem abſoluti;& in ſpecie anno 1561.quædam Catherina Zanetta 20. Decemb. eiuſdem anni. Idem fuit reſcriptum prætori Vallis Siciliæ. hæc omnia Iulius Clarus, vbi ſupra. Probatur & tertio præſens concluſio duabus rationibus. Prima quarum eſt talis, videlicet; cum nemo debeat amoueri, ac abſtrahi a ꝓprijs negotijs gerendis, grauariq; aliquo iniuſto damno, ad quod ſubſtinendum expreſſe ius illum non cogat; deirco noſtram couclufionem veram eſſe patet, cum nullo iure caueatur, certam perſonam in ius vocando moleſtare in inquiſitione generali facienda, ac a ſuis negotijs abſtrahere. ſecunda ratio eſt hæc, vt reprimeretur malitia & proteruitas iudicum: ſi enim daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra homines, ad eorum libitum, poſſent multos indebite vexari; ideo iure optimo ſtatutum fuit, vt prius aliquid præcedat ipſi inquiſitioni ſpeciali, quod iudicem ad procedendum ſpecialiter contra aliquem inducat, & quodammodo ex neceſsitate officij ſui compellat ipſum ad inquirendum ſpecialiter, vt puta, fama publica orta a fide dignis: tamen vna cum clamore, vel querela partis offenſæ; aut denunciatio, vel huiuſmodi; vt omnino appareat iudicem fuiſſe coactum ad procedendum ſpecialiter contra certam perſonam illam.

Auctor.

SECVNDA CONCLVSIO.

PEr inquiſitionem generalem, ac per depoſitiones teſtium in ea factas contra certam perſonam de aliquo maleficio, non poterit iudex illam condẽnare, ac alicui pœnæ ſubijcere; ſed uirtute illius poterit tantum ſpecialiter inquirere contra ipſam. quapropter non tenebitur iudex in illa tradere capitula, ſeu articulos depoſitionum teſtium prædictorum dictæ certæ perſonæ inquiſitæ; nec uti depoſitionibus teſtium, captis in inquiſitione generali, poſtmodum in ſpeciali inquiſitione ad aliquem condemnandum. ſed iudex debet coram inquiſito tunc, poſt litem conteſtatam, examinare rurſus, ſeu repetere teſtes ſupradictos. Hæc concluſio, licet veriſſima ſit de iure cõmuni (vt patebit per infraſcriptas ꝓbationes) tamen re vera hodie obſeruatur contrarium in foro laicali & eccleſiaſtico, vt dicam infra in concluſione 4. & 6. præſentis capituli. Hæc ergo concluſio probatur, inquam, triplici medio. Primo per argumentum a contrario ſenſu ſumptum (quod in iure eſt fortiſſimum) in c.qualiter & quando, el 2.extra de accuſat. in.§.debet igitur eſſe præſens, vbi hæc habentur, videlicet: debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſe ipſum; & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei, vt quid, & a quo ſit dictum appareat, publicanda. Hæc ibi. &, vt omnes fere Doctores affirmant, hic.§.non loquitur de inquiſitione generali;& ſignanter D.Felin.in d.§. debet, in V.nota de capitulis exponendis, vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nota de capitulis exponẽdis inquiſito, ſuper quibus debet fieri inquiſitio, & debet ſtatui ſibi terminus ad defenſam. & hoc verum, quando inqui

C.qualr. & qñ.de accuſ.

Felinus.

retur

retur contra certam perſonam:ſecus ſi
Bart. fiat generalis inquiſitio. hæc ille. Bart.
(a me relatus in præceden.concluſione
non negat veritatem præſentis concl.
cuius verba ibi habentur) quem ſequi
Alex. tur Alexã. in l.2.§.ſi publico. ad leg.Iul.
de adult. in col.4.in 𝔙.tertio modo,vbi
infraſcriptis vtitur verbis,videlicet:ex
his ergo tenet Bar.hic, quòd ſi inueni-
tur aliquis occiſus, & neſcitur a quo:
vnde iudex inquirendo generaliter,
inuenit Titium occidiſſe; quòd ex te-
ſtibus receptis ſuper tali inquiſitione
generali, non poterit eum condemna-
re;quia iſtud non eſt iudicium,cum nõ
ſit fundatum contra aliquem; & ideo
ſubſequi debet inquiſitio ſpecialis.hęc
ille,qui addit & hanc eſſe quoque Bal-
di ſententiam in c.1. §. iniuria furtum.
de pac.iur.firm.& Bar.in l.fin.in fi. ff. de
quæſt. quem ſupra retuli, vbi & idem
aſſeuerat hæc Alexan.ibi; Pan. quoque
in c. graue, col.2. extra de prębend. in
𝔙:in glo.1. vbi inter alia infraſcriptis
vtitur verbis, videlicet: & aduerte,ꝙ ſi
in hac generali inquiſitione nomina-
tur aliqua perſona,fit inquiſitio ſpecia
lis cõtra illam perſonam nominatam,
nec depoſitiones factæ in inquiſitione
generali, facient fidem in ſpeciali, vt
notauit ſingulariter Inno. in cap.bonæ
memoriæ,el 1.extra de elect.& Bar.in l.
fi. ff. de quæſt.& hoc nota. hæc Pan.vbi
ſupra, qui & in c.qualiter & quando
el.2 extra de accuſ. notabili tertiode-
cimo,infraſcripta dixit,nota Tertiode
cimo in §.debet, ordinem procedendi
in inquiſitione ſpeciali; ſed cum ſit in-
quiſitio generalis non dantur capitu-
la,quia non eſt cui dentur. hæc ille ibi;
Felinus. cui Dominus Felinus aſtipulatur in c.
inqſitionis col.3. in 𝔙. ſed aduerte,vbi
infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet:
ſed aduerte, quod ex inquiſitione ge-
nerali non videtur aliquis condemnã-
dus, quia illa fuit ad inueſtigandum,
non ad puniendum; & ſic fit, vt præpa-
ret enim locum inquiſitioni particu-
lari, ſecundum Inn.in c.bonæ, el 1. de
elect.vbi dicit ita totum mundum pra-
cticare,& refert D.Abbas in c.grauem
col.2. de pręben. videtur Bart. ſenſiſſe
in d.§.ſi puplico, quia dicitur tunc de
facto cõdemnatus. hęc ille Doctor,vbi
ſ̃.præſenti quoq; concluſ. ſe ſubſcripſit
Robertus Marantha in Spec.aduocato Marãthe
rum in tit.eod.§.tertio modo,in 𝔙.hoc
pręſuppoſito,vbi loquens de inquiſ.ge
nerali infraſcriptis vtitur verbis,vide-
licet:& in iſta inquiſ. non citatur certa
pſona,nec per eam aliquis cõdẽnatur;
(qa nullus cõtradictor,)nec citatur ad
faciendas defenſiones, ſed iſta genera
lis inquiſ.operatur, vt deueniri poſsit
ad ſpecialẽ;& ſic eſt ꝑparatoria: & tũc
debẽt teſtes repeti pte citata,& ex illa
ſpeciali dãnatur. ita hęc omnia tenet
Bal.in c.1.§.iniuria. col.5.in uerſi.pone,
ꝙ inuenitur &c.de pace iuram. firm. &
Bar.in l.fi.ff.de quæſt.& ff.de off.præſid.
& Bar.& Alexa. in l.2.§ ſi publico. ff.ad
leg.Iul.de adulte. & idem Alex.in con-
ſil.183.col.3. in 2.volumine, & in con-
ſil.65.col.fi.in primo volum. & Pet.Phil.
Corn.in conſ.58.in primo volumine: &
Felinus in c.inquiſitionis, col.3. extra
de accuſ.vbi plus dicit, ꝙ iſta inquiſi-
tio ſit ad inueſtigandum, & non ad
puniendum: & iſte eſt eius effectus,
videlicet: vt per eũ poſſit deueniri ad
ſpecialem;nec.n.in ea dantur capitula;
quia non eſt cui dentur, ſecundum Ab
batem in c.qualiter & quando, el 2. ex
de accuſa.in tertiodecimo not. hęc ille
Doctor:hanc etiam concluſionem am-
plectitur Alphon. Aluarez in ſuo Spec. Alphõs
vtriuſque iuris, ſub titulo de inquiſit.
circa prin.in 𝔙.ſed ex iſta inquiſitione
gñali infraſcriptis utitur verbis, vz:
ſed ex iſta inqſitione generali, quæ ſit
contra oẽs homines, non poteſt ſequi
condẽnatio; quia inquiſitio generalis
eſt præparatoria, & ſine ſpeciali inqui
ſitione facta contra certam perſonam,
non poteſt ferri ſententia. ita Bart.re-
ferendo alios in l.2. §. ſi publico. ff. de
adult.& uide Inn.in c.cum oporteat,de
accuſationib. & ſic ſecundum Bald. in

l.cog-

l. congruit.ff.de off.præſidis non poteſt ſequi condemnatio, niſi deſcendant ad ſpecialem proceſſum, quia iſta inq.fit ad inueniendum, & non ad puniendũ; ſolumq; ad informationem cur.& ideo nõ poteſt ferri diffinitiua ſententia ex ea, niſi poſtea ſequatur inquiſitio ſpecialis, vt per eundem Bal.in c.1.§.iniuria de pace iur.firm. & per Felinum, vbi ſupra, per Ab.vbi ſ.& Inn.in c.bonæ memoriæ el 1.de elect.in 2.col. dicit nota, ꝙ ſic ſeruat totus mundus, ꝙ contingente maleficio notorio, ſtatim inquirit iudex generaliter, non contra certã perſonam. & facta inquiſitione vocat nominatos in inquiſitione de maleficio, vt ſe defendant; ſed ſi maleficium notorie factum eſt; ſed quis illud fecerit, ſit incertũ, iudex, nullo vocato, ꝓcedet ad inquiſitionem illius maleficij; & idem ſi certum ſit de aliquibus & de aliquibus non. hæc ille Doctor vbi ſ. Probatur præſens concluſio & tertio

Auctor. hac ratione; cum odia ſint reſtringenda, & fauores ampliandi, vt in cap.odia, de reg. iur.in ſexto; & in pœnis non ſit facienda extenſio: idcirco patet concluſionem veram; cum cõtrarium nõ ſit aliquo iure cautum. immo ex adductis canone & doctorum votis probatur concluſio; licet ex illo canone non ita clare: quoniam ſi non eſſet vera concluſio noſtra, vtiq; fieret extenſio in hoc, quod eſt ſummopere pœnale & odibile, vt patet ad ſenſum. ergo dicendum concluſionem veram, vt effugiamus huiuſmodi abſurdum. & hæc adducta ad probationem concluſionis præſentis ſufficiant.

TERTIA CONCLVSIO.

IVdex nunquam debet inquirere, etiã generaliter contra malefactorem alicuius maleficij etiam ſi nullam perſonam nominauerit, niſi ſibi prius conſtet, delictum fuiſſe commiſſum, quando ſcilicet, delictũ eſt facti permanentis, cuius, ſcilicet, certa remanent veſtigia, puta homicidij ipſum cadauer, incendij locus eobuſtus, & ſimilia. tunc etiam porrecta querela, vel denunciatione, non dicitur legitime cõſtare de delicto; niſi prius iudex, ſeu curia corpus ſeu cadauer ipſum, ſiue locum incẽdij, oculis proprijs, ſeu actuarij ſubiecerit. quapropter quãprimum ad iudicis aures, ſeu actuarij habentis ſpeciale aut generale mandatum ad huiuſmodi capiendas informationes a iudice ordinario loci, peruenerit delictum aliquod fuiſſe commiſſum in loco ſuæ iuriſdictioni ſubiecto; puta, hominem fuiſſe interfectum, vel huiuſmodi aliquod aliud maleficium perpetratum, debet ipſe iudex, vel actuari' eius nomine, ad ipſius cadaueris viſionem accelerare quamprimum; nec nõ accurate vulnerum omnium qualitatem, quibus fuit cõfoſſum cadauer, ſigillatim deſcribere in actis; annotãdo ſitum quoque vulnerum ipſorum; & ſi ipſa erant mortalia, vel non de per ſe; & quo genere armorũ illa fuerant infuſa dicto cadaueri, ſecundum iudiciũ expertorum; & ſi fuerant illata punctim, an cæſim, & huiuſmodi. & ita ſeruatur hodie in practica in curijs vtriuſq; fori. debet quoq; cadauer illud cognoſci per teſtes, qui cognoſcebant mortuum illum, dum eſſet in humanis, ſi id fieri poteſt: ſi vero cadauer, cuius eſſet, ignoratur, debet per veſtes & ſigna deſcribi; & particulariter annotari omnia vulnera. & hoc modo dicetur conſtare de delicto. Memoriæ quoq; eſt tenaciſsime retinendum, quod illud, quod dicitur in caſu homicidij, dicendum erit in alijs ſimilibus delictis, quorum remanent veſtigia; puta in incendio, vt viſitetur locus incendij, & annotentur reliquiæ combuſtionis: in furto, vt videatur fractura arcæ, vel ianuæ, vel fineſtræ, vel parietis, & huiuſmodi alijs in locis: in ſtrupo illato puero, vel vi illata puellæ, vt inſpiciantur partes pudendæ per obſtetrices, vel chirurgos, aut alias ꝑſonas ad id idoneas

neas. vt quotidie ſeruatur in practica, & vbi tales perſonæ referrent cum iuramento, ſe credere ſtuprum illatum, vel puellam fuiſſe corruptam, ſatis dicetur cõſtare de delicto quo ad hoc, vt contra delinqnentem procedi poſsit ad informationes capiendas tantum; ſin alias, ſeu ſi hæc omnia iudex nõ obſeruauerit, deinceps de iure uon poterit reum repertum punire: licet forſan confiteretur ſe illud commiſiſſe facinus, quouſq; appareat de delicto aliunde, quàm ex huiuſmodi confeſsione rei, vt infra clarius probabitur, cũ poſt probationem præſentis concluſionis adducetur quotuplicitas intelligentiæ iſtius termini, ſeu axiomatis, ſcilicet, conſtare iudici de delicto quotupliciter accipiatur a doctoribus, & intelligatur a practichiſtis noſtræ tempeſtatis. hæc concluſio probatur triplici medio. primo enim per argumentum in c.1. extra de officio ordinarij, vbi cauetur a prælatis, eſſe inquirẽda perpetrata maleficia, ac reperta poſtmodum punienda: & per l.1. §. item illud. ff. ad ſyllea. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Bar. enim in l. fin. col. 1. ff. de quæſt. in V & ad euidentiam, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: & ad euidentiam ſcias, quòd quandoq; de maleficio fit inquiſitio generalis, non cõtra certam perſonam; quandoq; proceditur ſpecialiter de maleficio. Primo caſu, antequã ad inueſtigationem aliquam procedatur, debet conſtare de maleficio; & ideo rectores mittunt militem, vel alium officialem ad videndũ hominem mortuum, & videndum vulnera; & hęc faciunt ſcribi, vt ſuper hoc poſsit poſtea inquiri. hæc Bar. vbi ſupra, quod itidem probatur in l. 1. §. itẽ illud. ff. ad l. Aquiliam his verbis, videlicet; ex iſto. §. ſumitur practica, quòd curia mittat notarium, vt videat mortuum, & deſcribat vulnera, quia, cũ cõſtat curiæ, poterit poſtea procedere ad inueſtigandum de maleficio. hæc Bar. ibi: quem ſequitur Pan. in d. c. 1. extra de officio ordin. qui licet non dicat præ dicta omnia ſic explicite, vt Bar. tamen mihi videtur ipſum amplexum fuiſſe noſtram concluſionem, cum ſe ſubſcribat ſententiæ Bar. & Inn. in c. bonæ memoriæ, el 1. extra de electione, qui noſtram concluſionem tenuit, vt refert quoq; Alphonſus Aluarez in ſuo Speculo vtriuſq; iuris, in eodem titu. col. 2. his verbis, videlicet: & Inn. in cap. bonę memoriæ el 1. de elect. in 2. col. dicit, nota, ꝙ ſic ſeruat totus mundus, quòd contingente maleficio, ſtatim inquirit iudex generaliter, non contra perſonã ſpecialem; & facta inquiſitione vocat nominatos in inquiſitione de maleficio, vt ſe defendãt: ſed ſi maleficiũ notorie factum eſt; ſed quis illud fecerit, ſit incertum, iudex, nullo vocato, procedet ad inquiſitionem illius maleficij: & idem, ſi certũ ſit de aliquibus, & de aliquibus non. hæc ille, cuius dictis concordat Robertus Marantha in ſuo Speculo aduocatorum, in titu de inquiſit. in §. ſecunda principalis quæſt. eſt in V. 1. vbi hæc dixit infraſcripta, videlicet: Primo enim ad hoc, vt poſsit ſpecialiter inquirere iudex contra aliquem, requiritur, quòd illud delictum, de quo inquiritur, conſtet ſaltem in genere eſſe cõmiſſum; ſed neſciatur a quo: vt quia reperitur homo occiſus, vel vulneratus. item reperitur furtum factũ, vel rapina, vel aliud ſimile. & de hoc debet ante omnia iudex cãpere informationem, & facere deſcribi in actis qualitatem delicti. ita tenet Bar. in l. fin. col. 1. ff. de quæſt. & in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllea. vbi monet iudicem, vt faciat videri mortuum, vel vulnera, ad hoc, vt poſſit poſtea inquirere. idẽ tenet Angelus in tract. malef. in V. fama publica col. 21. verſi. duodecimo & plene per Pari in tract. ſind. in V. confuſio, vbi in tantum dicit debere conſtare iudici de delicto, quòd etiã, ſi quis confiteatnr ſe occidiſſe hominem, non debet illi credere iudex, niſi prius mittat ad inquirendum, ſi homo fuit ibi occiſus

Marginalia: c.1. ex. de off. ord. — Bar. — Pan. — Marantt.

ciſus .& dēt ēt facere exhumari hoīem ad vidēdū, ſi fuit vulneratus; ſi homicidium eſt de recenti; vel ſi ſaltem reperiūtur ibi oſſa ſepulta. facit, quod in ſimili caſu de hac exhumatione hominis dicit Bal. in l. ſiquis teſtibus, in fi. C. de teſtibus. hæc ille. Specul. Specul. in 3. parte tit. de notorijs criminibus. §. 1. col. 3. in V. hoc autem, noſtrę concluſioni infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit, videlicet: hoc autem communiter obſeruatur vbiq;, quòd cū maleficium notoriū committitur, ſtatim iudex inquirit in genere, non contra certam perſonam; & facta inquiſitione, vocat nominatos in inquiſitione, quos intellexerit culpabiles, vel ſuſpectos, vt dicant veritatem, & ſe (ſi poſſint) defendant. ſic enim diu obtentum eſt, ideoq. non eſt mutandum. ff. de leg. l. minime, & l. cum interpretatione, & l. ſeq. & l. de quibus. §. inueterata, & extra de conſuctud. c. cum dilectus. & in hac inquiſitione nō ſeruatur ſolennitas illa, quæ tradit, extra de accuſat. cap. qualiter, & quando el 2. item maleficio flagrante, quod ſic notorie commiſſum eſt, procedit hæc inquiſitio illius maleficij, videlicet, quis commiſerit, nullo vocato, ſi non certum ſit, quis fecerit, ſiue ſit certum de aliquibus, & incertum de aliquibus: ei tamen, contra quem procedit legitima defenſio, reſeruatur, extra de officio ordinarij c. 1. hæc Specul. Iul. Cla. vbi ſupra. & nouiſſime præſens noſtra concluſio probatur auctoritate Iulij Clari in ſua practica crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 4. in principio. Probatur & Auctor. tertio hac ratione, vltra implicite adductas in recitatione opinionum doctorum ſupradictorum; cum ab honeſtis uiris, ac grauibus exiſtimetur, ſibi maximum præiudiciū, & dedecus fieri, quotieſcunq; aliter eorum inquiſitioni cōtra ſe factæ de aliquo ſcelere ſubijcitur; idcirco ſacri canones, doctores curiales, ipſemetq; mos, conſulētes eorum indemnitati, ne ita de facili alicuius infamiæ nota deturparentur, præceperūt, vt omnino ſeruaretur ordo, ꝓcedendi in inquiſitione, quem in noſtra concluſione annotaui antequam iudex ad inquirendum contra aliquē ſpecialiter deſcenderet. his ergo pręmiſſis, neceſſario ad probandam noſtram concluſionem operæpretiū duxi, ad maiorem dilucidationem ipſius hic in medium adducere intelligentiā ipſius quæſtionis, videlicet; quomodo ſit interpretandum id, quod dicitur; Conſtare iudici de delicto quando dicatur. Sciendum ergo, ꝙ Conſtare iudici de delicto, conſiderari poteſt dupliciter. Alio enim modo dicitur, iudici conſtare de delicto ad effectum, vt aliquis poſſit condemnari, aut torqueri: alio vero modo ad effectum ſolum, vt iudex poſſit inquirere de crimine generaliter; & deinceps indicijs repertis contra ſpecialem perſonam, contra ipsā ſpecialiter inquirere. Primo. n. mō vtendum erit nobis hac notabili diſtinctione, videlicet: ꝙ aut delictum, qđ re' confitetur, eſt tale, ꝙ ſolo animo perfici poteſt; vt eſt hęreſis, vel ſimilia: & tūc ex quo tale delictū vix aliunde ꝓbari pōt, q̃ ꝑ propriā cōfeſſionē, credere, ꝙ ſola confeſſio (mō eſſet veriſimilis) ſufficeret. aut vero eſt delictū, qđ ēt facto cōmittitur: & tūc ſi quidē reus cōfiteaē in genere, aliqua delicta cōmiſiſſe, puta vnū, autēt plura homicidia, uel multa furta, nō exprimēdo in ſpecie, quos homines interfecerit, aut cuius res furto ſubtraxerit, certe non debet ex tali confeſſione cōdēnari. & hic caſus nullā habet difficultatē apud doctores, vt dicit Boſſius in tit. de delicto nu. 15. ſi vero cōfiteatur in ſpecie aliquod delictū, puta, ſe aliquem certū hominē interfeciſſe, aut alicui furto certa bona ſubtraxiſſe: tunc erit ēt diſtinguendum hoc mō, videlicet: aut illud delictū, taliter confeſſum, erit delictū facti tranſeūtis, cui'. ſ. nulla ſolēt remanere veſtigia, puta, adulteriū, furtū, & ſimilia; & tūc, vbi cū querela partis cōcurrat ēt cōfeſſio rei, vtiq; erit ſufficiens ad condemnandum;

qñ dicatur cōſta re iudici de delicto.

dũ; & ita videmus quotidie obſeruari teſte Boſsio in loco præalleg. nu. 15. vbi etiam n 21. ſubdit, ꝙ in furto practica eſt, ꝙ ſufficiat querela partis: vbi vero non adſit querela partis, aut aliqua informatio, ſola confeſsio non ſufficeret. & ideo iudices, qñ fures confitentur coram eis maria & montes, & plura furta ſe alibi commiſiſſe, debet mittere nuncios ad habendum informationes; aliàs ſæpe condẽnarẽtur innocentes, vt dicit Ang. de Malef. in ṽ. & veſtem cæleſtem nu. 25. quem refert Brun. de indic. & tortura fol. 138. nu. 10. aut eſt confeſsio delicti facti permanẽtis, qđ ſcilicet, oculis ſubijci poſsit, & cuiꝰ remanere ſolẽt veſtigia, vt eſt homicidium, incendium, & ſimilia; & tũc, niſi per inſpectionem ſeu viſitationem factam, vel faciendam per curiam appareat delictum fuiſſe commiſſum, nõ poterit reus ex ſola confeſsione condemnari: & cauti iudices in his caſibus ſolent perquiri facere cadauera eorum, qui dicantur cæciſi, & ea exhumari, & inſpici, an extent veſtigia vulnerum, vt ſæpius ſe in contingentia facti ſeruari vidiſſe narrat Paris de Puteo, de ſindic. fol. 207. nu. 6. Bene verum eſt, ꝙ ſi confeſsio eſſet de aliquo homine certo, & haberent informationes, ꝙ non reperiretur, & reus fateretur illũ interfeciſſe, & apparerent aliqua veſtigia, licet non reperiretur cadauer, forte poſſet ex ipſa confeſsione condemnari, pro vt refert Caſſ. ſuper conſuetud. Burg. fol. 49. poſt nu. 41. condemnatum fuiſſe a ſenatu quendam maſſarium, ipſo exiſtente Vicario Iuſtitiæ Mediolani, qui confeſſus fuit occidiſſe dominum ſuum, & proieciſſe in lacum Comenſem: nam licet cadauer ipſius domini repertum non fuerit: tamen reperto ſanguine in loco deſignato ab ipſomet maſſario, vbi dicebat ſe delictum perpetraſſe, fuit ille vltimo ſupplicio affectus. hæc illa omnia refert ac probat Iulius Clarus in ſua practic. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 55. & hæc dicta ſufficiant, quo ad poſſe dici, iudici aliquod ſcelus conſtare, vt inde ſequi poſsit condemnatio ex confeſsione rei. idem dicit de tortura, ꝙ ſcilicet, nemo ſit torquendus, niſi conſtet de delicto & hoc probat idem Iulius vbi ſupra quæſt. 64. in ṽ. debet autem. ad effectum vero inquirendi dicendum erit, quòd ſola querela, vel denunciatio ſufficit mouere iudicem ad inquirendum; immo habita aliqua ipſarum tenetur iudex procedere, & inquirere: & ſi id non fecerit, poterit puniri ex diſpoſitione iuris; vt dicit Bal. in l. mancipia num. 1. C. de ſeruis fugitiuis, quòd vidit ſemel condemnari quendam iudicem, qui portauit ad cameram accuſationem ſibi delatam & noluit ſuper eam procedere. & illum refert Amad de ſynd. num. 72. hæc Iulius Clarus, vbi ſupra quæſt. 4. in principio.

QVARTA CONCLVSIO.

QVando vero delictũ eſt facti tranſeuntis, non relinquentis veſtigia poſt ſe, tam quòd ſolo animo committatur, ac perficiatur, vt hæreſis, quã ſi facto ipſo committatur, vt puta, adulteria, & alij coitus, qui ſine fractura committuntur, furtum pariter ſine fractura, percuſsiones, quæ fiunt alapa, vel baculo ſine liuore, iniuriæ verbales, vel ſimiliaꝰ; in iſtis criminibus non requiritur ad procedendum alia inueſtigatio delicti; ſed ſtatim porrecta querela poteſt & debet iudex inquirere contra delinquentem, aſſumẽdo contra eum informationes; & habitis indicijs illum carceri mancipare, vel citare ad informandum, pro vt qualitas delicti requirit. hæc concl. ꝓbatur auctoritate Iul. Clar. vbi ſ. in ṽ. Iul. Clar. ſcias tñ, qui ad hanc ꝓbandã multorũ doctorũ adducit auctoritates: & hac ratione; qm ſi non eſſet vera noſtra concluſio, ſequeretur hoc abſurdiſsimum; quoniam multa mala remanerent impuni- Auctor.

punita, cum maior pars illorum malorum non relinquant ueſtigia poſt ſe, quæ uideri poſsint a iudice, ut poſtmodum ſibi conſtare de delicto dici poſſit: quod requiri diximus ad hoc, ut iudex rite & recte inquirere dicatur.

QVINTA CONCLVSIO.

QVando delictum ſeu effectus delicti ignoratur, an illud fuerit perpetratum uoluntarie a paſſo illud, uel ab alio, uel caſu: ut puta, ſi reperiatur mortuus homo in puteo, in flumine, & huiuſmodi. poteſt enim eſſe, quòd quis ſe ipſum præcipitauerit; & quòd ab alijs fuerit præcipitatus: & etiam quòd caſu ceciderit. ſic etiam in eo, qui dicitur habere ſigna ueneni: poteſt enim eſſe uenenum in corpore generatum, uel ab alijs, uel a ſe ipſo propinatum; & etiam ab aeris corruptione contractum, & huiuſmodi. his caſibus, & ſimilibus iudex debebit omnino inquirere, & informationes aſſumere; non quidem tamquam de maleficio, ſed ut ueritatem facti intelligat: ex qua deinde apparere poſsit, an ſit delictum, nec ne; adhibendo etiam, ubi opus ſit, iudicium medicorum, uel aliorum peritorum. & ubi ex informationibus aſſumptis conſtet ſcelus non interueniſſe, ſilebit proceſſus: ubi uerò reſultet aliquod indicium, poterit ad ulteriora procedere. & hoc modo nihil iudici poterit imputari: & hanc practicam ſeruant cauti iudices. huius concluſionis ueritas patet ad ſenſum; & probatur quoque auctoritate Iulij Clarij, ubi ſupra in ver. hæc autem omnia de plano.

SEXTA CONCLVSIO.

IVdices utriuſq; fori, conſtito de delicto eo mõ, quo dictũ eſt ĩ pcedẽtib^9 concluſionibus, omni mora poſtpoſita, illico debent inquirere generaliter cõtra delinquẽtem, vt adinueniri poſsit criminoſus; quo inuento, ſtatim cõtra ipſum ſpecialiter procedere ad ipſum citandum ad informandum, ac gradatim ad ſe defendẽdum; quod ſi non fecerit, procedãt etiã ad ipſum cõdẽnandũ: ſeruatis tñ ijs, quę dixi ſupra in cõcluſione 4. præſentis capit. nec tenebitur iudex denuo examinare teſtes, q̃ iam depoſuerant in inquiſitione generali, & alium formare proceſſum, vt antiquitus fiebat; licet ipſo reo iam examinato cum iuramẽto ſint dandæ defenſiones, in quibus poterit excipere contra teſtes. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo auctoritate Iulij Clari probantis noſtram concluſionem practica ipſa curiarum, & multorum doctorũ auctoritate in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 5. in prin. & per totam quæſtionem fere. & ſecundo pbatur hac ratione: quoniam ſi poſt repertum delictum negligens fuerit iudex ad inquirendum, duo mala poſſent quamfacillime oriri, ac contingere ex eius mora: primum eſt, quoniam daretur tẽpus ipſi reo fugiendi & euadendi manus iudicis; atq; p conſequẽs delictum fere remaneret impunitum: ſecundum malum eſt, quòd ſic daretur facultas amicis, ac conſanguineis reorum teſtes de negotio informatos ſubornandi, & a ueritatis cognitæ depoſitione deterrendi, illamque non deponendi timore eorum, ut ſæpenumero contingere uidemus. Auctor.

SEPTIMA CONCLVSIO & ultima.

INquiſitio generalis poteſt fieri quoque, etiam ſi non præcedant infamia & cętera, de quibus in præcedentibus concluſionibus; quandocumque aliq̃s uiſitator tam eccleſiaſticus, quàm laicus quolibet anno, uel quoties ad dięceſim, uel regnũ aut ciuitatem, & huiuſmodi mittitur a Principe ad inquirendum contra ſuos officiales, uel de moribus, & uita ſubditorum; & an ope

re per-

re perfecerint munera ſua, iuxta vniuſcuiuſque dignitatem & qualitatem. hæc concluſio probatur multis auctoritatibus tum iurium, tum doctorum, quæ adductæ fuerunt in probatione concluſionis primæ præſentis capituli.

Ordo ſeruandus in inquiſitione facienda à Viſitatoribus, ſeu Inquiſitoribus inquirere volentibus de vita & moribus ſubditorum tam clericorum, quàm laicorum, ac de bona adminiſtratione bonorum eccleſiaſticorum, atq; exhibitione cultus diuini.

Cap. VII.

Viſitator uiſitationi præmittere debet ſermonem ad populum. concl. 1.

Viſitator reperiens crimina notoria non punita, poterit ipſe punire. concl. 2.

Viſitationis, ſeu inquiſitionis faciendæ in uiſitatione, titulus quis debeat fieri. concl. 3.

Viſitator quam formam iuramenti exigere debeat à uiſitatis, & teſtibus. concluſ. 4.

In uiſitatione, ſeu inquiſitione generali teſtium depoſitionis quis ualor ſit. concluſ. 5.

In uiſitatione, ſeu inquiſitione generali qui teſtes admittendi. concl. 6.

Viſitator, ſeu inquiſitor. qua forma utetur in examinandis tam ipſis inquiſitis, quàm teſtibus. concl. 7.

Teſtis falſidicus qui dici poſſit, & quando excuſabitur à pęna falſi: & quotuplici pęna poterit puniri. concl. 7.

Breuiter examinata quotuplicitate modorum, ſeu cauſarum, quibus ad inquiſitionem generalem prælatus deſcendere teneatur, ratione alicuius maleficij ſpecialis, quod de proximo fuit perpetratum, tam ex officio ſuo, quàm ſi ad inſtantiam partis proceſſiſſet ad inquirendum de eo; merito in præſenti capitulo erit tradenda forma, ſeruanda à viſitatoribus generaliter inquirere uolentibus ſuper ſtatu Eccleſiæ, miniſtrorum eius, & laicorum: necnon & à Viſitatoribus monaſteriorum, cum ad inuicem non conueniat ordo ſeruandus in vtraque iſtarum. quapropter operępretium duxi, ne minimum quid intactum circa hanc ſaluberrimam materiam remaneat, unumquemque ordinem ex præfatis ſigillatim examinare, ac ipſum ordinem ſeruandum adducere per concluſiones nonnullas diſtinctas; probandoque ueras (more ſolito) ne uidear meo Marte, ac temerarie, me illos in medium adduxiſſe. Et primo producetur ordo ſeruandus a Viſitatoribus in generali inquiſitione contra clericos ſeculares, ac laicos, & deinceps contra regulares. & primo de Viſitatoribus Archiepiſcopis (vt Archiepiſcopi ſunt) non alia ratione; ac deinceps de Epiſcopis ordinarijs locorum: in quibus concluſionibus gradatim, Deo dante, adducetur omnis tela iudiciaria, ſeu iudicij, ut omnis ambiguitas amoueatur à mentibus Inquiſitorum exoptantium ſuum munus rite & recte ac meritorie exequi in honorem Dei, ſolamen reipublicæ Chriſtianæ, extirpationem, atque ad confuſionem ueræ, fraternęque pacis hoſtium, & ad com modum religioſe uiuentium.

PRIMA CONCLVSIO ſit hæc.

Viſitator, ſi fuerit Archiepiſcopus, & tamquam talis uoluerit uiſitare ſuffraganeos ſuos, & non ut delegatus ſpecialiter a Papa, conferre debet ſe ad populum, ſermone prius habito ad eum ſpeciali in profectum animarum ipſorum, debetq; infraſcripta interrogare de laicis a clericis, & e contra: de quibus tamen ſermo diffuſius habebitur in probatione concluſionis probandæ in perſona epiſcopi loci ordinarij, abſque coactione iuramenti a principio uiſitationis, ſeu inquiſitionis generalis; niſi poſtquam contra aliquem aliquod fuerit probatum delictum; quia tunc ſpecialiter inquirere, & exigere ac compellere examinandos in ea ad iuramentum præſtandum poterit. hæc concluſio probabitur triplici medio. Primo per tex. in cap. Romana.§.ſane, de cenſibus, in ſexto. vbi loquens canon de Archiepiſcopo, hæc ſtatuit, videlicet: ſane huiuſmodi impenſurus officium, propoſito verbo Dei, quærat de uita & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris, quæ ad officium ipſum ſpectant abſque coactione, & exactione qualibet iuramenti, ad ipſorum emendationem, per ſalubria monita, nunc læuia, nunc aſpera (iuxta datam ſibi a Deo prudentiam) diligenter intendens. hæc ibi. quod & nouiſsime fuit decretum per Sacroſanctum Concilium Tridentinum in ſeſſ. 24. de reformatione cap.3.

c.Romana.§.ſane d cēſibus in ſexto.

Probatur & ſecundo auctoritate doctorum: Specul. enim infraſcriptis utitur verbis, in lib.3. in titulo de inquiſitione.§. quando autem ſit ad inquiſitionem procedendum, in fine, in ꝟ differt tamen hæc præparatoria, & illa ſolennis. nam hæc fit abſque qualibet exactione iuramenti, & in genere & hanc etiam facit Metropolitanus ſuam Prouinciam uiſitando, ut in præallegato.§. ſane, & etiam Viſitatores a Prouinciali concilio deputati, qui debent ſingulas diœceſes uiſitare, & de plano inquirere, quæ correctionis, & reformationis officio nouerint indigere, extra de accuſatio. cap. ſicut olim. hæc ille. Glo. quoque ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni in dicto cap. Romana. in ver. coactione, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: coactione a principio non exigetur iuramentum, per quod occultum procedere conſtringatur: ex quo tamen ſine iuramento referuntur aliqua corrigenda, poterit inquiſitor ſuper his exigere iuramentum. hæc Glo. illa. Archidiaconus quoque in dicto cap. Romana, & §. ſane, infraſcriptis utens uerbis, concluſioni noſtræ aſtipulatur, uidelicet: ſane, uerbo Dei &c. Dic, quòd, per ſe, vel per alium coactione, hoc uult dicere, ꝙ Viſitator non debet quemquam cogere, ut dicant, quæ ſunt corrigenda circa hæc, quæ ad ipſius officij rem ſpectant: ſed ſimpliciter quærat; & uolentes reſpondere audiat, & idem dicendum in quolibet alio, iure ordinario viſitante: tamen bene poteſt cogere dicere ueritatem de his, ſuper quibus inquirit; & quæ ad viſitationem conueniunt; & in his, quæ ad ipſam ſpectant, obediant, opus eſt eis; quia cui committitur principale, & acceſſorium intelligitur commiſſum, ut in cap. 1. & cap. prudentiam.§. primo & ultimo, de offic. delegati. Alioquin deluſoria eſſet talis uiſitatio, & correctio, ſi cohibitionem aliquam non haberent, ut in capitulo ex literis, & cap. præterea, de officio deleg. ſecundum Innocen. & hoc idem not. 6. dicit enim, ſatis, eſt ꝙ poſsit excommunicare clericos, cum uiſitat, ſi nollent dicere ueritatem ſuper his, in quibus eos corrigere, & emendare

Specul.

Gloſſ.

re debet, puta, ſi ſunt negligentes in his, quæ facere debent; dicens, quòd de occultis nemo compellendus eſt dicere veritatem, ut patet in cap. qualiter & quando, el primo, in §. forma, & in cap. inquiſitionis. §. primo, extra de accuſationibus. nec a principio iuramentum exigetur, per quod aliquid promere cogatur. ex quo autem aliqua ſine iuramento referentur corrigenda, poſtea poterit exigere iuramentum. hæc ille: cui conſona voce aſtipulatur Philippus Franchus in dicto §. ſane, infraſcriptis uerbis, videlicet: ſane nota primo ibi, verbo Dei, quòd Archiepiſcopus viſitator debet; prædicare populo: & hoc poteſt per ſe, & per alium facere, vt in capit. cum ſit, de ætate & qualita. & in capit. interiectam, de officio ordinarij: ſecundum Ioannem Andream. ſecundo nota ibi, abſque coactione, quòd licet Archiepiſcopus poſsit viſitandos compellere ad veniendum, & reſpondendum; quia alia fruſtratoria eſſet eius iuriſdictio, vt in capit. ex literis, ſupra de officio delega. tamen non poteſt eos cogere ad iurandum ſecundum Ioannem Andreã; & ſic a uiſitatis non recipitur iuramentum. quod procedit in uiſitatione generali: ſecus in ſpeciali. Tertio nota ibi, inquirant, quòd uirtute generalis inquiſitionis non poteſt procedi contra infamatos de crimine; ſed debet de nouo ſpecialis inquiſitio inchoari, & contra eum procedi. hæc ille Doctor. Probatur & tertio hæc concluſio hac ratione, videlicet: cum enim clare pateat per dictum canonem adductum, Archiepiſcopum habere ordinariam iuriſdictionem, quo ad uiſitationem generalem, non uideo cur non poſſit uiſitare; ac ſic, ut prædicti Doctores ſenſerunt, ad iuramentum præſtandum ſibi, uiſitatos cogere, ſi contra aliquem aliquod delictum probetur, ſeu deducetur in ipſa generali inquiſitione. & ſi quis dixerit huic noſtræ concluſioni obſtare dictum. §. ſane, prohibens coactionem iuramenti, reſpondetur ei (vltra adductas Doctorum ſententias) auctoritate eiuſdem canonis in cap. eodem Romana, in §. quòd ſi de aliquibus, qui §. immediate ſubſequitur dictum §. ſane, qui uidetur declaratiuus, ſeu exponens mentem Summi Pontificis in dicto. §. ſane: infra habentur enim in dicto §. quòd ſi, videlicet. quòd ſi de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, ordinarijs ipſorum, ut ſuper his ſolenniter inquirant, denunciet, ſi expedire uiderit. hæc ibi. nota tu uerba illa, ſi expedire uiderit, denunciet; quaſi dicat: licet orta fuerit fama contra eos, poterit Archiepiſcopus ipſe inquirere ac punire; quia aliàs fuiſſet ſibi hoc ius inquirendi fruſtratorium: nihilominus forſan talis caſus inciderit, qui melius expediri poterit per ordinarium diœceſanum, quàm per ipſum uiſitatorem archiepiſcopum; & in tali caſu dicit ſummus pontifex, quòd non debet cogere uiſitator ad iurandum; ſed ſi maluerit ipſe punire, patet ipſum poſſe cogere uiſitatos ad præſtandum iuramentum; cum non poſsit ambigi, quòd in ſpeciali inquiſitione poſſit cogi ad iurandum. & quòd nullus poſsit puniri ex ui generalis inquiſitionis; ſed quiſque iudicum debet deſcendere ad ſpecialem inquiſitionem contra repertum infamatum de aliquo crimine, copioſius ſupra a nobis fuit probatum; & infra loco ſuo probabitur abundantius: & idcirco hic ultra adducta nihil afferam.

SECVNDA CONCLVSIO.

ARchiepiſcopus uiſitator in generali uiſitatione, ſeu inquiſitione reperiens delicta notoria, poterit abſque aliqua conditione criminoſos huiuſmodi punire: ſi tamen eſſet dubium de notorietate, inquiret de ipſa, ut cognoſcat, an ſit ſua iuriſdictio effecta in hoc. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per textum apertiſsimum in capitulo Romana. §. notoria uero crimina, de cenſibus: in ſexto; ubi hæc habentur, uidelicet: notoria uero crimina, quæ examinatione non egent, cum ſuper his merito notari poſsit ordinariorum negligentia, eorundem libere corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo. hæc ibi. probatur & ſecundo auctoritate doctorum, de quorum numero eſt Philippus de Francho in dicto. §. ſane in verſiculo quinto nota, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: & ſi eſſet dubium, utrum ſint notoria, habebit inquirere, an ſua ſit iuriſdictio puniendi. ſexto nota ibi, negligentia, unum modum probandi negligentiam Ordinarij; quando, ſcilicet, factum eſt notorium, cui debet prouidere ex diſpoſitione iuris, & non prouidet; ut ſi beneficium uacet notorie in diœceſi per ſex menſes, probatur negligentia epiſcopi abſque probatione ſcientiæ. hæc ille. ex cuius uerbis patet ſe ſubſcripſiſſe noſtræ concluſioni, & maxime ex illis uerbis, uidelicet, & ſi eſſet dubium, habebit inquirere, an ſua ſit iuriſdictio: quaſi dicat; licet ſit certum, ſuam eſſe iuriſdictionem, quando ſunt notoria, ut in textu: tamen ſi ſint dubia, oportet eum indagare, an ſint notoria; quia ſi non eſſent notoria, non poſſet ipſe punire: licet bene, ſi eſſet clarum, illa eſſe notoria. Archidiaconus uero apertius loquens in dicto §. notoria, aſtipulatur noſtræ concluſioni infraſcriptis uerbis, uidelicet: ſciendum eſt, quòd eorum, quæ ſunt notoria, quædam ſunt notoria iudici, & incognita alijs: quo caſu loquitur textus in cap. multi, ſecunda quæſt. prima, qui eſt diui Auguſtini. & idem habetur in c. ſi peccauerit, ead. quæſt. alia ſunt manifeſta alijs, & occulta iudici: quo caſu habet locum textus in cap. Deus omnipotens 2. quæſt. 1. & quædam ſunt nota iudici & alijs: quo caſu locum habet textus in cap. ſcelus 2. quæſt. 1. & ſi in hoc caſu iudici ſit dubium, an crimina ſint notoria de hoc, primo inquirendum eſt; & non uidetur, quòd hic aliud habeat pronunciare, niſi meum eſt punire hæc maleficia, quia ſunt notoria: hoc enim modo uidetur cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio ea puniendi. & huius ſententiæ eſt hic Innocentius. ego, inquit Archidiaconus, ubi ſupra, intelligo notorium crimen in hoc caſu, cui populus teſtis eſt, ut plane colligitur ex cap. ſacerdotibus. in fine diſt. 61. ad idem 38. quæſt. 4. quod ſcripſi in principio. & illud eſt notorium factũ, cuius populus teſtis eſt, & diſsimulationi ſeu negationi non eſt locus, ut ibi: & in cap. tua extra de cohab. cler. & mul. ubi plene de hoc per Inn. & Hoſt. ad idem in l. palam. in principio. ff. de ritu nuptiarum. & intelligitur populus eſſe teſtis, ſiue ſit crimen notum omnibus, qui ſunt in loco, ſiue maiori parti 2. quæſt. 1. c. de manifeſta, & in c. ueſtra de cohab. cler. & mul. negligentia prælati, nota, quòd ipſo facto probatur negligentia prælati: ex quo enim crimen alicuius notorium eſt: & non eſt tamẽ punitus criminoſus; vnde ex hoc ſuperior inquirere põt & corrigere ſubditum ſuffraganei, ex hoc, quod dicit hæc litera, collige arg. à contrario ſenſu, ꝙ aliter non dẽt corrigere, niſi conſtet de negligentia. i. niſi ſibi uiſitanti uolũtarie ſiue coactorie fuerit nunciatum; uel niſi aliud ſit de conſuetudine ſm̃ Hoſt. hæc oĩa Archid. ubi ſ. probat

Philipp. de fran.

Archid.

& ter-

& tertio hæc concluſio hac ratione, videlicet: cum priuilegium mereatur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, iuxta regulam iuris uulgatam; & ordinarius abutatur ſibi conceſſa poteſtate de corrigendo ſubditos criminoſos in graue detrimentum reipublicæ Chriſtianæ, non corrigendo ac puniendo illos repertos huiuſmodi; merito in tali caſu ſpoliatur priuilegio utendi iure ſuo, & cõceditur Archiepiſcopo facultas huiuſmodi, ut conſulatur bono communi per eum; quod oritur ex uindicta ac animaduerſione in homines perditos & ſceleſtos. Auctor.

TERTIA CONCLVSIO.

Titulus inquiſitionis generalis faciendæ ab ordinarijs diœceſanis in uiſitandis tam clericis, quàm laicis ſuæ ditioni ſubditis, hoc modo congrue fieri poteſt, videlicet: Hæc eſt generalis inquiſitio, ſeu uiſitatio, ſeu informatio, quam ego Archiepiſcopus talis, ſeu Epiſcopus talis, diœceſis talis. uel ſi fuerit aliquis Vicarius prædictorum ordinariorum, dicetur: Ego talis, exprimendo ſuas ſingulas dignitates, ſi quas habet, Viſitator electus a tali Epiſcopo, talis diœceſis, ut apparet in litteris mihi traditis &c. intendens uiſitare, ſeu generaliter inquirere de uita & moribus tam clericorum, quàm laicorum diœceſis talis, tali die, talis menſis & anni &c. habito ſermone ad populum, iuxta ſacros canones, incœpi dictam uiſitationem; & me obtuli, omnes audire, ac omnibus, ſecundum Dei timorem, iuxta ſcita ſacrorum canonum, ſatisfacere ac iudicare. quapropter ex tunc me illis omnibus obtuli. & antequam aliquis mihi occurreret, ad me in tali loco &c. ſecrete & ſigillatim aduocaui nonnullos laicorum, qui mihi fide digni uidebantur præ cæteris, a quibus infraſcripta exquiſiui ſine iuramento, niſi poſtquam aliquid fuerit probatum contra aliquem ſpecialiter. quæ omnia annotanda ſunt in actis. cuius forma infra adducetur in principio interrogatoriorum. Hæc concluſio elicitur de mente cap. Romana, de cenſibus, in ſexto, & ex textu in c. placuit. 10. q. 1. & doctorum canoniſtarum, ac Iuriſtarum tam in dictis iuribus, quàm multorum, qui in hac materia hucuſque fuerunt adducti; nec non Specul. in tertia par. ſub titulo de inquiſitione, in §. quando autem ſit procedendum ad inquiſitionem, in verſi. præparatoriam, quam alij uocant ordinariam, vbi infraſcriptis utitur verbis, uidelicet: præparatoriam, quã alij uocant ordinariã, facit prælatus, cum uiſitat loca ſuę iuriſdictionis ſubiecta. & de hac habetur in cap. Romana. §. ſane, & §. ſequen. de cenſibus, in ſexto. & 10. quæſt. 1. in cap. placuit; ubi colligitur utriuſque membrum huius diſtinctionis. Tunc enim propoſito uerbo Dei, prælatus uiſitans debet inquirere de uita, & conuerſatione miniſtrantium, & etiam laicorum, quærendo de laicis a clericis, & e contra. & paulo poſt ait, vnde ſecrete cum aliquibus de parochia fide dignis inquirere debet. hæc ille, ubi ſupra. Robertus quoque Maranthaın Spec. aduocatorum, in titu. de inquiſitione, loquens de hac generali inquiſitione poſt multa infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed ego puto, quòd hodie ex communi obſeruantia & ſtylo curiarum huius Regni (loquendo de Regno Neapolitano) non ſeruatur diſpoſitio illius capit. eiuſdem Regni, ex quorum datur hodie in Regno copia repertorum. Sed primo ſit inquiſitio generalis, ſeu capitur informatio de crimine; & reperto aliquo infamato, & ſuſpecto, formantur contra eum capitula ſpecialis inquiſitionis, quæ capiuntur ab illa informatione, & da- Spec. Marant.

tur eorum copia inquiſito &c. hæc ille. ex cuius uerbis uidetur probari, inquiſitionem redigendam in ſcriptis, una cum depoſitione teſtium, ac probatione infamiæ contra aliquem infamatum repertum. elicitur quoque præſens concluſio ex dictis Barto. in l. fin. ff. de quæſtionib. quæ dicta retuli in concluſione prima, capituli vj. qui tacite hoc innuit dicendo, teſtes examinati in generali inquiſitione, non probant in ſpeciali inquiſitione; niſi rurſus, præſente inquiſito, examinantur. & patet examen redigendum fore in actis, quod ipſe non ignorabat. & probatur quoque per Alexan. in addit. Bart. vbi ſupra, qui ait, quòd ſi iudex receperit teſtes in generali inquiſitione contra aliquem, illis non poterit uti in inquiſitione ſpeciali; nec per depoſitiones eorum poterit repertus reus condemnari. ſed quia ueritas præſentis concluſionis (ultra adductas auctoritates) patet ad ſenſum, ipſam miſſam faciam, me transferens ad aliã adducendam.

Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

Dvplex eſt forma iuramenti, ſub qua debebit iurare teſtis, ac unuſquiſque uiſitandorum in inquiſitione generali. vel ſub alterutra, uel (& melius) in ſimul ſub una effecta ex his duabus, ad præſtandum iuramentum poterit cogere teſtes, ac uiſitatos ipſos, ipſe inquiſitor, ſeu uiſitator, aliquo ex uiſitatis reperto crimino ſo; aut de crimine infamatos per dicta teſtium, (ut fuit ſupra probatum in concluſione prima præſentis capituli aucto ritate doctorum) ſecus, ſi nullus reperiatur criminoſus, uel de crimine infamatus: de quo loquitur tex. in §. ſane, cap. Romana, de cenſibus in ſexto, qui ita eſt interpretandus: aliàs multa abſurda orirentur, cùm teſtis non iuratus non faciat fidem in iudicio ad aliquem condemnandum. quæ omnia plene probata fuerunt in prima concluſione præſentis capituli fere per totum. & ſic concordantur doctorum uota, quòd in uiſitatione, uel inquiſitione generali non exigetur iuramentum, ut in prædicta prima concluſione; & quòd exigetur, ut in præſenti concluſione; licet ſi prima utatur, vel utraque melius faciet; immo magis iuridicè. prima quarum formarum hæc eſt, ut iurent ipſi, quòd ſuper his, quæ ſciunt, uel credunt in ſua eccleſia reformanda tam in capite, quàm in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicent inquiſitoribus ueritatem. alia forma iuramenti eſt hæc, ut ad inquiſita ueraciter reſponſuri ſint. Hæc concluſio probatur duplici medio. & primo loquendo de prima forma iuramenti, illa probatur per tex. in cap. qualiter & quando, el primo. §. forma uero, de accuſationibus: ubi Innocentius tertius ſcribens Vercellenſi Epiſcopo, & Abbati de Titelo, infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet. forma uero iuramenti, quam a clericis Nouarienſibus ſuper inquiſitione facienda in hoc negocio, recepiſtis, in ſimilibus uolumus obſeruari, ut, uidelicet, iurent clerici, quòd ſuper his, quæ ſciunt, uel credunt in ſua eccleſia reformanda tam in capite, quàm in membris, exceptis occultis criminibus, meram & plenam dicent inquiſitoribus ueritatem. hæc ibi, quo ad probationem primæ formæ iuramenti. quo ad ſecundam uero formam iuramenti, dico illam probari apertiſsime in cap. cum dilecti filij, extra de accuſationibus, in §. quia uero nobis non conſtitit, ſub qua forma epiſcopus cum canonicis Agathen. coram dictis legatis præſtiterit iuramentum: vtrum, videlicet, ita iurauerit, ut ſuper ſtatu Eccle-

c. qualit. de accu.

c cũ dilecti, de accuſat.

cleſiæ plenam & meram diceret ueritatem; an, vt ad inquiſita ueraciter reſponderet: mandamus, quatenus eiſdem legatis ex parte noſtra mandetis, ut ſub qua forma iuramentum præſtiterit, ſtudeant fideliter intimare. & ſi ſecundum reſponſionem eorum, ſub ſecunda forma iurauit; aut ipſe ſufficienter probauerit ſe ſub illa forma iuraſſe, aut per depoſitionem teſtium, quos produxit, aut etiam aliorum, cum depoſitiones illæ non fuerint publicatæ, nec productioni teſtium renunciare curauerit; quoniam ſecundum eandem non tenetur ex debito iuramenti, niſi ad inquiſita ſolummodo reſpondere; uos excuſationes ſuas audire curetis &c. Hæc ibi in dicto canone. §. quia uero. Probatur & præſens concluſio multorum auctoritate doctorum interpretantium huiuſmodi formas, quas dixi ſupra, iuramenti. & primo Glo. in dicto cap. qualiter & quando, el primo, in verſi. exceptis occultis, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: exceptis occultis; quia ſuper his inquiſitio fieri non debet, ſed ſuper his tantum, de quibus infamia præceſſit: & ſi teſtes de occultis dicunt, non puniuntur, in cap. inquiſitionis, in prima reſponſione Pontificali, ſeu in §. ad hæc, extra de accuſationibus; quia ſuper his non iurauerunt. hæc illa notabilis Gloſa. pro cuius notabilis dicti maiori dilucidatione referam, quid contineatur in §. illo. ſciendum eſt, quòd infraſcripta habentur ibi, uidelicet: ad hæc reſpondemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendum: quinimmo ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere, cum inquiſitio fieri debeat ſuper illis, de quibus clamores ali-

Glo.

Auctor

qui præceſſerunt. hæc in d. §. Glo. in dicto cap. qualiter, el primo, in ver. plenam, infraſcriptis uerbis utitur, uidelicet: cum iuraret ſecundum hanc formam; ſecus, ſi iurans reſponderet ad interrogata tantum. hæc ibi; quaſi dicat, ſi iurat ſecundum primam formam, illud ſeruabit: ſi ſecundum ſecundam formam, uidelicet: iurando reſpondere tantum ad interrogata, non tenebitur ad plenam meramq; ueritatem negotij fatendam; niſi de illis circumſtantijs, de quibus interrogatur ipſe deponens. Probatur quoque præſens concluſio auctoritate Specul. in primo lib. ſub titulo de teſte, in §. ſequitur de teſtium iuramento, in verſic. porro in cauſa inquiſitionis, qui infraſcripta dicit: porro in cauſa inquiſitionis aut inquiritur ſuper crimine, aut ſuper ſtatu eccleſiæ: ſi ſuper ſtatu eccleſiæ inquiritur, duplex eſt forma. prima eſt, ut iuret dicere ueritatem de his, quæ credit, & ſcit in eccleſia reformanda, exceptis occultis, ut in cap. qualiter & quando, el primo, de accuſationibus, in fine. ſecunda eſt, ut iuret, quòd ad inquiſita ueritatem reſpondebit, in cap. cum dilecti filij, de accuſationibus, ſecundum Goffredum: Ego uero talem in hoc articulo trado formam. uidelicet, forma hæc ſit: Tu iurabis, quòd ſuper his, quæ ſcis & credis in hac eccleſia reformanda, uel etiam ſuper alijs quibuslibet tam ciuitatis, quàm diœceſis, tam in capite, quàm in membris, ſuper uita & conuerſione ipſorum, & tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, exceptis criminibus occultis, excluſo timore, odio, uel amore, plenam & meram, quam ſcis & credis, mihi ueritatem dices ad inquiſita, & ad interrogationes meas per ordinem ueraciter reſpondebis &c. & debent iurare huiuſmodi teſtes,

Glo.

Auctor

Specl

ſeu inquirendi in generali inquiſitione, tactis euangelijs; niſi ſint epiſcopi, qui non debent tangere, ſed tātum inſpicere, ut in c. fin. extra de iuramen. calum. & in fine dicti. §. ipſe Specul. ait, iuramento autem præſtito ſubſequenter ſcribitur dies, qua iuratum eſt. hæc ille ibi. Panor. quoque in dicto c. qualiter. el 1. in notab quinto, infra ſcriptis vtitur uerbis, uidelicet: Nota quinto in §. formam vero, practicam unam recipiendi iuramentum ab inquiſitis, ſeu teſtibus ſuper inquiſitione generali, ut iurent ſe dicturos plenam & meram ueritatem, exceptis occultis criminibus. Item nota unam differentiā inter modum accuſationis, & inquiſitionis: nam in inquiſitione non diſcutitur de occultis criminibus; quia non debet fieri inquiſitio de veritate criminis, niſi præcedente infamia, ut in c. qualiter, el 2. ſed accuſatio poteſt fieri de occultis criminibus, dummodo poſſint illa probari, 2. quæſt. 7. c. plerumque. & idem Panor. in c. cum dilecti filij, de accuſat. in ℣. nota tertio, ait: Nota tertio duplicem formam præſtandi iuramentum in cauſa inquiſitionis: nam poſſunt teſtes, uel inquiſiti iurare meram & plenam dicere ueritatem. & de hac forma habetur ſupra c. proximo in fi. item iurare, quòd ad inquiſita, & interrogata ueraciter reſpondebunt, de quo aliquid infra dicam. Adde tu in ℣. ſecundo opp. vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Videtur hoc ſacramentum debere præſtari ſecundum formam in cap. præcedenti poſitam, vbi Papa dicit, quòd in illa inquiſitione uult illam formam obſeruari. Solut. dicit Hoſtien. (ſecundum aliquos) quòd utraque forma poteſt immiſceri, vt ſcilicet iurent dicere plenam & meram ueritatem, & quòd ad interrogata veraciter reſpondebunt. Nam bonorum optima eſt mixtura, 12. diſtinct. cap. nouit, in fine. Innocen. in cap. licet Hely. de ſimonia, dicit, quòd aut fit inquiſitio de certis criminibus; & debet ſeruari illa forma, vt dicant plenam & meram veritatem: aut fit inquiſitio generaliter de criminibus; & tunc periculum eſt iurare ſecundum illam formam: vnde ſubiret iurans anceps periurium. ſed contra hoc obſtat cap. præcedens, quod loquitur in inquiſitione generali; & ideo concludit, quòd ſufficit iurare altero iſtorum modorum, qualitercumque agatur. & hoc communiter uidetur placere Doctoribus. ſed ego, inquit Panormit. vbi ſupra, hoc non puto uerum; quia Papa in cap. præcedenti. 1. cap. qualiter & quando, el primo, de accuſationibus, dicit, quòd in ſimilibus uult obſeruari illam formam. Ideo dico, quòd iudex ſemper debet exigere iuramentum ſub illa forma; & ſi non facit, male facit. Actus tamen tenet, ut hic: nam hic non dicitur, quòd iudex benefecerit; ſed tantum quæritur, an admittatur excuſatio, quando iurauit ſub illa forma. hæc omnia Panormitanus vbi ſupra. Dominus Felinus in cap. cum dilecti, extra de accuſationibus, col. 7. in notab. decimo, poſtquam retulit omnia ſupradicta allata a Panormitano in dicto cap. cum dilecti, addit infraſcripta, videlicet: Poſſet tamen dici ſecundum Ioannem de Anan. quòd ille tex. loquitur in forma iuramenti, quod defertur teſtibus & non inquiſitis. hæc ille.

Epi qua iurēt. — Specul. — Pan. — Felinus.

QVINTA CONCLVSIO.

Dicta teſtium, deponentium in inquiſitione generali de occultis delictis, ſunt nullius momenti, quo ad pœnam imponendam inquiſitis; licet ipſi teſtes interrogati de occultis circumſtantijs delicti, de quo aliquis eſt infamatus, teneantur fateri ueritatem, ut probabitur loco ſuo in tractatu de teſtib. cap. tertij, concluſ. 1. Hęc concl. licet probetur triplici medio: eſt tamē

cum

cum grano ſalis intelligenda, cum hac, ſcilicet, limitatione: quòd ex ipſa probatione non poteſt ſequi condemnatio; niſi poſtea citetur reus ſpecialiter ſuper ipſa inquiſitione generali ad ſe defendendum. ſi ex ipſa re ſultaſſent aliqua indicia contra ipſum reum nominatum; tunc contra ipſum proceditur ad citationem, ut dixi; qua citatione facta, & litis conteſtatione poterit ſequi condemnatio. & ita communiter ſeruatur: debēt tamen hoc caſu, reo comparente, repeti huiuſmodi teſtes: quoniam teſtes, qui recipiuntur in inquiſitione generali, recipiuntur parte non citata; & iccirco merito non faciunt fidem contra reum, poſt quam comparuit; niſi ipſo citato, aut ipſo præſente repetantur ab ipſis teſtibus prius depoſita in iudicio, & in ipſa depoſitione perſiſtant. quo peracto, niſi rei probauerint falſas huiuſmodi depoſitiones, uel aliàs ſe eſſe immunes a culpa obiecta, ueniunt omnino condemnandi. ſed animaduertendum quoque, quòd hmôdi repetitio teſtium dēt fieri cū oībus ſolennitatibus iuris, id eſt, ut denuo iurent; & ſi eſſent teſtes inhabiles ad fidem faciendam per ſuam depoſitionem ſine tortura, ut ſunt infames, erunt torquendi ad talem repetitionem confirmandam; licet forſan per prius fuiſſent torti ad confirmationem ſuæ depoſitionis. & ita hodie ſeruatur in curijs a doctis iudicibus. aliàs indebite punirentur huiuſmodi rei teſtimonio talium. ultra adducta in c.6. concl. 1. per tex. in c. inquiſitionis de accuſ. §. ad hæc; cuius uerba ſupra retuli in præcedenti concluſione in relatione opinionis gloſæ, probatur quoque auctori. Pan. in c. qualiter, & quando el 1. extra de accuſ. in fine ver. ultimo quæro; ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: numquid ſuper occultis circumſtantijs criminis teſtes ſunt interrogandi: Inn. & Hoſt. concludunt, quòd ſic: ſatis eſt enim, ꝙ crimen ſit occultum. ſed ſi quis eſſet in

c. Inqui. ex. de accuſ.

Pan.

famatus de fornicatione in genere, & mulier eſſet incerta, non debet teſtis reuelare hanc fornicationem, quia eſt occulta: quod eſt notandum. ſed ſi mulier eſſet infamata, tunc teſtis debet ſuper hoc deponere, etiam ſi prius iuraſſet extra iudicium hoc non pandere; quia aut, quādo iurauit non pandere, cogitauit teſtis hunc caſum; & talē iuramentum eſſet temerarium, ut in c. ītimauit extra de teſtibus, & in c. 1. de crimine falſi: aut non cogitauit hunc caſum; & non extenditur iuramentum ad hoc, arg. in c. 1. iureiur. in vj. & hoc uerum, niſi habuiſſet in confeſsione: quia tunc non debet reuelare; & etiā ſi producatur, ut teſtis, & homo, ut in c. ſi ſacerdos de officio ordinarij, & in c. dilectus, extra de exceſsibus prælatorum. ſed caue: tibi nō dicitur peccatum reuelatum in cōfeſsione ex eo, ꝙ quis dicat amico, Et hoc tibi dico in confeſsione, vel ſimilia uerba; ſed oportet, quòd dixerit in confeſsi one ad ſalutem animæ ſuæ, ut Inn. ſingulariter dicit in c. omnis utriuſque ſexus extra pęniten. & remiſſ. & hoc bene nota. hæc ille. probatur quoque præſens. concl. taliter peroptime declarata auctoritate Iul. Clar. adducentis auctoritatem multorum doctorum in ſua practica criminali lib. 5. §. fi. queſt. 50. in V. item quia proceſſum: & in quæſt. 11. in ver. item quæro: & in quæſt. 45. in ver. cæterum ſi reus. probatur & tertio pñs. concl. hac ratione: quoniam ſi eſſet nr̄a concl. nr̄æ interpretatio falſa, ſequeretur hoc abſurdum, videlicet, ꝙ daretur locus ipſi reo, ut fugā arriperet, & remaneret crimen impunitum; nec nō, ꝙ nunꝙ liceret ex generali inquiſitione deſcendere ad particularem, cum ꝗſæpiſsime delicta committantur occulte & non publice; & ſic ſi teſtes interrogati detegentes criminoſos nihil probarent, fruſtratorium eſſet, illos ad teſtificandum cogere. licet non negem illos interrogatos de occultis non teneri fateri ueritatem; ſed nec ꝙ iudices

dices idcirco ipſos non poſsint interrogare ; maxime cum inquiſitio generalis fiat ad inueſtigandum criminoſum in ſpeciali, qui ignoratur. quapropter patet, limitationem præſentis concluſionis ueriſsimam in hac generali inquiſitione, de qua hic tractatur: primo, ꝙ qualeſcumque teſtes de ipſa Eccleſia, etiam criminoſi, inimici, & conſpiratores admittuntur: ſecundo, ꝙ ſi teſtes huiuſmodi aliunde producantur, quia forte crimen, de quo inquiritur, eſt alibi pertractatum, non admittuntur criminoſi: tertio, & ſimiliter contra ſingularem perſonam, hæc concluſio probatur triplici medio. ſed quia videtur conſtare & ipſa triplici membro; iccirco de unoquoque membro ſigillatim adducetur probatio trina. & primo de primo membro dicitur ipſum probari per argum. in capitulo ueniens. el ſecundo extra de teſtibus. in §. quia uero: ubi hæc habentur, videlicet: quia uero, quæ in capitulo aguntur, non facile poſſunt, niſi per canonicos ipſos, probari; uolumus, ut ad cautelam abſoluatis eoſdem, ut uocati ad teſtimonium libere ualeant pro utraque parte teſtari. probatur & ſecundo auctoritate Felini: Felinus enim infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: in capitulo tertio loco, extra de probat. in verſi. Textum ibi fratres, ubi materia, videlicet, de qua agitur in iudicio, aliter probari non poteſt, ex toto non integer efficiatur integer, intellige ſane ſecundum Dominum Antonium & Imolam hic, quando ex natura facti alij teſtes adeſſe non poſſunt, ut in exemplo iſtius literæ, & lege conſenſu. C. de repudi. ſed ſi potuiſſent alij adeſſe, quamuis non affuiſſent, propter hoc non efficiuntur idonei; aliàs inhabiles: quia fuerunt quaſi materia: aliàs probari non poſsit; ne ſequatur abſurdum, quòd ubi ſolum inhabiles aliquid ſciunt, illi ſemper admittantur:

cap. Veniens. el 2. ex. de teſtibus

Felinus.

quod bene nota. hæc ille: qui licet in dicto capitulo ueniens el ſecundo nonnulla dixerit de materia noſtræ concluſionis in colum. 7. in fine in ver. in glo. fin. tamen ueritatem concluſionis ſequendæ attulit in dicto c. tertio loco, in quo prædicta dixit, quibus ſe remiſit. gloſa quoque noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni in dicto c. ueniens. el 2. in verſi. canonicos, ubi ait: quæ enim in capitulo fiunt, per alios probari non poſſunt; cum alij ad capitulum non uocent. ſic ea, quæ domi fiunt, per alios non facile explorantur. hæc ille, quaſi dicat: idcirco admittuntur illi, quia aliàs nõ admitterentur. Specul. quoque idem ſentijt in 3. par. ſeu lib. ſub titulo de inquiſitione in §. impugnatur autem in 3. colum. in ver. hoc etiam: attamen quoniam ipſe Specul. ubi ſ. ſubſcripſit p̄dictis omnibus mẽbris noſtræ concluſionis; idcirco in fine præſentis probationis noſtræ concluſionis uerba ipſius referam breuitatis cauſa. ſecundum, & tertium uero concluſionis membrum apertiſsime probatur per tex. in c. per tuas extra de ſimonia, ubi habetur, quòd conſpiratores, inimici, & criminoſi non admittuntur etiam in cauſa ſimoniæ, etiam emendati de crimine, ad plenam probationem. probatur quoque præſens concluſio auctoritate doctorum, & gloſæ in dicto c. per tuas, nec non Specul. ubi ſupra, qui infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: hoc etiàm nota, quòd quando inquiritur ſuper ſtatu eccleſiæ in capite & membris, qualeſcunque teſtes de ipſa Eccleſia admittuntur, quia illi melius nouerunt ueritatem, extra de teſtibus. c. ueniens. el 2. & quia quę domi fiunt, &c. & C. de repud. l. conſenſu §. fin autẽ: etiam criminoſi, inimici, & conſpiratores: tamen non creditur eis contra eos, contra quos conſpirauerunt, ut extra de ſent. & re iud. c. cum I. & A. in fine, & in c. exhibita ex̃. de iud. & arg. in c. ad petitionem, & c. qualiter & quando el 1. & c. olim extra de accu

Glo.

Specul.

Auctor.

cap. Per tuas ex. de ſym.

Glo. Specul.

& quid

& quid iurabunt; tunc uide ſupra de teſte in §. nunc tractandum in fine. ſi autem teſtes aliunde producantur, quia forte crimen, de quo inquiritur, eſt perpetratum aliunde, criminoſi non admittuntur, ut in dicto c. per tuas 35. q. 5. c. epiſcopus & in c. præterea extra de teſtibus cogen. contra ſingularem uero perſonam criminoſi non admittuntur. hæc Specul. ubi ſupra. probatur & tertio hæc concluſio hac ratione: idcirco rationabilis dicitur concluſio; quoniam ex receptione teſtium huiuſmodi nullum detrimentum alicui generatur, cum ex illa nemo ueniat puniendus; ſed fit medium ſolum deueniendi ad ſpecialem inquiſitionem, in qua poterunt huiuſmodi inhabilium teſtium depoſitiones cõfutari, tanquam ab inhabilibus productæ. & hoc quando, pręſente inquiſito, rurſus examinabuntur, ſeu repetientur eorum dicta, de quo copioſior erit ſermo habendus infra, cum fiet ſermo de ſpeciali inquiſitione & de receptione teſtium, uel reprobatione in ipſa ſpeciali inquiſitione; & in libello octauo titu. de teſtibus. Auctor.

SEPTIMA CONCLVSIO.

MOdus procedendi in examinandis tam uiſitandis ſeu inquirendis, quàm teſtibus ſuper ſtatu alicuius diœceſis, tam in capite, quàm in membris, erit iſte, uidelicet: uocabit inquiſitor ſeu examinator unumquemque ipſorum ſecrete ad ſe, & ſigillatim: & dicet ei, amice ſeu frater mi, falſificus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius, uidelicet, primo Deo, cuius præſentiam, cũ ſit ubique, cõtemnit; cui grata ſemper fuit ueritas, quam fatendam nobis præcepit: ſecũdo iudici, quem mentiendo fallit: tertio innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. teſtis quoque, qui ueritatem, quam nouit, occultat; & etiam is, qui mendatium dicit, reus eſt: primus, quia prodeſſe nõn vult: ſecundus, quia nocere deſiderat. proinde, cum iuraueris dicere ueritatem, per illud iuramentum obſecro te, quòd animam tuam ſalues; & quod ſcis de infraſcriptis negotijs ſeu rebus, de quibus interrogaberis, iuxta formam iuramenti a te facti, ueritatis ſeriem edicas, ne corpus, & aĩam tuã alicui malo culpæ & pęnæ addicas (de qua dic, ut dicit gloſa relata in probatione cõcluſionis) hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per argumentum in capitulo primo extra de crimine falſi, ubi hæc habentur, uidelicet: falſidicus teſtis tribus pſonis eſt obnoxius: primum Deo, cuius præſentiam contemnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit: poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. uterque reus eſt, & qui ueritatem occultat, & qui mendatium dicit, quia & ille prodeſſe (adde tu, cũ poſsit fatẽdo ueritatem) non uult; & iſte nocere deſiderat. hæc in dicto canone. probatur & ſecundo auctoritate doctorum, de quorum numero eſt Specul. in libro 1. ſub titu. de teſtium examinatione, in §. nunc tractandum. colum. 2. in uer. in examinatione ergo ſic procedet. gloſa in dicto c. falſidicus in ver. lædit, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: quia in tribus offendit, triplex pęna ei debet. primo quia Deum offendit, ſeptennis pęnitentia ei iniungitur pro periurio, ut in c. quicumque. 6. q. 1. cuius uerba hic adducã, cum ſint ualde notabilia, & ſunt hæc, vz: quicunque ſciens periurauerit, quatraginta dies in pane, & aqua, & ſeptẽ ſequentibus annis pęniteat; & numquam ſit ſine pænitentia; & nunq̃ in teſtimonium recipiatur: cõionem tñ poſt hoc recipiat. hæc in dicto canone, qui eſt Fabiani Papæ. ſequitur gloſa, quia iudicem deluſit, infamabitur, ut in c. ſiquis conuictus. 22. q. 5. ubi hæc habentur inter alia, uidelicet: hi uero, qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouendi, & ſcdum legem, infamia notabunt. hæc ibi. ſequitur glo. & uerberibus

Teſtis falſidic⁹ quis dici poſsit

c. 1. ex. de crie falſi.

Spec.

Glo.

c. Quicumq; 6. q. 1.

Glo.

c. ſi quis cõuict⁹. 22. q. 5.

Gloſa.

bus caſtigabitur, ut in c.illi qui 5.q.5. uel extraordinarie punietur, ut dictum eſt in proxima notula, & quia proximum lædit, iux.modum læſionis punietur & ipſe, arg. in c. nihilominus.3.q.9. licet ibi non loquatur de tali pœna. hæc

Pan. glo.illa. Pan.quoque in d.c.falſidicus ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni; & infraſcripta notabilia addidit. & primo in

Teſtis falſidic' quis dici poſſit ſecundo notabili infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nota ſecundo, quòd teſtis dicitur falſus, & tenetur de falſo non ſolum, quando dixit mendatiũ, ſed etiam, quando occultauit ueritatem. & hoc intellige, quando interrogatus ſuper certo articulo dixit, ſe nihil ſcire, uel quando iurauit dicere puram & meram ueritatem, & multa ſubticuit, ut in c. cum dilecti extra de accuſ. ſecus autem, ubi non ſic iuraſſet, uel non fuiſſet interrogatus, ut in præalleg. l. numquam. ff. de priuatis de-

Teſtis excuſat' ſi aliqua occultauit de q bus nõ fuerat interroga-t' c̃ñ nõ iuſsit fateri meram ueritatẽ &c. licitis. tunc enim non tenetur, ſi non dixit ueritatem, quia teſtis non debet eſſe uerboſus; ſatis enim eſt, quòd reſpondeat ad interrogata. hæc Pan ubi ſupra. qui in uer.in glo.2.ibidem infra ſcriptis utitur uerbis, uidelicet: hæc tria intendit. & primo, quòd teſtis falſus puniri poteſt dupliciter: primo extraordinarie, cauſa durante: ſecundo ordinarie, pœnę falſi cauſa præfinita. & declara hunc articulum latius;

Teſtis falſus, põt puniri dupliciter. quòd aut cauſa non eſt finita, aut finita: primo caſu poteſt puniri per ipſum, non inchoando contra ipſum proceſſum de nouo extraordinarie, ſecundum quòd ſibi uidebitur: ſed iſta punitio non tollit punitionem ordinariã, quæ poterit fieri per l. Corneliam.ff.de

Teſtis falſidici q̃ pœne erit ord. in laicis falſis, ut not.Cy. in l.nullum C.de teſtibus, & Specul.in tit.de teſtibus.§.1.ver. ſed numquid per pœnam: & uide glo. in c.præsbiteri.5.q.fin. & præalleg. c.ne quis arbitretur.22.q.2.finita uero cauſa, non poteſt amplius puniri, quàm ordinarie: quia cum iſta pœna ueniat acceſſorie ad cauſam principalem: & per ſententiam finitum ſit officium iudicis, tollitur hæc poteſtas, quæ ueniebat acceſſorie l.4.C.de po.& c.cum appellationibus extra de appellat.lib.6. ſed nec poterit puniri aut accuſari.l. Cornelia de fal.& ſi quæratur, quæ pœna imponenda ſit falſo teſti, concludo, quòd aut agitur ciuiliter, aut criminaliter: primo caſu, tenetur ad ſatiſfactionem, inquãtum læſit l. qui nomine.ff.de falſis: & ſcdo hic poteſt accuſari criminaliter, ut ſupra dixi. & cum agitur criminaliter, eſt differentia inter liberum, & ſeruum: nam liber deportabitur, & eius bona publicabuntur; ſeruus uero punietur ultimo ſupplicio, de quo in l.1.§.fin.ff.eo.ſed ſi executio facta criminalis non poteſt retractari tunc punitur teſtis pœna talionis l.1.§.1.ff.ad l.Cor.de ſicar. & ſecundum prædicta intellige notata in c. in Summa.2.q.3.& c.hæc imago 33.q.5.& in c. ad falſariorum, infra eodem. hæc Pan. ubi ſupra, qui innumera alia notatu digna in dicto c. falſidicus, affert etiam; cuius uerba non adducam hic, cum nõ ſit iſtius quæſtionis examinis locus Autor. proprius hic; quæ poſtea adducam, Deo dante, cum particularis ſermo fiet de hac teſtium materia: ubi adducam & pœnam clericorum falſidicorum, probari poterit præſens concluſio & hac ratione, uidelicet: cum ſæpe ſæpius cõtingat examinari timidos, & idoctos, ignorantes pœnam periuris ac falſis teſtibus merito infligendam; idcirco illam iudicem non ignorare decet, ut huiuſmodi poſtea teſtes doceat, cum multi reperiantur, qui propter illius ignorantiam hoc peccato maculentur: qui tamen, ſi eam ſcirent, huiuſmodi ſcelus nunquam perpetrarent. & ſic, ne pœnis huiuſmodi uoluntarie ac inſulſe ſubiaceant, idcirco optimam eſſe concluſionem patet; immo inniti præcepto diuino de diligendis proximis noſtris, eo quòd huiuſmodi modo ſeruato, illi inſtruantur, ne incidant in aliquas miſerias corporales ac ſpirituales.

In-

Interrogationes, quæ ſunt facienda in inquiſitione generali, ſeu uiſitatione, de quibus habitus fuit ſermo in præcedenti capitulo, cum uiſitatur aliqua diœceſis, in capite, & membris, cum annotatione iurium in quibus huiuſmodi crimina prohibeantur, ut poſtmodum, ſi opus fuerit, adiuenire poſſit, quid ſit faciendum circa criminoſos huiuſmodi. Ca. VIII.

Blaſphemus qua pœna puniendus. concl. 7.
Clerici incontinentes, & eorum prælati eos nō punientes qua pœna plectendi concl. 2.
Clerici & eorum prælati ſimoniaci quando puniendi concl. 3.
Clerici concubinarij, qua pœna puniendi concl. 5.
Clericus aleator qua pœna puniendus concl. 6.
Clerici conſpiratores, uel coniuratores qualiter puniendi. concl 9
Clericus alienans bona eccleſiaſtica qua pœna plectendus concl. 10.
Clerici negligentes in adminiſtratione ſuorū munerum ſunt corrigendi. concl. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.

PROHEMIVM CIRCA præſens capitulum.

CVm in præcedenti capit. ſermo ſit habitus de ordine, quo inquiſitor in generali inquiſitione cōtra caput, & membra alicuius Eccleſiæ uti debeat, merito in præſenti agetur de interrogationibus ipſis faciendis in huiuſmodi inquiſitione generali.

PRIMA CONCLVSIO.

IVdex non prǣſtito iuramento alicui uiſitandorum, uel teſtium, niſi poſt quam aliquod contra aliquem inuenerit īdiciū, expleta monitione adducta in prǣced. cap. 1. interrogabit aliquē ex populo hoc modo, videlicet: quæro a te, an ſcis, uel credis, uel fama eſt, epiſcopum, uel clericum aliquem ciuitatis iſtius, uel diœceſis feciſſe cōceſsionem ſuper quacumque re ſpirituali ꝓ pecunia, uel pro alia re temporali data, uel promiſſa, uel retenta, ex pacto ſeu ex conuentione: quoniam omnia hæc ſunt a iure prohibita; & idcirco puniendi auctores criminum huiuſmodi erunt a iudicibus pro huiuſmodi ſceleribus: cum ſint illa prohibita. hæc concluſio probatur per tex. in c. quam pio 1. q. 2. in §. reſtat ergo, ubi infraſcripta habentur, videlicet: reſtat ergo, ut qui ꝓ aliqua Eccleſiæ ſumptione munus accipit, donum Dei, quod a patre luminum deſcendere debuit, uendat, munus autem largiens importunus emat. quid autem de diuini doni uenditoribus, & emptoribus conſequatur, concludi neceſſe non eſt. Cauete ergo fratres, quàm ſit ambiguum, quod petiſtis cōſilium: quod quidem ſecundum noſtræ uoluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. uerumtamen, ſi ueſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem repetiſtis, dum tamen omnis abſit pactio, ceſſet conuentio; nullaque ueſtræ Eccleſiæ fiat diſtractio: accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuote præſtet obſequium. & poſtmodum uos, quaſi ſubſidij gratia, aliqua ſuæ Eccleſiæ munera largiri fratrem ſolatio, Romana permittit Eccleſia. hæc omnia in dicto §. illius canonis, qui eſt Bonifacij ſcribentis omnibus Carolitanæ Eccleſ. cœnobijs. idē probatur per ſequens capitulum, videlicet: nullus abbas, qui eſt Vrbani Papæ dicentis. Nullus abbas pretium, vel

cap quā pio. 1. q. 2.

uel ſumere, uel exigere ab eis, qui ad conuerſationem ueniunt, aliqua pacti obſeruatione, uel occaſione, præſumat, regulam antiquam ſequens, nulli unquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum eſſe, conſtituo: neque ex datione cartarum, &c. hæc omnia ibi. probatur quoque per textum in capitulo, cum in Eccleſiæ corpore, extra de ſimonia: ubi infraſcripta ſtatuta fuiſſe referuntur in Concilio Lateranenſi, uidelicet; horribile nimis eſt, quòd in quibuſdam Eccleſijs locorum uenalitas perhibetur habere ita, ut pro epiſcopis, uel abbatibus ſeu quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in ſedem, ſiue introducendis presbyteris in Eccleſiam, nec non & pro ſepulturis & exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu alijs ſacramentis aliquid requiratur. putant autem plures ex hoc licere; quia legem mortis de longa inualuiſſe conſuetudine arbitrantur, non attendentes, quòd tanto grauiora ſunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerint alligatam. ne igitur hæc de cetero fiant; uel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem, uel ſacerdotibus inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu benedicendis nubentibus, ſeu alijs ſacramentis aliquid exigatur, diſtrictius prohibemus. ſi quis autem contra hæc uenire præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe nouerit habiturum. hæc fere omnia breuiter prohibentur fieri in capitulo non ſatis, extra de ſimonia, per Alexand. III. in concilio Turonenſi. hæc dictus canon.

SECVNDA CONCLVSIO atque interrogatio.

INterrogandus eſt teſtis ac uiſitatus, an ſciat, uel credat, uel fama ſit, quòd aliquis dederit aliquid epiſcopo pro eo, quòd eſt incontinens; uel pro eo quòd habet, uel habuit concubinam, & ſubſtituerit eum pro aliquo commodo temporali; cum omnia hæc ſint illi a iure prohibita, prout patet in textu capitulo, ut clericòrum, extra de uita & honeſtate clericorum: & eſt Concilij generalis decretum, ubi infraſcripta habentur, uidelicet: ut clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caſte uiuere ſtudeant uniuerſi; præſertim in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni libidinis uitio præcauentes, maxime illius, propter quod uenit ira Dei in filios diffidentiæ: quatenus in conſpectu Dei puro corde ac mundo corpore ualeant miniſtrare. ne uero facilitas ueniæ incentiuum tribuat delinquendi, ſtatuimus, ut qui comprehenſi fuerint incontinentiæ uitio laborare, prout magis, aut minus peccauerint, puniantur ſecundum canonicas ſanctiones; quas efficacius & diſtrictius præcipimus obſeruari, ut quos diuinus timor a malo non reuocat, temporalis pœna cohibeat a peccato. ſi quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus præſumpſerit celebrare diuina, non ſolum eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur; uerumetiam pro duplici culpa perpetuo deponatur. prælati uerò, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maxime obtentu pecunia, uel alterius commodi temporalis, pari ſubiaceant ultioni. qui autem ſecundum religionis ſuæ morem non abdicarunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio uti poſsint. hæc in dicto canone. eadem concluſio probatur per textum in capitulo nemo, extra de ſimonia: ubi infraſcripta referuntur ex concilio Lateranenſi, uidelicet

Cler. incont. & corũ p̃lati illos non punientes qua pœna plectendi.

c. Vt clericorum ex. de uita & honeſt. cle.

c. Nemo ex. de ſimonia.

licet

licet, nemo præsbiterorum exemnium uel emolumentum quodlibet temporale, immo ſpirituale detrimentum a quocumque publice peccante accipiat, ut epiſcopo, uel miniſtris eius illud celet; ſed hæc pro reſpectu cuiuſque perſonæ, conſanguinitatis, aut familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc epiſcopo innoteſcere detractet; nec quemquam pœnitentem, uel minus digne pęnitentem gratia, uel fauore ad reconciliationem adducat, & teſtimonium reconciliationis ferat eiſdem; uel quocumque liuore digne pœnitentem a reconciliatione remoueat; quia ſimoniacum eſt utrumque. hæc in dicto canone.

TERTIA CONCLVSIO
ſeu interrogatio.

Clerici, & eorũ plati ſimoniaci quomodo puniantur.

INterrogandi ſunt prædicti, an ſciant uel credant, uel fama ſit, quòd epiſcopus aliquid receperit, & habuerit per ſe, uel per alium, tacite, uel expreſſe; vel clericus aliquid dederit, uel promiſſerit per ſe, uel per interpoſitam perſonam pro beneficio eccleſiaſtico obtinendo, uel ut eligeretur, uel precibus illud contulerit, uel ordinationes fecerit, uel aliquis ex clericis ſuſceperit huiuſmodi. hæc omnia prohibita ſunt de iure canonico, ut patet per textum in capitulo, Tuam de ætate & qualitate ordinis: ubi ſummus Pontifex præcepit, conferri quandam abbatiam monacho cuidam, ſi melior cæteris reperiatur, non habita ratione precum pro ipſo poſtulantium: & in capitulo de ordinationibus & capitulo ſequen. prima quæſtione prima, qui canones ſunt Gregorij Papæ ſcribentis Ioanni Cotinthiorum epiſcopo; & in capitulo ſane, decimaquinta, quæſtione tertia: & in capitulo inquiſitionis, extra de accuſationibus; & extrauagan. Marti. quinti, quæ incip. ſacro: vbi excommunicantur excommunicatione Papæ reſeruata, & priuantur beneficijs, & incurrunt ſuſpenſionem diſpenſandam a Papa ſuper ordinibus ſuſceptis. & quoniam in dictis iuribus multa habentur, & fere in omnibus pena aliqua eſt ſtatuta contra ſimoniacos; idcirco illam hic non referam, ne irrationabiliter tædio afficiam lectorem.

QVARTA CONCLVSIO
ſeu interrogatio facienda ſit hæc.

INterrogari debent inquiſiti ac teſtes, an ſciant, uel credant, uel fama ſit, quòd epiſcopus monuerit clericos ſuos ſuper vita, & honeſtate, & diligentia in diuinis officijs, & alijs; & quòd delinquentes punierit. hæc concluſio probatur per id, quod habetur in dicto capitulo, ut clericorum, reſponſione prima, ſeu. §. primo, in præcedenti concluſione relato; & in §. ſane, & capitulo Romana de cenſibus in ſexto, ubi præcipitur uiſitatoribus ſeu inquiſitoribus huiuſmodi omnia obſeruari infraſcripta forma, infraſcriptis utens uerbis uidelicet: ſane huiuſmodi impenſurus officium, propoſito uerbo Dei, quærat de uita & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſijs, & locis alijs diuino cultui dedicatis, ac ceteris, quæ ad officium ipſum ſpectant. hæc ibi.

QVINTA CONCLVSIO
ſeu interrogatio.

DEbent quoque prædicti interrogari, an ſciant, uel credant, uel fama ſit aliquem clericum cu-

Concubinarij clerici qua pœna plectendi.

cuiuſcumque ſtatus, uel dignitatis, uel ordinis, concubinam habere, uel ei cohabitare, uel eam ſuis expenſis in domo, uel extra tenere; uel ad aliquam aliam accedere mulierem, uel ad ſe uenire facere; uel cum aliqua muliere ſuſpecta conſortium habere, uel colloquium. hæc omnia ſunt ipſis clericis prohibita: & idcirco pro his ſunt puniendi. hæc cōcluſio probatur per tex. in c. 1. 2. & 3. & ſeq. extra de cohab. cler. & mulier. & per Authen. epiſcopus. C. de epiſcopis & cler. & licet hęc concluſio per ſe pateat: tamen, more ſolito, contenta in dictis iuribus adducenda fore, operępretiū duxi, ut omnis ambiguitatis fomes e medio tollatur a corde lectoris. quapropter ſciendum, quòd ī dicto primo capitulo de cohab. cler. & mul. hæc habentur ex cōcil. Maguntinenſi, videlicet: inhibendum eſt, ut nullus ſacerdos non modo fœminas, de qbus ſuſpitio poteſt eſſe, retineat; ſed neque illas, quas canones concedunt, matrem, amitam, & ſororem: quia, inſtigante diabolo, & in illis ſcelus perpetratum reperitur, ut etiam in pediſſequis earundem. ſed ſi quam de his neceſsitatem habuerint presbyteri, habeant in uico aut in uilla domum longe a ſua conuerſatione; & ibi eis, quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrent. hæc in dicto c. 1. ſed in c. 2. ex decreto Eugenij Papæ infraſcripta ſtatuuntur, videlicet: ſi quiſquā ſacerdotum, ideſt, presbyter, Diac. ſubdiaconus, de quacumque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionē inueniatur cōfabulari, & aliquo modo conuerſari cum ea, excommunicationi ſubdatur: fœmina uerò canonice iudicetur. hæc ibi. & in tertio c. qui eſt eiuſdem Eugenij ſcribentis ad archiepiſcopum Salernitanum hæc ſtatuuntur, videlicet: clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, qui publice tenent concubinas, ad eas abiurandas nolumus a tua fraternitatę compelli, ne in earundem fornicationem, inſtinctu diabolicæ fraudis, redeuntes periurij reatum incurrant: uerum ipſos per ſuſpenſionis & interdicti ſententiam debes arctius cogere, ut mulieres ipſas ita a ſe remoueāt, quòd de illis ſiniſtra ſuſpitio non poſſit haberi: & ſi qui eorum ad ipſas redire, uel aliàs accipere forte præſumpſerint, in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis ſententiam proferre, ut alij eorum exemplo perterriti a ſimilibus arceantur. & in c. ſicut, quod eſt in ordine quartum eodem titu. idem Eugenius ſcribens archiepiſcopo & ſuffraganeis, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſicut ad extirpanda, &c. fraternitati ueſtræ mandamus, quatenus clericos ueſtræ iuriſdictionis, qui in ſubdiaconatu, & ſupra, fornicarias habuerint, ſtudioſe monere curetis, ut a ſe illas remoueāt, illas ulterius minime admiſſuri: ſi uero acquieſcere contempſerint, eos ab eccl. beneficijs uſq; ad ſatisfactionem congruam ſuſpendatis. & ſi eas ſuſpēſi præſumpſerint retinere, ipſos ab eiſdem beneficijs perpetuo remouere curetis. hæc ibi. & idem Eugenius Papa in c. ſi autem clerici, extra eodem, infraſcripta obſeruanda mandauit Ludonenſi epiſcopo, videlicet: ſi autem clerici tuæ iuriſdictionis, ſiue in ſacris, ſiue in inferioribus conſtituti fornicarias detinent, niſi eas ad ſecundam, uel tertiam commonitionem a ſe dimiſerint, eaſdem de cętero contempturi, liceat tibi eos eccleſijs, uel earum portionibus, appellatione poſtpoſita, ſpoliare, officio ipſis nihilominus interdicto. hæc omnia ipſe Eugenius, ubi ſupra. hodie tamen per Sacrum Concilium Tridentinum denuo huiuſmodi concubinas clericis retinere fuit inhibitum in ſeſſ. 25. de reformatione. c. 14. §. ut igitur; ubi infraſcripta fuerunt ſtatuta, uidelicet: ut igitur ad eam, quam decet, continentiam ac vitę integritatem miniſtri Eccleſiæ reuocentur, populuſque hinc eos magis diſcat reuereri, quo

c. 1. 2. 3. & ſe. ex. de cohab. cl. & mu. Authen. epiſ. C. de epis. & cler.

Concil. Trid.

illo s

illos uita honeſtiores eſſe cognouerit, prohibet ſancta ſynodus quibuſcumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſsit haberi ſuſpitio, in domo, uel extra detinere, aut cum eis ullam conſuetudinem habere audeant: alioquin pœnis a ſacris canonibus, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis, puniātur. quòd ſi a Superioribus moniti, ab ijs ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionū ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco, arbitrio epiſcopi, applicetur. ſin uero in delicto eodem cum eadem, uel alia fœmina perſeuerantes ſecundæ monitioni adhuc non paruerint; non tantum fructus omnes ac prouentus ſuorum beneficiorum, & cenſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur; ſed & a beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quo ad ordinarios, etiam uti Sedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ſuſpendamus: & ſi ita ſuſpenſi illas nihilominus non expellant, aut cū ijs etiam cōuerſentur, tunc beneficijs, portionibus ac officijs, & penſionibus quibuſcumque eccleſiaſticis perpetuo priuētur, atq; inhabiles, & indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficijſque in poſterum reddantur: donec poſt manifeſtam uitę emendationem ab eorum ſuperioribus, cum ijs ex cauſa uiſum fuerit diſpenſandū: ſed ſi, poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias hujuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur: nec quænis appellatio, aut exemptio prędictam executionem impediat aut ſuſpendat; ſupradictorumque omnium cognitio, non ad archidiaconos, néc diaconos, aut alios inferiores; ſed ad epiſcopos ipſos ptineat, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſed ſola facti ueritate inſpecta procedere poſsint. clerici uero beneficia eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, iux. delicti, & contumaciæ perſeuerantiam, & qualitatem ab ipſo epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijſue modis, iux. ſacros canones puniantur. epiſcopi quoque (quod abſit) ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerint; & a ſynodo prouinciali admoniti ſe nō emaudauerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi: & ſi perſeuerant etiā ad S. Romanum Pontificem ab eadem ſynodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, ſi opus fuerit, in eos animaduertat. hæc omnia in dicto concilio Tridentino, ubi ſ.

SEXTA INTERROG. ſeu concluſio.

INterrogentur quoque prædicti, an aliquis eorum ſciat, uel credat, uel fama ſit aliquē clericorum eſſe aleatorem, uel alia inhoneſta ac ſecularia exercere cōmercia, ſeu negotia, & incedant cum habitu & tonſura: quoniā hunc ludum illis prohibitum eſſe patet; & probabitur hic quamfacillime per nonnulla iura. & primo per tex. in c. clerici, extra de uita & honeſtate clericorum: ubi Inn. tertius in Concilio generali hæc ſtatuit, videlicet, clerici officia, uel commercia ſecularia nō exerceāt, maxime inhoneſta; mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant; & tabernas prorſus euitent, niſi forte cauſa neceſsitatis in itinere conſtituti; ad aleas, & taxillos non ludant, nec hmōdi ludis interſint; coronam & tonſuram habeant congruentem; & ſe in officijs eccleſiaſticis, & alijs bonis ſtudijs exerceant diligenter. hæc omnia ex dicto canone. hæc quoque concluſio apertiſsime probatur per tex. in c. 1. ex̄ ne clerici, uel monachi imm. ſe neg. ſecul. ubi infraſcripta habentur ex concilio Maguntino, videlicet: multa ſunt negotia ſecularia, de quibus pauca perſtringamus, ad quæ pertinet om

Aleator cle qua pęna puniendus

c. clerici ex. de uita & honeſt. cle.

c. 1 ex. ne cler. uel mo.

nis carnalis concupiſcentia: quicquid plus iuſto appetit homo, turpe lucrum eſt; munera iniuſte accipere, uel etiam dare pro aliquo ſeculari quæſtu; aliquem conducere contentiones, uel lites, uel rixas amare; in placitis ſecularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum aut uiduarum; conductores ſecularium rerum, aut procuratores eſſe; turpis uerbi, uel facti eſſe; ioculatorem, uel iocum ſecularem diligere; aleas amare; ornamentum inconueniens propoſito ſuo quærere; in delicijs uiuere; uelle gulam, & ebrietatem ſequi; pondera iniuſta, uel menſuras habere; negotiū iniuſtum exercere (nec tamen iuſtum negotium eſt contradicendum propter neceſſitates diuerſas, quia legimus Sanctos Apoſtolos negotiatos fuiſſe; & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri, per quorum manus monaſterij negocia procurentur) canes, & aues ſequi ad uenandum; & omnibus quibuslibet cauſis ſuperfluis intereſſe: ecce talia & his ſimilia miniſtris Altaris Domini, nec non & Monachis omnino cōtradicimus. de quibus ait Apoſtolus; nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. hæc ex dicto canone. & in concilio Lateranenſi infraſcripta fuerunt ſtatuta, quæ relata fuere in capitulo, ſecundum inſtituta, extra ne cler. vel Mon. videlicet: ſecūdum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi, uel clerici cauſa lucri negotientur; & ne monachi a clericis, uel laicis ſuo nomine firmas habeant, neque laici Eccleſias ad firmas teneāt. hæc ex dicto canone. & nota, quòd Pan. ibidem declarat hunc terminum, ad firmas, dicens, ideſt, conductas, videlicet ipſas Eccleſias.

Lucrum turpe in quo conſtat.

ſecun̄ m in- ſta. ne cle , uel Mon.

SEPTIMA CONCLVSIO ſeu interrogatio.

Nterrogandi ſunt prædicti, an in diœceſi ſint blaſphemi aliqui: quoniam blaſphemare de iure diuino, & poſitiuo eſt prohibitum. hæc concluſio probatur per tex. & in capitulo ſecundo, extra de maledic. vbi Gregorius ix. infraſcripta ſtatuit, videlicet; ſtatuimus, ut ſi quis contra Deum, uel aliquem ſanctorum, & maxime Beatam Virginem linguam in blaſphemiam, publice relaxare præſumpſerit, per epiſcopum ſuum pœnę ſubdatur inferius annotatæ, uidelicet; ut ſeptem diebus Dominicis, ꝑ foribus Eccleſiæ, in manifeſto, dum aguntur miſſarum ſolemnia, blaſphemus exiſtens, ultimo illorum die dominico pallium & calceamenta non abeat, ligatus, corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus ſextis ferijs in pane & aqua ieiunet, Eccleſiam nullatenus ingreſſurus; quolibet quoque prædictorum dierū tres, ſi poterit; alioquin duos reficiat pauperes, ſiue unum: & ſi nec ad hoc eius ſuppetant facultates, id in pęnam aliam cōmutetur: cum etiam ei, ſi renuerit recipere aut peragere pęnitentiam ſupra dictam, Eccleſiæ interdicatur ingreſſus, & in obitu Eccleſiaſtica careat ſepultura: per temporalem pręterea poteſtatē coactione, ſi opus fuerit, epiſcopi diœceſani adhibita contra eum, blaſphemus, ſi diues fuerit quadraginta ſolidorum, alioquin triginta ſeu uiginti; & ſi ad id nō ſufficiat, quinque ſolidorum uſualis monetæ pœna multetur, nullam in hoc miſericordiā habiturus: qđ etiam inter alia communitatū ſtatuta ponatur. hæc omnia in dicto canone, in quo dictæ pœnę ſtatutæ fuerunt.

c. 2. ex. de maledicis.

Blaſphemus qua pęna debeat puniri.

OCTAVA CONCLVSIO ſeu interrogatio.

Nterrogandi ſunt prædicti, an adſint in diœceſi uſurarij eo, quòd & ipſi ſint puniendi, cum uſuras exercere ſit prohibitum a iure naturali diuino, humanoque Pontificio, de quo eſt totus titu. de uſuris, & ibi q̄plurimi canones

nones. hic nota, quòd infra in concluſione 5.& 6.cap. 5. fol. & in medium produxi, quid ſentiant doctores de notabili hac quæſtione, videlicet: quando iudex poteſt inquirere contra ſpecialem perſonam laicam, ac illum punire pro uſuræ crimine.

NONA CONCLVSIO
ſeu interrogatio.

INterrogent inquiſitores, ſi in diœceſi ſit aliquis coniurator ſeu conſpirator: quoniam hoc exercere eſt nefas; & probatur per tex. in c.coniurationum 11.quæſt.1.ex decreto Concilij Calcedonenſis, ubi hæc habentur, videlicet: coniurationum, & conſpirationum crimen, quod apud Græcos dicitur p hratrea, publicis etiã legibus eertum eſt inhiberi pœnitus: hoc multo magis in ſancta Dei Eccleſia ne fiat, conuenit abdicari: ſiqui uero clerici aut monachi inuenti fuerint coniuratores, aut conſpiratores, aut phratreas, uel factiones componentes ſuis epiſcopis aut alijs, omnino cadant de proprio gradu. hæc ibi. & in c.ſequẽti hæc ſtatuta fuere, videlicet; cõſpirationum crimina ueſtris in partibus uigere audiuimus, & plebes contra epiſcopum ſuum conſpirare nobis mandatum eſt; cuius criminis aſtutia non ſolum inter Chriſtianos abhominabilis, ſed etiam inter Ethicos; & ab exteris legibus prohibita. & idcirco huius criminis reos non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam ſeculi damnant legis, & non ſolum conſpirantes, ſed etiam conſentientes eis. anteceſſores uero noſtri cũ plurima turba epiſcoporũ; quicumque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtant cletici; honore quo utuntur, carere præceperunt; cæteros uero communione priuari, & ab Eccleſia extorres fieri iuſſerunt, omneſque ſimul utriuſque ordinis uiros infames eſſe cenſuerunt; & non ſolum facientes, ſed eis conſentientes. hæc in dicto canone. inſuper notandum, quòd idem fuit ſtatutum in tribus ſequentibus capitulis, ibidem & in cap. cum I & A. extra de ſent. & re iudi.

c. Côiurationũ. 11.q.1.

Conſpiratores ſeu coniuratores qualiter puniendi ſint.

DECIMA CONCLVSIO
ſeu interrogatio.

INterrogãdi ſunt prędicti, an aliquis alienauerit rem Eccleſiæ alicuius: quoniam nonnullis iuribus eſt hoc ꝓhibitum. & primo per tex. in capitulo monemus 11. quæſtione ſecunda; ubi Leo iiij. hæc ſtatuit, videlicet; monemus, & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus epiſcoporum, uel ſacerdotum rem tituli ſui uſurpare præſumat, ſed neque ſalarium, a Chriſtianis ſanctis locis oblatum, cauſa amicitiæ, uel timoris, aut muneris pertentet auferre, ne Eccleſia Dei ad nihilum redigatur: quod qui facere præſumpſerit epiſcopus, uel ſacerdos canonicam ſine dubio ſubeat ultionem; & quod Eccleſiæ iniuſte ablatum eſt, reddere compellatur, ita ut deinceps nullas uires pro his ad litigandum, uel poſſidendum habere poſſit. hæc in dicto canone; poſt quẽ eidẽ probant quinq; canones ſequentes, quos non adduco, tum breuitate delectatus, tum etiam, cum hoc eſſe prohibitum, neminem mentis cõpetem fugiat. & nonnulli alijs canones adduci poſſent, qui ſub ſuo titulo, extra de rebus Eccleſiæ alien. uel non alienãdi ſunt cõtenti; & nouiſsime per extrauag. Pauli 2. de rebus Eccleſiæ non alienandis.

c. Monemus 12. q.2. Alienãs bona ec. qua pœna plec.

VNDECIMA CONCLVSIO
ſeu interrogatio.

INterrogẽtur prædicti, an ſit aliquis, qui rem eccleſiaſticam alicui obligauerit, & quomodo: qm̃ & hoc prohibitum eſſe, patet per tex. in ca.1. extra de pignoribus: ubi referuntur ex Concil. Remẽſi iſraſcripta, vcʒ: nullus ꝑsbiter præſumat Calicẽ, uel patenam, uel ueſtimẽtum ſacerdotale, aut librũ eccleſiaſticum tabernario, uel negotiatori, aut cuilibet laico, aut fœminæ in ua-

c. 1. ex. de pign.

dium dare, niſi iuſtiſsima neceſsitate urgéte. hæc ex dicto canone. Idem habetur in c. ex præſentium. eodem titu.

DVODECIMA CONCL. ſeu interrogatio.

INterrogãdi ſunt prædicti an ſciant, aut credant, vel fama ſit, aliquem ex clero malum eſſe adminiſtratorem reꝶ eccleſiaſticarum, uel res ipſas eccleſiaſticas dilapidantem, & conſumantem, uel male diſpenſantem: quoniam huiuſmodi omnia ſunt a iure prohibita; & merito. tex. eſt enim in c. de Siracuſanæ, ubi ſupra, 28. diſt. ubi Pelagius Papa ab eo, qui erat ordinandus epiſcopus, exegit iuramentum de non dilapidando bona eccleſiaſtica, uel ipſa relinquendo ſuis filijs: & in c. licet Heli extra de ſimonia, punitur huiuſmodi crimen: & in c. fi. extra de accuſ. Gregorius viiij. infraſcripta ſtatuit, videlicet: ſane dilecti. C. & quattuor canonici alij Frigeſen. Eps bona ſuæ epiſcopatus, quem, ut dicunt, fuit minime canonice aſſecutus, adeo grauiter dilapidat & conſumit, quòd, niſi celeriter adhibeatur remedium, epiſcopatus idem per eum ad irreparabile diſſolutionis opprobrium deducetur: nec ſolummodo rerum, uerumetiam famæ ſuæ prodigus & ſalutis, uitam ducit enormiter diſſolutam: & infra; diſcretioni ueſtræ mandamus, quatenus perſonaliter accedentes ad locum, inquiratis ſollicite ueritatem, & eam fideliter conſcribentes ſub ſigillis ueſtris nobis traſmittatis incluſam, eidem epiſcopo terminum aſsignantes, quo noſtro conſpectui ſe præſentet pro meritis recepturus, poteſtate uendendi, dandi, infeudandi, ſeu quomodolibet alienãdi bona ipſius Eccleſiæ interim eidem penitus interdicta. hæc in dicto canone. at in c. uenerabili, extra de officio deleg. fere eadẽ continẽtur, arguendo a ſimili, eo ꝙ ibi Honorius tertius loquitur de Cephicalenſi epiſcopo fere eadem prædicta.

c. De ſiracuſanæ urbis 28. diſt.

ca. licet. Heli. ex. de ſimo.

c. fin. ex. de accu

TERTIADECIMA CONCL. ſeu interrogatio.

INterrogandi ſunt prędicti, an ſciant, uel credant, ſeu fama ſit, quòd ſacriſta, theſaurarius, vel cuſtos uaſa, uel ueſtimenta, & alias res, uel ornamenta Eccleſiæ, puta libros, uel alia diuino cultui dedicata bene ſaluauerit: & ſi aliqua de mobilibus diminuta ſint; & per quem, & quare, & quando; & qualiter. hæc omnia faciẽda eſſe, & non negligenda infraſcriptis iuribus probabuntur. & primo in c. unico, de officio ſacriſtæ ex concil. Toletano, hæc habentur, videlicet: ut ſciat ſe ſacriſta ſubiectum archidiacono, & ad eius curam pertinere cuſtodiam ſacrorum uaſorum, ueſtimentorum eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri eccleſiaſtici; nec non quæ ad luminaria pertinent ſiue in cera. hæc in dicto canone. & hæc quo ad ſacriſtam. de cuſtode autem, & de eius munere habetur in titu. extra de officio cuſtodis: nam omnia ad ſuum officium pertinentia enarrantur. & denique in c. perlectis, diſt. 25. recenſentur ex concilio Martini Papæ officia epi, & uniuſcuiuſque clericorum inferiorum: quæ hic non inſeram, ne tedio afficiam lectorem, cum fere omnibus id palam ſit hodie.

c unicũ ex. d of. ſacriſta.

QVARTADECIMA CONCL. ſeu interrogatio.

INterrogentur prædicti, an ſciant, uel credant, uel fama ſit, quòd officia diuina, horis competentibus & ſolenniter celebrentur; & an in ſingulis Eccleſijs mos Eccleſiæ Diœceſanæ, aut Metropolitanæ in diuinis ſeruetur: quoniam omnia re uera ſunt ad unguem obſeruanda; prout probabitur infraſcriptis iuribus, & cõtra nõ obſeruãtes illa proculdubio erit animaduertendum. & hæc quoniã neminem fugit eſſe perficienda; idcirco ſolum relatione

iurium

iurium huiuſmodi cõcluſioni præſenti ſatisfaciam. hæc igitur concluſio ꝓbatur primo per tex. in c. primo, & c. delentes extra de celeb. miſſ. & in c. de his: 12. diſtinctio. & nouiſsime per bullam Papæ Pij quinti, cuius tenor refertur a doctore Nauar. in ſuo Manual. in c. 25. dum loquitur de beneficiatis.

c. 1 & c. delentes ex. de celebratio ne miſſarum.

QVINTADECIMA CONCL. ſeu interrogatio.

INterrogandi ſunt prædicti, an interſint clerici exequijs mortuorum, & an teneant Eccleſias, cimiteria, uel Euchariſtiam, uel reliquias & alia hmõdi caute, & munde: quoniam ad illa executioni mandanda tenent̃ clerici; prout inſraſcriptis iuribus probabitur, videlicet: per tex. in c. cum creatura, ex̃ de celeb. miſſ. ubi Honorius tertius inſraſcripta ſtatuit, videlicet; cum creatura non habeat quid pro meritis reſpondeat (ſcilicet creatori) mãdamus; quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quominus & ꝓ anniuerſarijs defunctorũ, & pro fæſto, uel feria ſecundum ipſorum congruentia miſſarum ſolemnia celebretis. hæc ibi: & in c. ſane, extra eodem, idem Honorius ait; ne propter incuriam ſacerdotum diuina indignatio grauius exardeſcat, diſtricte ꝑcipiendo mandamus, quatenus a ſacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari, mundo & ſignato ſemper honorifice collocata, deuote ac fideliter conſeruetur. & paulo inferius ibidem dixit: prelati autem huiuſmodi mandati tranſgreſſores grauiter punire non differãt, ſi & ipſi diuinam & noſtram uolunt effugere ultionem. hæc ibi. eadem probant̃ in c. 1. & 2. extra de cuſtodia Euch.

ca. cum creatura ex. de celeb. miſ.

SEXTADECIMA INTERROG. ſeu concluſio.

INterrogandi ſunt prædicti, qualiter baptizent, uel pœnitentias iniungãt & an ad hæc facienda prompti ſint, uel negligentes, & an aliqui ab hoc ſeculo ſine pęnitentia, uel baptiſmo diſceſſerint; quoniam re uera multi errores in graue damnum parochorum, ſeu parochianorum committi aſſolent in huiuſmodi adminiſtrandis diuinis: idcirco debent circa illorum miniſteria interrogari. quapropter ſciendum, ꝙ licet doctos non fugiat inquiſitores, quæ ſint illa, de quibus quæritur: tamẽ pro maiori facilitate, tantum canones de illis ſermonem habentes adducam hic, breuitati ſtudens. idcirco lector ſcias de huiuſmodi materia uerbum fieri in c. 1. immo per totum titu. extra de baptiſmo, & in c. de cathecuminis, de conſecr. diſt. 4. & c. ſeq.

DECIMASEPTIMA INTERROG. ſeu concluſio.

INterrogari debẽt prædicti, an ſciant uel credant, uel fama ſit, aliquem eſſe in ciuitate, uel diœceſi hæreticum, uel ſuſpectum de hæreſi, uel aliquã conuenticula per tales fieri: ſeu an ſciant domum, uel prædium, uel antrum, uel locum, ubi huiuſmodi homines conueniant; uel an ſciant, uel credant, uel fama ſit aliquem eſſe receptatorem, uel fautorem, uel credentem ipſis, uel diſenſorem, uel laudatorem hæreticorũ, uel uice eorum miniſtrantem eis quoad uictum, uel ueſtimentum, & alia neceſſaria ad uſum eorum. quæ omnia eo diligentius ſunt examinanda, quo huiuſmodi ſceleris corruptela reliquos innocentes fideles putreſieri, q̃ facillime omnibus ꝓſpicuum eſt. quapropter infideles pro huiuſmodi criminibus animaduerti iura infraſcripta decreuerunt: nam in c. excommunicamus, el 1. extra de hæretic. Lucius Papa tertius in concluſioni generali, poſt quam anathematezauit hæreticos ac illos multis pœnis mulctandos, præceperit in §. credentes, eiuſdem canonis, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet;

c. excõ. ex. de hæreticis.

credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubiacere, firmiter ſtatuentes, ut, poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum; ex tunc, ipſo iure, ſit factus infamis; nec ad publica officia ſeu concilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur &c. hæc omnia & multa alia ex dicto canone habentur, quæ cum parum ad rem noſtram ſpectantia uideantur, miſſa faciam. idem fere ſtatuitur in c. ſi aduerſus nos. extra eodem & c. ſequenti in principio. C. de Summa Trin. & fide Cath. l. 2. & 3. & C. de hæreticis l. cuncti, & Lauiani & l. ſequenti.

DECIMAOCTAVA INTERROG. & vltima concluſio.

INterrogãdi ſunt quoque, an ſint aliqui inceſtuoſis, uel aliis prohibitis matrimonijs fœdati: quoniam utique & hoc eſt prohibitum laicis, ſicut & clericis; contra quos omnes quoque fere prædictæ interrogationes ſunt faciendæ. & quòd huiuſmodi matrimonia ſint prohibita, reperies in cap. conſanguineorum, quæſtione quinta, qui canon eſt Calixti Papæ: & per totum titulum extra de cognatione ſpirituali, & de cognatione legali, & de eo, qui cognouit conſang. uxoris ſuæ: & ultimo de conſanguinitate & affin. & multis alijs titulis Decretalium. attamen circa huiuſmodi materiam magna, & notatu digna moderatio, ſeu limitatio fuit facta in Concilio Tridentino ĩ ſeſſ. 24. p reformatione la prima, in quinque capitulis, incipiendo a primo, & poſtmodum gradatim. & dixi de reformatione la prima: quoniam re uera duæ ſunt habentes eundem titulum in dicta ſeſſ. ne uagetur lector incautus, atque ne tædio afficiatur.

Quis modus ſit ſeruandus in inquiſitione generali ſeu uiſit. monaſteriorum. Cap. IX.

VNICA CONCLVSIO.

CVm luce clarius ex ordine adducto interrogandi in inquiſitione generali ſeu uiſitatione diœceſum eluceſcat, quis ordo ſit ſeruandus in viſitatione monachorum; cũ fere poſsit æquiparari, quo ad omnia; idcirco ab huiuſmodi inquiſitoribus ĩterrogandũ fore in dicta inquiſitione de ſpectantibus ad uitam regularem ducendam, aſſero, ultra nonnulla ex adductis in ſuperiori capitulo. at quoniam uarius modus, ſeu norma diuerſa uiuẽdi regulariter reperitur apud eos, ſecundum morem uniuſcuiuſque religionis; cum omnes creati viſitatores ſeu inquiſitores huiuſmodi monaſteriorum, ſcire quamfacillime poſsint modum ſeruandum ex uniuſcuiuſque religionis regula, ac ſuorum patrum conſtitutionibus; de quibus hic uerbum facere non tantum inſulſum fore, uerum etiam & importunum ab omnibus habendũ, me non fugit: idcirco merito omiſſo ſermone huiuſmodi, me transferam ad uerbum faciendum de modo obſeruando in inquiſitione generali ſuper delicto perpetrato, cuius auctor ignoratur: cuius notitiam, Deo dante, nobis non inutilem fore, luce clarius liquet.

Quotuplex ſit ſpecialis inquiſitio, ſeu quot modis illa fieri contingat. Cap. X.

CVm in capitulo ſecundo præſentis opuſculi fuerit adducta diffinitio ſeu diſcriptio inquiſitionis ſpecialis, & habitus ſupra longus ſermo nis periodus de inquiſitione generali

& de

& de requiſitis ad ualiditatem inquiſitionis ſpecialis; merito hic breuiter unica concluſione examinare ac adducere quotuplicitatem ſpecialis inquiſitionis curabo, vt, ipſa itellecta, ſpecialiter de unaquaque earum poſsim uerbum facere, pro ut decet.

CONCLVSIO ERGO unica ſit hęc.

INquiſitio ſpecialis eſt duplex ſeu duplici modo fieri cõtingit: aliquando enim iudex, uel prælatus ex ſuo officio inqrit, fama quaſi deferẽte ſibi aliquod delictum; aliquando alio proſequente ſeu promouẽte illam. hæc concluſio, quia infra probabitur ſatis abunde, idcirco tantummodo probabitur auctoritate Specul. hoc dicentis in 3. par. ſub titulo de inquiſitione. §. uiſo igitur de præparatoria. Specul.

Quæ differentia ſit inter inquiſitionem ſpecialem factam ex officio, et factam ad inſtantiam alterius; ſeu inter proceſſum factum in inquiſitione facta ad inſtantiam partis, & ex officio de iure communi.

Cap. XI.

Inquiſitio ſpecialis facta ex officio differt ab inquiſitione facta ad inſtantiam partis in quinque.

VIſo de quotuplicitate inquiſitionis, gradatim procedendo in hac materia, antequam de unaquaque ſpecie inquiſitionis ſpecialis loquar, in medium proferre operæpretium duxi, per concluſiones ex doctoribus excerptas, differentias inter utrumque proceſſum de iure communi: licet hodie ex conſuetudine introducta in curijs eademmet forma ſeruatur a iudicibus, quando procedunt ad inſtantiam partis, quæ ſeruatur, quando procedunt ex officio.

PRIMA CONCLVSIO.

PRima differentia inter proceſſum inquiſitionis faciendæ ex officio iudicis, & ad inſtantiam partis, eſt, quòd, quando proceditur ex mero officio, tunc iudex recipit ſeu recipere debet iuramentum ab illis, contra quos eſt facienda inquiſitio huiuſmodi; ſed quando proceditur ad inſtantiam partis illam fieri procurantis, tunc non recipit iudex hoc iuramentum, ne inſtruat aduerſarium; ſed ipſe aduerſarius habet probare, quæ denunciauit: & hoc eſt uerum de iure communi. non tamen hodie ſeruatur in practica in utroque foro: quoniam indifferenter praſtatur iuramentum inquiſito, ſi in inquiſitione generali fuiſſent probata aliqua indicia contra ipſum, quibus non præcedentibus non citatur iquiſitus, nec exigitur iuramẽtum de ueritate dicenda ab ipſo, ut infra latius dicetur loco ſuo. hæc concluſio probatur auctoritate Pan. in ca. qualiter & quando el 2. de accuſ. col. 4. in verſi. in ea glo. ibi quòd iudex; & Speculatoris in lib. 3. titu. de inquiſitione. §. uiſo agitur: cuius uotum infra explicite adducetur: licet addat hæc uerba, uidelicet; quando ex officio proceditur, poterit iudex dari inquiſito iuramentum, ſi expedire uidebitur. & idem tenet Hoſt. in Summa in titu. de inquiſitione §. æqualiter procedatur. Pan. Specul. Hoſt.

SECVNDA CONCLVSIO.

SEcunda differentia eſt, quòd quando procedit ex officio, non tenetur iudex recipere probationem ſuper famam: ſatis eſt enim, quòd conſtat ſibi

turſuum iudicium. concl. 4. & quinta. Iudex licet de iure communi prædicta omnia teneatur ſeruare: tamen hodie ad illa ſeruanda non obligatur, ſtante conſuetudine & uſu curiarum in contrarium; ſed porrecta querela ſibi, ipſe ſumit informationes: & ſi ex ipſis ſurrexerint aliqua indicia, citatur reus; & non aliàs. concl. ultima.

IN medium productis in præcedenti capitulo, quæ uidebantur examinanda fore, quo ad differẽtiam modi procedendi in foro fori per uiam inquiſitionis ſpecialis, motæ ad inſtantiam partis, & per uiam inquiſitionis ſpecialis, motę ex officio: iure ergo optimo nobis in præſenti capitulo examinandum erit de ordine ſeruando in inquiſitione ipſa ſpeciali, facta ad inſtantiã partis contra membra, & caput Eccleſiæ alicuius infamatæ de aliquo crimine. cui quæſtioni nonnullis concluſionibus infraſcriptis ſatisfiet, Deo opitulante.

PRIMA CONCLVSIO.

PRælatus, uel quilibet iudex eccl. deſcendens ad inquiſitionem ſpecialẽ faciendam ad inſtantiam partis ſuper ſtatu Eccleſiæ tam in capite, quàm in membris, uel in capite tantum, citare debet tam eum, qui proſequitur inquiſitionem, quàm illos, contra quos inquiritur, puta abbatem, uel epiſcopum, ſiue monaſterium, ſiue Eccleſiam ipſam, de cuius ſtatu quæritur, & clericos & monachos ipſius monaſterij, uel Eccleſiæ infamatæ de aliquo crimine. hæc concluſio ueriſsima de iure communi, licet non ſit in uſu, ut dicetur in ſecunda concl. & ultima: tamen hic probabitur duplici medio, & primo per arg. in c. qualiter & quando el. 2. eẍ de accuſ. ubi, poſtquam præmiſſa fuit parabula a Domino dicta de uillico, in §. debet igitur, infraſcripta habentur, uidelicet; debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumatiam abſentauerit: & exponenda ſunt ei illa capitula, &c. ex quo §. elicitur apertiſſime a iudice eſſe citandum inquiſitũ, ſeu eum, de quo inquiritur. & ſecundo probatur auctoritate Specul. in tertia par. ſub titu. de inquiſitione. §. uiſo igitur. col. 2. in uerſ. ſi igitur aliquo ꝓſequente. nihilominus hæc concluſio Inno. auctoritatibus fuit probata in cap. 12. concluſione 19. præſentis libelli tertij, titu. de inquiſitionibus.

(margin: c. qualiter & quando el 2. ex. de accu.) (margin: Specul.)

SECVNDA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſticus, his prædictis peractis, coram ſe aſtantibus partibus permittat, eum, qui inquiſitionem procurauit, proponere, quæ ſibi prius intimauerat, uidelicet: qualiter monaſterium, uel Eccleſia talis eſt infamata ſuper talibus criminibus, illaque exprimendo, apud bonos & graues. & hæc infamia ad ſuperiorem frequentibus peruenit clamoribus. quare ipſis inquiſitoribus, uel ipſi inquiſitori, ſi fuerit unus huiuſmodi iudex delegatus, uel inquiſitor, eos, qbus inquiſitio eſt commiſſa, inde ſupplicet, quòd in ipſa inquiſitione procedant uia regia, ſolum Deum habẽtes pręoculis, & ſine perſonarum exceptione iuxta traditam ipſis commiſsionis formam: uel ſi fuerit iudex ordinarius ipſe inquiſitor, procedat iuxta formam iuris. & hæc ſunt ueriſsima de iure communi; licet hodie non ſeruetur in practica: ſed ſolum modus procedendi per me traditus ſupra in c. 6. concl. 4. & 6. & in concl. ult. præſentis capituli. hæc concluſio probatur duplici medio. primo per argum. in ca. qualiter & quando el primo. extra de accuſ. probatur & ſecundo auctoritate fere omnium doctorum in dictis iuribus, & Specul ubi ſupra.

TER-

TERTIA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſticus, ſi non fuerit ordinarius, legat literam commiſsionis ſibi directæ, & iux. ipſius formam inquirat; ſed ſi fuerit ordinarius, tunc coram ipſo uerbo proponat ipſe inquiſitionem, promouens crimina coram ipſo iudice, uel det libellum, in quo præmiſſa proponat. de hac eadem concluſione dic, ut dixi in præcedenti. hæc concluſio probatur duplici medio. primo per arg. in c. cum iure extra de officio delegati; ubi habetur, quòd nemo cogatur exequi formam alicuius mandati de aliquem excommunicando; niſi ſibi conſtet, hoc ſibi fuiſſet mãdatum a Sede Apoſtolica; quaſi diceret Summus Pontifex, eſſe quàmdiligentiſsime inſpiciendum tenorem cõmiſsionis: & certior factus de ueritate rei, id tantum exequi debebit, quod in commiſsionis forma dicitur. probatur quoq; auctoritate Specul. ubi ſ.

c. cũ iure ex de off. dele.

QVARTA CONCLVSIO.

HIs peractis, is, cõtra quem inquiritur, poterit e contra excipere ꝑ ſe, & ſi quas legitimas exceptiones habet, illas in medium proferre ad repulſam inquiſitionis; & exceptiones adductas ſe ſtatim probaturum offerat. quo caſu inquiſitor ſuperſedebit, & non procedet ad inquirendum contra ipſum, niſi termino a ſe honeſto conceſſo elapſo: quoniam ſi productas iuſtas, & rationabiles exceptiones legitime probauerit, indicetur ipſi canonica purgatio, & ad inquiſitionẽ ſpecialem non procedet amplius. de hac concluſione dic, ut dixi in ſecunda præſentis capituli. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per arg. in c. qualiter & quando el ſecundo extra de accuſ. in §. debet igitur; ubi hæc ſtatuta habentur, videlicet: debet igitur eſſe præſens is, contra quem eſt facienda inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit, exponendaque ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſe ipſum; & non ſolũ dicta, ſed ẽt nomina ipſa teſtium ſunt ei, ut quid & a quo ſit dictum, appareat, publicanda: nec non exceptiones & replicationes legitimę admittẽdæ, ne ꝑ ſuppreſſionẽ nominum infamandi, per exceptionum uerò excluſionem, deponẽdi falſum audacia ꝓbeatur. hæc oĩa in illo §. Sed quo ad purgationem indicẽdam pſens concluſio probatur per tex. in c. cum oporteat, in §. diſcretioni ueſtræ. ex̃. de accuſ. ubi infraſcriptis utitur uerbis Inn. iij. rñdens ad interrogata, videlicet: diſcretioni ueſtræ mandamus, niſi ſuper ꝑdictis famam ipſius læſam eſſe noueritis, ꝙ ad inquiſitionem ipſorum non ſubito procedatis: ꝙ ſi ad inquiſitionem fuerit procedendum, prædictos, uel alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec ad proſequendam inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimonium contra ipſum epm̃ admittatis: ſed per uiros idoneos ſuper his, q̃ geſta ſunt, inquiratis diligentius ueritatem: & ſi nihil graue probatum fuerit, uos purgationem canonicam indicatis eidem. hæc in dicto canone. probatur & ſecundo auctoritate doctorũ. Specul. n. ubi ſupra nr̃am amplectitur concluſionem; & Pan. in d. c. cum oporteat col 2. in uer. nota quòd licet ubi dicit; quòd licet per inquiſitionem nihil probatur: tñ infamatus nõ abſoluitur, ſed erit indicenda ei canonica purgatio. probatur & tertio hac rõne; cum nemini ſit deneganda defenſio; & ſi in inquiſitione procedetur, non obſtãtibus productis legitimis exceptionibus, utique ĩquiſitis fuiſſet denegata facultas excipiẽdi, uel probandi ipſas: quod eſſet iniuſtiſsimum, ut patet ad ſenſum, & fuit probatum innumeris auctoritatibus in c. 12. concl. 19. quæ uero exceptiones probatæ impediant inquiſitionem, iam fuerunt adductæ in ca. 12. ac probatæ multis auctoritatibus. tñ hæc cõcl. non ſeruatur in pract. ſed concl. 4. & 6. cap. 6. pñtis libelli. vide ergo ibi.

c. qualiter & qñ el 2. ex. de accu.

ca. cum opor. ex de accu.

Specul. Pan.

Auctor.

QVIN-

QVINTA CONCLVSIO.

Is vel hi, contra quem, vel quos procuratur inquiſitio, de qua fit ſermo in pſenti cap. ſi non potuerint exceptiones aliquas adducere, uel illa probare, impedientes inquiſitionem, de quibus loquemur infra, ut decet; tunc inquiſitor procedet de plano, nulla pmiſſa litis cõteſtatione, uel libelli oblatione iuridica; licet aliqualis conteſtatio litis ſit facienda, quando reus eſſet præſens, per ĩterrogationem & rñſionem partium. ſed nec tunc exponentur aliqua capitula, uel crimina exprimentur; ſed lectis commiſsionis literis, iurabũt plenam, & merã ipſi inquirendi, uel de quibus inquiritur, dicere ueritatẽ ſup his, quę ſciunt & credunt, exceptis occultis, in ſua Eccl. reformãda, tam in capite, q̃ in membris, de quo fuit facta mẽtio in c. 16. p totum. & oportet, ꝙ infamiã oĩno pcedat hmõi inquiſitionem, vcʒ: Eccl. eſſe in malo ſtatu, ẽt ſi ſolus platus ſit ĩfamatus de aliquo delicto. de hac cõcl. dic hodie, ut dixi de pcedẽti. hac concl. pbat̃ de iure cõi duplici medio. primo p tex. in ca. qualiter el. 1. de accuſ. §. for. uerò, ubi traditur pdicta forma iuram. exigẽdi ab inquiſitis. attamen præſens tota concl. probat̃ apertiſsime per tex. in c. cum I. & A. ex. de ſent. & re iud. ubi Inn. iij. loquens de hac ſpeciali inquiſitione facienda circa Eccl. ſtatum, tam ĩ prælato ſeu capite diffamato, q̃ in mẽbris, infraſcriptis utit uerbis, vcʒ. cum I. & A. canonici S. Dioniſij Remen. ex parte canonicorum eiuſdem Eccl. nr̃o apoſtulatui reſerarit, ꝙ abbas eorũ ſuper dilapidatione, periurio, ſimonia, & qbuſdã alijs erat multipliciter infamatus; nos Catalenſi epõ & eis collegis dedimus ĩmandatis, ut ad Eccl. pſonaliter accedẽtes, tã in capite, q̃ in mẽbris corrigerent corrigẽda, & ſtatuerent, q̃ ſtatuenda viderẽt; & infra: iudices aũt abbatis & canonicorũ iuramenta recipiẽtes, abbatẽ ab adminiſtratione ipſius Eccl. p ſnĩam remouerunt, correctione mẽbrorũ dilata, quã tunc nõ poterant expedire. a qua ſnĩa cum pcurator pdictus ad nr̃am audiẽtiã appellauerit, ppoſuit dictã ſnĩam reprobandã, tum qa iudices lite non conteſtata in ipſo negotio pceſſerunt; tum quia iuramẽta contra ipſum cõſpiratorũ recipientes, depoſitionibus corã partibus minime publicatis, nec oſtenſis eiſdem, ad ſnĩam procedere præſumpſerunt: & ĩfra; quia uero de conſpirationis articulo plena nobis fides nõ potuit fieri, mãdamus, quatenus, ſi uobis cõſtiterit, ꝙ illi cõſpiratores fuerint, quorũ cõſtat a iudicibus iuramenta recepta, qđ abbas probare uoluit coram eis, eorum dicta iudices ſecuti tantummodo, cum per alios ea probata non eſſent, ſnĩam protulerunt; uos irritantes proceſſum eorum, in negotio iux. prædictam formã comprehenſam in prioribus literis pcedatis: ſi uero eos cõſpiratores fuiſſe nequiuerit cõprobare; uel licet de hoc conſtare appareat: tñ illos nihil ſuper his depoſuiſſe, p qbus idẽ abbas fuit amotus: uel ẽt ſi aliqua ſuper his depoſuerint; ea tamen per aliorum dicta fuerant ſufficienter oſtenſa, proceſſum ipſorum iudicum confirmetis; quia licet aduerſus abbatem non debuerint conſpiratores admitti: iuramenta tñ ipſorum de ueritate dicenda ſuper ſtatu ipſius domus recipi potuerunt, ut p ipſorum dicta ſuper alijs fides poſsit haberi, quæ abbatem minime contingebant: præſertim cum tunc probatum non eſſet, eos conſpiratores fuiſſe. hæc omnia in dicto canone. ex cuius uerbis patet Summum Põtificem reſpuiſſe exceptiones de lite non conteſtata, cum ad illam non reſpondeat, ſicut fecit ad alias, tacite nobis innoteſcens illam irrationabilem; & quòd in ſimili facto non ſit litis conteſtatio facienda. probatur & præſens concluſio ſecundo auctoritate doctorum. Specul. enim in tertia par. ſub titu. de inquiſitione. §. uiſo igitur. ĩ uer. ſed certe, paulo poſt ipſum uerbum uſque ad ver. ſi autem

c. qualiter & qñ el. 1. ex. de accuſ.

c. cũ I & A. ex. de ſent. & re iu.

Auctor.

Specul.

autē inquiratur ſuper exceſsibus: cuius dicta non referam, cum fere ſe ſubſcribat dictæ concluſioni eiſdem uerbis ipſiuſmet concluſionis. hæc ex illo

Pan. doctore. Pan. quoque in dicto canone. cap. cum I. & A. col. 2. in ver. oppono contra tex. in eo, quòd hic; ubi poſt relationem gloſæ ſic ait: ideo ego intelligo, quòd hic non erat ſpecialis proſecutor inquiſitionis; ſed Papa ad ſolam denūciationem canonicorum cōmiſit inquiſitionem tam in capite, quā in membris, ut patet in litera: & ſic aperte patet, quòd canonici, qui denunciauerunt infamiam abbatis, non proſequebantur iſtam inquiſitionem; cum, vt prædixi, iſta inquiſitio pariter fuerit commiſſa contra eos. hinc eſt, ꝙ ab omnibus de Eccleſia fuit exactum iuramentum de ueritate dicenda, utpatet in uerbo, iudices, in merito non erat hic neceſſaria litis conteſtatio: ideo Papa de illa exceptione non curauit. hæc Pan. ubi ſupra; qui & ibidem in col. 5. ver. 7. hæc ſubinfert prædictis, videlicet: ſeptimo Hoſt. quòd id, quod hic dicitur, procedit, cum ſit generalis inquiſitio: tunc enim non eſt locus ſubtilitatibus iſtis, maxime quo ad illos, qui debent pęnitentiam agere: quo caſu nec forſan locus eſt ſecundum eū illi formę, quę traditur de accuſat. cap. qualiter & quando el 2. §. debet: licet abbas, qui ſpecialiter expreſſus erat, & ab adminiſtratione remouendus de hoc conqueri potuiſſet. & nota bene hanc ſolutionem, quę ſatis mihi placet: nam cum agitur ad pęnitentiā non requiruntur probationes ita de lucide. hęc ille doctor. ex cuius uerbis patet peroptime, illum ſe ſubſcripſiſſe noſtrę concluſioni; licet, ut infra ad-

Auctor. ducemus, contrarium tenuiſſet in c. cū olim. & ca. cum clamor extra de teſtibus, ubi probauit litem conteſtandam fore, quando adeſt proſecutor inquiſitionis, etiam ſuper ſtatu Eccleſię. ſed re uera ibi non aduerſatur ſuis dictis, tum, quia in dicto c. cum olim ſit ſermo de ſtatu Eccleſię ſuper libertate, quam pretendebat Archidiaconus illius Eccleſię contra quendam archiepiſcopū, prętendentem ſibi illam ſubiectam fore; hic autem ſit ſermo de inquiſitione contra caput, & membra Eccleſię, de qbus orta fuerat infamia coram Summo Pontifice; tum etiam, quia ipſe Pan. ſequitur ac fouet ſent. Specul. hic a me relatā, ut latius de uerbo ad uerbum infraſcripta referā in ſubſequenti cap. concl. 1. hęc tamen concluſio nō ſeruatur in practica; ſed concl. 4. & 5. cap. 5. pręſentis opuſculi. uide ergo ibi & ſequenti concl.

SEXTA CONCLVSIO.

NOſtra tempeſtate omnes concluſiones pręſentis capituli receſſerunt ab aula: quoniam ſtatim porrecta querela iudicibus eccleſiaſticis, ipſi inquirunt ſpecialiter cōtra querelatum: & ſi contra ipſum inuenerint indicia; ſtatim citant ad informandum; & comparentem examinant, & poſt modum ipſi defenſiones exibent, cum traditione repertorum ac copię depoſitionis teſtium contra ipſum: & ſic datur facultas excipiendi contra querelantē & teſtes, &c. hęc concluſio practica ipſa curiarum probatur, & auctor itatibus adductis ſ. in ca. 6. per totū fere, & ſignāter in 4. & 5. concl. pñtis. cap.

Quomodo ſit procedēdum in inquiſitione ſpeciali, illam aliquo procurante contra aliquam aliam perſonam, non prælatum alicuius Eccleſiæ, uel pro alia cauſa, quàm pro dilapidatione Eccleſiæ, uel alio delicto, ratione prælaturæ commiſſo, utputa, pro amouendo

ab

ab ipſo aliquo iure, quo intendit indebite frui ſuper aliquã Eccleſiam, vel pro alia cauſa quacumque, hic non expreſſa. Cap. XIII.

Iudex procedens ad inſtantiam partis contra ſpecialem perſonam, ſtatim illa citata, & comparente unà cum procurante inquiſitionem, coram iudice, quid faciat de iure communi. concl. 1. & 2.

Iudex procedens modo prædicto, non exiget iuramentum ab inquiſito citato comparente; ſed coget procurantem inquiſitionem probare expoſita coram ſe de iure communi. concl 3.

Iudex an poſſit deferri iuramentum actori in cauſa criminali contra reum de iure communi; & quid de conſuetudine. concluſ 4.

Iudex indicet purgationem canonicam inquiſito, contra quem aliquid fuit probatum. concl. ultima.

ADductis, quæ ad clariorem notitiam iſtius materiæ ab inquiſitione hucuſque uidebãtur, operæpretium duxi, in præſenti capitulo normam traditam a doctoribus referre, qua iudex quilibet eccleſiaſticus, Diuina ſe protegẽte gratia, fungi meritorie officio ſuo poſsit: quãdocumque requiſitus fuerit inquirere contra aliquem de aliquo delicto, aliquo inquiſitionis officium procurante. & procedam per concluſiones nonnullas, ut hucuſque feci.

PRIMA CONCLVSIO ſit hæc.

QVotieſcunque proſequitur inquiſitionem aliquis contra aliquã ſingularem perſonam, ac de hoc inſtatur apud iudicem, ſtatim iudex citabit tam proſequentem inquiſitionem, quã eum, contra quem erit inquirendum, & partibus ipſis præſentibus, proponet is qui impetrauit inquiſitionem, quęcumque habet cõtra inquirendum, in ſcriptis, porrigatque libellum ipſi iudici inquiſitori, omnia, de quibus vult inquiri proſecutor, cõtinentẽ: & fiet litis cõteſtatio, & ſeruabitur talis ordo iuris, uidelicet: ut iudex admittat exceptiones inquirendi contra procurantẽ inquiſitionem, ſi quas habet ipſe conuictus, ut dixi ac probaui in præcedenti cap. hæc omnia, licet ſint implicite a nobis probata; nihilominus rurſus probabo de iure communi tantum; licet non ſeruetur in practica, duplici medio, ad maiorem utilitatem lectoris. primo per arg. in c. qualiter & quando el ſecundo, extra de accuſat. ubi iſta ſatis aperte probantur. & infra in ſequenti concluſione latius probabitur eadem concluſio. probatur & ſecundo auctoritate Specul. in 3. par ſub titu. de inquiſitione, in §. uiſo igitur, in ver. ſi autem inquiritur, ubi infraſcriptis utitur uerbis inter alia, uidelicet: Goff. uero, & alij dicunt, & bene, quòd ubi aliquis proſequitur inquiſitionem contra ſingularem perſonam, tunc dabitur libellus & fiet litis conteſtatio, & ſeruabitur ordo iuris. argum. in præalleg. c. qualiter el ſecundo, & c. cum dilectus, extra de purgat. canonica: & ideo hic proceditur, ut ſupra dixi. hæc ille. cuius canonis uerba fuerunt in ca. præcedenti adducta; & iccirco hic ea non repetam. hæc concluſio hodie nõ eſt in uſu curiarum; ſed tantum concluſio adducta in cap. ſexto præſentis opuſculi.

c. qualiter & qñ el. ex. d accuſ.

Specul.

SECVNDA CONCLVSIO.

IS, contra quem procuratur inquiſitio ſi eſt prælatus alicuius Eccleſiæ, infamatus de aliquo crimine, ſi nõ poterit exceptiones aliquas adducere impedientes inquiſitionem, uel adductas probare, ut dicit; tunc inquiſitor

faciet

faciet litem conteſtari, & ab utraque parte iurari, permittatque iudex, per partes poſitiones, & articulos fieri, teſtes, & inſtrumenta produci, ſicut & in iudicio fieri conſuerunt: necnon libellum offerri a procuratore inquiſitionis, ſi inquirendus fuerit præſens: ſi uero inquirendus eſſet abſens ante litis conteſtationem; tunc diſtinguendum erit, quòd aut eſt abſens per contumaciam; & ſic poſtquã citatus fuerit, poterũt, ipſo abſente, omnes teſtes recipi, & ſententia finalis poterit dari: ſi uero legitime adeſt, poterunt, ipſo abſente, etiam examinari teſtes; ſed ſolum ſenes & ualetudinarij. hæc concluſio non ſeruatur in practica, ut infra dicetur; licet de iure communi ſit ueriſsima. & probatur duplici medio. primo per tex. in cap. cum olim, extra de teſtibus, & atteſt. ubi Innocentius tertius, ſcribens epiſcopo Dulmẽſi infraſcriptis uſus eſt uerbis, uidelicet: cum olim Archid. monens aduerſus Cant. archiepiſcopum ſuper ſtatu Mẽſis Eccleſiæ propoſuerit quæſtionem; & infra; mãdamus, quatenus, niſi pars aduerſa prædictum archid. per exceptionem legitimam repellere ualeat ab agendo, partibus, ſi poterit fieri, uel procuratoribus etiam ad locum ſicurum & idoneum conuocatis, & lite legitime cõteſtata, teſtes, quos archiepiſcopus in Anglia; & quos archid. duxerit producendos in Vualia recipere procuretis: uerum ſi archiepiſcopus citatus legitime, uel per ſe, uel procuratorem idoneum comparere noluerit, aut litem etiam conteſtari, uos teſtes, maxime ſenes & ualetudinarios, quos archid. duxerit producendos, ſublato appel. obſtaculo, admittatis, & depoſitiones eorum cõſcriptas ad Sedem curetis Aplicam deſtinare, ſtatuẽtes teſtibus terminum perẽptorium, quo per ſe, uel reſponſales idoneos noſtro conſpectui ſe repræſentent, ſententiam recepturi. hæc in dicto canone: ex quo luce clarius patet eſſe,

cap. cum olim, ex. p teſtib.

litem conteſtandam etiam in inquiſitionis proceſſu, ut infra latius probabitur. probatur & ſecundo auctoritate doctorum. Pan. enim in dicto canone, notab. 2. infraſcriptis utitur uerbis, circa noſtram concluſionem, videlicet: ſecundo, quòd lis eſt cõteſtanda, cũm agitur de ſtatu Eccleſiæ (ſub audi, de quo fit ſermo in dicto canone, videlicet, de ſtatu libertatis ipſius contra eũ quẽ dicit ſibi ſubditum) data præſentia utriuſque partis & in col. fin. dicti c. in uer. item poteſt intelligi, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: item poteſt intelligi literas de alijs teſtibus: ſed non ſuper principali, ſed ad effectum perueniẽdi ad miſsionem. iſte intellectus non placet Tancretæ, nec uidetur placere gloſæ, licet multum titubet, tum quia de natura huius diſtinctioni, maxime eſt, ut ponat idem in alio caſu ut in dicto capitulo quoniam, in uer. maxime; ſed ſimpliciter mandabatur, teſtes recipi; nec ad faciendam miſsionem ſolent teſtes recipi; nec eſt ueriſimile, quòd Papa reſeruauerit ſibi ſententiam interlocutoriam item hic ſimpliciter citatur pars ad ſententiam audiendam; ſed app. ſententiæ intelligitur diffinitiua. & ex his colligitur, quòd omnes teſtes hic indifferenter recipiuntur, & ſententia diffinitiua fertur ad contrarium uero dicit (ponendo ſecundum intellectum) quòd hic ponitur caſus ſpecialis fauore libertatis. & hæc lectio notabilis communiter tenetur, quam ponit hic Tancret. placet gloſa Goff. & Hoſt. ut ſentit Inn. hæc Pan. ubi ſupra: q. & in c. finali dicti ca. incip. unde ponit quartam lectionem, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: unde ponit quartam lectionem, qòud hic fuit proceſſum per uiam inquiſitionis, ut ſupra dixi. & ex hac lectione notabis ſemper, quòd cum iudex procedit per uiam inquiſitionis, fit cum eo litis conteſtatio, ſi eſt præſens. ſic intellige capitulũ cum I. & A. de ſententia & re iud. & capitulo

Pan.

tulo, cum dilectus, de purgat. canonica: ſi autem pars eſt contumax, proceditur non obſtante defectu conteſtationis litis, & ad receptionem teſtium, & ad diffinitiuam ſententiam. hæc Panor. ubi ſupra: qui & in capitulo, cum clamor: eodem titu. columna tertia iu uerſi. Hoſt. concordando, ibi infra dixit, uidelicet: Hoſt. concordando ſatis notabiliter diſtinguit. & nota hæc uerba; quia alibi non habentur ita late. quandoque enim iudex procedit ex officio ſuo, ſine aliquo promotore inquiſitionis, quandoque cũ promotore. & hoc dupliciter; quandoque ipſe ex officio ſuo deputauit illum executorem ad eum iuuandum; quandoque fuit iudex Chriſti ille deputatus a ſocijs; quandoque ſolus ipſe, ſua ſpontanea uoluntate, illum promouit, (ut quia forte a Papa) primo caſu, non obſtante publicatione, poteſt etiam teſtes de nouo recipere, ut ſupra dictum eſt, ſecundum Innocentium; & tenet Specul. in titu. de inquiſitione. §. nunc tractemus, in ver. ſed nunquid publicatis: pro hoc textus iſte; & ſecundo quæſtione prima, capitulo in primis; & eadem cauſa, quæſtione quinta, capitulo habet, & capitulo Mennam. & hoc uerum, niſi inquiſitor ſe ſuſpectum reddit, malitioſe differendo negotiũ, tũc recipiendo unum teſtem, & publicando, & nũc alium, &c. hoc enim caſu poterit reus recurrere ad ſuperiorem iudicem, & facere terminum ſibi ſtatui, infra quẽ inquiſitionem cęptam expediat, quo lapſo inquiſitum abſoluat, ſi prius non fuerit expeditus. ad hoc allegat, quod legitur & notatur in ca. oblatæ, de ap. §. pen. de reſtitu. ſpol. c. frequens. §. ſolet lib. ſexto; & quod notatur in cap. delicto de appel. melius facit iudicio meo c. lator. extra, qui filij ſint legitimi. ſecundo caſu, cum adeſt promotor inquiſitionis, deputatus per iudicem. idem dicit Hoſt. quod ſupra in præcedenti membro; quia uere loquendo iſte non eſt uere pars, ſed quaſi pars ſimilitudinarie; quia talis nullum libellum offert, nec his conteſtatur: & in hoc caſu poteſt ſaluari prima opinio: Innocentij intentio ſaluari poteſt in caſu, quando executor datus eſt a ſocijs, uel ipſe ſe obtulit, ita quòd per ſe promouet, & proſequitur inquiſitionem vt uera pars: tunc procedet ſecunda opinio, quam refert Innocentius de qua ſupra. unde, tanquam pars, habebit libellum offerre, litem conteſtari, & alia facere in iudicio expediendo, ut in capitulo, cum dilectis, extra de purga. cano. adde tu, quòd in dicto canone fuit caſſata ſententia lata contra clericum ex defectu litis conteſtationis. & nota lector, quòd Pan. in dicto capitulo cum dilectis, columna ſecunda, in uer. quarto nota, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: quarto nota argumentum optimum ex tex. quod etiam in proceſſu inquiſitionis dẽbet fieri litis conteſtatio: aliàs ſi proceditur, ea omiſſa, etiam contra abſentem, non ualet proceſſus. hoc ſingulariter colligitur ex tex. ſubtiliter intelligendo uerba ſententiæ ſecundum inquiſitionem: hoc dictum tamen intellige, quando fit ad petitionem alterius, principaliter eam promouentis; quia tunc ille habetur loco accuſatoris: ſecus, ſi fieret ex puro & mero iudicis officio: tunc non eſt, cum quo fiat conteſtatio: & hoc modo intellige ca. cum quoniam frequenter. §. & alij, extra, ut lite non conteſt. ubi uidetur probari cõtrarium. & hæc eſt uera & communis concl. maxime Hoſt. hic & in c. cum clamor, ſupra de teſtibus, & ad hoc ſolet quotidie allegari iſta litera; cui vr̃ concordari. c. cum I. & A. de ſent. & re iudic. & idem habetur in c. exhibita, ex̃. de iudi. & ſic põt intelligi cap. ueniens, extra de accuſ. &c. cum dilectis & ſic non põt iſte, publicatis atteſtationib⁹, alios producere teſtes: dicit tñ Hoſt. quòd ſi iudex uidit ex probabi-

Auctor. c. Cũ dilectis. ex. d pur gat. can. Pan.

babilibus coniecturis, quòd nõ expedit Eccleſiæ, talem prælatũ habere, poterit non ad inſtantiam, ex quo atteſtationes ſunt publicatæ; ſed ex puro & mero officio melius ueritatem inquirere: ad hoc c. per tuas. eo. titu. ſed ſecundum eum iuſtius & melius eſt, ꝙ abſoluto ab inſt. primæ inquiſitionis, aliam incipiat de nouo, uel purgationem illi indicat. quæ uerba multum notabis: nam habes, an & quando in proceſſu inquiſitionis debeat libellus offerri, & alius iudiciarius ordo obſeruari; & quando non. hæc omnia Pan. ubi
Felinus. ſupra. cuius ſentẽtiæ ſe ſubſcripſit Felinus in d.cap. cum clamor. col.2. aſſeritque hanc eſſe omnium doctorũ opinionẽ; & in col. ultima in ver. in ea gloſa, in fine firmant, hic dicit, loquens de teſtibus recipiendis ante. litis conteſtationem in abſentia inquirendi citati, omnes doctores ſentire pro ut, ſentit, ac refert Pan. ubi ſupra recipiẽdos fore omnes teſtes, &c. adducitque Bal.
Specul. in l.1. ad fin. C. de teſtibus. Specul. uerò in 3. part. ſub titu. de inquiſitione. §. uiſo igitur de præparatoria in 2. col. in uer. quòd ſi non poſſit, refert opinionem Roff. prædicti ſe ſubſcribẽtis; utiturque his uerbis Specul. ipſe, uidelicet: quòd ſi non poſſit tunc inquiſitor, faciat litem & ab utraque parte iurari, poſitiones, & articulos fieri, teſtes, & inſtrumenta produci, ſicut in iudicijs ordinarijs fieri conſueuit. quòd ſi pars, contra quam inquiritur, ſit ante litis conteſtationem abſens, poterunt recipi teſtes ſenes, & ualetudinarij, & de quorum morte, uel abſentia diuturna ueriſimiliter timetur, quos impetrator inquiſitionis uoluerit producere, ſecũdum doctrinam traditam in c. quoniã frequenter §. primo & ſecundo; & reſpon. prima, extra ut lite non conteſtata. adde quòd ibi multa notabilia de hac materia habentur; licet ſcitu neceſſaria nõ ſint pro probatione noſtræ concluſionis. hæc omnia refert Specul. eſſe Roff. quorum nonnulla ipſe paulo

poſt improbare nititur, utens infraſcriptis uerbis, uidelicet: ſed certe ſalua reuerentia Roff. cum inquiritur generaliter ſuper ſtatu. i. diſpoſitione ſeu ornatu eccleſiæ, tam in capite, quàm in membris, etiam aliquo inquiſitionem proſequente, non eſt neceſſarius libellus, nec litis conteſtatio, ut extra de textibus c. cum olim: immo tũc de plano proceditur, & ſine ſtrepitu, ut extra de accuſ. c. olim: quamuis ibi de inquiſitione regulariorum loquatur. ſed cũ agitur de alieno ſtatu Eccleſiæ, ſcilicet an ſit libera, uel ſerua, tunc plane ſit litis conteſtatio, ut in dicto c. cum olim; & de probat. c. fin. hæc ille ibi. qui denique in dicto. §. uiſo igitur, in uer. Goffred. uero, his uerbis utitur, uidelicet: Goffred. uero & alij dicunt, & bene; quòd ubi aliquis proſequitur inquiſitionem contra ſingularem perſonam, tunc dabitur libellus, & fiet conteſtatio, & ſeruabitur ordo iuris. arg. in c. qualiter & quando, el 2. & notatur extra de purgat. cano. c. cum dilectus: ideo & hic proceditur, ut ſupra, ver. ſi igitur, uſq; ibi, ſed certe. hęc ille cuius ſententiam poſitam in dicto uer. ſed certe hic ego retuli in princ. relationis ſuæmet opinionis. Pan. rurſus loquens de noſtræ concluſionis materia in c. quoniam frequenter. §. ſunt & alij in ver. op. & uidetur, ubi infraſcriptis uerbis memoriæ commẽdandis utitur, uidelicet: & uidetur, quòd in cauſa inquiſitionis lis ſit conteſtanda, ut in c. cum dilecti, de purgat. canonica. & in c. cum I. & A, de ſent. & re iudi. ſaluo, ut dicit gloſa puto metu contrarij intelligendum iſtum tex. cum is, contra quem ſit inquiſitio, eſt abſens per contumatiam, quaſi uelit: quòd ſi eſſet præſens, fieret cõteſtatio. Hoſt. dicit, quòd ſi nemine impetrante, inquiritur de exceſſibus alicuius abſentis per contumatiam, planum eſt, quod hic dicit, ſ. quòd non eſt facienda litis conteſtatio: ſecus, ſi per modum querelæ impetretur inquiſitio: & remittit ad notata

Auctor. Specul.

infra

[illegible] c. cum dilectis de purg. cano. §. [illegible] uero nota & pōdera hæc verba. Hoſt. con[illegible]ſentit, quod cum aliquis eſt principalis in inquiſitione, nō poteſt procedi, etiam contra abſentē, lite non conteſtata; cuius contrarium ſentit Glo. hic. Inn. in c. cum olim, ſimpliciter dicit, quod ſi eſt promotor inquiſitionis, fit litis conteſtatio; ſecus, ſi ex officio uel cum generaliter procedit ſuper criminibus, maxime quando agitur de aliquo iure alicui dando, uel accreſcendo. Specul. late proſequitur in titu. de inquiſitione. §. nunc tractemus. ſed tu dic, quod hodie reperitur [illegible]ius §. ſub his uerbis, videlicet: uiſo igitur de præparatoria: & forſitan hoc euenit pp diuerſitate temporū ac lucubrationum, videlicet; ſi igitur. & recitatis opinionibus concordat diſtinguendo, quod in generali inquiſitione, ſiue adſit proſecutor, ſiue non, fit litis conteſtatio. ſic loquitur c. I. & A. de [illegible]t. & re iudi. In ſpeciali vero, ſi nō eſt proſecutor inquiſitionis, nulla fit litis conteſtatio, ut hic. ſt tantum quædam contteſtatio, quæ eſt inter famam & [illegible]onem factam, traditis capitulis [illegible] c. qualiter el 2. §. debet [illegible] vero ſit inſtigator, ſiue pro[illegible] tunc [illegible] erit aut [illegible], uel poſitus per [illegible], ut eum iuuet, & non eſt cum eo [illegible] conteſtanda: ſi uero ſit proſecutor ſpecialis, inſpectās & aſſumens tenorem inquiſitionis, cum iſto eſt lis cōteſtanda. & hoc etiam uoluit Hoſtienſis in c. cum c. [illegible]nor, de teſtibus. ſed ad uertas, quia Specul. non attingit dubiū, quando [illegible] eſt ſpecialis proſecutor, & promotor inquiſitionis, & reus eſt abſens. ego puto illam Gloſam tunc bene [illegible], ut ſine conteſtatione poſsit procedi. & idem tenet Gloſa in dicto [illegible] & A. & [illegible] I. & A[illegible]b. ubi [illegible]or; [illegible] promotor, nihil [illegible] aperte, ſed tantum [illegible] iudici, ut [illegible]: unde licet ſit facienda quædam conteſtatio, qn̄ eſt præſens; ſecus tn̄, qn̄ eſt abſens per contumaciam: ſimile in c. per tuas de appel. item facit dictus §. debet. c. qualiter. el 2. qui indiſtincte permittit inquiſitionem procedere, quando reus per contumaciam ſe abſentat: & maxime hoc eſt tenendum de iure canonico, ſecundum quod mitius punitur reus per modum inquiſitionis, nec in pœna imponenda fit diſtinctio, an ſit proſecutor, uel non. allego ad prædicta tex. expreſſum (ſecūdum lectionem, quam ibi declaro) in c. ueritatis, extra de dolo & contumatia hæc Pan. ubi ſupra; cuius & additam clauſulam de ſuſcipiendo teſtes, lite non conteſtata, in caſu calumniæ ante ipſum appoſuit Specul. ubi ſupra; licet forſan ipſe Pan. non uiderit illam, dum enarrat differentias inter proceſſum inquiſitionis factæ ex offcio, & ad inſtantiam alterius contra particularem perſonam, quæ non ſit caput Eccleſiæ uel monaſterij. hæc concl. hodie non eſt in uſu curiarum utriuſque fori, ſed tātum concl. cap. 7. præſentis opuſculi.

Autor (margin, beside "tractemus. ſed tu dic")

TERTIA CONCLVSIO.

IVdex in huiuſmodi inquiſitionis ſpecie, de qua ſit ſermo in præſenti capitulo, non exiget iuramentum ab inquirendo, ſed coget procurantem in inquiſitionem, teſtes pro ſe. & alias ꝓbationes producere cōtra ipſum; aliàs non procedet in inquiſitione. hæc concluſio probatur triplici me[illegible]ho. primo enim per arg. in c. fin. §. ſane, extra de iureiurando, ubi Greg. ix. infraſcriptā ſtatuit, videlicet: ſane ſi actor omnino in probatione defecerit, reus debet, & ſi nihil præſtiterit, obtinere, præſumptione [illegible] pro illo. reo deferri tñ poteſt ad [illegible]dendum ſuam innocētiam, iuramentum. hæc ibi inter alia. ex cuius uerbis patet non eſſe reum cogendum ad iuramentum præſtandum iudici de ueritate dicenda, antequam actor ſeu promotor inquiſitionis

c. fin. ex. de iureiurando (margin)

nis probet aliquid cōtra ipſum inquirendum. adeſt & tex.in cap. actor 6.q. ultima. cuius uerba in relatione Specul.attuli hic. probatur quoque & hæc
l.Qui accuſare. ff.de exolendis. cōcluſio per tex.in l. qui accuſare. ff.de exolendis.probatur & ſecundo auctoritate Gloſæ in dicto c.fin.in ver.omni-
Glo. no; ubi inter alia uerba infraſcriptis uſa fuit, videlicet: nota quòd ſi actor omnino nihil probat, nec habet præſumptionem, reus, & ſi nihil præſtiterit,
Specul. abſoluetur. hæc ipſa Gloſa. Specul.quoque noſtræ concluſioni ſe ſubſcribens in 3.par.tit. de inquiſitione.§.uiſo igitur, in ver.hoc autem iuramentum col. 7.utitur infraſcriptis uerbis, videlicet: ſed cum aliquis inquiſitionem proſequitur, tunc non iurat is, contra quem īquiritur, ut ſupra ver.inquiſitores eo. §.uiſo igitur, ubi infraſcripta ait: inquiſitores quoq; Deum habeant præ oculis, & ſine acceptione procedant, ut in c.qualiter, & quando el 1.extra de accu.nec a reo exigat iuramentum, quia non tenetur contra ſe iurare; ſed promouens inquiſitionem teſtes & probationes inducat ſecundum Tancre. Goff. & Roff. arg.in l.qui accuſare c.de eden. & in 2.lib.ſeu par tit.de iuramēti delatione col. 2. nu.4.in ver.ſi autem actor, ubi infraſcriptis uſus fuit uerbis, videlicet: ſi autem actor nil probat, & dicit aduerſario, ut iuret ad ſuā innocentiam purgandam; uel quod ſibi referat iuramētum, videtur iuſte allegare nam manifeſtę turpitudinis eſt, nolle iurare nec iuramentum uelle referre, ut in dicta l.manifeſtæ.ff.de iureiurando.poteſt tamen reſpōdere reus, frater, non cogor iurare, niſi aliquid ſit probatum, uel præſumptum, quod non eſt hic. ad hoc c. de eden.l.qui ac-
Actor 6.q.fin. cuſare, & 6. q. ultima c.actor.ſeu c.accuſator, ubi hæc habentur, uidelicet: accuſator (ſeu actor ſecundum ueriorem literam, prout docet Archid. ibidem) quod aſſeuerat, profitendo ſe pbare non poſſe, reum monſtrandi contrarium non aſtringit; cum per rerū naturam factum negantis probatio nulla ſit. hoc autem ſeruandum eſt, quando reum publica fama non uexat: tūc enim auctoritate eiuſdē Gregorij, propter ſcandalum remouendum, famam ſuam rei purgare oportet: leges enim (Speculator inqt ubi ſupra) quas allegas, vel ſunt ſpecialis caſus, uel loquūtur, cum aliquid eſt probatum, uel præſumptum. hæc ibi Spe- Pan.
cul. Pan. quoque hanc amplectitur concluſionem, tanquam ueram in c.qualiter & quando el 2. extra de accuſ. col. 4.in ver.in ea Glo. ibi quod iudex; & in c.finali.§.ſane, col. 1.in ver.nota ibi, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nota ibi & ſi nihil, &c. quod actor nihil probans non poteſt reo inuito deferre iuramētum; ſed debet pure reus abſolui. hoc probat illud ver.& ſi nihil. ſecundo nota, quòd reus non tenetur aliquid probare ad abſolutionem conſequendam; ſed actore non probante debet abſolui. c.fin.6.q.5. hæc Pan. ubi ſupra. probatur & tertio hac ratione,
videlicet; cum ordine charitatis quiſq; ſuum corpus ac ſuam famam magis diligere teneatur, quàm proximi ſui, hinc patet quoque ueritas concluſionis præſentis quoniam ſi teneretur reus contra quem fuit promota inquiſitio, actore nonprobante iuramento ſe aſtringere ad ueritatem dicendam, utique ſi timet detrimento corporis, uel famæ fomitem ſibi ministraret: quod eſt cōtra charitatem; nisi ad ad hoc agendum iuridice cogeretur a iudice ſuo; eo quòd nemo tenetur inſtruere aduerſantem ſibi contra ſe ipſum. hæc concl. hodie non eſt in uſu curiarum utriuſque fori; ſed tantum concluſiones cap.6.præſentis opuſculi. Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

IVdex in nonnullis cauſis poteſt deferre reo iuramentum, in aliquib. nō; ſed actori. hodie tamen actori contra reum in cauſis criminalibus criminaliter

liter

liter motis nunquam datur ad ſupplementum probationis adductæ contra reum. quapropter de hac concl. dices, ſicut dixi in præcedēti, ſecundum modernum ſtylum curiarum. & hæc concl. cum habeat multas diſtinctiones; idcirco illę examinabuntur ſeparatim in c. uni. o titu. de delatione iuramenti libri quarti, præſentis opuſculi; ne uideamur tranſcendere quodam modo de genere in genus. quapropter ad ulteriora gradatim procedam in materia capituli præſentis.

QVINTA CONCLVSIO.

IVdex, probatis delictis cōtra inquiſitum, & ab ipſo p exceptionem, uel per aliquas probationes promotore non excluſo, ipſum condemnabit. ſi uero tantum fama fuerit probata, uel ſemiplene probatum crimen, pro quo fuit facta inquiſitio, indicet illi purgationem canonicam. quod ſi indicia huiuſmodi probabit, non eum condemnabit; aliàs ſecus, ut infra probabitur loco ſuo. hanc concluſionem iterum hic non probabo; tum quia non bis fuit probata; tum etiam, quia infra probanda erit, cum de purgat. canonica erit ſermo habēdus. hæc concl. hodie non ſeruatur in practica, quo ad indicēdam purgationem canonicam; ſed tantum concl. ultima opuſculi, de purgatione canonica inſcripti, infra adducti in libello quinto pñtis Pract.

SEXTA CONCLVSIO.

OMnia adducta in præcedentibus concluſionibus præſentis capituli licet ſint uera de iure communi: tñ hodie non ſunt in uſu; ſed tñ ea, quæ fuerunt adducta in cap. 6. præſentis lib. 3. de inquiſitionibus.

Quot diff. ſunt inter proceſſum inquiſitionis ſpecialis, quæ fit ad inſtantiam partis contra ſingularem perſonam, & inter proceſſum inquiſitionis ſpecialis, quæ fit ad inſtantiam alicuius procurantis, illā fieri tam in capite, quàm in membris, de iure communi.

Cap. XIIII.

CONCLVSIO VNICA.

PRima differentia inter proceſſum inquiſitionis ſpecialis faciendæ, q̄ ad inſtantiam alicuius procuratur fieri, tam in capite, quàm in membris, ſeu ſuper ſtatu Eccleſiæ, eſt, quod in hac, quæ fit contra ſingularem perſonam, & ſingulariter, requiritur ordo, qui habetur & notatur in c. qualiter, & quando el 2. de accuſ. in illa vero, vc3: tam i capite, &c. procedit de plano & ſine ſtrepitu iudicij ord. ut ex̄. de accuſ. c. olim. ſecunda differentia eſt, ꝙ in prima, vc3: contra ſingularē perſonam teſtes tm̄ legitimi admittunt; in 2. uero. i. tam in capite, &c. tales quales in Eccl. reperiunt. tertia differentia eſt, ꝙ in 1. nō ꝑceditur eo, contra quē inquiritur, abſente, niſi p contumatiā ſe abſentet, ut in d. c. qualiter el 2. §. dēt, in c. eorum 11. q. 3. ſed bene in alia. hæc oía ꝑdictis auctoritaribus ꝓbat eſſe uera Specul. in tit. de inquiſ. §. uiſo igitur ī §. ſi aīt inquiratur, circa mediū. de hmōi tñ diuerſitate hodie nō habetur rō ī curijs eccel.

In inquiſitione ſpeciali, faciēda ex officio contra aliquā ſpecialem perſonam infamatam, quis ordo ſit ſeruandus.

Cap. XV.

Iudex, quid faciet procedens ad inquiſitionē ſpecialem ex officio. concl. 1. 2. 3.

Iudex, poſtquam deſcenderit, ubi con:e ſa-

tur inquirendus capiet informationem ſuper famam examinando teſtes.concl.4.
Iudex, ſi ex capta informatione conſtiterit ſibi de mala fama inquiſiti, quid faciet. concl.8.& nona.
Iudex iuramentum recipere tenetur tam ab inquiſitis, quàm a teſtibus de ueritate dicenda. concl.11.
Iudex, iuramento exhibito inquiſitis & teſtibus, quid faciet.concl.12.
Iudex, probato in actis plene aliquo crimine contra inquiſitum, ipſum condemnabit, niſi produxiſſet aliquas exceptiones contra producta in actis contra ſe. concluſ. ultima.
Teſtes quid deponere debeant, ut probent famã contra aliquem.concl.5.& 6.& 7.

LIcet ex prædictis, ni fallor, liqueat ueritas iſti' capituli: tamen non inutile fore arbitratus fui in præſenti capitulo de hoc etiam ſpecialẽ ſermonem habere: illi tamen præmittendo, quod iudex ſemper in omnibus p̃dictis modis interrogandi inquiſitos & teſtes debebit ſeruare normam præmiſſam in capitulo 7. dum de generali inquiſitione loquebamur; tum circa interrogationem faciendam ipſis teſtibus, ac inquiſitis; tum etiam circa multa alia præmittenda, ac animaduertenda in hoc negotio inquiſitionis; ut ſciat, quando ſpecialiter poſſit iudex inquirere, & quas exceptiones admittere, atque nonnulla alia notatu digna, quæ breuitati ſtudens in quolibet inquiſitionis ſpecialis genere non adduxi; ſed tantum ſtudui animaduertere iudicem de his, quæ ſpecialiter eſſent obſeruanda in unoquoque genere inquiſ. ſpecialis. quapropter nec hic multa afferam.tantum nonnullis paucis concluſionibus contentus hoc genus inquiſitionis, abſoluam, Deo dante; cum de alijs requiſitis in hoc genere inquiſitionis nõ bis dixerim in præcedentibus cap.

CONCLVSIO PRIMA.

IVdex eccleſiaſticus, procedendo in inquiſitione ſpeciali ex officio, nullo eam proſequente, uel promouente ſeu impetrante, ut puta, excitatus frequentibus clamoribus, quos nequit vlterius diſſimulare ſine ſcandalo, debet deſcendere ad inquirẽdum de exceſſibus ſubditi. hæc concluſio probatur per tex. apertiſſimum in c.qualiter & quando el 2.extra de accuſat.in c.licet heli, ex̃. de ſimonia, & multis alijs iuribus. ſecundo probatur auctoritate omnium canoniſtarum ibidem, & Specul. in tertia par. ſub titu. de inquiſitione. §.uiſo igitur, in uer. porro ſi proceditur ex officio, &c.

c. qualiter & qñ el 2. ex. d ac. ca. licet Heli. ex. de ſim. Specul.

SECVNDA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſticus, ſeu quicumque ſuperior, poſtquam ad locum delicti deſcenderit, prefiget terminum accuſare uolẽtibus, & ſiquis legitimus apparuerit accuſator, illum audiat procedendo in tali caſu, prout procedendum fore probauimus in tractatu de accuſatoribus lib. 1. hæc concluſio hodie receſſit ab aula; & obſeruatur modus procedendi traditus in c.6. per totum; cum uia inquiſitionis effecta ſit remediu ordinarium de iure canonico & hodierna conſuetudine. põt etiam tunc, ſi velit, purgationem indicere, in qua ẽt ſi defecerit, punietur. hæc concluſio p̨batur de iure cõi duplici medio. primo per ar. in c. accedens ex. de accuſ. ubi Inn. iij. infraſcriptis utit uerbis, uidelicet: mandamus, quatenus, niſi præfatus. G. ſuper obiectis eidem in modum exceptionis criminibus, periurio, & homicidio publice fuerit infamatus, conceſſionem noſtram ſibi factam executioni mãdetis: deinde ſi legitimus accuſ. apparuerit, audiatis, q̃ fuerint hincinde p̨poſita, &c. & in c. ex tuarum, extra. de purga. canonica Lucius iij. idem fere ſtatuiſſe colligitur. dixit n. ibi: mandamus, quatenus ſi ac-

c. Accedens ex. de accu.

c. ex tuarũ ex. de pur. can.

cuſa-

cuſatores idonei non apparuerint, per purgationem canonicam innocentiā ſuam oſtēdat. probatur & ſecundo auctoritate doctorum: Specul. enim, ubi ſupra, ſubſcripſit noſtræ concluſioni; & Pan. & cæteri doctores ibidem.

Specul.

Pan.

TERTIA CONCLVSIO.

NVllo apparente accuſatore, uel eo tantum apparente, qui legitime fuit excluſus ab accuſandi off. obiectu exceptionis alicuius; licet hodie ad accuſandum omnes admittantur, ut probaui in tract. de accuſa. & adhuc mala fama erubeſcat is, contra quem erit inquirendum: tunc iudex, ſeu epiſcopus, ſi talis fuerit, uocatis Eccleſiæ ſuæ canonicis ad inquiſitionem, infraſcripto ordine tradito in reliquis etiā concluſionibus, deſcendat primo ad locum, ubi is, contra quem inquiritur, conuerſatus eſt. hec concluſio probatur per tex. in ca. qualiter & qñ el 2. de accuſat. & c. licet Helij extra de ſimonia; & ſecundo auctoritate doctorum ibidem, & Specul ubi ſupra.

c. qr & qñ. el 2. ex. d ac. ca licet Heli. ex. de ſim.

QVARTA CONCLVSIO.

PRælatus ſeu iudex, poſtquam deſcenderit ad locum, ubi conuerſatur inquirendus ipſe, capiet informationem ſuper fama huiuſmodi, ut cōſtet ſibi ex actis, illum uere eſſe infamatum; & ſuper probatione famæ examinare ſufficiet duos aut tres teſtes bonæ famæ. hæc concluſio partim probatur implicite per tex. in dicto c. qualiter el 2. partim infraſcriptis auctoritatibus, videlicet: & primo per tex. in uerſiculo, item ubi numerus 4. q. 3. ubi hæc habentur, videlicet: item ubi numerus teſtium non adijcitur, etiam duo ſufficiunt: pluralis enim locutio numero duorum contenta eſt, &c. & per arg. in c. tam literis, extra de teſtibus, ubi Innocentius tertius mandauit percipi teſtimonium tantum idoneorum, ut patet ex textu ipſo: & per arg. a cōtrario ſenſu in c. inquiſitioni, in fine, eχ. de accuſ. ubi hæc habent, videlicet qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos & graues læſa opinio non extitit. probatur & ſecundo auctoritate doctorum. Specul. enim noſtræ concluſioni aſſentit in tertia par. titu. de inquiſitione in §. uiſo igitur, ſuper probatione. col. 2. & auctoritate multorum doctorum, quos iam retuli ſupra, loquendo de infamia, quando præcedere debeat ſpecialem inquiſitionem. huic concluſioni quoque ſe ſubſcripſit Iulius Clarus in ſua practica crimin. lib. 5. §. fin. in uer. ſciendum eſt autem quæſt. uero 6.

c. Tāliris d teſtib.

c. Inqui. ex d accuſat.

Specul.

QVINTA CONCLVSIO.

TEſtes ſuper infamia examinati, de quibus fuit factus ſermo in præcedenti concluſione, deponere debent, quòd ille talis, contra quem inquiritur ſup certo tali &c. & graui crie, apud prouidos & diſcretos, ſeu honeſtos eſt infamatus; quos etiā nominabuntur, quamuis non interrogentur. hæc concluſio colligitur ex c. qualiter & quando el 2. in primo, extra de accuſ. ubi traditur norma procedendi in inquiſitione. & dicitur tunc procedendum, quādocumque per clamorem, & famam ad aures Superioris peruenerit, nō quidem a maleuolis & maledicis, ſed a prouidis & honeſtis &c. probatur quoque auctoritate Specul. ubi ſupra, cæterorumque doctorum in dicto canone. ꝓbatur & tertio hac ratione: ſi uera non eſſet noſtra concluſio, ſequeretur, ꝙ nō debeāt teſtes nominare eos, a quibus infamiam audierint; & ſi non nominarentur, ſciri non poterit, an ſint honeſti viri ipſi, apud quos illi ſūt īfamati; an uero maleuoli. ſed notandū quòd triplicem ſententiam circa hanc concluſionem refert Specul. ubi ſ. quarum 1. eſt allata in concl. 2. & 3. de qbus oīb. Specul. infraſcriptis illas adduxit

c. qr & qñ el 2. de accu.

Specul.

Auctor.

Specul.

P iij uer-

verbis, videlicet: Inn.tamen quartus dicit ſufficere,ſi teſtes dicunt illum infamatum; ſed ſi interrogentur, tunc debent dicere apud quos; & niſi tunc aſsignent, non uidentur reddere bonam rationem dicti ſui. & ſi quæratur a teſte,quando ſciuit, quòd apud illos eſſet infamatus, uel potius ſuſpectus; tunc ſufficit ei dicere (arg.2.q.5.c.omnibus, prope finem) quia propter hoc vitabant eius familiaritatem 18. q. 1. cap.ſæpe,diſt.88.c.negotiationem; uel quòd ab eis hoc audiuit. alij autem dicunt,quòd etiam nullis perſonis expreſsis ſufficit, ſi teſtes dicant, quòd rumor & infamia eſt in uicinia: pars tamen altera poterit probare, quòd apud uiles & maleuolos eſt hæc infamia, uel ab eis orta eſt; quo facto, inquiſitio non procedet, ut fuit plene probatum in c. 11.præſentis libelli concluſione 11. præſenti quoque concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarius i ſua pract.crimin.lib.5.§.fin. in ver.ſed quid ſi non ſunt.

Iul.Cla.

SEXTA CONCLVSIO.

TEſti volenti probare infamiam ad promotionem inquiſitionis,nõ ſufficit dicere,quòd apud duos ſit ſuſpectus; immo oportet eum in ſuo teſtimonio adijcere, ꝙ hoc ipſum, ſcilicet, contra eum,contra quem agitur, crimen commiſiſſe, pars aliqua viciniæ acclamat; & ſæpe audire debent illius infamiam ipſi teſtes. hæc concluſio probatur per dictum tex.in cap. qualiter el 2.illis uerbis, videlicet;& ſi per clamorem, & famam ad aures Superioris peruenerit, non quidem a maleuolis & maledicis, ſed a prouidis, & honeſtis, non ſemel tantum,ſed ſæpe,quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat. probatur & ſecundo auctoritate Specul.ubi ſupra; & doctorum in dicto c. quos non referam cum ſit ueriſſima concluſio, ac de ipſa non poſsit dubitari rationabiliter. præſenti quoque concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarius in ſua pract. crimin. lib. 5.§. fin. quæſt. 6. in verſi. debent etiam dicere.

c. Qualiter & qn el 2. de accuſ.

Specul.

Iul. Cla.

SEPTIMA CONCLVSIO.

NOn neceſſe eſt, quòd omnes teſtes ab eiſdem prouidis audierit uel a diuerſis. item ſufficit,quòd ambo uel ab eiſdem audierint, uel a diuerſis. item ſufficit ſiue de eodem tempore, uel loco audierint, ſiue diuerſis; quia cum infamia tantũ probari habeatur, ſufficit, quòd in hoc teſtes concordẽt, videlicet,quòd ſit infamatus. ff. de petit.hære.l.ſi quis.§.quoties.ff.de proba. l.ſi arbiter.nec neceſſe eſt,quòd in cauſis ſcientiæ concordent, cum eas probare non teneantur. unde ſi a teſte quęritur, unde ſcit eum diffamatum; & ipſe reſpondet,quia audiuit eos ſic loqui &c.ideo haberet probare, quòd ab eis audiuit; & ideo haberet ſuper hoc cum alijs concordare, cum de hoc nulli fiat quæſtio inter eos. tunc autẽ teſtes neceſſe habent concordare in tempore, & in loco, quando tempus & locus ſunt de ſubſtãtia contractus:ſi enim quæritur a teſte,quando audiſti; ſi recordetur, reſpondeat: alioquin dicat, non recordor: & nihilominus ualebit eius teſtimonium: nuſquã enim inuenitur,quòd diem,uel horam dicere habeat. arg. 2.q. 5. c. libellorum;niſi dies ſit de ſubſtãtia probationis. Item ſi teſtis audiuit pluries & in pluribus perſonis, & de quibusdã recordetur, & de quibuſdam nõ,debet dicere, ego audiui in tali loco, & quibuſdam alijs: item tali tempore & quibuſdam alijs: & ſic per adiectionem generalem præſumit iudex eum cũ alijs teſtibus concordare. arg.de pen.diſt.1.c.periculoſe; extra de teſtibus c. cum tu. ſi uero teſtes ſimpliciter illum infamatum apud aliquos dicant, non ſufficit, ſi non ſint tantæ auctoritatis, quòd ad hoc ſufficiat. arg.a contrario ſenſu in c.inquiſi-

quiſitionis, in fine, extra de accuſ. item debet adijcere, quòd non tacita, ſed clamoſa eſt infamia, adeo quòd crimē quaſi faciat manifeſtum: ſed ſi deponunt ſuper eo, de quo infamia nō præceſsit, non ualet eorum teſtimonium, ut in ca. inquiſitioni reſp. 1. & hæc probatio bonæ famę locum habet, priuſquam ſuper ueritate criminum inquiratur; poſtea uero locum non habet, niſi adminiculum præſtando. 4. q. 3. ver. item ſæpe. hæc omnia affert ac docet Specul. in 3. par. titu. de inquiſitione. §. uiſo uerò uerſiculo, ſuper probatione, & multis alijs ſequentibus.

OCTAVA CONCLVSIO.

His peractis, examinatisque diligenter, ſi inuenerit iudex, uere famam inquirendi læſam utſup. illū ad ſe uocabit, dicens ei: amice, Deus Omnipotens, ut nos a præcipitandæ ſententiæ prolatione compeſceret; licet omnia nuda & aperta ſint oculis eius: mala tamen Sodomę noluit audita iudicare, niſi prius manifeſte cognoſceret quæ dicebantur: unde ait; deſcendam mittendo angelos, & uidebo, utrū clamorem, qui uenit ad me, opere cōpleuerint, an non, ut ſciam, ſcilicet, tamquam iudex, ut 3. q. 1. c. Deus omnipotens. cum igitur omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, ut 12. q. 2. ca. exemplum, quantum adeſt poſsibilitas, imitari uolo. licet ergo multa ſiniſtra de te pluries, & a pluribus mihi ſint a ſide dignis & idoneis annunciata, quæ, urgente conſcientia, ulterius neq; uolo neq; diſsimulare poſſum: ea tamen diuino ductus exemplo non ad plenum credo, nec me mouent ad te condemnandum; niſi prius mihi de ipſis probatione conſtiterit luculenta: nam & ſi ille uillicus, de quo in Euangelio legitur, fuiſſet apud dominum infamatus, quaſi diſsipaſſet bona eius, audiuit autem a domino: quid hoc audio de te: redde rationem uillicatio nis tuæ: iam enim, hoc probato, non poteris uillicare. hæc cōcluſio licet ueriſsima ſit de iure: hodie tamen uſu nō eſt recepta, cum tota hæc practica diffamationis non ſeruetur, niſi quando alia inditia haberi non poſſunt. quòd ſi caſus huiuſmodi contingeret, capta informatione de infamia, reus eſſet citandus & examinandus, ut dixi in cap. 6. per totum præſentis libelli, licet hæc concl. de iure ueriſsima probetur per tex. apertiſsimum in c. qualiter & quando el 2. de accuſ. & in c. Deus omnipotens c. 1 de poſt. prælat & ca. licet Heli, extra de ſimonia: & idcirco ſuper his uolo inquirere ueritatem: & tunc Superior illi exibeat capitula ſeu articulos, ſuper quibus intendit inquirere contra illum: certus enim debet eſſe reus, ſuper quo inquiritur contra eum: alioquin, niſi copiam faciat, merito ab eo poterit appellari, cum & hoc ſit præceptum in dicto c. qualiter & quando el 2. extra de accuſ. hæc inquiſitio debet fieri per chartulæ conſcriptionem; nam & ſi aliqua, ſuper quibus non eſſet infamatus, probarentur, ipſe reus non eſſet puniendus, ut in c. inquiſitionis extra de accuſ. hæc omnia contenta in hac concluſione, licet probata uideantur per auctoritates adductas; nihilominus ipſa quoque probantur auctoritate Specul. ubi ſupra in ver. hac igitur uia, & doctorum canoniſtarum; quorum uerba hic non inſeram, cum ipſam concluſionem ueram eſſe ratio naturalis ſuadeat; præſenſque concluſionis ueritas de iure communi per totum probetur, ac etiam auctoritate Iulij Clarij, ubi ſupra, in ſua prac. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 6. in ver. ſucceſsiue quæro: ubi inter alia dicit, quòd ſola fama, licet aperiat uiam ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem, nō tamen facit indicium ad torturam

c. qualiter & quā el 2. ex. de accu. c. Deus omnipotēs 3. q. 1 c. 1. ex de poſtul. prælat. ca. Heli ex. de ſimonia.

NONA CONCLVSIO.

Licet iudex non poſsit de iure communi: tamen contrarium ſeruatur ī

practica ex conſuetudine procedere in inquiſitione contra ſpecialem perſonam procurata ab aliquo promotore, reo negante ſe infamatum; niſi promotor prius probauerit infamiam, ut loco ſuo plenius dictum fuit, cum de hoc genere inquiſitionis ſermo fuit factus: tamen ſecus eſt, cum prælatus ex officio ſuo procedit. nam per ſe primo quærit de infamia, ut dictum fuit; quo facto deſcendit ad inquirendum de ueritate criminis. c. 1. extra de officio ordinarij. ſi ergo is, contra quẽ prælatus inquirit, dicat, Domine non ſum infamatus, non debet audiri; nec prælatus fidem tenetur facere de infamia: cui enim faceret, cum ipſe ſit iudex? ſi autem ille appellet, tunc prælatus poterit coram Superiore de infamia facere fidẽ: hodie tamen hæc concluſio non eſt in uſu, cum quandocumque iudex eccleſiaſticus, & ſecularis procedat etiam ad partis inſtantiam, ſtatim capit informationem cõtra querelatum, & cætera obſeruat, vt dixi ſupra in c. 6. per totum. hæc cõcluſio probatur de iure communi duplici medio. primo auctoritate Specul. in tertia parte titu. de inquiſitione. §. uiſo igitur in uer. hoc autem ſuas col. 9. cuius uerba ſunt eadem contenta in cõcluſione; & Pan. in c. qualiter, & quando el 2. col. 14. extra de accuſ. cuius uerba adduxi ſupra in ca. 1. col. 2. præſentis libelli. probatur & ſecundo hac ratione: quoniam ſi hoc, quod dicitur in noſtra concl. non eſſet uerum, per conſequens daretur occaſio iniquis deridendi correctionem. quod eſſe nõ debet, ut in c. licet extra de off. ord.

Specul.

Pan.

Auctor.

DECIMA CONCLVSIO.

IVdex, præmiſsis conſideratis & obſeruatis, faciat reum iurare hoc modo, uidelicet: recipiet iuramentum prælati & clericorum, ſi agitur de ſtatu Eccleſiæ infamatæ reformando; uel prælati ſolum, cum ipſe ſolus eſt infamatus, ſub forma iam adducta in ca. præſentis libri, concluſione 4. fol. 326. quo ad iuramentum, cum agitur de ſtatu Eccleſiæ. ſed ſi agitur de ſtatu alicuius perſonæ ſpecialis, dicendum erit in ſubſeq. concluſione. hęc cõcluſio probatur per tex. in c. qualiter, & quando el 1. ex de accuſ. cuius uerba retuli in dicto c. 7. & concluſione 4. necnon auctoritate Specul. in 3. par. titu. de inquiſitione. §. uiſo igitur col. 7. uer. hæc igitur uia, in fin. & multorum canoniſtarum, qui per me adducti fuere in dicto c. 7. concluſione 4.

c. qr. & qñ el 2. ex de ac cuſ.

Specul.

VNDECIMA CONCLVSIO.

IVdex iuramentum recipere tenetur tam ab inquiſitis, quàm a teſtibus, procedens per uiam inquiſitionis, quoad crimina generalis, cum in ſpeciali ſit ſeruanda illa forma, quam tradidi in lib. 4. titu. de delatione iuramenti in fine. cum ibi ſit propria materia, licet hæc forma iuramenti hic tradita poſſit exigi, quando aliquis eſſet infamatus de delictis in genere: ſed tamen, quomodocunque ſit, hodie non eſt in uſu. & quidem iure optimo, ut dicam infra; licet forſan antiquitus ſeruaretur ſub hac forma, uidelicet: ut ipſi iurent ſe dicturos plenam & meram ueritatem, exceptis occultis criminibus. hæc concluſio probatur per tex. in c. qualiter el 1. extra de accuſ. ubi huiuſmodi forma traditur. probatur quoque auctoritate Pan. in dicto c. qualiter el 2. in uerſi. nota quinto, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nota quinto in §. formam uero, practicam unam recipiendi iuramentum ab inquiſitis, ſeu a teſtibus ſuper inquiſitione, ut iurent ſe dicturos plenam, & ueram ueritatem, exceptis occultis criminibus; & in c. cum dilecti. extra de accuſat. col. 3. in fine in uer. ſecundo oppono, ubi poſt relationem multarum opinionum infraſcriptis ipſe utitur uerbis, vbi ſupra videlicet: ideo dico, quòd iudex ſemper

c. qr. & qñ el 1. ex. de ac cuſat. Pan.

per

per debet exigere iuramentum ſub illa forma; ſcilicet dicti c. qualiter el 2. de quo ipſe locutus eſt ĩ ſuperioribus uerbis;& ſi nõ facit, male facit:actus tamen tenet,ut hic: nam hic non dicitur, quòd iudex benefecerit; ſed tantum quæritur, an admittatur excuſatio ſub illa forma . hæc ille;qui generaliter loqtu- de omni ſpecie inquiſitorum,non autem inquiſitionum , cum in inquiſitione ſpeciali debeant teſtes interrogari de delictis occulte commiſsis:qm aliàs tm̃ notorij criminoſi , & reperti in flagranti uenirent puniendi,; cum tm̃ contra eos deponere poſſent teſtes, & ipſi interrogare. quod aſſerere ridiculoſum eſſet, & contra iura,& practicam curialẽ,obſeruatam etiam a timoratis conſcientijs curialium , & iudicum laicorũ,& eccleſiaſticorũ.cui Pan. Felinus. aſtipulatur Felinus in c. cum dilecti de accuſ.col.2.in ver.nota tertio,ꝗ infraſcriptis verbis vtit, videlicet:nota tertio,duplici forma põt recipi iuramentum ab illo,contra quem inquiritur;& cogitur ueritatẽ ad interrogata reſpondere & col. 6. in uer. nota decimo ubi hæc inquit:nota decimo duplicem formam iuramenti contra inquiſitum. & dicit Hoſt. quod quidam miſcet has duas formas : quod uidetur commendabile iux.illud,Dulcis rerum miſtura bonarum.12.diſt. c.nouit ad finem:dicit tamen, quod in prima forma eſt periculũ periurij , facit. c. clericos.de cohab. cler.& mul. iſtud etiam dicit hic Dominus Cardinalis ; quia pauci reperirentur hodie, qui plenam & merã ueritatem dicerent. Inn. uero in c.licet Heli de ſimonia,vr̃ dicere.ꝗ vbi inquiritur ſupra certis criminibus,põt dici, quod iuretur ſecundum primam formam;ſed quando ſuper ſtatu Eccleſiæ, propter uitandum anceps periurium iuretur ſecundum ſecundam formam: & ſequitur Io.And. & Dom. Ant.& dicit Ioannes de Imola , quòd uidetur, ꝙ etiam iſto ſecundo caſu poſsit exigi iuramentum de plena ueritate dicenda per id, quod dicitur ſupra. in ca. prox.in fine , videlicet: qualiter el 1.& iſtud etiam tenet Dominus Abbas,qa tex.in c. prox.præced ad fin.dicit illam formam ſeruandã in ſimilibus : & ideo concludit, quòd iudex ſemper debet exigere iuramentum ſub illa forma;& ſi non facit,malefacit. nec dicitur hic, quòd benefecerit , ſed ſolum quærit, quòd admittatur excuſatio , quando ſub illa forma iuratum eſt : poſſet tamen dici ſecundum Io. de Ana. quòd ille tex. loquitur in forma iuramenti, quod defertur teſtibus , non inquiſitis ipſis.hæc Felinus,ubi ſupra. Specul. uero , in 3.par.titu.de inquiſitione.col. 5.in fine uer. inquiſitores quoque , infraſcriptis utitur uerbis,vc3:ubi uero, nullo proſequente , ſed ex Superioris off.inquiritur,tunc iurabit ꝑ infamiã contra eum ortam,ut ex̃. de purgat.cano.ca.1.& c.quoties in col. 7.in ver.hac igit uia in fine, dicit;deinde faciat reũ iurare, puta recipiet iuramentum prælati & clericorum, ſi agit de ſtatu Eccl. infamatæ reformando,uel ꝓlati ſolum, cum eſt ipſe ſolummodo infamatus,vt extra de accuſ.c.qualiter el 1.ꝗ Specul. hoc quoque confirmat 1. par. eod.titu. in §.de teſtium iuramento,in uer.porro infraſcriptis vtẽs verbis, vc3. porrò in cã inquiſitionis,aut inquirit ſup crimine,aut ſuper ſtatu Eccleſiæ : ſi ſuper crĩe,forma iuramẽti erit talis;ut ſuper crĩe dicat plene ueritatẽ.hæc ille.cuius ultima v̄ba vident aduerſari nr̃æ cõcl. quo ad formã iuram. qđ re uera nõ eſt ita,licet ipſe loquens de inquiſitis hoc dicat ĩ primo §.uiſo. 3.par.in col. 7. in ver. hoc aut iuramentum,ubi dicit , ꝙ ſi vr̃ expedire iudici procedenti ad inquiſitionẽ ex off. poterit recipere iuramentũ ab ĩquiſito;& poſtmodũ ſubinfert,forma vero vide s̃.d teſtib.ubi s̃. & hoc probo,ꝙ non obſtat nr̃æ cõcluſ. immo fauet , tum qa ipſe dicens , ꝙ ſi ꝓlatus ſolũ eſſet infamatus, ab ipſo tm̃ recipiet iuramentum, ſm̃ formam cap. qualiter,& qñ el 1.de accu.per quẽ tex.

& pro-

probata fuit concluſio noſtra ; ergo nobis non aduerſatur illud dictum : & licet uideatur ponderare aliquam differentiam inter formam iuramenti in cauſa ſuper ſtatu Eccleſiæ, & ſuper crimine: tamen numquam huius ſententiæ fuit ipſe;tum quia dictus canon in c.qualiter el 1.ab ipſo Specu.adductus, in quo prædicta forma continetur, loquitur de epiſcopo Nouarienſi,qui fuerat infamatus de criminibus nonnullis:& tamen mandatur recipi iuramētum ſub pdicta forma: idem dico de auctoritate tex.in c.licet Heli, extra de ſimonia,quam ipſe adduxit ſupra;ubi habetur forma iuramenti exigendi in inquiſitione facienda contra abbatem Pompoſianum ſuper certis delictis: quæ non obſtat, quia eadem cōtinentur ſub allata forma in præſenti concluſione. idem quoque ſentit Innocentius ſuper dictum c. licet Heli, vt ſupra probaui;quod utique nō ſenſiſſet,ſi hæc adducta in c.licet Heli,diſſentiret ab illa dicti c. qualiter & quādo el 1. maxime cum ipſemet Inn, dicat dictam formam ſeruandam in inquiſitione faciēda ſuper certis criminibus tam in perſona inquiſiti, quàm teſtium ipſorum ; ſed ipſe Specul. dictam formam adduxit ſeruandam ſuper criminib', cum in tali inquiſitione utique non debeant proferri alia uerba in alia forma contenta, ut puta,ſuper Eccleſiam reformandam tam in capite,qum àin membris;cum illa addere ſit fruſtratorium,eo quòd de hoc non quæratur. & conſulto quoque in dicta forma non attulit illa uerba, exceptis occultis,cū illa intelligēda omnino ſint, quia non debet intelligi in huiuſmodi genere inquiſitionis, niſi de criminibus, de quibus quis eſt infamatus;cum aliàs eſſet nulla inquiſitio, ut a nobis fuit probatum ; & icc irco a forma illa hæc quoque uerba amouit tā ipſe canon,quàm ipſe Specul. ubi ſ. & hæc adduxiſſe ſatis ſint in pbationem pñtis cōcluſionis,& pro interpretatione uerborum ipſius Specul. qui prima fronte uidebatur aduerſari ipſi noſtræ cōcluſioni, ac prædictorum doctorum deciſioni.

DVODECIMA CONCLVSIO.

IVdex, poſt iuramentum præſtitum inquiſito, ipſum interrogabit & de illis delictis,de quibus eſt infamatus. quòd ſi confeſſus fuerit delicta, iudex procedat ad ſententiam ferendam cōtra ipſum, & ad ipſum puniendum iux. modum culpæ. ſi uero negauerit, ſe delictum commiſiſſe;tunc inquiſitor inducat teſtes, & eos ad hoc, ſi opus fuerit, cogat. hæc concluſio probatur duplici medio. primo per arg. in c.ſuper his, ex. de teſtibus cogendis,ubi Inn.tertius infraſcripta ſtatuit, videlicet ; ceterum uolumus & mandamus, ut ſuper inquiſitis articulis tam de fama electi, quàm literis cōtra eum ſub nomine lōge maioris & ſanioris partis capituli deſtinatis, cogatis teſtes, qui nominati fuerint perhibere teſtimonium ueritatis. hæc ibi. probatur & ſecundo auctoritate canoniſtarum: nā noſtræ concluſioni opitulatur Specul. 3.par. titu. de inquiſitione colum.7.in uerſi. hoc autem iuramentum;& Gloſa c.delictum,extra de teſtibus cogendis in uer.ſuper criminibus ; ubi inter alia infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet, qualiter reſpondebis ad illud ca. ſuper his,de accuſat.dicas,quòd ibi compelluntur teſtes ad probandum infamiam,ſiue irregularitatem contra electum, ne indigna perſona ad apicem dignitatis promoueatur ; quia uilis perſona ad tantam dignitatem per ſurreptionem promoueri non debet; & iudex ex officio ſuo hoc facere debet propter publicam utilitatem, quia ille omnibus de ſua plebe præficitur ; & ſic eſt quaſi ſpeciale in cauſa inquiſitionis, ut in c. licet Helij extra de ſimonia:& inquiſitio nō fit, niſi infamia præceſsit; unde ibi non compelluntur teſtes

c. Super his ex de teſtibus.

Specul. Glo:

teſtes in infamia alicuius. hæc gl. ubi.ſ. Pan. uero in dicto c. delictorum, col.2. & 3. in fine, poſt longam relationem opinionum diuerſorum doctorũ tradens normam cognoſcendi, quando teſtes poſſunt compelli ad teſtificandum a iudice, ſe ſubſcripſit noſtrę concluſioni his uerbis, uidelicet; ex prædictis poſſet formari vtilis diſtictio, quã ſubmitto, quæ talis eſt, uidelicet: aut teſtes nominantur ſuper cauſa mere ciuili, aut ſuper crimine. primo caſu, aut non ſunt perſonæ priuilegiatæ; & tunc indiſtincte compelli debent, ut in hoc titulo, quaſi per totum. & C. de teſtibus. l. ſi quando: aut ſunt perſonæ priuilegiatæ, de quibus 4. q. 3. §. item in criminali, ver. item l. Iulia iudiciorum, & duobus uerbis ſequentibus ubi multi enumerantur non cogendi teſtimonium ferre. ſequitur; & tales ſecundum leges non compelluntur, ut in dictis iuribus: uolentes tamen admittuntur 3. q. 5. c. 1. ſed ſecundum canones ęque diſtinguitur ſecundũ Hoſt. aut per alios ueritas poteſt haberi; & tunc non compelluntur: aut per alios haberi non poteſt; & tunc compelli debent. ſi uero nominãtur ſuper crimine, aut directe ꝑpoſito, aut per exceptionem oppoſito: primo caſu, aut de illo agitur ciuiliter, aut criminaliter. primo caſu ſunt compellendi, ſupra eo. c. ſuper literis & cap. peruenit el 2. ſi criminaliter, aut agitur in foro eccleſiaſtico, aut ſeculari. primo caſu indiſtincte compelli debent, ſupra c. proximo. i. dum contra magiſtrum & c. peruenit el 1. ſi igitur in foro ſeculari, aut quo ad pęnam pecuniariam (forte per ſtatuta, uel aliter) aut corporalem. primo caſu debent compelli laici, ut in dicto c. peruenit el 2. ꝙ clerici non ſunt compellendi, ſi per alios haberi poteſt: ſi autem per alios ueritas haberi non poteſt, compellentur etiam clerici teſtificari: tamen iurabunt in manibus alicuius clerici, & fiet compulſio per eccleſiaſticum iudicem ipſorum clericorum, & non per ſecularem, ut in c. quamcumque. 14. q. 2. ſi autem coram eccleſiaſtico iudice agitur ad pœnam corporalem, tunc laici compelluntur ſuper eo. c. ſuper his, in fine: ſed clerici non compelluntur etiã coram iudice loci, qui eſt de temporali iuriſdictione prælati eccleſiaſtici, ꝓpter irregularitatis timorem, ut in c. ſententiam, extra ne clerici uel monachi, & in c. in archiepiſcopatu, de raptoribus; & melius 11. q. 1. ca. teſtimoniũ. Item honeſtum eſſet ſecundum Ioannem Andream, non cogi etiam laicũ, qui forte intenderet clericari, etiam in foro ciuili. ſi autem de crimine excipitur; tunc aut, probato crimine, punietur is, contra quem excipitur, puta quia repellitur a promotione, ut in c. ſuper his, de accuſ. & tunc ſunt compellendi ſupra eod c. ſuper his: aut nõ puniretur, ut puta, quia excipitur contra accuſatorem, uel teſtem, uel procuratorem, ut ſupra de ordi. cog. c. 2. & hoc caſu non debent compelli teſtes propter odium talis reprobationis, ex qua ſola infamatio ſequitur. & ſic intelligi debet hęc Decretalis. hoc uerum ſecundum Hoſt. niſi magnum fieret parti præiudicium, quo caſu eſſent compellendi infra cap. proximo. hæc ſunt uerba Cal. quæ in effectu, licet per alia uerba, ſequi uidet Dominus Ang. hic; & ſi bene conſiderabis, ut plurimum ſunt extracta ex dictis Hoſt hic & ſupra & in cap. 1. & omnia prædicta poſſunt ad hanc breuem diſtinctionem reduci, quòd in cauſa ciuili indiſtincte compelluntur teſtes tam de iure canonico, quàm ciuili; niſi perſonæ ſint in hoc priuilegiatæ: quæ tamen compelluntur alijs probationibus deficiẽtibus. in criminali uero, ubi agitur directe de crimine, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, compelluntur in utroque foro: clerici tamen non compelluntur in cauſa ſanguinis. & honeſtum eſt idem ſeruari laicis, qui uolunt eſſe clerici. ſi autem de crimine excipitur, aut ſequi

tur

tur aliquis effectus punitionis, puta, repellit a promotione, & compelluntur teſtes; ſecus, ſi nulla punitio inde ſequitur, utputa, quia repellit tantum a teſtimonio, & ab accuſatione. quod intellige, niſi magnum parti fieret pręiudicium. hoc uoluit in effectu tota diſtinctio Cal. & poſt nonnulla ſubinfert ipſe Pan. ibidem: unde puto de iure canonico ſic dicēdum; quòd in cauſa ciuili teſtes ſunt mouendi primo; ſi requiſiti teſtificari nolunt, ſunt cogendi, quia præſumitur, quòd timore, uel gratia, &c. niſi ſint priuilegiati, uel niſi alia præſumptio hanc elidat. hoc uerum, niſi aliæ probationes deficiant; quia tūc indiſtincte omnes ſunt compellendi. hoc declara, ut dixi in dicto cap. 1. ſupra eo. ubi ipſe Pan. in col. 2. in ver. 2. oppono, infraſcriptis utitur verbis, videlicet: ſoluit notabiliter Hoſt. ꝙ priuilegium prædictum non excuſat ex toto; ſed tunc ſolum, cum alij teſtes haberi non poſſunt: unde dicit, quòd inter priuilegiatos & non priuilegiatos hæc diff. notari poteſt, ut non priuilegiati cogantur, etiam ſi per alios fides fieri poſſit, ex quo moniti teſtificari recuſant: priuilegiati uero non cogantur, niſi ubi aliàs ueritas haberi non poteſt: quo caſu procedit, quod dicitur de peccato. hec ille ibi. qui & in c. peruenit el 2. de teſtibus cog. dicit: expedit enim reipublicæ, peccata nocentiū eſſe nota, & ut crimina puniantur, ſaltem ad aliorum terrorem. ff. de iniurijs l. eum, qui nocentem, & de ſent. excom. cap. ut famæ; & ut multis craſſantibus locus ſit exēplo. & l. aut facta. ff. de pœnis. & puto hoc procedere, etiam ſi de crimine excipitur contra teſtes: nam ſi teſtes criminoſi admittuntur, cum præſcriptio ſit contra eos de falſitate, ut notatur ſupra in c. teſtimonium, de teſtibus, reus reportabit iniuſte damnoſam ſententiam; & ſic punietur innocens. quod ſonat in abſurdū: maior enim eſt fauor, ut nocens non puniatur, quàm ut puniatur innocens: nam ut dicit l. abſentem. ff. de pœnis, ſanctius eſt nocentem impunitum relinquere, quàm innocētem damnare; & facit l. Lucius, de ſepult. ſi ergo compelluntur teſtes, quando agitur, ut puniatur reus; fortius, quando reus certat, ut non damnetur: ſi uero adſunt aliæ probationes, tunc non cogantur; niſi conſtet, quòd malitioſe reus ſubtraxerit teſtes, ut in c. peruenit 1. ſupra de coge. teſtibus; & notat Inn. in dicto c. ſuper eo. uel niſi timore aduerſæ partis ſe ſubtrahant, ut in dicto c. ſuper eo. & quod dixi, ad hanc diſtinctionem puto reducenda omnia iura, quæ obuiare uidentur: ad hoc capitulum poterit reſponderi, ꝙ non conſtabat alias probationes deficere; uel ut ſentit Hoſt. excipiebat hic de crimine contra teſtes, & leue præiudicium inferebatur parti ex non cōpulſione; ſecus ſi magnum, ut prædixi: promptum enim eſt iura iuribus concordare, ut in c. cum expediat. de elect. in 6. & per hoc tollitur contrariū, quod formari poſſet de contrario intellectu huius literæ, dum innuit teſtes in criminali non compellendos, etiam ſi ſubtrahant ſe odio, timore, &c. uel uacat hic argumentum a contrario ſenſu, quia iura dicunt communiter in hoc oppoſitum. hæc omnia Pan. in dicto c. dilectorum, extra de teſt. cog. quibus omnes ambiguitates, quæ in dies nobis occurrere poſſunt, poterūt decidi, ac ſolui eo, ꝙ ſunt aurea uerba in hac materia de cogen. uel non cogendis teſtibus. de hac etiam materia uide plene, quæ dixi infra in libro octauo, titulo de teſtibus cogēdis per totum. Auctor.

TERTIADECIMA CONCL.

IVdex, probato aliquo delicto contra aliquem, procedet ad ſententiam ferendam contra ipſum; niſi inquiſitus ipſe e contra probaſſet aliquas exceptiones contra teſtes, uel aliquas alias defenſiones. uidebis ergo ſi agitur cō-

tra

tra teſtes, in opuſculo de teſtibus: & ſic dico de reliquis exceptionibus. hæc cócl. probatur eiſdem medijs, quæ adducta fuere in prænominatis tractatulis ad probandas concl. ibi allegatas.

QVARTADECIMA ET ultima concluſio.

IVdex, qui ultra infamiam inquiſiti nihil contra ipſum fuiſſe probatum cōpicit, indicet illi purgationem canonicam, & ſi ſuam purgauerit infamiam, abſoluet eum: ſi uero huiuſmodi infamatus in purgatione deficiet, tanquam conuictum de crimine puniet ipſum. hæc concl. ueriſsima eſt de iure comuni; & probatur infra in lib. quinto titul. de purgatione canonica, cap. unico, concl. uigeſimaſexta. attamen, quod hodie ex conſuetudine hęc concl. non habeat locum in curijs eccleſiaſticis, ꝓbatum plene fuit per me in dicto quinto libro, concluſione ultima. vide ergo ibi.

Inquiſitio ſpecialis qualiter impugnari poſsit, ſeu quæ requirantur ad ipſius ualiditatem, ut impugnari nequeat, ſi ipſa fiat contra certam perſonam pro aliquo ſpeciali delicto a ſe commiſſo, non inquantum eſt prælatus, ſi forſan eſſet prælatus, ſeu caput ſeu mēbrum alicuius Eccleſiæ, uel monaſterij. Cap. XVI.

Citatio rei & defenſionum conceſsio eſt indulta de iure naturali concl. 19.

Citationem, & cauſæ cognitionem præmittendas fore condemnationi reorum eſt de iure diuino. concl. 19.

Citandus non eſt neceſſario notorius criminoſus abſens, quando liquide conſtat, ipſi reo nullam defenſionem competere; aliàs omnino eſt citandus concl. 19.

Citauit Deus Adam, & quando & quomodo. concl. 19

Defenſionem reis indultam de iure naturali nec Summus Pontifex, nec Imperator poterit denegare eis, concl. 19.

Inquiſitio ſpecialis neceſſario requirit, ut illud, de quo quæritur, conſtet ſaltem in genere, ſcilicet, quòd tale crimen fuerit commiſſum. concl. 1.

Inquiſitio ſpālis cōtra certā perſonā poterit fieri propter præcedentem inquiſitionem generalem, factam de aliquo crimine. conclusione quinta.

Inquiſitio ſpecialis contra certam perſonam, non præmiſſa generali, poterit fieri in infraſcriptis caſibus. & primo quando eſt magna fama, quod fuit factum magnum furtum, uel huiuſmodi. uide in concl. 2. Et ſecundo propter denunciationem aliquam factam de aliquo crimine contra aliquam perſonam ſpecialem. ut in concl. 3. Tertio propter incidentem cognitionem, ut in concl. 4. Et quarto, propter magnum dolorem, uel offenſam factam ipſi officiali, ut in concl ſexta. Et ſexto propter mandatum Principis aſſertiue aſſerentis, ſibi conſtare de crimine, uel de fama; ut in concl. 12. Et ſeptimo, ſi fuit proceſſum ad inquiſitionem ſpecialem, non præmiſſa probatione de fama, parte præſente, & non reclamante, ut in concl. 13. Et octauo, quando iudex non inquirit ad inquiſitum puniendum de crimine, ſed ad ipſum ſecrete & paternaliter corrigendum, ut in concl. 14. Et nono, quando fama eſſet tanta, quod non deberet amplius diſsimulare crimen ſed ſtatim de ipſo inquirere. uide concl. octaua & nona.

Inquiſitio ſpecialis poteſt fieri propter frequentem famam, & clamoſam inſinuationem, factam contra aliquem ſpecialiter. concl. 10. & ſi habuerit illa fama

ma originem a fide dignis; ſecus, ſi a maleuolis concl. 11.
Inquiſitio ſpecialis an poſſit fieri propter infamiam ortam a maleuolis, & a fide dignis.concl. 1.
Inquiſitio ſpecialis contra certam perſonam an fieri poſſit, propter ſolam ſuſpectionem epiſcopi.concl. 11.
Inquiſitio fieri non poteſt contra aliquem de delicti commiſſo laici, uel leuiſſima culpa.concl. 15.
Inquiſitionis libellus, quæ neceſſario continere debeat.concl. 16. & 17.
Inquirere uolens ex officio, quid obſeruare debeat de iure communi concl. 18. & 19.
Inquiſitio hodie ex conſuetudine utriuſque fori effecta eſt remedium iuris ordinarium.concl. 8.
Inquiſitio ſpecialis eſt nulla, ſi fuit facta contra illum, qui fuit alias inquiſitus uel accuſatus, & iuridice abſolutus. concluſione vigeſima.

ADdnctis his, quæ adducenda videbantur ad enucleationem præcedentis quæſtionis, in qua quærebatur, quæ ſint obſernāda in inquiſitione ſpeciali, illam aliquo promouente contra aliquam aliam perſonam, non prælatum; in præſenti capitulo non equidem incongruum uiſum fuit adducere, quę requirantur ad inquiſitionem ſpecialem faciendam contra aliquam ſpecialem perſonam, non ut prælatus, aut caput Eccleſię eſt; ut ſcire ualeamus, quando ipſa inquiſitio ſit ualida; & quando nulla. & hos caſus recenſere curabo, adducendo nonnullas concluſiones, illas more ſolito probando.

PRIMA ERGO CONCL. ſit hæc.

PRimo requiritur ad validitatem inquiſitionis faciendæ contra aliquē ſpecialiter, quòd illud delictum, de quo inquiritur, conſtet ſaltem in genere eſſe commiſſum, licet neſciatur a quo; ut puta, ſi reperiret homo occiſus, vel vulneratus, ſeu reperiretur factum furtum, uel aliud quodcumque maleficium perpetratum: quoniam de hoc iudex ante omnia debet capere informationem, & ut ſcribantur illa reperta in actis, demandare una cum qualitate delict.; de quo fuit copioſiſsimus ſermo habitus in capitulo ſexto. Hæc concluſio probatur duplici medio. & primo fere per totum dictum capitulum ſextum; ſed ſpecialius in concluſione tertia, & nunc hic per arg. in l. 1. §. item illud ſciendum. ff. de ſenatus con. Syll. & Clau. ubi hæc habentur, videlicet: item illud ſciendum eſt, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem: liquere igitur debet ſcelere interemptum, ut Senatusconſulto locus ſit: quæſtionem autem ſic accipimus, non tormenta tantum; ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis. hæc ibi. Probatur & ſecundo auctoritate doctorum legiſtarum, tum etiam canoniſtarum. Bar. enim infraſcriptis verbis ſe ſubſcribit huic concluſioni in l. fin. ff. de quæſtionibus, in ver. ad euidētiam, videlicet, ad euidentiam ſcias, quòd quandoque de maleficio ſit inquiſitio generalis, non contra certam perſonam: quandoque de maleficio proceditur ſpecialiter contra certam perſonam. primo caſu, antequam ad inueſtigationem aliquam pcedatur, debet conſtare de maleficio; & ideo rectores mittunt militem, uel alium officialem ad uidendum hominem mortuum, & videndum vulnera; & hoc faciunt ſcribi, ut ſuper hoc poſſit poſtea inquiri. puto tamen, quod ſicut fama eſt ſufficiens, ut poſsit ſpecialiter inquiri contra aliquem; ita fama de maleficio ſit ſufficiens, ut poſsit de maleficio fieri inquiſitio generalis. hæc Bart. ubi ſupra: qui idem aſſerit breuius in dicta lege prima §. item illud. Pan. inſuper aſtipulatur præſenti concluſioni in capitulo primo, extra de officio ordinario, columna ſecunda, in verſi. in glo. ſecunda ibi infra-

L. 1 ff. ad Sille.

Bar.

Pan.

infraſcriptis uerbis utens, uidelicet: idem eſt, quando delictum eſt notorium, & neſcitur, quis illud commiſit; nam tunc Superior facit inquiſitionem generalem, ut notat Innocentius in capitulo bonæ memoriæ. el 1. extra de elect. & Bar. in l. fin. prædicta. hæc Pan. idem confirmat Robertus Marantha in ſuo Specul. aduoc. ſub titu. de inquiſitione in numero decimoſeptimo: qui doctor, poſtquam probauit noſtram concluſionem auctoritate multorum doctorum, infraſcripta addidit, uidelicet: & plene per Par. in tract. ſind. in verſi. conf. ubi in tantum dicit debere conſtari de delicto, quòd etiam, ſi quis confiteatur ſe occidiſſe hominem in nemore, non debet iudex illi credere, niſi prius mittat ad inquirendum, ſi homo fuit ibi occiſus; & debet etiam facere exhumari hominem ad uidendum, ſi fuit uulneratus, ſi homicidium eſt de recenti; uel ſi ſaltem reperiatur ibi oſſa ſepulta. facit, quod in ſimili de hac materia exhumationis hominis dicit Baldus in l. ſi quis teſtibus in fine. C. de teſtibus. unde nunquam debet iudex formare inquiſitionem ſpecialem, niſi prius conſtet de ictum eſſe commiſſum; aliàs ſi formaret inquiſitionem, & extarent indicia contra aliquem, non poterit illum torquere, ſi delictum patratum non conſtet. hæc ille. Maran.

SECVNDA CONCLVSIO.

Valida erit ſpecialis inquiſitio, facta contra aliquem, ēt quando erit fama magna, quod fuit factum magnum furtum, uel huiuſmodi; licet non poſſit conſtare iudici directe de maleficio: quoniam in tali caſu poſſunt vicini interrogari; & ſi ex ipſis poteſt deuenire iudex in notitiam alicuius ſpecialis perſonæ, poſtea poterit ſpecialiter interrogari ille talis nominatus de multis circumſtantijs, ut puta; ubi ſteterit nocte illa, cum quo comederit, & huiuſmodi. & ſic ex reſponſis eius poterit detegere criminatorem. & ſic hodie ſemper ſeruatur in practica: de quo infra loco ſuo latius. hæc concluſio probatur auctoritate Bartoli in l. qui ſine. ff. de quæſt. qui poſt prædicta in concluſione præſenti adducta, dicit & infraſcripta, videlicet: & tunc ex ſermonibus, & ex uoce, & ex trepidatione, ſeu conſtantia poterit cōtra eum aliquam præſumptionem habere: nam ſi repertus erit in mendatio, erit maxima præſumptio contra eum l. unicus. §. teſtes. ff. de quæſtionibus; & in capitulo literas, extra de præſumptionibus. & in hac inquiſitione generali poterunt teſtes torqueri, ſicut in ſpeciali, ut in l. 1. §. qui quæſtionem ff. de quæſtionibus. & iſte eſt modus intelligendi maleficia. hæc Bar. Bar.

TERTIA CONCLVSIO.

Valida erit inquiſitio ſpecialiter facta a iudice inquirente propter officialis denunciationem, uel alterius contra aliquem. & hodie ſic practicatur, ut dixi ſupra in titulo de denunciationibus, capitulo primo, concluſione prima & ſecunda lib. 2. fol. & titu. de forma denunciationis iudicialis & canon. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per textum in l. ea quidem. C. de accuſ. ubi hæc habentur, videlicet: ea quidem, quæ per officium præſidibus denunciantur, & citra ſolennia accuſationum poſſe perpendi incognitum non eſt. idem probatur & ſecundo auctoritate Bartoli in lege ſecunda ff. ad legem Iuliam de adult. columna tertia in uer. prima eſt. & Baldi, & Saliceti in dicta lege, Ea quidem, ut refert Robertus Marantha in ſuo, Speculo aduocat. ubi ſupra: qui prædictis adductis in concluſione addit, quòd in tali L. Ea quidem. C. de accu. Bal. Salic. Maran.

tali caſu poteſt iudex inquirere etiam non præcedente fama; immo tenetur tunc iudex inquirere: aliàs facit litem ſuam ſecundum Baldum in l.iubemus. C.de probar.col.2.uerſic.2.Probatur & tertio hac ratione: quoniam ſi tutor excuſatur a calumnia ratione officij, ſi eſt inſtigatus a matre, aut ab alijs conſanguineis, uel alijs affinibus, ut in l.tutorem. ff.de his,quibus,ut indig. item eadem ratione iudex excuſatur a præſumpta calumnia propter officialis denunciationem. animaduertendum, quod de hac denunciatione iudiciali multa dixi ſupra in tractatu de denunciatione hac, capitulo primo, ubi ſupra.

Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

IVdex poteſt inquirere ſpecialiter contra aliquem, propter incidentem cognitionem: regula enim eſt, quod ubicumque iudex incidenter cognouit de crimine, de illo ipſe poteſt per inquiſitionem cognoſcere. concluſio probatur duplici medio. primo per argumentum in l 2.ff.ad legem Iuliam de adult. ubi hęc habentur, uidelicet; unde quæri poteſt, an is, qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere ī maritū de lenocinio poſsit: & puto poſſe. hæc ibidem probatur per arg.in l.penultima. C. ſi aduerſus libertatem.hæc concluſio probatur & ſecundo auctoritate Bartoli in dictis legibus;& præcipue in dicta lege 2. ubi ſupra in uer. 2. regula.

l.2.ff ad l.Iul de adult.

l.penul. C.ſi aduerſus libertatē. Bar.

QVINTA CONCLVSIO.

IVdex poteſt procedere ad inquiſitionem ſpecialem contra aliquem, propter generalem inquiſitionem præcedentem. ubicumque enim iudex in generali inquiſitione compererit inditia aliqua non leuia contra aliquem de delicto,pro quo fit inquiſitio, uel īfamiam, poterit deſcendere ad particularem inquiſitionem contra eum, & ipſum punire repertū criminoſum; iuris tamen ordine ſeruato. licet ſic ſimpliciter intellecta hæc concluſio, prout ſonāt uerba,ſit de iure communi ueriſsima, ut dixi quoque in concluſione ſecunda cap. 6. tamen hodie non eſt in uſu in curijs laicalibus, & eccleſiaſticis; intelligēdo,quòd oporteat iudicem deſcendere ad formandum alium proceſſum, & poſt modum ipſum reum punire. ſed ſeruatur conſuetudo nouiſsime introducta in curijs ſupradictis, ut dixi in concluſione quarta & 6.dicti c.6.Hęc cōcluſio probatur triplici medio. primo per arg.in l.4.ff ad legem Iuliam pecu. in principio,ubi hæc habentur, uidelicet: mandatis autem cauetur de ſacrilegijs, ut pſides ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertant, & ſic conſtitutionibus cauetur, ut ſacrilegi extraordinarie digna pœna puniantur, hæc ibi. probatur & ſecundo auctoritate Bartoli in l. 2. ad legem Iuliam de adult.col.3.in uer. tertia regula eſt, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet. tertia regula eſt, quòd iudex poteſt procedere per inquiſitionem propter præcedentem generalem inquiſitionē ubicumque enim iudex in generali inquiſitione compererit aliquem deliquiſſe, in eodem caſu poteſt ad inquiſitionem ſpecialem deſcendere & illum reum cōdemnare. & ita debet intelligi l. congruit.ff.de officio præſidis probat expreſſe l.4 §.1.ff.ad legem Iuliam pecu. uide ſimile in accuſatore, ſi accuſator reperit in teſtamento eius, cuius hæres eſt, quod talis fecerit tale delictum, excuſatur a calumnia præſumpta, ſi accuſat illum, de quo teſtator dixit; & hoc propter notificationem teſtatoris, ut in l. qui ... ator.§.fin. ff. de bo. liber. & l. mater C. de calum. hæc Bartolus ubi ſupra: qui idem aſſeuerat in dicta l. congruit. eius ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Marantha, in ſuo

l. 4.ff.ad l.Iul.pec.

Bar.

Maran-

ſuo Speculo aduocatorum, ſub titulo de inquiſitione. in §. ſecundo principaliter requiritur, in uer. limita iſtud primo, quando extarent contra inquiſitum indicia ſufficientia. nam licet non conſtet de fama: poteſt tamen inquiri ex illis indicijs ſecundum Bartolum in dicta l. congruit; ubi æquiparat proceſſum inquiſitionis cum inditijs, & cum fama publica. & Paris in tract. ſind. in uerſi. inquiſitio, columna ſecunda; & Baldus in l. iubemus. col. pen. uer. quarto, & C. de probat. Idem aſſeuerat Aluarez in ſuo Spec. utriuſque iuris, ſub titu. de inquiſitione, qui ſequitur Bartolum in dicta l. fin. ff. de quæſt. dicentem, quòd inquiſitio poteſt fieri, quando extant indicia propinqua ipſi maleficio: quia tunc ſubrogantur loco infamiæ; ſecus, ſi ſunt indicia remota & inmediata: quia ex talibus non oritur infamia; uel ſi ſolum adeſſet unus teſtis, qui deponeret de maleficio propinquo: cum huiuſmodi maleficium probari non poſsit, niſi per duos teſtes ad minus iux. regulam Domini in ore duorum, uel trium ſtat omne uerbum: quoniam cum inditia ſunt ſubrogāda loco diffamationis; debent ſapere eius naturam, ac probari per duos teſtes. hæc ille.

CONCLVSIO SEXTA.

IVdex poteſt inquirere ſpecialiter contra aliquem de maleficio, non præmiſſa generali inquiſitione, nec pro batis indicijs, uel fama propter magnum dolorem ſeu magnam offenſam: ubicumque enim committitur crimen aliquod coram iudice, de illo poteſt iudex cognoſcere per ſpecialem inquiſitionem. hæc concluſio probatur triplici medio: primo per argum. in l. 1. C. de calumniatoribus: ubi habetur, quòd ſtatim, abſoluto reo, eſt puniendus calumniator, quod eſt intelligēdum, præmiſſa inquiſitione ſpeciali contra eum, & probato crimine calumniæ. Idem habetur in c. fin. extra de calum. Probatur & ſecundo auctoritate Bartoli in l. 2. col. 3. in ver. quarta regula eſt. ff. ad legem Iuliam, de adul. qui & adducit exemplum in multis de lictis, ac leges de hoc ſtatuentes. Probatur & tertio hac ratione: cū ipſi iudici conſtet de crimine, tanquam iudici, poſt aliqualem informationem captam, non opus eſt expectare infamiā ortam fuiſſe, uel indicia; ſed tantum breuiter contra reum formare inquiſitionem de tali crimine; & illo probato, reum punire, iux. iurium ſancita poterit, iuris tamen ordinatione ſeruato.

l. 1 C de calum.

ca. 2. de calum.

Bart.

Auctor.

CONCLVSIO SEPTIMA.

IMmēſum crimen dat poteſtatem iudici procedendi contra aliquem in ſpeciali inquiſitione, non præmiſſa generali: nec indicijs aut infamia probata ī actis. & huiuſmodi crimina ſunt omnia illa, in quibus poteſt quis accuſare ſinè metu calumniç, ut ī falſa moneta, & huiuſmodi; cum ſibi iudici de ipſis fiat deuūciatio. Hęc concluſio ꝓbatur duplici medio. primo enim per arg. in l. ſi quis in hoc C. de epiſcopis & cler. & ſecundo per Bartolum in l. 2. ff. ad legem Iuliam de adult. ubi & hanc concluſionem peroptime probat ueram.

l. ſi quis in hoc c. de epis de cler.

Bar.

CONCLVSIO OCTAVA.

IVdex in alijs caſibus ſupra non nominatis in præcedentibus concluſionibus, poterit ſpecialiter inquirere contra epiſcopum, ſibi aliquo modo ſubditum: ſolum (ſiue ille fuerit regularis ſiue ſecularis) quando fama tanta eſſet contra eum, quòd non poſſet amplius tollerari. & hæc concluſio uerificatur pro quocumque delicto. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. apertiſsimum

c. qlr & qñ. el 2. ex. de accuſ.

in cap. qualiter & quando el ſecundo, extra de accuſationibus, in §. ſed cum ſuper exceſsibus: ubi hæc habentur: ſed, cum ſuper exceſsibus ſuis quiſquã ita fuerit infamatus, ut iam clamor aſcendat, qui diutius ſiue ſcandalo diſsimulari non poſsit, vel ſine periculo tollerari, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum, & puniendum eius exceſſus, non ex odij fomite; ſed charitatis procedatur affectu: quatenus ſi fuerit grauis exceſſus: & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione amoueatur omnino: quod eſt ſecundum ſententiam euangelicam, a villicatione villicum amouere, qui non poteſt villicationis ſuę dignam reddere rationem. hæc ibi. Et in principio dicti canonis, in §. ex quibus auctoritatibus, manifeſte probatur, quòd non ſolum, cum ſubditus; uerumetiam cum prælatus excedit: & ſi per clamorem, & famam ad aures Superioris peruenerit, non quidem a maleuolis, & maledicis, ſed a prouidis ac honeſtis; non ſemel tantum, ſed ſæpe; quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat; debet coram Eccleſiæ ſenioribus ueritatem diligentius perſcrutari; ut ſi rei popeſcerit qualitas, canonica diſtinctio culpam feriat delinquentis: non tanquam idem ſit auctor & iudex; ſed quaſi denunciante fama, uel deferente clamore, officij ſui debitum exequatur. licet autem hoc ſic obſeruandum in ſubditis: diligentius tñ eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam; quia non poſſunt omnibus complacere: cum ex ſuo officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare; quin etiam interdum ſuſpendere; nonnunquam uero ligare. frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Et ideo ſancti Patres prouide ſtatuerunt, ut accuſatio prælatorum non facile admittatur, ne, concuſsis columnis, corruat ædificium: niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur. Hæc omnia in dicto canone.

c. Prælatorũ. ex. de accu.

Et in capitulo prælatorum, extra de accuſationibus, præcipitur contra quendam epiſcopum de dilapidatione bonorum eccleſiaſticorum denunciatum, ut ad locum incolatus dicti epiſcopi accedatur; & ibi ſollicite inquiratur ueritas facti; quæ poſt modum ad Summum Pontificem dirigatur. hæc ibi.

c. Cum ĩ iuuent. ex d Purgat. can.

Et in capitulo, cum in iuuentute ſua, extra de purga. cano. Innocen. fatetur, ſe nunquam uoluiſſe procedere contra quendam epiſcopum, propter nequitiam emulatorum eius, his verbis utens, in §. unde nos, videlicet: unde nos tantum emulorum nequitiam attendentes, licet pulſati fuerimus multoties contra eum: numquam tamen aduerſus ipſum potuimus commoueri, ſcientes, quòd dictum facile ſequitur multitudo. hæc ibi.

c. Cum ĩ iuuent. ex. de p̃ſumpt.

Et idem fere habetur in capitulo, cum in iuuentute, extra de præſumptionibus, in §. licet; ubi hæc habentur, videlicet: licet igitur rex Vngariæ eundem epiſcopum nobis per nuntios, & litteras de tali crimine detuliſſet, poſtulans, ut malum huiuſmodi pernicioſum exemplum de Vngarica Eccleſia tolleremus: quia tamen eius ſuggeſtio non de charitatis radice procedere uidebatur, noluimus aures noſtras, quaſi malignis detractationibus, inclinare. ſed, ut probaremus, ſi ſpiritus eſſet ex Deo, Taurienſi epiſcopo dedimus in mandatis, ut prudenter & caute a coepiſcopis indagaret, utrum præfatum epiſcopum crederent tali labe reſperſum. hæc ibi.

Hoſt.

Probatur quoque præſens concluſio & ſecundo auctoritate doctorum infraſcriptorum. Hoſtien. enim probat hanc ueram eſſe concluſionem in ſua Summa, ſub titulo de inquiſitionibus, in §. quando procedatur ad inquiſi-

el

Pan. tionem. Panormitanus in ſupra inducto capitulo qualiter & quando, el ſecundo, notabili nono, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nota nono differentiam in inquiſitione fiendam inter ſubditum, & prælatum: nam contra ſubditum ſufficit præcedens fama, etiam non ſcandaloſa; ſed contra prælatum oportet, quòd procedat fama, quæ ſine ſcandalo, & periculo diſsimulari non poteſt. dixit ſine ſcandalo, quippe quia ſi diffamatur de delicto incontinentiæ, ſubditi multi ſcandalizantur, ita, quòd timetur ſcandalum futurum; niſi fiat inquiſitio. & dixit ſine periculo; quia ſi eſt diffamatus de dilapidatione, uel de hæreſi; & Superior ipſe diſsimularet, poſſet interim ſequi Eccleſiaſticarum rerum diſtractio, & reſpectu hæreſis aliorum infectio. & eſt ſpeciale in prælato, propter rationem litteræ: quia de facili infamatur ſine cauſa iuſta: cum incurratur, propter executionem officij, odium plurimorum. Hæc ille ibi. qui in capitulo tertio, in verſi. in eadem Gloſa, idem probat eſſe uerum. qui doctor eadem etiam probat uera, quæ adducta fuere in præadductis iuribus.

CONCLVSIO NONA.

IVdex eccleſiaſticus non poteſt inquirere contra prælatum regularem ſpecialem; niſi fama tanta eſſet contra eum, quòd ſine graui ſcandalo tollerari non póſsit. Et hoc uerificatur in omni genere peccatorum: licet ordo iudiciarius non ſit uſquequaque ſeruandus, quo ad ſubtilitatem, ut in epiſcopis debet ſeruari: non autem, quo ad ueritatem; quia ille ordo ſeruari ſemper debet. Hæc concluſio probatur triplici medio. primo per textum in capitulo qualiter, & quando el ſecundo, extra de accuſationibus, in fine, ubi hæc habentur, videlicet: hunc tamen ordinem, contra regulares perſonas, non credimus uſquequaque ſeruandum; qui, cum cauſa requirit, facilius, & liberius a ſuis adminiſtrationibus poſſunt amoueri. hæc ibi, quo ad ordinem iudiciarium, non uſquequaque ſeruandum. ſed quo ad procedendum ad inquiſitionem, ſtatuit idem canon in §. ex quibus auctoritatibus, in principio canonis prędicti: cuius verba ſingula a me relata fuere in præcedenti concluſione. Probatur & ſecundo hæc concluſio auctoritate doctorum: de quorum numero eſt Panormitanus in dicto capitulo qualiter, & quando el ſecundo, columna tertia, in principio, in verſiculo ultimo, in fine litteræ; qui infraſcriptis utitur verbis, videlicet: vltimo in fine litteræ nota tria ſpecialia in regularibus prælatis. primo ut contra eos non ſeruetur ordo uſquequaque, id eſt ad unguem: debet ſeruari tamen aliquis ordo. & intelligo, quòd remouetur ordo, quo ad ſubtilitatem; non quo ad ueritatem: illa enim omittenda non eſt: & in Clemen. ſæpe, de uerborum ſignifi. Et huius ſpecialitatis duplicem arbitror eſſe rationem. prima, quia regularibus facilius permittetur iura ignorare, quàm ſecularibus, iux. not. in capitulo, cum in cunctis, extra de elect. per Innocent. & quod notatur in capitulo ueniens; & in capitulo quoniam, extra de ſimonia. ideo cum eis non debet taris ordo ſtrictus ſeruari. ratio eſt; quia non habent titulos ita fixos, & firmos, ſicut ſeculares: cum non multum debeant curare, quòd amoueantur ab adminiſtratione. Secundum ſpeciale eſt, quia facilius poſſunt remoueri: nam leuiores cauſæ, & probationes contra eos ſufficiunt ſecundum Ioannem Andream. Tertium ſpeciale eſt, quia liberius remouentur: non

Pan.

Rat: aſsignantur quare in cauſis reg non ſit ordo iur. uſq; quoque ſeruād' ſ. quo ad ſubtilitatem.
primarō
2.
3.

nem iudicis & aliorum: quia nõ ita de facile præſumitur contra iudicem, ſicut contra alios, vt in c ad audientiam extra de præſcrip. & in cap. noſtra, de procu. Non tamen in iſtis caſibus propter ſuperiorem fiet inquiſitio, licet aliud ſentiat Inn. quia infamia debet præcedere inquiſitionem; non ſola ſuſpitio, ut hic habetur; & mitius agitur contra deficientem in purgatione, quã contra conuictum in inquiſitione. hæc omnia Pan. ubi ſupra. cui aſtipulatur Felinus in dicto c. qualiter & quando el 2. col. 5. qui quoque in c. licet in beato, extra de accuſ. infraſcriptis vtitur uerbis, in ver. in gloſa: nota ſingulariter ſecundum Petrum de Ancharano: quod licet inquiſitio criminum non concedatur, niſi præcedente infamia, vt in dicto c. qualiter el 2. tamẽ ſi aliquis denunciatur a perſona fide digna; & Superior ignorat de infamia, uel fama, poteſt committere inquiſitionem non ſuper crimine, ſed ſuper fama. hæc ille. cui Pan. concordat, in dicto cap. licet in beato. in col. 2. in ver. ultimo infraſcriptis uerbis, uidelicet: poteſt colligi, quòd ad denunciationem alicuius perſonæ probæ committitur inquiſitio ſuper fama denunciati, non ſuper criminis ueritate. & in col. 3. in ver. glo. Inn. infraſcriptis verbis utitur: ſed ſecũdum doct. dic, quòd quædam eſt inquiſitio famæ, & non ſuper ueritate criminis: & iſta, cum non ſit multum præiudicialis, poteſt fieri, modica infamia præcedente, uel ad denunciationem probæ perſonæ, ut hic probatur, videlicet, his verbis in fine canonis prædicti: ne autem in abſolutione tua minus canonice procedere videamur (quamuis potius odore bonæ opinionis coepiſcoporum noſtrorum, quàm eorum infamia delectemur) Cabilonenſi epiſcopo, & abbati de firmitate inquiſitionem famæ tuę duximus cõmittendam. Quędam eſt inquiſitio ſuper ueritate criminis; & iſta non debet fieri, niſi præcedat infamia. Et ex hoc notabis ſingulariter modum procedendi, quando denunciantur crimina non infamati: ſi enim denuncians eſt perſona idonea, nõ debet committi; ſed fieri debet inquiſitio ſuper infamia prius, quàm ſuper veritate. ſi uerò perſona denuncians non eſt perſona idonea, nulla fit inquiſitio, niſi ad cautelam: ad hoc adducitur tex. in c. cum in iuuentute, extra de præſumpt. cum ibi notatis, quem tex. ego retuli ſupra in concluſione ſeptima præſentis capituli. & ſi conſtiterit de infamia, proceditur poſtea ſuper ueritate criminis, vt in dicto c. qualiter, & quando el 2. hæc ibi. Pan. Subſcripſit ſe quoque preſenti concluſioni Robertus Marantha in Speculo aduocat. ſub titu. de inquiſitione; qui ad illam probandam adducit & alios doctores. Probatur & tertio hæc concluſio hac ratione: cum teneantur, quãtum in ipſis erit, prælati mundare ſubditos ab omni lepra ſpirituali, & conſulere famæ illorum; & prædicto modo melior inueniri non poſſit (iudicio meo) quo utrunque perficiũt: idcirco patet, hanc concluſionem ueram eſſe, cum utrique malo proſpiciat, ne ſubditi incurrant aliquod detrimentum.

Margin notes: Inquiſi. ſpãlis an fieri poſſit p ſuſpitionẽ epi. — Felinus. — Pan. — Marantu — Auctor

DVODECIMA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſticus inquirere poteſt contra certam perſonam de mandato Principis aſſertiue ſiue aſſerentis in ſua commiſsione, ſibi conſtare de crimine; vel quod fama deuenit ad aures eius, etiam non præcedente inquiſitione de infamia. ſed ſi commiſsio facta fuiſſet ſimpliciter abſque huiuſmodi clauſula prædicta; tunc iudex ante omnia inquirere debet de infamia: aliàs non poſſet procedere ad inquiſitionem contra illum. & idem dicendum foret; ſi Papa diceret: cum cõſtet nobis eum infamatum. & hoc de iure communi: ſed de conſuetudine

poterit tamen in utroque caſu iudex procedere ad inquiſitionem, & aſſumere informationes, etiam ſpecialiter contra certam perſonam hodie; quoniam in curijs ita ſemper ſeruatur; tũ quia hæc practica diffamationis receſſerit ab aula; tum q̃a ipſa poſtulatio prĩcipi porrecta habeat uim querelæ, & denunciationis, quarum uigore, iudex poteſt inquirere ſpecialiter cõtra certam perſonam, ut fuit probatum in ſuperioribus concluſionibus. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in cap. cum oporteat, extra de accuſationibus. §. fina. ubi Innocent. infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: diſcretioni veſtræ mandamus, quòd niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noueritis, uos ad inquiſitionem illorum non ſubito procedatis. quòd ſi ad inquiſitionem fuerit procedendum, prædictos, uel alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec ad proſequẽdam inquiſitionem, nec ad perhibẽdum teſtimonium contra ipſum epiſcopum admittatis: ſed per uiros idoneos diligenter ueritatem ĩquiratis ſuper his, quæ geſta ſunt. hæc ibi habentur. Probatur quoque per argumen. in capitulo ſecundo, de accuſ. in ſexto, ubi hæc habentur, uidelicet: ſi is, cui contra te commiſſa fuerit ſimpliciter inquiſitio, ſuper certis criminibus facienda, proceſſerit te præſente, nec reclamãte, aut quidquam ſuper hoc excipiente, infamiæ inquiſitione omiſſa ad ueritatem eorundem criminum inquirendam: proceſſum huiuſmodi ex eo, quod non fuit primitus de infamia inquiſitum, ulterius impugnare nequibis. hæc ibi. Probatur & ſecundo præſens concluſio auctoritate doctorum. & primo Panor. huic concluſioni ſe ſubſcribendo, infraſcriptis utitur verbis in dicto cap. cum oporteat, colum. 3. in verſic. ſed ex glo. quęro, uidelicet: quæro, numquid Papa ſimpliciter inquiſitionem

ca. cum oport. ex de accuſ.

ca. 2. de accu. l. 2

Pan.

committendo, teneatur ſemper delegatus prius inquirere de fama: concludе quòd aut Papa ſimpliciter commiſit inquiſitionem, & nullam mentionem fecit de fama; & tunc ſemper delegatus debet prius inquirere de fama: quia uidetur hoc commiſſum tanquam præambulum. Et ſi uellet procedere ſuper ueritate, non facta prius fide de fama, poterit appellare inquiſitus. arg. hic. & in c. 2. de accuſ. lib. 6. & hic omnes concedunt, aut Papa facit mẽtionem de fama; ut quia dicit, multorum clamor ad nos peruenit, talem infamatum eſſe de tali crĩe; & ideo inquiras, &c. tunc dicit Ioannes, quòd delegatus non tenetur inquirere de fama, ex quo Papa aſſerit eũ infamatũ: cõtrarium tenet Tancr. quia potuit hoc peruenire ad Papam per inimicos & conſpiratores iſtius denunciati; vel quia forſan falſa relatio facta fuit Papæ: licet per alios Ioan. And. diſtinguit & bene: quòd aut Papa hoc aſſerit ꝑ uerba aſſertiua, & procedit opinio Ioannis, aut per uerba narratiua, & ꝓcedit opinio Tancre. uide in Spec. in titu. de inquiſitore, in §. niſo igitur de præparatoria in verſi. hoc autem notandum. & ibi dicit Ioannes Andreas in ver. erant inimici, quod remittit ſe ad dicta per eum in capitulo cum oporteat poſt principium in Decretali Papæ, de priuilegijs, in ſexto, ubi ait; quòd uerba aſſertiua ſunt, ſi dicitur cum conſtet nobis talẽ infamatum; uel relatione fide dignorum percepimus talem infamatum, &c. uel per ſimilia uerba. tunc enim non eſt opus inquirere de fama. & ad hoc facit tex. in Clem. literis. de prob. uerba uero narratiua ſunt, ſi dicatur; multorum clamor ad nos peruenit talem infamatum, &c. nam tunc Papa non aſſerit talem infamatum, uel hoc percepiſſe a fide dignis. & idem dic, ſi Papa diceret relatione fide dignorum ꝑcepimus talem commiſiſſe hoc crimen. nam per hoc non tollitur proceſ-

Cõtra regularem ſubditũ ubi agitur de grauiſſ. piud. ut eſt, ſicut tere in ſ famiani & hmõi aliquis ordo iuris erit ſeruandꝰ, quo ad ueritatis indaginẽ ſpectãs.

aliquis tamen ordo ſeruari debet:cum agitur de grauiſsimo præiudicio. hæc Pan. ubi ſupra. qui ibidem dixit non ſeruandum huiuſmodi ord.iuris, quo ad ſubtilitatem iuris;ſed bene, quo ad ueritatis indaginem; cuius uerba retuli ſupra in pcedenti concl. Fel.quoq; ſe ſubſcripſit in dicto c. qualiter & qñ el 2.colum.11.in vet.tertio nota, quòd his infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: tertio nota, quòd cum regularibus non eſt ita iuris ordine procedendum: nam non tenentur iſti ſcire iura, ſicut ſeculares; ideo iuris ſolennitas relaxatur, ſicut quãdo militibus & ruſticis ſubuenitur l. 1. ff.de teſta.mili.c'i ſimilibus C.de teſtibus. & licet iuris ſolennitas non ſit ſeruanda: ueritas tamen dimitti non debet iux.notata in Clem.ſepe,cum ſimi.de verborum ſignifi. Vnde dicit ſingulariter Bar.in extrauag. ad reprimendam in ver.uidebitur.iux.finem;quòd quæcũque clauſula imponitur in commiſsione, ſub quacumque forma uerborum,nunquã prætextu talis commiſsionis poterit iudex auferre exceptionem acquiſitã parti, quãtumcumque ſit de rigore iuris inducta; quia iudex habet poteſtatem per huiuſmodi clauſulas circa proceſſum, & circa ea, quæ facit ipſe, non circa ius quæſitum parti ante pceſſum: de quo exclamat Mattheſi. in ſuo nor. 15. Probatur quoque præſens concluſio hac ratione: quoniam ipſi

Auctor.

clerici regulares, & ſeculares non debent eſſe peioris conditionis ipſis laicis, quibus nũquam denegatur defenſio: ſed recipiuntur eorum exceptiones in omni foro. Vnde dicit Felinus in dicto c. qualiter & quando el 2. col. 7. in fine in §. debet. & pondera, quia inquiſito nunquam eſt ſubtrahenda defenſio:quia cum ſit de iure naturali, nec Papa, nec Imperator põt eam tollere: vt in Clem. paſtoralis,de re iudi. facit l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci lib.10.Vnde dixit Specu.ſub titulo de inquiſitione,quaſi i fine, quòd diabolo non denegaretur defenſio,ſi eſſet in iudicio. hæc Felinus ubi ſupra. De materia iſtius concl uide, quæ dixi in concluſione 5.lib.6.titu.de modo procedendi contra regulares: cum ibi ſit locus proprius examinis iſtius quæſtionis; & hic per accidens.

CONCLVSIO VNDECIMA.

IVdex eccleſiaſticus non poteſt inquirere ſpecialiter contra certam perſonam; niſi quando fama contra eã habuit originem a perſonis honeſtis & fide dignis; non autem ſi a maleuolis. aliàs iudex tenebitur inquiſito ad expenſas: licet poſsit inquiri tantum de fama, ſi denunciatur ab uno fide digno; & Superior ignorat de infamia ſeu fama. Hodie tamen, quia fama raro expectatur ad hoc, ut inquiratur ſpecialiter contra aliquem, ut docet Iulius Clarius in ſua pract.crimin. lib. 5. quæſt. ſexta,circa principium.& in ver.ſucceſsiue quæro, in fine:iccirco hæc concl.tantum uerificabitur,quando iudex non habeat aliam uiam paratam ad inquirendum. imo, ut docet ipſemet Iulius Clarius, ubi ſupra, in principio quæſtionis, & ver.ſcias etiã, unico contextu iudex aſſumit informationem de fama criminoſi in genere, nullum nominando in ſpecie. ſed ſi ex ipſa reperierit criminoſum nominatum in ſpecie, contra ipſum ſpecialiter inquiret. & ita hodie ſeruatur in practica. Tamẽ hæc noſtra concl. ad unguem erit ſeruanda in illa regione, in qua ſeruatur ad unguem in iudicio ius commune. Et hæc concluſio probatur triplici medio. primo per tex.in capitulo qualiter, & quando el ſecundo extra de accuſ. in §. ex quibus auctoritatibus, ubi hæc habentur, uidelicet: ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur, quòd non ſolum, cum ſubditus; uerum etiam cum prælatus excedit: & ſi ſuper clamorem, & famam ad aures

c. qlr & qñ. el 2. ex. de accuſ.

 per-

cet non præceſſerit ipſam inquiſitioné ſpecialis denunciatio, uel quærela, ratione quarum potuiſſet procedere: uti etiam, quãdo dicitur, quòd ſi in inquiſitione generali facta duo teſtes deponerent contra delinquentem, ipſum nominando; tunc ualet proceſſus, & citatio rei ad informandum: licet infamia nõ præceſſiſſet, cum limitatione relata infra a Pan. Hæc concluſio probatur triplici medio. primo per tex.
fert, quæ breuitatis cauſa non retuli. dominus quoq; Felinus in c. qualiter & quando, el 2. extra de accuſat. in §. debet, noſtræ concluſioni quamelegãtiſsime aſtipulatur his verbis, videlicet: nota de capitulis exponendis inquiſito, ſuper quibus debet fieri inquiſitio, & debet ſibi ſtatui terminus ad defenſam. & hoc verum, quando inquiritur contra certam perſonam: ſecus, ſi fiat generalis ĩquiſitio ſuper ſtatu Eccleſiæ; quia tunc generaliter inquiritur de uita & moribus totius conuentus & cler. iux. c. fin. de purgat. can. Et pondera, quia inquiſito nunquam ſubtrahenda eſt defenſio. quia cũ, ſit de iure naturali, nec Papa, nec Imperator poteſt eam tollere, ut in Clem. paſtoralis, de ſent. & re iud. facit l. defenſionis facultas. C. de re fiſc. lib. 10. unde dixit Specul. in titu. de inquiſit. quaſi in fine, quòd diabolo nõ denegaretur defenſio, ſi eſſet ĩ iudicio. Et ideo ſcias, quòd quãtumcumque ſtatutum tolleret facultatem opponẽdi exceptionem nullitatis contra ſentẽtiam, nunquam intelligitur excluſa exceptio nullitatis ſurgentis ex defectu citationis, uel alterius defectus peruenĩẽtis a iure naturali, ita ſolemniter concluſit dominus Fran. de Ramponibus: & eſt inſertum in concilijs Cal. titu. de re iud. cõſil. octauo; quod incipit; an ſententia lata. ita conſuluit Pet. de Ancha. concil. 208. quod incipit, de iure communi, ubi pulcre loquitur, & ut puto, de eodem facto fuit requiſitus cum eo dominus Franc. Hæc omnia Felin. ubi ſupra. dominus quoque Cardinalis Zabarella in Clem. paſtoralis, de ſen. & re iud. in §. denique, in ver. octauo nota, inter alia his vtitur verbis: oppono in eo, quod dixi, quòd ſententia lata contra nõ citatum non tenet; quòd immo tenet; ſed debet per appellationem reſcindi, ut in l. ab eo. C. quomodo & qñ iudex. Soluo. aut nullo modo fuit citatus, aut ſic: ſi primo caſu, eſt nulla, ut in c. inter quattuor, de maior. & obed. hæc ille, ubi ſupra. Gloſa quoque aſtipulatur præſenti concluſioni in dicto c. inter quatuor in ver. citati, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: unde ſententia non tenet, cum citatio non peruenit ad eum. & paulo poſt ibidem ait: nota, quòd omnes, quos negotium tangit, uocãdi ſunt, ut hic patet. quod ſi non fiet, non præiudicatur abſenti; niſi forte ſciuerit cauſam ſuam agi, & taceat, ut in c. quamuis, extra de ſententia & re iudicata. Probatur quoque hæc concluſio innumeris rationibus, allatis ſupra a doctoribus productis in ipſius probationem.

Felinus.

Defenſ. reis conceſſã de iure na. Papa. nec ĩperator re- is põt il negare.

Franc. d Rmapo.

Pet. de Ancha.

Zabarel.

VIGESIMA CONCLVSIO.

VT inquiſitio ſpecialis ſit ualida, oportet inquiſitũ non fuiſſe aliàs de illo crimine accuſatum, uel inquiſitum, & legitime abſolutum, uel punitum in foro fori, de quo eſſet puniẽdus quis pœna ordinaria, videlicet, ꝓ delictis expreſsis, ĩ c. inquiſitionis, extra de accuſ. aliàs inquiſitio eſſet nulla, & iniuſta de iure canonico, & ſecũdum canoniſtas, & legiſtas, non ſolum ſi ptimum iudicium fuiſſet intentatum criminalitet; ſed etiam, ſi ciuiliter. attamen quando dubitatur, an quis fuerit abſolutus eo, quòd crimen non cõmiſerit: an autem, quia probatum non fuerit; tunc ſtãte tali dubio, ſententia abſolutoria in cauſa criminali cenſetur lata ex eo, quòd non fuerit probatum; & tunc tam in caſu dubij, quã certi, poterit rurſus accuſari. ſed ſtylus uerus eſt, quòd quando abſoluitur eo, quòd crimen reus non commiſit; & ſententia abſolutoria fertur ſimpliciter: quando vero ex defectu probationis hoc cõtingit, ſemp apponitur clauſula hæc, videlicet: ſtantibus rebus, pro ut ſtant. immo noſtra tempeſtate, iudices in hoc ultimo caſu exigunt fideiuſsionem de ſe pſentãdo toties, quoties curiæ uiſum fuerit. quapropter, qñcumq; ſuperueniunt noua indicia, ſem

per cõtra huiuſmodi abſolutũ procedi tur: ſed qñ eſt ſimpliciter abſolutoria, nõ poterit amplius procedi. Hæc cõcl. probatur triplici medio. Primo ꝑ arg.
a. de his ex. de ac cuſat. in c. de his, ex̃. de accuſ. ubi hæc habent ve3: de his criminibus, de quibus abſo lutus eſt accuſatus, non põt accuſatio replicari. Hæc ibi. qđ & ſtatutum fuit ĩ l. ſi cui. ff. de accuſ. & ꝑ c. inquiſitionis, ĩ princ. §. 2. quæſiſti, ex̃. de accuſ. qui § eſt memoriç cõmendandus; & ego attuli eius v̈ba in relatione infraſcripta opi nionis Felini in hac eadẽ concluſione. Probat̃ & ſcđo auct. doct. Inn. n. in c. cũ dilectis, de accuſ. circa fi. ut refert Bar. in l. ſi cui. ff. de accuſ. ubi & hanc cõclu ſionẽ fouendo infraſcriptis utitur ver bis in §. eiuſdẽ dictæ l. in ver. quæro, hic loquitur; ubi hæc dicit: quæro; hic loq tur de abſoluto ꝑ accuſationẽ: quid de abſoluto per inquiſitionem; utrum ha beat locũ diſtinctio huius legis. rñdeo ſic; quia inquiſitio ſuccedit ĩ locum ac
Bart cuſationis, ut dicam in l. 2. §. ſi publico ff. ad l. Iuliam de adult. hæc Bar. quẽ ſe
Pan. quitur Pan. in d. c. de his. col. 2. in v̈. qñ que fuit abſolutus ꝑ uiam ĩquiſitionis, ubi utit̃ his uerbis, ve3: qñque fuit ab ſolutus ꝑ uiã inquiſitionis; & dubitat̃, nunquid põt accuſari. Inn. ponit duas opiniones in c. cum dilecti, de purgat. cano. ubi tenet, ꝙ non põt accuſari: & tenet Bar. ubi s̃. & mihi placet: nã de iu re ciuili non v̄r tñ dubium, quia eadẽ pęna imponitur, ſiue agatur per accu ſationem, ſiue ꝑ denunciationẽ, ſiue ꝑ inquiſitionem, ut dico ſuper rubricam de iudi. ſed de iure can. põt eſſe dubiũ; quia imponitur minor pęna per modũ ĩquiſitionis, ut in c. qualiter & qñ, el 2. ex̃. de accuſ. ſed hoc non obſtãte puto primũ dictũ procedere; quia licet mi nor ſit pęna, utraq; tñ tendit ad vindi ctam; ergo non põt iterũ agi. arg. opti mũ in l. prætor edixit ff. de iniurijs. hæc
Felinus. Pan. ubi s̃. Dñs etiam Felinus amplecti tur atque fouet ꝑſentem concluſionem in d̃. c. de his. in §. ſeptimo limita, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ſeptimo limita in abſoluto per uiam inquiſitionis, quia poterit iterum ac cuſari, quia pœna impoſita per uiam ĩ quiſitionis nõ eſt naturalis, ut in c. in quiſitionis, ex̃. de accuſ. fallit primo de iure ciuili, ſm̃ quod imponitur eadem pœna per Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. ad l. Iul. đ adult. ita notat dñs Antonius, Imola, & Abbas hic: ſecũdo fallit, ubi eſſet abſolutus a criminibus, de quib' põt imponi pęna ordinaria, quæ habẽ tur in d. c. inquiſitionis, ex̃. de accuſ. in princip. ſecundum prędictos: adde tu quòd in d. c. inquiſitionis hæc habẽtur Auctor. ve3: quęſiſtis, quid uobis ſit ſtatuendũ, ſi cõtra quempiam per inquiſitionem c. inqui probatum fuerit tale crimen, quòd de ſitioni. poneret accuſatum criminaliter, & cõ ex de ac uictum, ĩ quo quidem iuſsimus diſtin cuſ. guendum, utrum ſit tale crimen, quòd ordinis executionem ſuſcepti, aut re ceptionem beneficij, ẽt poſt peractam pœnitentiam, impediret, puta, ſi homi cidium commiſiſſet quis, uel adeptus eſſet beneficium, uel ordinem vitio ſi moniæ. quo caſu erit, ſicut in accuſatio nis iudicio, procedẽdum; alioquin ſm̃ perſonę merita, & qualitatem exceſſus pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari. Hæc in d. §. ſequitur Felinus Felinus. ubi s̃. Tertio intelligo, dũmodo ſit ab ſolutus, quia non probatur. adde ad lo cum uerboſum declarationem, ve3: de lictum de quo fuit inquiſitus: nam tũc poterit accuſari, eo ꝙ forſitan in ꝑſen tiarum adſunt probationes lucidę, ſeu teſtes deponentes legitime contra di ctum inquiſitũ; & hic, ne delicta rema neant impunita, poterit quis de hmõi delictis accuſare: ut ẽt rõ ipſa ſuadet; ſecus ex eo, ꝙ deliquit, per ea, q̃ ſupra dixi. hæc inquit Felinus. vnde meo iu dicio cum hac limitatione Feli. eſt in telligenda uera opinio Dñi Abbatis ſe quentis notata Bar. & Inn. maxime cũ ibi dicat; ſed de iure canonico põt eſſe dubium, cum mitior pœna imponatur, &c. ut ſupra: quoniam ipſe Pan. in di cto §. primo dicti c. inquiſitioni. col. 3. in ver.

in ℣. ſecundus caſus eſt, & in ſequē. ℣. concludit ueram eſſe opinionem, quā refert Felin. ſupra; & ipſammet probat ueram ipſemet Panormitanus. Sed in hac concluſione uidetur cōtineri alia quæſtio, qua quæritur, an delictum ꝓbatum per uiam inquiſitionis ueniat puniendum, ac ſi fuiſſet probatum per uiam accuſationis: quæ tamen quæſtio loco ſuo latius examinabitur de iure; licet hodie non ſit neceſſaria ſcitu, cū ex conſuetudine curiarum eccleſiaſticam, & laicarum nouiſſime introducta via inquiſitionis ſit facta ordinaria, & omnia crimina cognoſcantur ꝑ ipſam: ac per conſequēs eodem modo uenit puniendus criminoſus repertus ꝑ uiā inquiſitionis, ac ſi fuiſſet contra ipſum proceſſum per uiam accuſationis, ut a nobis fuit probatum loco ſuo. Veruntamen ſciendum quoq;, ꝙ Rob. Marantha noſtræ præſcuti concluſ. ſe ſubſcripſit in ſua pract. uuncupata Speculum aduoc. ſub tit. de inquiſit. in §. octauo principaliter reqritur. Probatur quoque præſens concluſio auctoritate Iul. Clar. in ſua pract. criminali. lib. v. §. fin. quæſt. 57. in prin. & duobus immediate ſubſequen. verſic. qui doctor multas etiam aliorum doctorum auctoritates noſtram hanc concluſionem confirmantium ibidem adducit, quas per te uidere poteris.

An inquiſitus teneatur ſemper iudici interroganti, atque deferenti ſibi iuramentum fateri ſuum delictum. C.XVII.

Inquiſitus fateri ueritatē non tenebitur ad interrogationem iudicis, ſi contra ipſum in actis nihil fuit probatum. concl. 1.

Inquiſitus fateri ueritatem tenetur ſub pœna peccati mortalis, ſi fuit interrogatus a iudice, ordine iuris ſeruato. concl. 2.

Iudex quid faciet, ſi contra inquiſitum fuit probatum de infamia tantūmodo. cōcl. 3.

QVamuis in opuſculo de accuſationibus in cap. vj. multa notabilia adduxerim circa materiam pſentis cap. nihilominus uiſū fuit operæpretiū, hic breuibus abſoluere hanc qſtionē, ſcitu non tm̄ dignā, q̄ neceſſariam, nonnullis cōcluſionibus.

PRIMA CONCLVSIO.

QVādo iudex ꝓcedit ex officio mero ſuo per uiā inquiſitionis; tūc inquiſitus non tenetur rn̄dere ipſi, cum id, de quo queritur, nō ſit notorium, uel famoſum; cum ipſe iudex in hoc nō ſit competens iudex ſuus, cum non obſeruet formam iuris, ſm̄ quā hoc exequi ſibi eſt prohibitum; eo ꝙ neminē ad rn̄dendū ſibi ac confitendum delictū ipſe pōt cogere, niſi infamatum, &c. uel ſemiplene conuictū, uel indicia ſufficiētia iā ſint probata, ut in tract. de accuſ. Et licet ueraciter pn̄s concluſ. hic probetur: tn̄ hodie raro pōt uerificari, cum non ſeruetur idē ordo procedendi in iudicio, ſicut antiquitus. quapp de concluſionib. oībus pn̄tis cap. dic, ſicut dixi in cap. 6. lib. 1. tit. de accuſ. quia oīa ibi contenta hodie practicantur in curijs laicalibus, & eccl. & non pn̄tis cap. concl. tn̄ hic illas inſerui, qa eſſent practicabiles ī locis illis, in quibus ius dr̄ ſm̄ formam iuris cōis. Hæc concl. probatur per arg. in c. qualiter, el 1. de accuſ. ubi in princ. hæc habentur, uidelicet: ſi circa Nouariēſem epm̄ debitum inquiſitionis ordinē obſeruaſtis, diſcretionem ueſtram in Dn̄o cōmendamus; ſi uero qualibet occaſione ꝑtermiſiſtis eundem, adhuc ipſum tpe opportuno uolumus obſeruari, ne inde naſcantur iniuriæ, vn̄ iura naſcuntur: & circa finē d. capit. in ℣. forma hæc dicit, vc3: vt cler. iurent ſup his, q̄ ſciunt, uel credūt ī ſua Eccl. reformanda tam in capite, q̄ ī membris, exceptis occultis crībus plenāq;, & merā dicant ueritatē: Hæc ex illo. ergo ſup occultis iudex non dēt deferre iurm̄; ac per hoc ſubditi inquiſiti nō tenentur. & licet aliquis dicere uo-

luerit

uerit; quòd hoc arg. non ſit bonum,tũ quia ibi Papa loquitur de inquiſitione generali; tum quia potius debeat intelligi de teſtibus huiuſmodi decretum, quàm de ipſis reis, quapropter reſpondendo utriqne obiectioni, dico primã nullam eſſe; eo quòd, omnes doctores tenent, & ſupra a nobis fuit probatum, Summum Pont. propter pcedentem infamiam, hanc inquiſitionem tam in capite, quàm in membris delegaſſe ſeu cõmiſiſſe. & idcirco patet quoque, ſecundam gratis poſitam; cum præcipiatur ibi, examinari clericos eiuſdem Eccleſiæ Nauarienſis ſub dicta forma iuramenti; & tamen ſub huiuſmodi uerbis,videlicet,tam in capite,quàm in membris,comprehendebantur & ipſi clerici,quod minime Sũmũ Pont.latuiſſe,ſuſpicari fas eſt. Probatur quoque & pñs concl. per arg. in c. cum oporteat, extra de accuſ. ubi in §.diſcretioni veſtræ, hæc habentur, videlicet; quòd, niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noueritis,ad inquiſitionem illorum non ſubito procedatis. idem fere habetur in c. qualiter & quando el 2. probatur.n. per tex. in c.1. extra de confeſsis, ubi Clemens Papa infraſcripta ſtatuit, uidelicet: cũ monaſterium infra eos, quorum ſuggeſtione ſcelus homicidi ſe presbyter perpetraſſe proponit, niſi alijs modis uerum eſſe conſtiterit, nulli cenſemus penæ ſubdẽdos;cum ſecundum utriuſque iuris ſtatuta de ſe confeſsi, ſuper aliorum conſcientijs interrogari non debent; & (crimine leſæ maieſtatis excepto) de reatu proprio cõfitentis periculoſa confeſsio nõ eſt aduerſus quemlibet admittenda: ſi tamen infamia huiuſmodi laborare cognoueris,ſingulis eis,adiunctis tribus ſocijs ſui ordinis, purgationem iniungas, hæc in dicto c. ex cuius uerbis luce clarius liquet,iudicem nõ poſſe interrogare eum, contra quem vult inquirere. idem probatur in c. inquiſitionis, extra de accuſ. in §.¦immo, ubi Inn.iij. infraſcriptis utitur verbis, videlicet: quinimo ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere; cũ inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis, de quib. clamores aliqui præceſſerũt. hęc ubi ſupra. Probatur quoque doctorum opinione: Gloſa enim in dicto c. inquiſitionis,in ver. ſolummodo,infraſcriptis utitur verbis, ſcilicet: ſolũmodo ſuper illis, ex hoc habes, quòd de occultis non eſt inquirẽdum;nec ſuper illis iuratur.s.cap.qualiter. vñ & ſi dicant teſtes ſuper his,nõ ualent talia dicta, vtpote non iurati,vt ſup.de teſtibus. c. de teſtibus,quia ad hoc non inducuntur. fama ergo alicuius prius læſa dẽt eſſe.ſup.eo.c.cũ oporteat, p infraſcripta eod. c. qualiter, & Glo.in c.qualiter & qñ el 1. in verſi.exceptis occultis ait; exceptis occultis; quia ſuper his inquiſitio fieri non debet, ſed ſuper illis tantum, de quibus infamia præceſsit,infra eo. c.inquiſitis §.1.& c.qualiter; & ſi teſtes de occultis dicãt,nõ punirentur,ut dicto c.inquiſitionis, quia ſuper his non iurauerunt; & Gloſa in dicto c.cum oporteat,in V. ipſius ait: hoc ideo dicit, quia non eſt procedendum ad inquiſitionem contra aliquem, niſi contra infamatum. Specul. quoque ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni non bis, ut ſæpe retuli in ſuperioribus concl. & nouiſsime ipſe hoc teſtatur in 3. par.in titu.de inquiſitione.§.viſo col.6.ĩ princ.infraſcriptis verbis vtens, videlicet: vbi vero nullo proſequente;ſed ex Superioris officio inquiritur; tunc iurabit, propter infamiam contra eum ortam, ut extra de purg. cano. c. 1.hæc ille: quaſi diceret, ſumendo eius uerba a contrario ſenſu; ſi non eſſet infamatus,non teneretur reſpõdere, nec iurare. Inn. quoque idem aſſeuerat in c.dudũ el 2. de elect. vt refert Pan. ibidẽ quarta col.in principio,infraſcriptis uerbis utens, videlicet:ſi uero non eſt diffamatus, nec cõuictus,nec confeſſus, nec depræhenſus in flagranti crimine, ſed occultus, non

Glo.

Specul.

non debet eum iudex interrogare, ut patet ĩ eo, quod legitur & notatur infra in c.qualiter el 1.de accuſ.in fine, & ſic dicit (inquit Pan.ibidem) intelligẽdam hanc materiam de pœniten. diſtinctione. 1. §.his auctoritatibus.& c. non tibi dico,& 2. q.1. c.ſi peccauerit: occulta enim publicanda non ſunt,ſed ſoli Deo relinquẽda 6.q 1.c.ſi omnia;& c.oues & c.ex merito.nulla ergo equitas poteſt mouere iudicem, ut reum interroget de occultis: æquitate autẽ deficiente,non eſt locus interrogationi iudiciali, ut colligit. ff.de interrog. acti.l.ubicumque,& in eo,quod legitur & notatur in c.ſtatuimus eo. titu. lib.6. Hæc Inn.cui Specul. uidetur aſtipulari in titu. de poſitionibus. §.7.in uerſi.19. Pan. uero in dicto c.2. de confeſſ.col.4. in fine, infraſcriptis utitur uerbis, poſt relationem multarum opinionum, videlicet:ego dicerem ſic, quòd aut procedit per inquiſitionem ex mero officio iudicis, aut per accuſationem, vel actionem.primo caſu,ſi id,de quo quæritur, non eſt notorium aut famoſum, non tenentur rei reſpondere; arg.bonum in c.qualiter el 1.de accuſ.Probatur,& tertio hac ratione:amare proximum ſuum unuſquiſque tenetur, ſicut ſemetipſum,de iure diuino:ergo de iure diuino tenetur quoque, quãtum in ſe eſt, unuſquiſque euitare damnum iuſtum in ſua perſona, cum exemplo amoris, quo ſe tenetur amare, teneatur proximum ſuum amare at inquiſitus, ſi interrogatus confiteretur delictum ſuum occultum detraheret ſuæ famæ: quod eſt contra diuinum illud mandatum; cum diminutio famæ maximum detrimentum hominibus afferat. ergo omnino dicendum, nullum teneri ſe ipſum prodere confitendo in caſu tamen noſtræ concluſionis; cum ad hoc nullo iure c nis cogatur,niſi tantum impietate iudicis forſan, qui in hoc non erit ſuus iudex, cum iudex dicatur a iuſdicendo. i.a proferẽdo, tum ſecũdum ſcita iurium; tum etiam ſecundum allegata & probata; ut patet ad ſenſum. ac p hoc hic talis dicendus erit conſtitutus in iud. uſurpato & non uero.

SECVNDA CONCLVSIO.

Iudex procedens in inquiſitione ex officio,ſi interrogat inquiſitũ de aliquo delicto, a ſe perpetrato, de quo notorie conſtat,uel eſt infamatus, uel iam probata sũt indicia ſufficiẽtia,uel ſemiplena ꝓbatio cõtra ipſum, inquiſitus tenetur fateri humiliter ueritatẽ rei ſub pęna peccati mortalis;& poterit etiam interrogari, præſtito iuramento. Hæc concluſio probatur triplici medio, ultra adducta in capitulo 6. concl.4. lib. primi titu. de accuſat.primo per arg. in c. cum dilecti filij, extra de accuſ. ubi Inn. iij. infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet: cum dilecti filij Cyſtericen. Abbas, & P.& R.monachi Fõtis frigidi Ap.Se.delegati ad Eccleſiam Agathan. acceſsiſſent,ut in ea legationis officium exercerent, quia de Agathenſi epiſcopo per frequentẽ clamorem multa ſibi fuerant inſinuata ſiniſtra, noluerunt deſcendere ac uidere, ſi clamorem operæ cõpleuiſſent; & infra: quia uero nobis non conſtitit, ſub qua forma epiſcopus Agathen.cum canonicis coram dictis legatis præſtiterit iuramentum; utrum,uidelicet,ita iurauerit, ut ſuper ſtatu Eccleſiæ plenam, & ueram dicerent ueritatem. Hæc ex illo. Et apertius in c. quoties extra de purgat. cano. ubi Inn.iij.Papa ſcribens Aquilegienſi Patriarchæ,& epiſcopo Mantuano infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: quoties Tridẽtinus epiſcopus de ſimonia impetitus ſit, uos latere nõ credimus; ſed accuſatores ſcriptum afferẽtes, teſtes ſecundum formam canonicam producere nequiuerunt, ſcilicet; quòd Eccleſiam S. Petri presbytero P. dederit pro quattuor modijs frumẽti. & infra: cõmuni fratrum enim conſilio iudi-

c. cũ dilecti.ex. de accu

ca. quotiens ex. de purg. canon.

iudicamus, vt tertia manu ordinis, & quarta abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupradicta ſimonia debeāt ſe purgare. Porro purgationis tenor erit huiuſmodi: epiſcopus iurabit primum ſuper ſancta Dei euangelia, quòd pro Eccleſia S. Petri presbytero P. danda, nec ipſe per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, nec aliquis pro eo, ſe ſciente, pretiū recepit: deinde purgatores ſuper ſancta Dei euāgelia iurabunt, quòd ipſi credunt ipſum uerū iuraſſe. hæc in dicto canone: ex quibus uerbis patet omnino, infamatos poſſe obligari a iudice competenti ad ſibi confitendum ſua delicta ſub iuramento. probatur quoque & ſecundo doctorum auctoritate. Inn. enim in c. dudum, el 2. extra de elect. ut refert Pan. in cap. 2. de confeſsis, dixit, quòd quandocumque certum eſt, aliquē eſſe infamatum de aliquo delicto, quòd poterit a iudice interrogari; & reſpōdere tenetur, ſiue agatur contra ipſum in modum accuſationis, ſiue inquiſitionis, ſiue exceptionis, ut a conſecratione, uel ordine repellatur, infra de accuſ. c. ſuper his, uel etiam qualicumque modo agatur ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter contra ipſum. & prædicta ſic probat: certum eſt enim, quòd talis infamatus tenetur ſe purgare per iuramentum proprium, & compurgatorum, vt in c. 1. extra de confeſsis, & in c. quoties, extra de purgat. canonica: ergo fortius tenetur reſpondere per iuramentum ſuum duntaxat. dicit tamen ipſe Inn. vt refert Pan. ubi ſupra; quòd non præciſe cogitur ad ſe purgandum, ſed cauſatiue tantum, uidelicet, quia ſi iurare renuit, ſicut & ſe purgare noluerit, punietur tanquam conuictus, uel ſuſpendetur, vel aliàs contra ipſum, ſecūdum quòd requirit negotij qualitas, de quo agitur, procedetur: arg. ff. de inter. acti. l. de ætate. §. qui tacuit: & in eo, quod legitur, & notatur in c. fin. §. pœna. de iuramento calum. ſatis enim ſecūdum eum videtur delicatus, ſeu malitioſus ille, qui ſe purgare debet etiam cū multis iuramentis, ſi ſolo verbo ꝓprio renuerit ſe purgare. Hæc ille. cui Pan. aſtipulatur in dicto c. 2. de confeſsis col. 4. in fine infraſcriptis uerbis, videlicet: ſi autem dicatur notoriū ē ſeu infamia flagrat, tunc reſpondere tenetur: ad hoc allego tex. ualde notabile in c. cum dilecti, eo. tit. & ſic in effectu prima theorica Innoc. placet in proceſſu inquiſitionis, in quo multū exuberat officium iudicis, ut in c. quoniam. §. ſunt & alij, extra, ut lite non conteſt. & in hoc caſu recte procedit dictum arg. a maiori ſuper factum, videlicet: ſuper iudicem: poteſt ſibi indici purgatio: fortius poteſt interrogari, ut per proprium iuramentum reſpondeat. Hæc ille doctor. probatur & tertio ratione inducta ab Inn. relata ſupra.

Inn. | Pan.

TERTIA CONCLVSIO.

IVdex procedens ad inquiſitionem ad inſtantiam partis, quæ ſi forſan tātummò infamatum illum, cōtra quē promouit inquiſitionem, probauit, animaduertet ac ponderabit qualitatem probationis infamiæ, & qualitatē eorum, ꝑ quos ſit probata: & ſi ei, omnibus penſatis, uidebitur, indicet purgationē canonicam īfamato; ſin aliàs, ſecus: & hoc tam ſi fuerit infamatus de crimine depoſitione digno, ſeu priuatione executionis ordinum, ſeu pro quo ueniret imponenda ſpiritualis pœna, uel corporalis: & per conſequens inquiſitus taliter infamatus, ſi interrogabitur, tenebitur reſpondere ueritatem ſub iuramento ipſi iudici, qui, ſi in purgatione defecerit, debet puniri. Hæc concluſio licet videatur probata per adducta in præcedenti concluſione: tamen hic denuo probabitur duplici medio ad declarationem eorum, quæ infra referam dicta fuiſſe a Pan. primo enim probatur per tex. apertiſsimum in c. inquiſitionis, c. Inqui. ex. de ac

tionis,in fine,extra de accuſ.ubi infraſcripta habentur, videlicet:quæſiſti et, quid ſtatui debeat, ſi nihil per certam ſcientiam,ſed tãtum per famam,& eorum,qui fuerint inquiſiti,credulitatem iuratam, contigerit inueniri; & utrum aliquis ſuper eo crimine reputari debeat infamatus; de quo ipſum duo, uel tres, aut etiam plures dixerint infamatum: licet de ipſo nihil ſiniſtrum in publico audiatur: ad. quod eſt noſtra reſponſio: quòd propter famam; & deponentium credulitatem duntaxat; non erit ad depoſitionis ſententiam procedendum; ſed infamato poterit indici purgatio ſecundum arbitrium iudicantis;qui propter dicta paucorum eum infamatũ reputare nõ debet, cuius apud bonos & graties læſa opinio non extitit. hæc in dicto canone.& i c.de hoc,extra de ſimonia, in §. ſi uero, infraſcripta habentur,uidelicet: ſi uero id manifeſtum nõ eſt,nec illi cõuicti nec confeſſi fuerint, ſed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici, in qua ſi defecerint,tãquam auctores sũt tanti ſceleris puniẽdi. hæc ibi. idẽ fere in c.inſinuatum, de ſimonia,in fine habetur his uerbis, videlicet:illis autem, quorum crimen non eſt publicum, & notorium,cum v.uel vj.manu ſui ordinis purgationem indicas, in qua ſi defecerint,beneficijs eccleſiarum perpetuo priues eoſdem. Hæc in dicto canone. & idem habetur fere in c.cum P.ex. de purgat.cano.Probatur inſuper & ſecũdo auctoritate Specul. in tertia par. titu.de inquiſitione.§ uiſo igitur col.5. i ver. probata vero infamia, ſuper principali procedatur; & ſi proſecutor ſuã intentionem probet,reus puniatur,ut dicam infra §. proximo: alioquin ipſe punietur. ſed reo purgatio competere videtur ſecundũ eã, quæ not.infra verſi. quòd ſi crimen,& in col.9. in ver. ſed ſcias tu lector, ꝙ ſi crimen, infraſcriptis utitur uerbis,videlicet:quòd ſi crimen plene,uel ſemiplene probatum fuerit, puniatur: ſi autem crimen nullo modo probatum ſit,abſolui debet:& ſi infamia perduret, poterit indici purgatio infamato ſecundum qualitatem perſonæ, & infamiæ quantitatem,ut in c.inquiſitionis,in fin. de accuſ.in qua ſi defecerit,puniatur,extra de ſimonia c. de hoc: idem & ipſe Specul. dicit in 2. par. titu.de poſit.§.7 ver.decimonono, ubi poſt nonnulla infraſcriptis utitur uerbis,videlicet: Inn. quartus notat in c.dudum el 2. de elect.quòd ſupra notorijs ſeu manifeſtis per ſententiam,ſeu alio modo tenetur reſpondere; quia tunc peccatum eſſet clare, ut extra de cohab.cler.& mul. c. tua. ſuper occultis non item; & ſuper his, quæ impediunt executionem officij,uel retentionẽ beneficij,etiam poſt periũctam pœnitentiam; quia in hoc eius utilitas procuratur,arg.23.q.3.c. prodeſt: hæc omnia Specul.ubi ſupra. Pan. quoque ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni multis in locis,ac in adductis iuribus pro hac cõcluſione, & in c.cum oporteat,extra de accuſ.col. 2. in ver.nota quòd licet, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: nota,quòd licet per inquiſitionem nihil ſit probatum contra infamatum:tñ ſimpliciter non abſoluitur reus;ſed indicitur ſibi purgatio, propter infamiã, ut notat Gloſ.2.q.1.c.presbyter,& i c.2. de purgat.canonica. Hæc ille: qui in c. inquiſitionis, de accuſ.in fine.§. declarando hunc terminum, Famam, prout capitur in præſenti materia, infraſcriptis utitur,videlicet:unde pro intellectu materię præmitto poſt Bar.in dicto §.tormenta, quòd fama eſt nomen generale, & habet ſe tam ad bonum,quã ad malum: unde poteſt quis appellari famoſus latro, ut habetur §.famoſos.ff.de pœnis.& fama dicitur a fando, ideſt a loquendo; quia ſi homines non loquũtur de aliquo, licet habeant hoc in mente, non poteſt dici infamia; ſed opinio eorum,qui debent ſcire, uel ad quos ſpectat ueriſimiliter ſcire uoce manifeſta; & quòd dixit communis

opi-

c.de hoc ex.d ſim.

ca. Inſinuatum. ex.d ſim.

c. cũ P. ex.d purgat.can.

Specul.

Pan.

Fama quid ſit, quę animaduertẽda circa effectum infamię.

opi. idem eſt de maiori parte illorum,
qui debēt ſcire l. quòd maior. ff. ad mā-
cip. & in c. 1. de his, quæ ſunt a ma. par.
ca. & in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur.
Et qui ſunt iſti debentes ſcire, uel ad
quos ſpectat ſcire? dic, quòd debet cō-
ſiderari qualitas facti, & perſonarum:
ſi enim factum eſt graue, & perſona
eſt magni preeij, requiritur fama ciui-
tatis ſeu maioris par. item ſi eſt factū
reſtrictum ad certos homines, qui de-
bent ueriſimiliter ſcire, ſufficit maior
pars illorum. Exemplum: epiſcopus, cū
uiuit cum canonicis, eſt infamatus de
fornicatione. certe ad probandum in-
famiam ſufficit maior pars canonico-
rum, quia iſti ſunt illi, qui ueriſimiliter
debēt ſcire: ſi uero factum eſt paruum,
& de perſona humili & abiecta; tunc
ſufficit maior pars uiciniæ. & non in-
telligas, quòd requiratur maior pars
indiſtincte, ut mulierum, & puerorum
& ſimilium: ſed ſufficit maior pars ꝓ-
borum. & hoc uoluit iſta litera in fine,
dum dicit illum īfamem, cuius opinio
eſt læſa apud bonos, & graues, unde
nihil dicit de loco, neque de maio-
ri parte viciniæ; ſed non ſufficiunt
pauci, vt patet in litera. & per hoc re-
manet ſatis declarata hęc materia. hęc
Pan. ubi ſupra: per cuius dicta patet
ueritas cōcluſionis. at quoniam in c. 2.
in fine, extra de confeſsis, videtur p̄-
ſenti cōcluſioni aduerſari prima fron-
te; hunc ipſe canonem nitar taliter ī-
terpretari: (Deo tamen fauente) quòd
ipſum Doctorem prædicte concluſioni
ſe aſtipulatum fuiſſe potius, quàm ad-
uerſatum, probabo, ni fallor: ſed prius
illius dicta recitentur. Pan. igitur, ubi
ſupra, infraſcriptis utitur uerbis, vide-
licet: ſed in alio caſu, cum proceditur
ad inſtantiam partis, æque poſſet dici;
quòd ſi eſt famoſum; & cum hoc eſt ta-
le crimē, quòd impediat ordinis exe-
cutionem, poſt peractam pęnitentiam
tenetur reſpondere; aliàs ſecus: rō hu-
ius ultimi eſt, quia ueniens ad iudiciū
contra alium debet uenire paratus, &
habere ſecum ꝓbationes; aliàs dēt ſile-
re. 6. q. 2. c. ſi tantum. & c. placuit 2. q. 6.
ver. ſi quis epiſcopus: nulla .n. æquitas
ſuggerit, ut quis debeat prodere cri-
mē ſuum, etiam ſi de eo ſit infamatus,
cū infamia ſæpe ſit fallax. & ceſſat hoc
caſu ratio, quam ſupra dixi de purga-
tione: illa enim īdicitur iudicis officio,
non ad inſtantiam partis. pari ratione
non debet compelli reſpondere; facit,
quod not. Io. And. in reg. infamibus, de
regulis iuris in vj. in Mercur. ubi dicit,
quòd excipiens contra electum habet
probare de elect. li. 6. ſiue excipiat cō-
tra perſonam electi, ſiue contra formā
elect. ſed iudex non tenetur electionē
cōfirmare; niſi ille probet ſe idoneum,
ſi dubitatur; ſeu fidem faciat de forma
elect. pro hoc habes bonum tex. in c. cū
nobis de elect. cū ſimilibus. ſed in alio
caſu, quando cōcurrunt duo illa ſimul,
ut quia eſt famoſum, & impedit ordi-
nis executionem; tunc puto iſtum te-
neri ad reſpondendum de æquitate;
maxime quando non agitur ad aliam
pœnam ultra ſpiritualem; tunc enim
ceſſat æquitas, & imminet odium: ꝙ
debet reſtringi regula. C. odia: de re-
gulis iuris in vj. Et per hanc concluſio-
nem reduco ad concordiam Innocen-
tium, & aliorum dicta omnia: & ſic di-
ſtingue Gloſam ī c. 2. eodem titu. in vj.
Ex omnibus prædictis elicio duas cō-
cluſiones. prima ſit iſta; ſi proceditur
per īquiſitionem ex mero iudicis off.
tenetur inquiſitus reſpondere poſitio-
ni criminoſæ, ſi id, de quo quæritur, eſt
notoriū ſeu famoſum; aliàs ſecus. ſe-
cunda concluſio; ad inſtantiam partis
neceſſario eſt reſpondendum poſitio-
ni criminoſæ, ſi id, de quo quæritur, ſit
famoſum, & impediat ordinis execu-
tionem; ſeu beneficij retentionem, de
quo agitur; nec ueniat imponenda pę-
na tēporalis. & nota prædicta. Hęc om-
nia Pan. ubi ſupra. ex cuius uerbis ui-
detur mihi per optime probata noſtra
concluſio; tacite tamen, quapropter
ad illud, quòd ipſe dixit ſupra, loquēs
de

de infamato (cum infamia ſæpe ſit fallax) dico huiuſmodi uerba non aduerſari concl. noſtræ; cum in ipſa adducta ſint uerba fere eadē adducta, cum dictum in ea fuit, a iudice ponderādam eſſe infamiæ qualitatem, &c. quaſi diceretur, ſi ipſam probaſſet falſam, uel non ſufficienter probatam, nō debeat inquiſitum huiuſmodi interrogatione grauare, iux. mētem d. c. inquiſitionis. Secundo circa illud, ꝙ iudicis officio purgatio ſit indicenda, hoc noſtræ cōcluſioni non obeſt; quoniam non ſolum dicta purgatio tantum uenit indicenda, quando proceditur ad inquiſitionē ex officio; ſed etiam, quando ad inſtantiam partis, ut patet per adducta iura. nec ad rem pertinet inquirere, an huiuſmodi iuramentum purgationis fiat ad inſtantiam partis; nec ne: quoniam ſufficit nobis probare, ipſum in tali caſu poſſe cogi ad illud præſtandum, ac reſpōdendum poſitioni criminoſæ, iuramento mediante. Tertio ad id, quod dicitur, quòd non poteſt confirmari electio, niſi electus probet ſe idoneum, ac per conſequens probet ſe immunē ab illa nota ſibi obiecta, quando dubitetur; dico mihi non obſtare: quoniam idem Io. And. ubi ſupra, dixit quoq;, ꝙ excipiens contra electum debet ꝓbare exceptionem. quod a me non negatur: ac per hoc huiuſmodi opinio nō aduerſatur concluſioni noſtræ, cum ex hoc non dixerit doctor ille, huiuſmodi electū non teneri reſpondere ad obiectam inhabilitatē, immo cōtrarium, ut ſupra retuli. Quarto & ultimo ad id, quod dixit Pan. quòd in hoc potuerūt concordari oīa dicta Inn. & aliorum, dico, illud, quod ipſe refert coniunctiue de Inn. Specul. ubi ſupra, retulit diſiunctiue; cum loco ṗdicto & ipſe utatur ver. item, ut facile poterit uideri ꝑ adducta ipſius dicta, ubi ſupra, de uerbo ad uerbum. Cōcludendo igitur cōcluſionem ueriſſimam, tum quia ipſa innititur prædictis iurium auctoritatibus, tum etiam, cū ſit recepta ab omnibus Theologis, ut patuit, ac probatū fuit in libello de accuſ. c. 6. concluſ. 4. & concluſ. 3. arguendo a contratio ſenſu. denique dico, quòd cum purgatio canonica poſt infamiam probatam indicatur, & nō ſolum pro crimine, ꝓ quo infamatus eſſet priuandus beneficijs, uel executione ordinis, q̄ ambæ pœnæ ſunt ſpirituales; ſed ēt indicitur, qn̄ infamatus ueniret puniendus pęna corporali; ea pp & hmōi ēt infamatus rn̄dere tenetur, mediante iuramento, ad oſtendendam ſuam innocētiam, ac ad purgandam ſuam infamiam: quod per optime probatur per tex. in c. 1. ex̄. de purgatione can. ubi fuit indicta hmōi purgatio cuidam laico accuſato de crimine; & Glo. eiuſdem capit. in ver. expurget, ait; itellige de eo, qui eſt infamatus: & idem Pan. in dicto canone in V̄. in glo. in V̄. furto, loquens in caſu d. canonis generaliter loquitur, dicēs, ꝙ ſiqs eſt infamatus infamia facti, admittet ad ſe purgandū cū iuramēto, ut hic, & in c. quoties: ergo cū hmōi confeſſio cū iuramento, q̄ aliàs dr̄ purgatio poſſit fieri tā a laico, q̄ a clerico, ut exigi mandat; hmōi infamatus non dēt dubitari de ueritate opin. ṗdictę. Et ſic finis imponatur pn̄ti cap. circa oēs ſuas cap. pn̄tis cōcluſiones dicēs obſeruādū eſſe in practica, q̄ annotaui, & addu xi in tract. de accuſat. c. 6. fere per totū q̄ a eadem eſt materia; nec non & in concl. ultima opuſculi de delatione iuramenti. Hæc oīa ſup. hic adduxi, quia ſunt ueriſſima de iure cōi; & ipſa ſcire poſſet deſeruire morantib. in locis, ubi in pract. cur. utriuſq; fori, uel tm̄ eccl. ipſummet ius cōe ſeruatur ad vnguē.

Vtrum ualeat proceſſus ſuper ueritate criminis, quando proceditur per uiam inquiſitionis, non facta prius inquiſitione de fama. Cap. XVIII.

Inquiſ. ſpālis facta, non præuia informatione de

de ſama contra aliquem proceſſus quando ſit ualidus concl. 1.2.3.4. 5. & 6.de iure communi: quid autem dicendum de conſuetudine hodierna curiarum.concl,6.

Inquiſitionis ſpecialis proceſſus, factus non præuia informatione, capta de fama, ualidatur ex conſeſſione inquiſiti ſubſecuta. concl.6.

CVm in capitulo xv. concluſione xij. ſit examinatum, an inquiſitor poſsit licite inquirere de ueritate criminis, nulla precedente ĩquiſitione de fama, quando huiuſmodi munus ſibi tribuitur a Summo Pont, uel alio principe; non incongrue in pſenti capitulo diſcutiẽdum erit de ualiditate proceſſus, facti per uiam ĩquiſitionis ſpecialis contra certam perſonam, nulla præmiſſa inquiſitione de fama in ſcriptis redacta. Et, qm̃ hæc quæſtio mihi videtur quotidiana, & ſcitu non tantum digniſsima, quàm neceſſariįſsima de iure communi: licet in practica parum prodeſt illam ſcire, vt latius probaui in concl. 12.dicti c.16.idcirco ad maiorem ipſius dilucidationem, illi per me ſatisfiet nonnullis concluſionibus probatis, illis tñ præmittendo, ad ueram notitiã q̃ſtionis iſtius aſſequendam, quædam notabilia relata a Pan. in c. cum oporteat, de accuſ. colum 3. ſe ſubſcribente Ioan.And. illa adducente, & per me hic ex multis ſuis uerbis ibidem breuibus collecta uerbis. Sciẽdum igitur, quòd Papa, uel alter Ordinarius triplici forma uerborum aſſolet vti in committendo inquiſitionis munere. primo ſimplici hoc modo, videlicet; committo tibi inquiſitionis officium, nullam mentionem faciẽdo de fama. quapropter munus tuũ diligenter & fideliter exequere, &c. ſecundo, forma uerborum aſſertiuorum, huiuſmodi, videlicet: dicẽdo; cum conſtet nobis talem infamatum; uel relatu fide dignorum percepimus talem infamatum, uel per ſimilia uerba. tertio, forma uerborum narratiuorum huiuſmodi, utputa, ſi dicatur: multorum clamor ad nos peruenit, talem eſſe infamatum; vel relatu fide dignorũ percepimus, talem commiſiſſe tale crimẽ; idcirco inquiri mandamus. His ergo præmiſsis, excerptis ex Panor. ubi ſupra, adducente ſententiam Ioa.And. cõcluſionibus infraſcriptis quæſito ſatisfiet, pro uiribus mihi a Domino largitori bonorum oĩum conceſsis.

PRIMA CONCLVSIO.

PRoceſſus factus per uiam inquiſitionis a iudice delegato de ueritate criminis, non præuia probatione ĩquiſitionis captæ de fama in actis annotatæ, ualidus erit, ſi in commiſsione huiuſmodi inquiſitionis, delegans ſeu ordinarius iudex uſus fuerit forma uerborum aſsertiuorum de fama ſibi conſtita. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per arg. in Clem. literis, de probationibus. ibi enim hæc habentur, videlicet: literis noſtris, quibus nos dignitates quaſlibet, ſeu beneficia collationi noſtræ, uel Sedi Apoſtolicę reſeruaſſe, aut reſignationem alicuius beneficij recepiſſe, ſeu recipiendi poteſtatem alij commiſiſſe, uel aliquem excommunicaſſe, uel ſuſpendiſſe, ſeu aliquem Cappellanum noſtrum, uel familiarẽ fuiſſe, uel alia ſimilia, ſuper quibus gratia, uel intentio noſtra fundatur, feciſſe, oĩno cenſemus ſuper ſic narratis fidem plenariam adhibendam, uolentes ad præterita, & pendentia etiam per appellationem negocia, hoc extendi. Hæc omnia in dicta Clem. ex cuius uerbis liquet ueritas concluſionis noſtræ: cũ ex illo canone eliciatur apertiſsime, quòd quandocumque conſtet de intẽtione delegantis ex uerbis, quòd aliquid ipſe fieri mandet, uel non fieri; quòd illi ſtandum eſt. quod utique in noſtra hac cõcluſione patet, illam.ſ.cõditionem adfuiſſe: & infra latius probabitur. Probat & ſecũdo au-

Cle. lřis de prob.

Auctor.

ctoritate

Glo. ctoritate Doctorū. quapp ſciendū eſt, ꝙ Glo.ī dicta Cle.ī V. intētio infraſcriptis vtitur verbis, vcȝ: licet ergo littera non ſit gratioſa, ſufficit, ꝙ ſuper illis narratis intentio Papæ fundetur, vt quia mandat contumacē citari, moneri, priuari, vel capi, quē dicit ſæpius ex cōicaſſe, ſeu ſuſpendiſſe; uel mandat eū euitari, vel cōmittit alicui prouiſionē beneficij, expreſſa perſona, cui ꝓuideri dēat: qđ uacare narrat, altero ď ꝑdictis

Pan. modis. hæc illa Glo. Pan. quoq; vbi ſupra, poſtq̄ adduxit limitationem prædictam a Io. And. qui & ipſe dixerat, ꝙ qñ Papa vtitur forma aſſertiua ď fama vt ſ. quòd tūc proceſſus de ueritate eſt validus, ēt non ꝓcedēte inquiſ. de fama, his uerbis, ſe ſubſcripſit nr̄æ concl. vcȝ: concludo, aſſumēdo multa dicta Doct. hic, & in c. qualr̄ ǰ. eo. & aliqua addēdo; ꝙ aut iudex eſt delegatus, aut ordinarius. ſi delegatus; aut eſt facta mētio ď fama in reſcripto modo ꝑdicta; & ualet proceſſus ſuper veritate, vt ſ. dixi. hæc

Philipp. **Franch.** ex illo Doct. Philipp. aſit Frā. aſtipulat̄ opinioni Io. And. recitatæ a Pan. vbi ſ. & hoc ī c. 2. de accuſ. in vj. in V. in Glo. 1. ibi, ubi ǰſcriptis vtitur V̄bis, vcȝ: quod, vt dicit Glo. hic intellige, qñ Papa committit nō ſimpliciter narrādo illū infamatum, ſed aſſerēdo, ſm̄ Io. And. temittentem ſe ad notata per eum in d. c. cū oporteat in ver. famam. Hæc Philippus; vbi ſ. qui paulo ante in c. 1. eo. tit. in vj. notabili primo ait: nota ibi deputatus, ꝙ diſpoſitio iſtius tex. hēt locum ēt in inquiſitione deputata a quolibet Ordinario, ut ſ de off. Vicarij lib. 6. ſm̄ Arch. & Io. An. ex quo infertur, quòd non ſolum Papa; ſed quiliber Ordinarius inferior pōt delegare īquiſitiones crīum & cās crīales. de quo in c. fin. ne clerici, vel

Archid. monachi ī vj. hęc ille. Archid. vero ī c. 2. de accuſ. in vj. nr̄ę ſe ſubſcripſiſſe vr̄ cōclu. qui, & illam fateri Inn. Hoſt. Vinc. & Goffr. in d. c. oportet, aſſeuerat infraſcriptis verbis vtens, vcȝ: vr̄ ꝙ debeat intelligi ad alterius petitionem: nā aliud eſt, qñ continetur in reſcripto; ex relatione talium audiuimus, uel propoſitū eſt coram nobis, q̄ ꝑpoſitio non probat infamiam C. ex qui ca. infra irro. l. uerbum: aliud qñ dr̄, fama clamoſa, vel publica referente. Primo caſu inquirendū eſt de īfamia, quia committitur principale & acceſſorium ſ. de off. delegati c. ꝑterea cum cōcor. anteq̄ de veritate inquiratur, vt ſ. eod. tit. c. cum oporteat §. vltimo. in ſcđo vero caſu, cum iā conſtet de infamia, ad inquiſitionem veritatis ꝓcedi pōt, ut ibi. & ſic forma reſcripti ſeruanda eſt, & attendenda diligenter. ff. man. l. diligent. nam cum hoc poſſit impetrari ſine prælato, eadē rōne, & ab eius delegato; quia & eadē rō dēt mouere delegatum, q̄ & delegantē ſ. & ī c ſuper litteris in fine ex̄. de reſcriptis. huius ſn̄iæ fuit Inn. & Hoſt. in c. cū oporteat, & Tāc. ſn̄iam tenuit ibi Vinc. & Goffr. dicit enim, ſi Papa dicat famā ad ſe peruiſſe, nec dicat per quos; tūc inquirēdum eſt de crimine ſuper quo inquiſ. demandatur. at ubi in reſcripto perſonæ denunciantes, ad quarum inſtantiam obtenta eſt inquiſ. nominant̄ in litteris inquiſitionis, poterit excipere is, contra quem facienda eſt inquiſ. vt dicas inimicos fuiſſe denunciatores & falſa denuntiaſſe, de quibus nunquā fuerat infamatus, ut in prædicto c. cum oporteat. Hęc ibi inter alia. Probatur & tertio hac rōne; cum quicquid agatur **Auctor.** fiat pp finem; finis uero īquiſitionis de fama eſt, ut cōſtet de ipſa fama ipſi iudici, ut obtemperetur prędicto canoni c. cum oporteat, pręcipienti non inquirendum de veritate crīs, niſi præmiſſa inquiſitione de fama, ꝓpterea cōcludēdū neceſſario erit, ꝙ quotieſcunq; ordinarius iudex utatur illa forma aſſertiua de famę probatione, non opus erit delegato iudici inquirere de fama; ſed illa prætermiſſa poterit ad inquiſitionem de ueritate criminus faciendam procedere, vt patet ad ſenſum.

SECVNDA CONCLVSIO.

Proceſſus factus per uiam inquiſ. a iudice delegato de ueritate crīs, nō

 pręuia

præuia probatione inquiſitionis captę
de fama,in actis annotatę,ualidus erit;
licet in commiſsione hmõi inquiſ. de-
legãs ſeu ordinarius iudex vſus fuiſſet
forma v̈borum narratiua, uel ſimplici
p̄dicta,ſi iudex dictus proceſsit ad in-
quiſitionem de ueritate cr̄is, inquiſito
p̄nte , & non reclamante ſeu nõ contra
dicente. Hæc concluſio probatur tripli
ci medio,vltra alia adducta ĩ c. 16.cõcl.
ca. 2. de accu.ĩ 6. 13.lib.p̄ntis tit.eo.Primo per tex.in c.2.
de accuſ.in vj. ubi hæc habentur, vc3:ſi
is,cui cõtra te cõmiſſa fuerat ſi̇pliciter
inq.ſuper certis cr̄ibus facieda,proceſ-
ſerit,te p̄ſente,nec reclamante, aut q̄c-
q̃ ſuper hoc excipiente,infamiæ inqui-
ſitione omiſſa,ad ueritatem eorundem
criminum inquirendam, proceſſum hu
iuſmodi ex eo,ꝙ nõ fuit de ĩfamia pri-
mitus inquiſitum, vlterius impugnare
neq̄bis. hæc ex illo canone. probatur
Pan. & ſecundo auct.Pan.in c.cum oporteat,
de accuſ.ubi ſ.infraſcriptis v̈bis utens
vc3: aut non eſt facta mentio in reſcri-
pto de fama:& tunc,ſi iudex proceſsit,
inquiſito p̄nte & nõ contradicente,ſup
ueritate cr̄is , omiſſo proceſſu ĩfamiæ,
Philipp. etiã ualet proceſſus.hæc ille. Philippus
Franch. aũt de Franchis in d. c.2. de accuſ.in vj.
in princ.in V. & loquitur iſte tex.q̃n p̄-
ſente inquiſito , & non reclamante fuit
proceſſum.ex quo datur intelligi,ꝙ in-
quiſitus erat p̄ſens, & ſciens:vn̄ impu-
tatur ſibi,ſi non reclamauit. hæc ille.p̄-
batur & tertio rõne hac vltra dictam a
Auctor. Philippo :cum iſta exceptio, ꝙ nõ præ-
ceſsit infamia,ſit dilatoria, & intradu-
cta in fauorẽ inquiſiti. ꝓpterea merito ſi
bi erit imputandum,ſi in princ.non ex-
cepit ; tum quia videtur illi renũciaſſe,
cum hmõdi dilatoriæ in princ.ſint pro-
ducendę;tum in pœnã negligentiæ ſuę.

TERTIA CONCLVSIO.

PRoceſſus factus p̄ uiã inquiſ.a iudi-
ce delegato ď ueritate cr̄is, nõ p̄uia
p̄batione inquiſ captæ de fama ĩ actis
annotatæ,non erit validus, ſi in cõmiſ-
ſione hmõi inquiſ.delegãs ſeu ordina-
rius ,iudex vſus fuiſſet forma verborũ
narratiua , uel ſimplici p̄dicta;ſi dictus
iudex proceſsiſſet ad inquiſitionem de
veritate cr̄is, præſente inquiſito igno-
rante , quòd teſtes deponerent ſuper
principali ; & iccirco non reclamante.
hæc concl.probatur triplici med.Primo
per arg.in c.2.de accuſ.in vj.relato in p̄ ca. 2. de accu.ĩ 6.
cedenti concluſione, & in c.inquiſitio-
nis.§.tertiæ,ex̃.de accuſ.ĩ V. quinimmo
ſup hoc;ubi infraſcripta habentur,vc3:
quinimo ſuper hoc depoſitiones cõtra
eum recipi non debere;cum inquiſ.de-
beat fieri ſolummodo ſuper illis, de q̄-
bus clamores aliqui p̄ceſſerunt.hęc ibi.
probat & ſecundo Doct.auct.Pan.enim Pan.
ubi ſ.infraſcriptis v̈bis aſtipulatur nr̄ę
cõcluſioni,vc3: aut inquiſitus erat p̄ns;
ſed ignorabat,ꝙ teſtes deponerent ſu-
per principali;& nõ ualet proceſſus ad
hoc,ca.inquiſitionis.§. tertię infra eod.
ubi tex.Philippus de Frãchis,ubi ſupra Philipp. franch.
ĩfraſcriptis vtitur v̈bis, vc3:ſi uero eſ-
ſet p̄ns:ſed ignorauit, ꝙ teſtes depone
rent ſuper principali , omiſſa inquiſ.
infamiæ ; & tunc non haberet locũ iſte
tex.quia non valeret ꝓceſſus, vt in c.in Auctor.
quiſi. §. tertię infra eod. ubi tex. pro-
batur & hac rõne:cum iudex dicatur a
iuſdicendo, eo ꝙ dẽat iudicare ſm̃ iu-
ra; & iura denegent ſimpliciter inquiſ.
de cr̄is ueritate, non p̄miſſa inquiſitio-
ne de infamia,ac per hoc attentatum p̄
illos irritat̃,ut in d.c.ĩquiſitionis; iccir-
co nulli dubium eſſe nr̄am concluſio-
nem ueram eſſe, per ſe patet.

QVARTA CONCLVSIO.

PRoceſſus factus p̄ viam ĩquiſitionis
a iudice delegato ď ueritate cr̄is,nõ
p̄uia probatione inquiſitionis de infa-
mia captæ ac in actis annotatæ,nõ erit
ualidus, ſi in commiſsione hmõi ĩquiſ.
delegans ſeu ordinarius iudex vſus
fuiſſet forma ſimplici , uel narratiua, ſi
dictus iudex proceſsiſſet ad inquiſ. de
veritate cr̄is,inquiſito abſente non cõ-
tu-

tumaciter; ſecus, ſi contumaciter. hæc concluſio eſt uerißima de iure cõi, non aũt de cõſuetudine, ut probaui in cõcl. 2. cap. 16. pñtis lib. 3. tit. de inquiſ. probabitur tñ hic triplici medio. Primo. n. per arg. in c. 2. de accuſ. in vj. & c. inquiſ. §. tertiæ, in ver. quinimmo, ex̃ de accuſ. quos omnes canones retuli ſupra in p̃cedentibus concluſ. 2. & 3. & in cap. 1. ex̃. de iud. ubi dr̃, quòd acerrime punitur accerſitus ad iudicium, & non rediens contumaciter, ut ſibi fuerat iuſſum. probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Pan. enim vbi ſupra, infraſcriptis utitur verbis, videlicet: ſi uero erat abſens; aut non contumaciter: & idem (ſupple dicendũ erit,) quòd nõ ualeat proceſſus, ut dixi de caſu ſupra relato. argum. in d. ca. 2. de accuſ. in vj. aũt contumaciter: & tunc non põt opponere iſtam exceptionem, ꝙ non pręceſsit infamia; niſi proceſſus eſſet in eo ſtatu, in quo, ſi eſſet pñs, poſſet admitti. ideo ſi eſſet proceſſum ad actũ, qui ſolet fieri poſt lit. conteſt. non admitteret amplius, ad hoc Glo. not. in c. 1. in ver. abſentia. dicta Glo. infraſcriptis uerbis vtitur inter alia, vcʒ: & quòd dicit abſentia, intelligas, quandocumque contingente; ſiue ab initio, quia non uenit; ſiue ex poſt facto, quia uenit, & contumaciter receſsit. hæc Gloſa. Philippus vero Franchus ſe ſubſcripſit prædictæ Gloſæ, & allatis a Pan. & hoc facit in d. c. 2. de accuſat. in vj. addens infraſcripta, videlicet: & pro hoc nota dictum Inno. in c. præterea, ex̃ de dilat. circa finẽ, ubi dixit; ꝙ contumax non dẽt eſſe melioris conditionis in facultate opponendi exceptionem quàm obediens, q fuit præſens. & ita ſingulariter debet limitari iſte tex. quia licet loquatur in præſente, & non reclamante: tñ intelligo in abſente contumaciter, p illud ſingulare dictum Inn. in d. c. præterea. probatur & pñs concl. tertio hac ratione: non enim contumax debet eſſe melioris conditionis, quàm obediens, qui fuit præſens in facultate opponẽdi. ergo concludendum, quòd ſi præſenti negatur facultas opponendi; a fortiori negabitur contumaciter abſenti.

ca. 1. de accu 16. c. ĩquiſ. ex. d ac. c. 1. ex. d

Pan.

Glo.

Philipp. Franch.

Auctor.

QVINTA CONCLVSIO.

PRoceſſus factus per viã inquiſitionis a iudice delegato d̃ ueritate criminis, non præuia probatione inquiſitionis captæ ac ĩ actis annotatæ de infamia, erit ualidus; ſi ĩquiſitus pręſens oppoſuerit, ut prius inquireretur de fama, quàm de ueritate criminis, & appellauerit; ſi dicta facultas inquirendi ipſi delegaro conceſſa fuiſſet ſub forma ſimplici ſeu narratiua. hæc concluſio, licet de iure cõmuni verißima ſit: tamẽ hodie raro ab uſu recipiet: quoniam hodie ſtatim inquiritur ſpecialiter contra talem, cum iudex ordinarius ſiue Princeps hoc non mandat, niſi vigore quærelæ ſibi porrectæ, uel denũciationis factæ; & altera earum ſufficit ad inquirendum ſpecialiter, ut in tractatu præſenti, & de denunciatione ſæpe dixi. probatur vero de iure communi triplici medio. Primo per arg. in d. c. 2. de accuſ. in vj. ſupra relato in ſecunda concl. præſentis cap. arguẽdo a contrario ſenſu: quoniam ibi dicitur, quòd ualet proceſſus inquiſitionis, factę de ueritate criminis, non pręmiſſa inquiſitione infamię, pręſente inquiſito, & non reclamante: ergo reclamante non erit ualidus. probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Gloſa enim in cap. de accuſationibus in vj. in ver. fuerunt, infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet: ſi infamatus non erat, ad inquiſitionem procedi non debuit veritatis, ut ĩ prædictis iuribus; ſed ille debuit appellare, & non reſpondere: unde imputet ſibi. hæc ille Doctor: ex cuius uerbis liquet noſtræ concluſionis ueritas; cum implicite dixerit, quòd appellando proceſſus fuiſſet nullus; cum non debuerit inquirere de ueritate criminis, non præmiſſa inquiſitione de infamia. Pan. quoque in dicto c.

c. 2 d ac cuſ. in 6.

Glo.

Pan.

S ij opor-

oporteat, vbi ſ. ſubſcribēdo nīæ concl. īfraſcriptis vtitur V̄bis, vc3:ſi uero inquiſitus pñs oppoſuit,vt prius inq̄rere tur de fama, & appellauit ; tunc nō valet ꝓceſſus ſup veritate cris;q̄a eſt legitima cā appellandi. ut hic,& in d.c.2.& ſi eſt delegatus, dēt recipere teſtes ſup infamia. nec ſatis eſt,ꝙ dicat ſibi cōſtare de infamia.arg. hic & in c.2 & ſentit Hoſt.hic 1.in d.c.cum oporteat.hæc oīa Pan.ubi ſ. Probat & tertio hac rōne:cū exceptio rōnabilis dēat admitti a iudice, vt oēs Doct.& iura cuncta fatentur; Auctor. & appellatio legitima ſuſpendat iuriſdōnem iudicis, vt ī tit.de app.p tot.fere ; & ipſa ī ſuo robore pmanente nihil poſsit innouari; ꝯſeq̄ñs erit ꝓceſſū eē innouandū, cū in ipſo ſit ꝑtermiſſus ordo iuris, ut a nobis fuit ꝓbatum; eo,ꝙ pri' dēat inq̄ri de fama, q̄ de crīe,pro ut in caſu noſtrę concl.& iccirco concl. noſtra veriſsima comprobatur.

SEXTA CONCLVSIO.

PRoceſſus factus p viā inquiſ.a iudice ord.ſuo mero off. nō p̄uia probatione inquiſ.captę,& ī actis redactæ,de veritate cris,proceſſus validus erit;dūmodo cōſtet ſibi de infamia p inueſtigationem extiudicialiter factā,quantūcuuq; pars ꝯ̄dicat: tñ ſi poſtea pars appellat ad Superiorē, putans ſe grauatā fuiſſe ; tūc Ordinarius debebit facere fidem d fama dicto iudici appellationis. & hoc eſt verū de iure cōi:licet hodie d̄ hac ſit dicendum,ut dictū fuit in cōcl.ꝑ. pētis cap.Hec concl.licet ſit probata ēt in c.13 concl.2. & in c.18. concl.9. dum agebatur de inquiſ. facta ab Ordin. ex off. & de dña inter inquiſ ex off. & ad inſtātiam partis motam ſeu factā : hic tñ iꝑſamet aliquantulū probabitur triplici quoq; med. Primo p arg.in c.qualiter & qñ el 2. & c. cū oporteat,eo. tit. c. qlr & qñ el. ex d ac. ca. cum opor.eo. titu. c.an in vtriuſq; iuribus tñ fiat mentio de infamia, q̄ dēt inquiſitionem de veritate ꝓcedere;vbi dr̄, quandocumque co..at iudici & non addit ibi canon in ſcriptis;ſed īnfraſcriptis V̄bis vtitur ille canō,c.qualiter el 2.iter alia, ī prin. vc3: ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur;ꝙ non ſolū,cum ſubditus; verumēt cū ꝑlat' excedit,& ſi p clamorē,& famā ad aures Superioris peruenerit,&c.& paulo poſt ſubdit: dēt corā Eccl.ſeniorib.veritatem diligentius pſcrutari. hæc ibi;ex cui' V̄bis clare patet veritas concl. probat̄ q̄uoq; auctoritate Pan.ī c.cum oportet,ex̄ de accuſ. Pan. in fine col.4.ubi infraſcriptis vtitur V̄bis, vc3:aut ex puro off.& tunc pōt recipere teſtes ſup infamia;ſed ſi nō vult, & cōſtat ſibi de infamia per inueſtigationem extiudicialiter factā, quantumcumq; pars ꝯ̄dicat, pōt procedere ſup veritate cris.arg. in c. qualiter:ꝗ.eo.tit. ſatis eſt.n.ꝙ ad eum peruenit inſinuoſa & freq̄nēs reclamatio; nec hēt alicui facere fidē.ſed ſi iſte appellauit,dicēdoꝙ immo non eſt infamatus ; & tūc oportet qđ apud iudicem appellōnis iudex ord. faciat fidem de fama,ut notatur īfra eod. cap. qualiter, el 1. & per Specul.in titu. de inquiſ.§.nunc tractemus; ſed tu dic.§.uiſo igitur V̄bo hoc autem ſcias,& nota bene; quia ex ꝑdictis hēs pract.alibi non ſic collectā.hęc oia Pan. Probat & tertio rōne allata a Pan.hic.

SEPTIMA CONCLVSIO.

IVdex ordinarius in inquiſitione , mota ad inſtantiam partis ſuper ueritate cris non pōt procedere , niſi prauia inquiſ. ſuper infamia ; niſi ipſa prius fuerit in actis probata; & proceſſus factus aliās eſt inualidus de iure cōi: ualidus tñ ex conſuetudine omnium curiarum eccleſiaſticarum, cū ſufficiat q̄rela uel denunciatio , vt ſæpe probaui. Hęc concluſio , licet fuerit probata de iure cōi,ut dixi,nonnullis auct. in c.16. concl.3.& in c.13.concl.2. tñ adducetur & hic auctoritas Pan. in d.c.cum oporteat,vbi dixit,ꝙ idem iudiciū ſit faciēdum de hoc caſu , ſicut dixit ī pſonā iudicis delegati, de quo in ꝓcedentibus cōcluſionib.copioſiſsimus habitus fuit

ꝑ me ſermo ĩ hoc eodẽ cap. adducentẽ multas auctoritates pro illis ꝓbandis.

OCTAVA ET VLT. CONCL.

PRoceſſus inquiſitionis captæ de ueritate criminis, anteq̃ inquireret de ĩfamia, uel non traditis capitulis ab inquiſitore ipſi inquiſito; validus erit, ſi inq̃ſitus cõfeſſus fuiſſet crimen, de quo inq. fiebat. hæc cõcl. ꝓbat̃ triplici med.
c.t.de ac cu.in 6. Primo p texũ c. i. de accuſ. in vj. ubi hæc habẽtur, vꝫ: poſtq̃ corã eo, q cõtra te ſup certis cribus inq̃ſitor fuerat denotatus, eadẽ cria fuiſti confeſſus, fruſtra cõfeſsionẽ tuã, quominus puniaris ex ea, prout iuſtitia ſua debit, eo ꝓtextu ĩpugnare cõtendis, ꝙ ſup eiſdẽ cribus non fueras antea diffamatus; vel ꝙ per eundem inq. capitula, ſup q̃b' cõtra te volebat inquirere, tibi tradita nõ fuerant. hæc ex illo canone, q. eſt Bonifacij
Glo. octaui. probat̃ & ſcdo Doct. auct. Glo. .n. in d. c. i. in verſi. fuerunt, infraſcriptis vtitur verbis, vꝫ: ſi infamatus nõ erat, ad inquiſitionem procedi non debuit veritatis, vt in pdictis iuribus. ſed ille debuit appellare, & non rñdere: vnde ĩputet ſibi. idẽ dico đ capitulis, q̃ tradi debuerunt, c. qualiter el 2. ex̃. de accu. ſi petita nõ fuerint, & cõfeſſus eſt crimẽ, ſibi imputet: potuit .n. iuri introducto pro ſe renũciare; & tunc tacite renunciauit. hæc ibi; cui dicto aſtipulant̃ oẽs
Auctor. Doctores ibidẽ. probat̃ & tertio rõne tacta ab ipſa Gloſa; cũ vnicuiq; fas ſit iuri ſuo renunciare, patet cõcluſionem veram; & licet illum poſtea pęnituerit, q̃d ad iudicẽ? qui tenetur iudicare ſm̃ allegata & probata ĩ actis; ſicut a ſimili dicitur de donatione facta de aliqua re inter uiuos: ſi eum donaſſe poenituerit imputet ſibi; & donatarius non reſtituet rem donatam.

Quæſtio ſcitu dignißima, & quotidiana hucuſque non ita exacte examinata, ſpectans ad materiam inquiſitionis, de qua olim fui interrogatus a quodam Reuerendißimo Archiepiſcopo. & eſt talis, videlicet.

DOminus talis đ tali, parrochus talis parrochiæ, ſępe numero fuit ſecrete de adulterio commiſſo cum tali matrona (uiro eius & conſanguinibus ignorantibus) nobili illius ciuitatis, denunciatus tali Reuerendiſſ. Archiepõ, talis diœceſis, a quibuſdã fide dignis, teſtificantib ipſi Reuerendiſſ. dictum ſacerdotẽ de hoc eſſe grauiter infamatũ apud honeſtos & ꝓbos uiros dictę diœceſis; nec nõ ꝙ hm̃õi ſcelus ſæpe ſępius reiterauerit dictus parroch'. quapp magna inde ſcandala dubitabãtur; niſi quamcitius remedijs opportunis, ſcandalis inde profecturis obuiã iret; priuando ipſum parrochũ executione ordinis ſacerdotalis; uel ipſum exilio ex̃ dictã diœceſim alicui loco relegãdo; donec aliquo meliori mõ ac ſecretiori potuerit ipſe ordin. cõſulere ſaluti corporis & aĩæ utriuſq; adulteri & adulteræ; in quorũ pnicię ſit pſeuerãtia in adulterio; & ſcãdalo, qđ patit̃ populus ex hm̃õi familiaritate eorũ; & donec occurrerit periculo, in quo multi cõſtituti eſſent, ſi hm̃õi flagitium detegeret̃. quod q̃facillime cõtingere põt, ſi in ipſo perſeuerarent. q̃bus oĩb. ſæpe ſæpius intimatis ſecrete auribus ſolliciti pdicti paſtoris, ualde hm̃õi ſcelus abhorrentis, dictus Reuerẽdiſſ. timere aĩæ ſui ipſius cœpit. & oĩb. põderatis, formare cępit proceſſum camerarium in aula propria contra dictũ parrochum. & tandem ex ſecretis teſtium depoſitionib' ſine tñ eorũ ſubſcriptionibus, conſtitit ſibi Ord. ipſum parrochũ laborare hm̃õi infamia, cauſata illis teſtib. ex nonnullis indicijs uiolẽtis, hanc ſibi pſumptionẽ facientib. contra dictum parrochum. perfecto dicto proceſſu informatiuo, dictus Reuerendiſſ. ĩ aula ꝓpria, & ſecrete allocut' fuit dictũ parrochũ; ipſiq; opportune ac modeſte inti-

ītimauit; qualiter iā ſibi cōſtet de adulterio ab ipſo parrocho cōmiſſo,per famā ortā ī populo de illo, & ſibi delatā a fide dignis. his auditis,parrochus illico factum negauit, rogās ipſum Ordinarium ſibi concedere defenſiones ſecretas, & terminum ad illas proponendas,& probandas; quibus ſe probaturum ſpopondit virum honeſtæ uitæ, & conſcientiæ timoratæ, ac bonæ famę apud populum,& illius fide dignos homines.his nō concesſis ſecretis defenſionibus,humillime petitis, Reuerēdiſſ.ille carceri eū mācipādum adiudicauit: & poſt nonnullos dies illum a dictis vinculis abſoluit, illum ſuſpendēs a celebratione miſſarum (incredibile dictu)per ſnīam diffinitiuam,in illa nulla expreſſa cauſa tantę ſibi iacturæ ſpūalis, & corporalis illatæ. & hæc oīa pfecit dictus Reuerēdiſſ.vt ſic auerteret illum miſerū a peccato præſumpto,tum ratione celebrationis;tū ēt,ut a peccati recidiuo adulterij præſumpto eū cōpeſceret;non curans de intereſſe iniuſte illato illi, & contra canones,& doctorum decreta,licet ſibi perſuaſum ſit, ſuæ ſnīæ blandiri ac fauere Ioannem Bernardinum Diaz, & quēdam doctorē, quos infra referam. Sed vt,Deo dante,litteris cōmēdem meam

Quapp. ſnīam, dicto Reuerendiſſ. iam patefāctam,ſtatim, poſtq̄ me de illa conſulere dignatus fuit, operæpretium duxi, in primis in medium adducere omnes auctoritates dictorum doctorū, & nōnullas rōnes ꝓ Reuerendiſſ. facientes, ab ipſo mihi detectas; vt poſt modum meam ſententiam ſubnectere fas ſit q̄ facillime,illamq; veram probando non nullis auctoritatibus ſacrorum canonum;vt ſic deinceps reſpōſum dem dictis doctorum auctoritatibus, & rationib. ab ipſo Reuerēdiſſ. ī ſui tutelā adductis. Sciendū igitur,ꝙ Ioan.Berard. Diaz in ſua pract.cano. crimin.in capitulo ſeptuageſimo nono, circa ipſiuſmet medietatem.ī V̄.ſi uero delictum,

Berol. Diaz. infraſcriptis vtitur verbis, vc3: ſi uero delictum non eſt publicum,aut marito ignotum eſſe creditur, periculumq; ex inde timeri poſsit vxori: tunc conſulerem,clericum de hoc delicto conuictū, vel confeſſum, camerario proceſſu, & familiari diſciplina corrigendum, relegandumq; ſine expreſsione cāæ in ſententia. Hæc ille doctor: cui aſtipulari vr̄ auctor Directorij inquiſitorum; qui dixit, ꝙ ex indicijs, & violentis præſumptionibus, animum Ordinarij mouentibus ad credulitatem de peccato commiſſo ab aliquo, ipſum Ordinariū poſſe hmōi infamatū de p̄ſumpto ſcelere ex.ordinarie punire ex ꝓceſſu camerario.hęc ille.Et hęc allata ſufficiāt,quo ad relationem ſententiarum prædictorum doctorum.quo uero ad rōnes mouentes dictum Ordinarium ad dictam pœnam infligendam dicto parrocho, dicendū erit; ꝙ prima ratio fuit hæc, videlicet:ꝙ nr̄a tempeſtate non ſeruaē norma tradita a Summis Pontificibus in toto titulo de Purgat. canon. de indicenda infamatis purgatione canonica. ſecundā eſt; quia cum fiat ſermo de proceſſu camerario, ſecrete compilando, non erit ſeruandus ordo iuris; cum in dicto caſu ſit per nos procedēdum ſummarie, ſimpliciter, & de plano,ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola rei veritate inſpecta. quapropter, licet eſſent concedendę defenſiones, & terminus ad illas probandas, quando ſumus in iudicio ordinario; ſecus in caſu noſtro.tertia ratio eſt; cum ego ſim Archiepiſcopus, īquit ille Reuerēdiſſimus; & per conſequens paſtor: iccirco meum erit, mederi gregem meū eo modo ſecretiori, quo uti fas ſit mihi.inde fit,ꝙ ad huiuſmodi pœnam infligendam,nō datis defenſionibus, metria ſimul cōpulerunt. primum, ut cōſulerem animæ & corpori adulteri, perſeuerantis in peccatis, & ſacra facientis in ipſo; & ne inde,ipſo adultero detecto, morti peſsimæ addiceretur,cum graui omnium ſcandalo, & ꝓ nitie proprię ſalutis.ſecundum,vt prouide-

Prima rōnum quę allateſuerūt a dicto Reuerē. Sedatō.

Tertia ratio.

uiderem ſaluti ſpirituali, & corporali adulteri & adulteræ, & honori conſanguineorum ipſius. Tertium uero eſt, vt ſedaretur ſcandalum, ortum ex huiuſmodi infamia; cui ſi nõ occurriſſem taliter, id mihi adſcripſiſſent ad ignauiã, uecordiã atque auaritiam: quis enim (dicebat Reuerendiſſ. ille) potuiſſet huiuſmodi conſcios talis infamiæ in credulitatẽ deducere, me non animaduertiſſe in eum parrochum, ut trangreſſor non habeat canonum ſacrorũ, apud Deum, & doctos homines, timorem Dei præ oculis habentes; ſed potius, ut inde aſſequerer aliquam quãtitatem pecuniæ, quapropter probare prædictis rationibus, & auctoritatibus nitebatur ſuam ſententiam iuſtã. his ergo in medium adductis, meam proferre ſnĩam nõ pigebit; illam tamẽ correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & oĩum Canoniſtarum ac Theologorum ſubmittens. Mea ergo ſnĩa talis fuit, eſt, & erit, vcȝ: ꝙ Reuerendiſſ. p̃dictus nullo pacto potuit, iuridice, ac tuta conſcientia dictam pœnam dicto parrocho infligere, pp ſolam probatã infamiam in proceſſu camerario, non indultis dicto infamato defenſionibus, terminoque aliquo dierum, ad illas ſe crete in ſua aula probãdas legitime; & per conſequens illum teneri ad omne itereſſe, huc uſque paſſum cauſatumq; illi parrocho ſic condemnato: nec non ad abolendam dictam iniuſtam ſnĩam, cum in ea nõ fuerit ſeruatus ordo iuris naturalis, diuini, & Pontificij, teneri ſub pœna peccati mortalis; & ad reſtituendam ipſi taliter infamato famã, qua nihil precioſius in mundo eſtimari debet: dicẽte Aug. Crudelis eſt, qui negligit famam ſuam: cuius ſnĩa, tamquã aurea, regiſtrata reperitur in c. nolo. 12. q. 1. quod & Sapiens cõfirmauit dicẽs; Melius eſt bonũ nomen, q̃ diuitię multæ. dico igitur oĩno, ſemper mihi perſuaſum fuiſſe, hmõi ſnĩam ininſtam, cũ reuerentia tanti prælati Reuerendiſſimi, non uegandum tñ ſemper mihi perſuaſum fuit, & erit, ipſum Reuerendiſſ. potuiſſe, & debuiſſe alio meliori, ac ſaniori modo, criminib. ſcandalis, & malis ſup. adductis obuiare; adhibendo infraſcripta, uel alia ſimilia remedia ſcandalo naſcituro ex reſidiuo dicti adulteri; & in præſentiarum poſſe, & debere ipſum adulterum pręſumptum reſtituere priſtino ſuo ſtatui, & ſibi cauere altero infraſcriptorum modorum, vcȝ: potuit ipſe Reuerendiſſ. inquam, tũc temporis, ante ſnĩæ promulgationem, uel ſaltem modo, ipſum ad ſe uocare denuo, ipſum examinãdo in ſua propria aula ſecrete de ſufficientia litteraturæ, neceſſaria ad curam animarum, & Miſſas celebrandi munus ſubeundum atque portandum, illumq; ſtrictiſsime de q̃ſtionibus difficillimis, ad ſuum miniſterium ſpectãtibus aggrediendo; interrogationibus, & argumentis pro & contra utendo; ita, ut ſi ad illas reſpondere non repertus ſit idoneus, tamquam inhabilis ab hmõdi miniſterijs remoueri poſsit; tituloque ignorãtiæ, uel illum priuando illis muneribus, uel ad tẽpus ſuſpendendo, habito reſpectu ſcandali prædicti, & ad omnia alia, quæ ſibi videbuntur ſecdm Dei timorẽ opportuna ad ſalutẽ illius operãdam; vel poſt p̃dictam ſecretam allocutionẽ poterit dict' Reuerendiſſ. illum minis, & blãditijs, miſcendo terroribus blandimẽta; donec ipſi ſuaſerit renunciare dictæ curæ; uel ut ſe cõferat ad exteram dięceſim; donec, Deo permittente, ad nihilum redigatur & ſuus inordinatus amor circa illã adulteram, & ſcandalum ſcientium ſuã infamiam, ortam ex hmõi familiaritate ſecreta, atq; ut caueat ſibi a ſuperuentura ira ſuper ipſum pro tali ac tanto ſcelere; ne forſan meritis ipſius adulterij incidat tandem in manus parẽtum ac conſanguineorum ipſius adulteræ; & ſic in vna et hora bono aĩæ corporis, & famæ orbetur; promittatque ſibi ipſe Reuerendiſſ. ſe opitulaturum fore in aliquo beneficio, uel officio, & pro

Primum remediũ adhibendum tanto errori

Secũdũ remediũ

ipſo procuraturũ, ut in remotam diœceſim ſe conferens, honeſte ac decẽter ibi uiuat: illumq; reuocaturum fore a tali honeſtoue ſecreto exilio, poſtq̃ abſciſſus fuerit hmôi fomes peccandi, ſibi ab illa ſubminiſtratus;& ꝙ in breui futurum fore ipſe in Dño confidat: his ergo, & alijs ſalubribus modis utetur, quos in dies ipſum Spiritus Sanctus edocuerit, ſi ſincere quærat ſitibũdo cordis ore ſalutem animarum ſui gregis. Et hæc eſt mea ſnĩa: quam probare ueram curabo triplici medio. Primo.n.probatur iure naturali, in quo p̃cipimur amare ꝓximos noſtros, ſicut nos ipſos; a quo iure indultæ ſunt defenſiones, vt docet Clemẽs Papa ĩ Cle. paſtoralis. de ſent.& re iud. & infra, ut in l.vt uim.ff.de iuſt.& iure. ergo ſi defenſiones denegatæ fuerunt dicto parrocho, ut p̃ſupponitur, fuit tranſgreſſum ius naturale. apparet luce clarius quoq; noſtra ſnĩa fulciri iure diuino,& cõtraria ſent.ipſi aduerſari: nã cũ ipſe Dñs illas dẽfenſiones Adæ primo oium noſtrum parenti conceſsit, innuere volebat ſuis Vicarijs in terris, nulli umq̃ ſubditorum ſuorum vlla de cã illas denegandas fore, nonne ipſe Dñs hoc ĩnuit? cũ dixit Adę, ut in lib.Geneſis c.3. habetur, Adam vbi es? q̃d feciſti? ac ſi aperte dixiſſet, Adam, ad me p̃uenit, te trãſgreſſum fuiſſe meum p̃ceptum, quo tibi p̃ceperam, ne comederes de ligno ſeu pomo vetito cũ ꝓteſtõne, ꝙ exinde morte morieris: nihilominus in mediũ produc, ſi quę ad tui defenſionẽ habes: nolo.n.a natura ipſa tibi (me uolente) elargitum ius ſpoliare te, licet poſſem; cum ſim oium dñs, & plaſmator. quod intelligẽs miſerrimus ille animaduertit, ſibi datum tempus ſe defendẽdi: & cum tandem nihil aliud adducere poſſet pro ſui tutela; obiecit crimen contra ſuam uxorem, volens ſe ſic excuſare, dixitq; Domino: Dñe mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi,& comedi; ac ſi apte dixiſſet Dño: Dñe, me trãſgreſſum fuiſſe tuum p̃ceptum animaduerto: attamen in mei defenſionem quid ꝓponam nõ reperio; ſi forſan hæc excuſatio ualida apud te reputanda non ſit, ecce &c. Probata ergo fuit nr̃a ſnĩa auctoritate iuris diuini. probabitᷓ modo iure Põtificio. ſciendum ergo, ꝙ defenſiones concedendas fore in quocumque foro, infraſcripta iura ſanxerunt, vc3: Clem. ſæpe contingit. de uerborũ ſignifi. Clem. p̃adducti paſtoralis de ſent.& re iud.c.qualiter,& q̃n el 2.& deniq; ĩnumera alia iura canonica: ſed quo ad hmôi parrochum ex ſola infamia non puniendum, eſt totus titulus de Purgatione canonica;& textus in c. cum oporteat de accuſ. vbi cauetur, nõ inquirendum contra aliquem ſpẽaliter, niſi cõſtito de ĩfamia in iudicio; cõſtito aũt de ĩfamia inquiri debere de ueritate criminis;& ſi in hmôi inquiſitione facta nihil graue probatũ fuerit cõtra ipſum inquiſitum, iudici debere taliter infamato purgationem canonicã. ex cuius verbis vr̃ elici, ꝙ licet aliquid fuiſſet probatũ in illa inquiſ. non graue non ueniſſet puniendus; ſed tñ cõpellẽdus ad faciendam purgationem canonicam rõne infamiæ: quanto ergo magis dicendum erit in caſu nr̃o; cum nihil pœnitus ſit probatũ contra hmôi parrochum, niſi ĩfamia.& licet poſſem adducere auctoritatẽ multorũ doctorũ meæ ſupradictæ ſnĩæ fauentiũ in dictis iuribus: tñ, illis omiſsis, referã, q̃d faciendũ ſtatuerit tex. in c. 2. eñ. de purg. can. vc3: ꝙ ſecrete trina monitione corrigat ĩfamat' ab Ordinario;& ꝙ, ſi nec ſic ſe emẽdauerit, ſit ſuſpendendus vſque ad dignã ſatisfactionẽ, ne populus fidelium in eo ſcandalũ patiat.& notãter dixit ibi tex. monendus ter, & non ſtatim ſuſpẽdẽdus ẽ; q̃a utiq; poſt primã monitionẽ põt q̃s ſe emendare, q̃a vt docet Pan. ibidẽ loq̃ẽs in caſu nr̃o de adulterio, põt quis ſe corrigere abſtinendo. & idcirco non dẽt ſtatim ſuſpendi. inſuper ſciendum, ꝙ vltimum verbum dicti canonis, vc3: uſq; ad dignã ſatisfactionem erit ſuſpendendus,

Iure naturali probatur noſtra ſent.

Iure diuino.

Iure põtificio.

eic

eſt declarãdum, prout declarat Pan. in c.inter, in ℣. nota ſecũdo, ꝙ infamatus regulariter non eſt ſuſpendendus a beneficio, anteq̃ deficiat in purgatione; ſed ratione enormitatis criminis, uel ſcandali imminentis poteſt ſuſpẽdi ẽt a beneficio, donec ſe purgauerit. & ſubdit ibidem Pan. & eſt in hoc iſte tex. ualde notabilis. hæc ille; ac ſi ante dixerit, numq̃ puniendũ aliquẽ fore, donec ſibi in indicta purgatione canonica ille defecerit, ut docet manifeſtiſsime text. in d.c.inter, ex̃ de purg.can. quo ſtãte Pan. ibidẽ in ℣. ulterius nota, infraſcriptis utitur ℣bis, vc3. ulterius nota, ꝙ ſi per modũ inquiſitionis crimen non potuit ꝓbari plene, reus nõ eſt ſimpliciter abſoluẽdus; ſed ſi remaneret infamia, uel ſcandalũ, uel uehemẽs ſuſpicio, poterit compelli ad ſe purgandũ. hæc ille doct. ex cuius ℣bis apertiſsime elicitur ueritas noſtræ ſententiæ; & falſitas alterius; & ꝙ dictus Reuerendiſſ. teneatur corrigere ſententiam nimio zelo ſalutis animæ ſubditi eius ꝓmulgatam. arg. eſt in c.qualiter & qñ, ex̃ de accuſ. ubi præcipitur quibuſdam inquiſitoribus, ut non erubeſcant corrigere, ea, in quibus, ut homines, deliquerunt circa inquiſitionis munus explendum. dico etiam, ꝙ teneatur ad intereſſe, ut per ſe patet, & oĩbus doct. theologis & canoniſtis eſt in confeſſo, qui unanimes dicunt, iudices tranſgredientes limites iuſtitiæ in iud. ferendo teneri ad damna illata tam temporalia, ut ſunt bona ipſa temporalia, quàm ſpiritualia, inter quæ computatur fama proximi, cum illis maxime præpõderet, iux. Sapientis ſententiam dicentis: Melius eſt bonum nomen, q̃ diuitiæ multæ; & iux. uulgatas iuris regulas ĩ ſexto: Nõ remittitur pctũ, niſi reſtituatur male ablatum; & ibidem in cap peccati uenia, ubi dicitur: Peccati uenia non datur, niſi correcto. Et licet multas alias iuris communis naturalis, diuini, & põtificij auctoritates ac deciſ. doct. poſſem hic adducere: tamen, ne tẽdio afficiam pium lectorem, illas ſilẽtio pertranſire, operæpretium duxi; eo maxime, quòd in hoc eodem opuſculo concluſ.6.cap.unici libelli 5. titulo de purgat.canon. fuerint adducta; necnõ multa alia notabilia pro præſenti ſententia confirmanda in reſponſione ad auctoritates præadductas illorum doctorum; & ad rationes allatas pro ſua ſententia a dicto Reuerendiſſ. hic per me adducenda erunt, Deo dante. ad auctoritatem ergo, & uerba Ioannis Berardini Diaz adducta a Reuerendiſſ. reſpondens dico, non ſolum illa non aduerſari meæ ſententiæ; immo doctiſsimo ſtylo opitulari: cũ nullo pacto ibi faciat ipſe doctor mentionẽ de defenſionibus huiuſmodi concedendis, uel denegandis. miror igitur, tantum doctiſsimum prælatum ad approbandam ſuam ſententiam iuſtam adduxiſſe huiuſmodi doctoris uerba; cum per illa non probetur iuſt. illius ſententiæ explicite, nec implicite; immo ipſius iniuſtitia implicite. quod patet per uerbum illius, quo ibi utitur, uidelicet: conuictus: quo quidem uocabulo apud ueros canoniſtas numquam appellabitur is, quo ad ipſum puniendũ, contra quem tantum probata fuit infamia; eo quòd tunc dicetur ſolum conuictus de infamia, & non de crimine; qui talis alio nomine infamatus dicendus erit: quod non negamus. ſed de huiuſmodi infamato, conuicto de infamia, nullatenus locutus fuit ibi Diaz, ut patet ex litteræ ipſius etiam ſenſu grammaticali. ſed bene appellatione conuicti in iudicio tam camerario, quàm ordinario is uenit, contra quem fuit probatum aliquod crimen ab ipſo perpetratũ per depoſitiones teſtium, ac probationes plenas, contra quæ munimenta infra terminum indultarum defenſionum nihil conſideratione dignum per ipſum reũ fuerat adductum & ꝓbatũ; ratione cuius probationis merito probationib' qb' fuerat cõuictus, nulla fides fuiſ-

Rñdeo ad auctã tẽ Diaz.

fuiſſet pſtāda; & noīe cōuicti nō ueniet nominandus, quo ad pœnam ei infligendam, ille, qui conuictus in principio iudicij, quomodocunq; agitati, videbitur ex depoſitione teſtium, ſi repertus innocēs fuit, poſtea & immunis ab huiuſmodi crimine, per contrarias ꝓbationes contra teſtes; & etiam per alia indicia; poteſt enim contingere, Titiū conuictū fuiſſe ꝑ depoſitiones teſtium falſidicorum decem, de crimine adulterij cōmiſſo Neapoli cum Berta, tali nocte; qui Titius tamē erat illa nocte Romæ. quapropter ex ꝓceſſu informatiuo iudex deducitur in credulitatem de adulterio Titij: cui ſi denegādę eſſent defenſiones; merito, tamquam adulter, immunis ipſe ab adulterij ſcelere, qui forſan nunquam mulierem cognouit, ueniret puniendus: & ſic innocētia ſuccumberet per iniquitatem falſidicorum teſtium. quaꝓpter (merito tot iura contrarium ſanxerunt) ipſis defenſionibus cōceſsis, ſi probaſſet inter alia adducta ac probata pro ſui defenſione, ſe illa nocte dormiuiſſe Romæ, in hoſpicio talis, de talibus, ſtatim his defenſionibus, iudex uenit deducendus ad credendam innocentiam illius, & iniqtatem teſtium, & accuſatoris: & ſic ille talis abſoluitur ab ipſomet iudice in fine iudicij, qui in principio forſan excogitaſſet de pęna illi innocenti infligenda. his ergo adductis, dico numquam noſtræ ſententiæ contrarium ſenſiſſe dictum Ioannem Berardinum Diaz. & iccirco dixit puniendum cōuictum in proceſſu camerario; quaſi diceret, iudicem poſſe procedere in huiuſmodi caſu ſimpliciter, & ſummarie, ſola rei ueritate inſpecta. quod non utique eſſet faciendum in iudicio ordinario, ceſſante ratione ſcādali uitandi, iam præſuppoſito, quod non negamus. & quòd dictus Diaz fuerit huiuſmodi noſtræ ſententiæ, apertius illud intimauit nobis in cap. 140. loquēs de infamia; ac per conſequens de caſu noſtro circa finem ipſius capituli eiuſdem pract. in ℣. ſi malæ famæ, ubi infra ſcriptis utitur uerbis, videlicet; in iſta tamen materia infamiæ ſumme debēt aduertere iudices; nam infamia ſæpe fallax eſt, ut inquit Pan. & poſt multa notabilia uerba, quibus probat, nō ſtādum eſſe infamiæ ſolius, ortæ cōtra clericum; ne ſibi contingat, ut Pilato contigit, credenti populi clamoribus, contra Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum. quapropter ſubinfert & hæc uerba, uidelicet; unum inſuper non omittendum eſt in propoſito; quòd licet iudex, quando ex officio procedit, & crimen non probatur, ſi infamia remanet, poſsit indicere purgationem: hoc tamen non tenetur facere ad petitionem promotoris inquiſitionis, qui ſe obtulit ſponte; licet ad petitionem promotoris dati ab ipſo iudice poſſit. hęc ille ſupra. ex cuius dictis patet ipſum doctorem numquam locutum fuiſſe in cap. 79. de conuicto de infamia; ſed de cōuicto de crimine poſt ſibi aſſignatas defenſiones; maxime cum loquendo in caſu ꝓprio noſtræ quæſtionis dixerit, iudicem poſſe indicere purgationem canonicam; & non dixerit poſſe punire cōuictum de infamia; quod idē eſt cū eo quod dixit, probata infamia; ſeu ſi infamia remanet, crimine nō probato, ſed quoniam communis eſt doctorum opinio; immo canonis Clem. ſępe contingit, de uerborum ſignif. quòd ſemper, ueritas facti etiam in huiuſmodi cauſis eſt inſpicienda, & indaganda; & iccirco dictus Pontifex indulgendas defenſiones, & exceptiones mandauit reis ipſis, quia huiuſmodi faciūt ad indagandā ipſius facti ueritatem; amputauit uero fruſtatorias appellationes, & dilationes, ac litium amfractus, ut ex littera dictæ Clem. apparet, ſed quoniam de modo procedendi in huiuſmodi cauſis expediendis ſimpliciter, ſummarie, &c. latius uerbum feci in libello ſexto, eod. titu. præſentis practicæ; iccirco ad rationes adductas a dicto Reuerendiſſ. me transfero aſſeuerans,

uerans,

uerans, quòd per adducta in reſpõſione ad auctoritatem Diaz, ſatiſfactum quoque uideat ad Directorium inquiſitorum; cum in utriuſq; ſententia militet eadem ratio. per adducta quoque in huiuſmodi reſpõſione ad Diaz ſit ſatiſfactum quoque ad primam rationẽ dicti Reuerendiſſ. dicentis, hodie receſſiſſe uſum indicendi purgationẽm canonicã, &c. qa reſpõdeo, quòd poſtquã non eſt ſtandum iuris communis diſpoſitioni, omnino erit ſtãdum conſuetudini nouiſsime curiarum introductæ in utroque foro. ſi ergo ipſi ſtandum erit; ergo mea ſententia uerißima erit: cum nullus doctorum, & modernorum practichiſtarum audeat aſſerere, conuictum (de infamia eſſe puniendum pro crimine, de quo eſt infamatus; cum omnes ipſi dicant, infamiã etiam probatam (quod ſupponitur in caſu noſtro; ſed nõ cõcedit) nõ facere indicium contra reum, neque ad torturam; ſed ſolum illam operari, ut iudex legitime poſsit inquirere ſpecialiter de crimine contra ipſum infamatum; ut nouiſsime docuit Iulius Clarus in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 5. in V. ſucceſsiue quæro: cuius ſententiam etiam retuli ſupra ĩ hoc etiam tertio libello, titu. de inquiſitionibus, capit. 16. concl. 8. Ad ſecundam rationem allatam a Reuerendiſſ. dicente, quòd in iudicio, ubi agit ſimpliciter, ſũmariẹ &c. non dantur defenſiones, reſpondetur cum Clem. ſæpe contingit, de uerborũ ſignif. ubi pręcipiunt dari defenſiones in huiuſmodi cauſis. Ad tertiam, & ultimam rationem a dicto Reuerendiſſ. quamfacillima erit reſpõſio, dicendo, ipſum non eſſe Deum; ſed purum hominem, Dei uicarium, ac delegatum iudicem, quo ad ſuam diœceſim tantum. quapropter quotieſcumque iudicauerit ſecundum ſcita canonum, functus erit officio ſuo: & ſi uiderit ſubditos in peccato obſtinatos ſe nõ poſſe coercere a culpa, ut iudex; cum nemo poſsit cõuinci de crimine; debet, ut bonus paſtor Deo, optimo medico, & paſtori ſe conformare, & compati ꝓximis ſuis, & pro ipſis quotidie deuotas preces Domino dirigere; & memoriæ retinere, & numquam ſegniter obliuioni tradere, Deum noſtram ſæpius expectaſſe & expectare pœnitentiam ac emendationẽ nam ſi uoluiſſet ſtatim Apoſtolorum principes pro eorũ ſacrilegio perdere, ac morti donare; cum alter eorum negauerit Dominũ Ieſum, poſt Apoſtolatus culmen, ſibi clementiſsime collatum; & alter ante ſui uocationem, quãdo proſequebatur Dominum Ieſum in membris ſuis exiſtentibus in terris; modo Eccl. non haberet Beatiſsimos Petrum, & Paulum Apoſtolos. quapropter dico ipſum prælatum eſſe Vicariũ Dei; & proptera, quòd ipſius tenetur non tantum mandata explicita; uerum etiam implicita explere, eius ueſtigia ſequendo in ius unicuiq; ſuum tribuendo, admittẽdo defẽſiones ſubditorum, ut docet quoque Euariſtus Papa in pręallegato c. Deus Omnipotens: ſufficere enim debet ipſi Paſtori ſuas oues uerbo, & exemplo paſcere; & arcere ab eis fomitem peccati, iam deducti ad ſui cognitionem, ſecũdum ipſius peccati conditionem: nam ſi publicum fuerit, publice illud arguendo; dum adſint debitæ probationes: ſi ſecretũ, reprehendendo occulte: & ſic ſecundum Dei timorem omnia temperet, & diſponat, ut oues commiſſę ſuę curæ ſaluentur, quantum in ipſo eſt. & quidem, ſi hoc faceret, ſalutẽ utriuſq; hominis procuraſſet; & ſic ut homo cõſuluiſſet bono ſui gregis, & obuiam ſe obtuliſſet ſcandalis, q̃ oriri poſſent; ne propter hoc iniuriam honori, & detrimẽtum bonis intuliſſet ſubdito illi miſerrimo contra formam iuris, ne peccare illũ in futurũ contigiſſet: Cũ nõ ſint facienda mala, ut eueniant bona; atq; nemo teneatur, ſaluti proximorũ cõſulere, trãſgrediendo ius naturale diuinum: & per hoc ſic. nec debet prælatus ab adminiſtrando ius unicuiq; ſuũ com-

com-

compeſcere timor ſcandali, paſsi a populo; cum Dominus nos doceat, nō curare ſcandala Phariſæorum; eo maxime, quia ſcādalum paſsiuum nec ipſe Dominus curauit oriri in Phariſæis illis, cū reſponderit Diſcipulis ſuis, illū certiorantibus de ſcandalo paſſo propter Ṽba ipſius Domini dicentis; niſi quis manducauerit carnem Filij hominis, &c. ſinite eos; cæci ſunt, & duces cæcorum. tenemur quidem uitare ſcandalum actiuum, qđ exibitum fuit multis uiris timoratarum conſcientiarum; animaduertentium, dictum parrochū punitum cōtra formam, & præceptum iuris naturalis, diuini, & Pontificij. hæc omnia adducere hic curaui, tum exercitij cauſa; tū qa uere caſus quotidianus & memoriæ cōmendandus ſit; eo magis, quòd nullum doctorem illum explicite tetigiſſe huc uſq; comperi, forſan quia illis non uidebatur de ipſo dubitandum fore: attamen, quod uni Reuerendiſſ. ob nimiam ſcrupuloſitatem contigit, poterit & alij obuiare huiuſmodi ambiguitas; iccirco illam litteris commendare hic ſtudui.

Finis tractatuli de inquiſitionibus.

Tract. de exceptionibus.

Quòd crimen in modo exceptionis ſecundum ius canonicum diuerſimode proponatur; & quando excipiens contra aliquem, & non probans veniat puniendus; & an is, contra quem excipitur veniat aliquando puniendus.

Cap. vnicum.

Exceptiones in iudicio quotupliciter proponi contingat. concl. 1.

Excipiens an teneatur ſe inſcribere. concluſione 1.2.

Excipiens, licet non ſe inſcribat; puniendus tamen erit, ſi in probando defecerit. concluſione 3.

Exceptio criminaliter facta quid operetur concl 4.

In proceſſu faciendo per uiam exceptionis quæ ſint ſeruanda. concl. ultima

QVamuis ex his, quæ allata fuere in tribus pmiſſis libellis, videlicet, de accuſationibus, denunciationibus, & inquiſitionibus, elici poſsit & præſens de exceptionibus tr. cum in illis ſit abunde ſatis dictum de his, quę requirantur ad ualiditatem accuſationis, denunciationis, & inquiſitionis; ac per conſequens de exceptionibus, quæ in illis agendi modis fieri poſſunt, ac in medium produci: nihilominus non incongruum uiſum fuit, in præſenti tractatulo nonnulla ſcitu digna offerre, quæ omiſſa fuere in prædictis opuſculis. & ut gradatim procedam, in præſenti cap. examinandū erit; an ſit uerum, quod aſſolet dici, quòd diuerſimode ſecundum ius canonicū & ciuile crimen in modum exceptionis proponitur; quandoq; contra promouendum ad ordines, uel dignitates eccl. & aliquando contra promouentem inquiſitionem; & ſæpe ſæpius contra ordinarium iudicem ex off. procedentem ad inquiſitionem. necnon, an excipiens teneatur ſe inſcribere ad pęnam talionis. quibus quidem quęſtionibus ſatisfacere nitar, Deo adiuuāte, nonnullis infraſcriptis concluſionibus.

Except. in iud. proponi quotu- pl'r con- ungat.

PRIMA CONCLVSIO.

EXcipiens contra aliquem, ut repellat ab accuſatione, uel teſtificatione, non tenetur ſe inſcribere ad pęnam talionis, nec punitur deficiens in probatione ipſe excipiens; nec ſi probauerit, ueniet puniendus is, contra quem

rio

rio repulſus fuerit,uxore excipiente cō tra eum de adulterio, & probante ; uel de lenocinio excipiente , & proba..te. Hæc concluſio eſt uériſsima de iure cō muni,& regulariter;non autem in caſu quartę cōcluſionis infraſcriptę,de quo dic,ut ibi. Hæc concluſio probatur triplici medio.Primo per arg.in c.licet,ex de ſimonia,ubi habetur ſermo de exceptionum admiſsione; ubi nulla fit mētio de inſcriptionis neceſsitate,uel pœna iniungenda his, contra quos exceptiones probarentur; ſed ſolum de repulſione ab accuſando & teſtificando. & in c.ſuper his,extra de accuſ. in ℣. ſi autem obijcitur. hæc habentur,uidelicet : ſi autem obijcitur,ut ab accuſatione,& teſtificatione aliquis repellatur, non eſt inſcribi neceſſe. hæc ibi . ſed in c.1.extra de exceptionibus, Cæleſtinus III. infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet:ſi crimina teſtibus obijciuntur, de quibus non fuerant hactenus accuſati; ſed tantum per exceptionē opponuntur; probatio illorū criminum exibenda eſt , antequam cauſa per ſententiam terminetur; cū, ſicut canonica inſtituta declarant, teſtes abſq; ulla infamia,uel ſuſpicione,uel manifeſta macula in ferendo teſtimonio requirantur . ſed ſi ſola crimina,de quibus alio tempore conuicti , uel confeſsi fuerunt,teſtibus obijciuntur,a teſtimonio repelli poſſunt;quia Stephanus Papa ſic,& alij Pontific. multi Romani teſtātur,ꝙ non eſt credendum contra alios eorum cōfeſsioni; niſi prius ſe probauerint innocentes. ceterum,ſi de criminibus ad ſolam exceptionem obiectis teſtes conuicti fuerint,ſiue confeſsi, pœna ordinaria multari non debent : cum accuſatio in ipſis ſecūdum iuris ordinem, nō procedat. ſufficit ergo,ſi a perhibendo teſtimonio repellantur,præſertim,ubi crimen quod eis obijcitur , cauſam,de qua agitur,contingere nō uidetur.hæc in dicto Canone . & quo ad accuſatores, iam producta fuere multa iura & Doctorum uota in tractatu de accuſa.

Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Specul.enim in tertia parte ſub titu.de exceptionibus,in principio,infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet : in primis ſciendum eſt , quòd ſecundum ius canonicum,& ciuile,crimen in modum exceptionis proponitur;quādoq; contra actorem;quandoque contra teſtes ; quandoq; contra promouendos. & in his omnibus refert, qualiter quis obijciat crimen: ſi enim opponit, ut q̃s ab accuſando, uel teſtificando repellatur;tunc excipiens non inſcribit,vt extra de ſimonia c.licet,& ſi excipiens nō probat , non punitur ; nec etiam is, cui obijcitur, ſi probetur; nec ob hoc fit infamis ; ſed tantum a teſtimonio, uel accuſatione repellitur,ut ff.de his qui notantur infamia l.Lucius, extra de ordinis cognitione, c.cum dilectus. §. fi. de teſtib. c.ſuper eo, extra de exceptionibus cap. 1. excipitur autem de crimine contra accuſatorem ſine libello, & pœna,ut 2.q.7.c.ſi qui ſunt, & c.quęrendi, & 3.q.7.iudicet.hinc eſt,quòd ſi uir accuſat uxorem de adulterio, repellitur , ſi uxor excipiat contra eum, quòd ipſe idem crimen commiſerit , exceptione probata , ut 32.q.6. c.nihil iniquius ; & per totum.ff de adult.l.ſi uxor.§ iudex qui &c. extra de adult. c.penul. & fin.ff. ſoluto matrimonio,l.uiro . idem ſi ipſa contra eum excipit de lenocinio. hæc ille . cui Hoſt. in Summa eod. tit. lib.5. aſtipulatur . probatur & tertio noſtra concluſio ratione adducta a Specu. ubi ſupra,in uerbo :ſed quare non proceditur ad pœnam , quando accuſatori crimen in modum exceptionis obijcitur, & non probatur, ſicut in prox. præced. caſu proceditur. Reſpondeo,inq̃t, Specu.Ideo parcitur accuſato excipiēti; quia licitum eſt,quocumque modo ſanguinem proprium redimere , ut ff. de bo. eorum,qui mort. ſibi conſci.l.1. ſicut & illi ignoſcitur , qui prouocatus uoluit ſe ulciſci.ff.de bo.li.l.qui cum maior 2.q.3.§.notandum , uerſus princip. & c.ſi quis iratus.ff.ad l.Iuliā, de adult.

l.ſi adult. §. ſi imperator,& C.eo. l.Gracchus. hæc ibi Specul.

SECVNDA CONCLVSIO.

EXcipiens contra aliquem ante cõfirmationem alicuius promotionis ad aliquam dignitatem non tenetur ſe inſcribere ad pęnã talionis. Hęc concluſio probatur duplici medio. Primo quamapertiſsime in cap.ſuper his, extra de accuſationibus, ubi Innoc.III. ſcribens cuidã canonico Piſano, inter alia infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed cũ opponitur, ut quis a promotione officij, uel beneficij excludatur, ſi ante confirmationem obijcitur, non cogitur quiſquam inſcribere ſe; quia crimen hoc modo probatum impedit ꝓmouendum tantum; ſed non deijcitur iam promotus. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo doctorum auctoritate.

ca.ſuper his ex.d accuſ.

Specul.

Specu. enim in tertia par. titu. de exceptione, in uerb. ſi autem crimen, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſi autem crimen in modum exceptionis alicui opponitur, ut quia a promotione officij ſeu beneficij excludatur; aut excipitur ante confirmationem; & tũc excipiens non cogitur inſcribere, quia crimen ſic probatum nõ deijcit, quãuis impediat. hæc ille. & quia tex. eſt apertiſsimus; iccirco reliquos doctores idẽ ſenſiſſe ibidem, ſufficit aſſeuerare.

TERTIA CONCLVSIO.

EXcipiens contra aliquem poſt confirmationem eius, puta, cum quis eſt conſecrandus, uel ordinandus, licet non teneatur ſe inſcribere; eſt tamen iudicis arbitrio puniendus aliqua pœna extraordinaria, ſi in probanda exceptione defecerit. hæc concluſio probatur triplici medio. primo enim per tex.

ca.ſuper his ex.d accuſ.

in d.c.ſuper his, in ṽ. poſt confirmationem uero, ubi hæc habentur, uidelicet; poſt confirmationẽ uero, cum, ſcilicet, ordinandus fuerit aliquis, aut etiã cõſecrandus; quia etiam ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtẽto, ad ordinariam pœnam, ſecundum arbitrium iudicis diſcreti, citra uinculum inſcriptionis eſt excipiens aſtringendus, ſi defecerit in ꝓbando pro eo, ꝙ crimine ſic probato perdit, quod per electionem, & confirmationem ei fuerat acquiſitũ; ſed ob hoc prius habita non amittit. licet enim agatur de crimine: nõ eſt tamen huiuſmodi quæſtio criminalis: unde per procuratorem poteſt rite tractari. hæc omnia in d. can. probatur & ſecundo auctoritate Specul. vbi ſ. qui utitur fere eiſdem ṽbis canonis iſtius, ſolum addens hæc pauca, uidelicet: & ſic hæc exceptio, quaſi pro accuſ. habetur, ceteri canoniſtæ ſequuntur deciſionem præadducti canonis. probatur & tertio præſẽs cõcl. rõne adducta a Spe. ubi ſ. in ṽ. ſed quare, circa medietatẽ ipſius uerbi, qui infra rõnem præſentis cõcl. adduxit his ṽbis, uidelicet: attamen ſi contra electum confirmatum excipimus, pœna extraordinaria recte imponitur. quid.n. ad te ſi ille ꝓmouetur qui te non accuſat nec uexat?qa & licet prius habita non amittantur: obſtat tamen dignitatibus poſtea acqrẽdis, ut ex de elect.c.ſuper eo.& 2.q.1. c.prohibentur. Notandum nouiſsime, ꝙ D.Felinus tradit theoricam nõnullis concluſ. contentam; ad ſciendum, an omnes indifferenter admittantur ad excipiendum contra confirmatum, ſeu electum ad aliquam dignitatẽ; & hoc in c.ſuper his, ex de accuſ. incipiendo a col.6. in ṽ. ex gloſam poſitã; quas quidẽ hic non referam, ne egrediar fines ꝓpoſiti mei, de quo in prooemio totius iſti⁹ uoluminis plene dixi.

Specul.

Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

EXceptio criãliter facta ꝯtra teſtes, uel contra accuſatores, uel denunciatores ab aliquo accuſato, uel denunciato de crimine, cũ petitione, ut tales reperti falſidici, uel calumniatores oĩo condigne puniantur; necnon, ut nulla

illis

illis fides adhibeatur, ut taliter excipiens dicatur aſſumere partes accuſatoris: & ꝓinde proceditur cōtra ipſos teſtes, & reliquos, ac ſi fuiſſent accuſati, ſeu querelati de falſo: & poteſt contra eos ferri ſententia criminalis condemnatoria; & iudicium ipſum, quod a principio fuit ciuile, efficitur criminale; & in eo proceditur in omnibus, & ꝑ omnia ad inſtar iudiciorum criminalium. hæc concl. eſt moderniſsimi practiciſtæ Iulij Clar. in ſua pract. crimin. lib. 6. §. fin. quæſt. 19. in ꝟ. criāliter autē.

QVINTA CONCLVSIO.

BReuiter cōcludēdum erit, ꝙ ea oīa, quæ ſeruātur in iudicio accuſationis, & inq. ut puta, ut deſcribatur dies, annus, locuſq; cōmiſsi delicti, de quibus ſatis dictū ē in ſuis tractatulis ſpecialibus, ſeruanda erunt in hoc iudicio exceptionis criminalis; quia, ut dixi, talis exceptio, quæ tendit ad puniēdum, æquiparatur accuſationi. hęc concluſio eſt uериſsima in practica, quæ in curijs hodie obſeruatur; & probatur quoque auctoritate Iulij Clari, ubi ſupra.

De modo procedendi in iudicio, quando reus deprehenſus fuit in flagranti crimine. Cap. vnicum.

Deprehenſus in flagranti crimine aperit uiam iudici ad inquirendum contra ipſū. concluſ. 1.

Deprehenſio in flagranti crimine operatur, ut huiuſmodi poſsit torqueri. concl. 1.

Deprehenſus in flagranti crimine, ſi fateatur ſuum crimen uenit puniendus. concl. 3.

Deprehenſo in flagranti crimine nō eſt deneganda defenſio regulariter. concl. 4.

Deprehenſo in flagranti crimine, ratione alicuius magni ſcandali imminentis, aliquando denegantur defenſiones. concl. 5.

Deprehenſus in flagranti crimine non punitur, niſi aliquali ſententia præcedenti. cōcluſione 6.

Iudex quid faciet, quando uidit ipſe crimen oculis proprijs. concl. ultima.

CVM in præcedētibus quattuor opuſculis actum fuerit de quattuor illis modis, quibus in iudicio agitari (pro ut plurimum) cauſæ aſſolent: hoc tm̄ ſupereſſe uidebatur, ut aliquantulum ageremus de alijs modis, quibus crimina aliquādo puniri cōtingit. & hi ſunt duo alij, ꝓut doct. aſſeuerant. Primo qñ quis eſt deprehēſus in flagrāti crimine; & ſecūdo, qñ qs eſt notorius crimінoſus, ſeu qñ quis notorie aliquod crimen ꝑpetrat. de primo erit ſermo in præſenti cap. de ſecundo aūt in ſequēti tract. in quibus, more ſolito, ꝓcedā per nonnullas cōcl.

PRIMA CONCLVSIO.

NOn tātum aperit uia iudici ad inquirendū ꝑ denūciationē factā, aut q̄relā ſibi porrectā; ſed ēt qñ quis depҺēſus fuerit in flagrāti crīe. tunc n. non modo iudex poterit cōtra eum inquirere; uerūetiam procedere ꝯ eum uſq; ad ſnīam diffinitiuā, iuris tñ ordine ſeruato, qui infra tradetur. hæc concl. eſt uеriſsima, & a nemine negari poteſt; cum apud Doct. & Pract. ſit in confeſſo; & illi ſe ſubſcribat Iul. Clar. in ſua pract. crim. lib. 6. §. fin. quæſt. 8. in principio.

SECVNDA CONCLVSIO.

DEprehenſio alicuius in flagrāti crīe nō facit contra eū plenā ꝓbationē; ſed tm̄tūmodo operatur, ut reus poſsit torq̄ri. & ita cōiter tenetur. & ideo dēt iudex bene aduertere, ne ſtatim ꝓcedat ad cōdēnationem illius, q ad prætoriū ducitur, tamquam deprehenſus in flagranti; niſi etiam aliter cōſtet, tale crimen fuiſſe ab ipſo commiſſum. quaꝓpter ducentes illum debent prius examinari a iudice, ut ſibi conſtare poſsit, illū huiuſmodi cōmiſiſſe crimen hmōi; ac deinceps in actis notatis prædictis depoſitionib⁹, debet iudex examinare

ipſum

ipſum reum taliter repertum ;& ſi fateatur crimen, uenit condemnandus p ſententiam ; ſed ſi negauerit, ſtatim abſque alio proceſſu ducendus erit ad torturam, & torquendus, ut confiteatur.& ſi poſtea repertus fuerit innocēs; non iccirco uenit puniendus in ſindicatu iudex pro tortura illi data, vt in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis, quia illa inciuilis ductio ipſum ita ductū in illud periculū poſuit, ut dicit tex. in d. §. qui furem. eſt tamen torquendus diſcrete, habita ratione cauſe, conditionis, perſonę, ac qualitatis. hæc omnia ſunt ſeruanda, quando quis fuit repertus in grauibus criminibus, pro quibus etiam uenit imponenda grauis pęna. ceterum in leuibus delictis poteſt iudex aliquem repertum in flagranti crimine alicui pœnæ ſubdere abſq; aliquo proceſſu. & ita ſeruatur ex conſuetudine: nam uidemus paſsim, quòd inuenti ad furandum uuas per officiales rectorum, abſq; interlocutoria, aut diffinitiua ſententia ducuntur cum uuis ad collum per ciuitatem :-& eodem modo inuenti cum armis ſine licentia ducuntur ad palatium, & compelluntur ſoluere pœnam, ſtatutam contra arma portantes: attamen circa ſolutionē pœnę ſtatutæ iudex rationem habebit de qualitate huiuſmodi reperti in flagranti crimine. hæc concluſio uerisſima eſt;& ita in utroque foro practicatur quotidie ; & probatur quoque auctoritate Iulij Clari, ubi ſupra in verſ. ſcias tamen.

TERTIA CONCLVSIO.

SI reus criminis, captus in flagranti confiteatur crimen iudici, uel actuario ipsū examinanti, ſtatim uenit puniendus iux. qualitatem culpæ. hæc cōcluſio probatur auctoritate Iulij Clari, vbi ſupra in V. ſed numquid, ultra auctoritates adductas in tractatu de cōfeſsione iudiciali.

QVARTA CONCLVSIO.

REo huiuſmodi, neganti crimen ſe commiſiſſe, non ſunt negandę defenſiones. quibus non conceſsis, nullatenus uenit puniendus, etiam ſi fuerit conuictus manifeſte ; niſi contra teſtes & alios nihil ſe habere pro ſe tuendo fuiſſet proteſtatus. hāc concluſionem uerisſimam eſſe patet, & per auctoritates adductas in tractatu de modo procedendi in cauſis expediendis ſimpliciter, ſummarie, & de plano, &c. in 1. & 2. concluſione, in quibus probatur ſatis abunde, neminem condemnandum indefenſum, ut in Clem. ſæpenumero de uerborum ſignif. & nouiſsime auctoritate Iulij Clari, ubi ſupra in verſi. ſed numquid reo capto in flagrāti, ubi inter alia infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet; ego, ſi reus cōfiteretur delictū, utique tranſirem cum hæc ſententia. ſed ſi negaret, putarem illam eſſe ualde periculoſam. & ideo conſulo iudicibus, ut caute procedant in huiuſmodi caſibus; neque exequātur pœnas capitales, non datis defenſionibus. niſi ſit reus præter talem deprehenſionem, etiam p teſtes idoneos de ipſo delicto manifeſte conuictus, uel confeſſus. hæc ille ubi ſupra.

QVINTA CONCLVSIO.

VBi eſſet periculum maioris ſcandali, puta quia delictū eſſet atrox, & populus magnis clamoribus poſtularet, eius ſupplicium non differri; uel quia eſſet concitata ſeditio, quę nō poſſet de facili ſedari, niſi aliquis, qui eſſet deprehenſus concitare populum, ſtatim ſuſpenderetur: tunc dico iudicem excuſari, qui illud faceret, non præſtitis defenſionibus. licet dici ſoleant, ꝙ uanæ uoces populi nō ſunt exaudiendæ: illud tamen inte lligendum eſt, quo ad hoc, quòd innocens condemnetur, ut contigit Saluatori Noſtro Domino Ieſu Chriſto, uel ut nocēs abſoluatur ; ſed bene

bene,quandoq; exaudiuntur, ut pœna nocenti acceleretur, & non differatur, donec principi reſcribatur. hæc concluſio probatur practica ipſa curiarum,& auctoritate Iulij Clari, ubi §. aſſerentis, hãc eſſe communem Doctorum reſolutionem, prout dicit Salicet.in l.decurionum in fine. C.de pœnis. & ita ſe uidiſſe de facto Florentiæ atteſtatur Catal.de Sind.quæſt.212. hæc ille Doctor, ubi ſupra.

SEXTA CONCLVSIO.

REus repertus in flagranti crimine non uenit puniendus, niſi aliquali sẽtentia, ſeu decreto,aut mãdato ſubſcripto manu iudicis præuio ſaltem:licet poſsint omitti ſollemnitates iuris in proferenda ſententia,nõ neceſſario requiſita. hæc concluſio probatur practica ipſa moderna curiarum utriuſq; fori,& auctoritate Iulij Clar.ubi ſupra, in §. quæro, an quando reus eſt deprehenſus.

SEPTIMA CONCLVSIO. & ultima.

IVdex uidẽs oculis proprijs aliquem perpetrare crimen aliquod, illum nõ poterit condemnare, neque torquere; ſed tantum contra illum informationes capere, & poſtmodum procedere contra ipſum:cui non erit neganda copia proceſſus, ac reliquæ defenſiones, & debitus terminus dierum ad ſe tuendum. hæc concl. probatur practica ipſa noſtri temporis,& duplici alio medio, ſcilicet auctoritate Iulij Clar.ubi ſupra, in §.ſed pone;& hac ratione,uidelicet: licet enim lex multum de iudice confidat: uult tamen, quòd ſecundum acta, probata in iudicio,iuſtitia miniſtretur; eo maxime,quòd iudex dicatur a iuſdicẽdo,cum ut perſona publica iudicat, non ut priuata. quapropter merito nõ licebit ipſi Franc. iudici, aliquem condemnare, ut perſona priuata,videlicet; ut Francus eſt; ſed ut perſona publica, uidelicet:ut iudex eſt. enimuero quando ipſe ſolus uidit,non ut iudex uidit; ſed ut Francus perſona priuata: quando uero ſibi conſtat per allegata & pbata in actis; tunc dicitur illum ſcire, non ut perſona priuata;ſed ut iudex,q eſt perſona publica: quoniam ſi ſecus eſſet uerius,ſequeretur hoc abſurdiſsimum, quòd iudicibus fas eſſet, omnes ſibi aduerſantes ſine cauſa, & culpa eorum ſuſpendere, uel alijs cruciatibus, & pœnis addicere,dicendo ſe uidiſſe illos crimen tale,& tali commiſiſſe.quod nullatenus eſt concedendum.

Finis præſentis tractatuli.

De modo procedẽdi in criminibus notorijs. Cap. unicũ.

Notorietas criminis aperit uiam iudici ad inquirendum de ipſo crimine.concl.1.
Notorium crimen quid ſit. concl.1.
Iudex quid animaduertere debeat, ut poſsit procedere contra notorium criminoſum. concl.2.
Iudex debet dare copiam actorum notorio criminoſo ad ſui defenſionem concl.3.
In notorio crimine requiritur ſententia.concluſione ultima.

POſtquam in præcedenti capit. ſermo habitus fuit de modo procedendi, quando quis fuit repertus in flagranti crimine, qui uidetur quintus modus, ſeu uia procedẽdi in iudicio utroq; forenſi,eccleſiaſtico,uidelicet,& ſeculari,operæprecium duxi in præſenti cap. ſubſequenter uerbum facere de ſexto, & ultimo modo; quo contingit puniri crimina in foro fori. quapropter,more ſolito,nonnullæ adducentur concl. pro maiori dilucidatione iſtius materiæ.

PRIMA CONCLVSIO. ſit hæc.

QVandocumq; iudex procedet in iudicio contra notoriũ crimino‑ſum, ſi uoluerit informationem capere ſuper indicia ipſius criminis notorij, & contra notorium criminoſum; non tãtum poterit ſpecialiter inquirere; uerum etiam reum citare non tenebitur, ſi ex hac citatione reus pararetur ad fugam uериſimiliter: ſed ſi non ſit huiuſmodi ſuſpitio; tunc iudex debebit reum citare abſentem, non modo ad proceſſum, ſed etiam ad ſentẽtiam. ſed ſi dubitaretur de fuga; tunc ſi potuerit iudex, debet mãdare, ut carceri mancipetur effectualiter. non enim uidetur poſſe iudici conſtare, reo nullã competere defenſionem, ſeu aliam excuſationem, niſi eo monito, & audito. ſi uero eſſet carceri mancipatus reus, tũc dicendum erit, quòd ubi certum eſſet, nullam illi defenſionem competere, nulla citatio requiretur; ſed bene re' ipſe uerbo monendus, & iam audiendus eſſet, ſi uellet aliquid ad ſui defenſionem deducere. hæc concluſio probatur Doctorum auctoritate, qui adducuntur a D. Iulio Claro in ſua practic. crim. lib. 6. §. fin. quæſt. 9. in ꝟ. quæro numquid. attamen pro maiori intelligentia præſentis concl. ſciendũ, ꝙ ipſemet Iulius prędictus, ubi ſupra in princip. quæſt. inter alia hæc dicit, uidelicet: ꝙ in hoc tamẽ propoſito, illud dicitur notoriũ crimen, qđ aliqua tergiuerſatione celari non poteſt, ut illud, qđ fit corã populo, uel maiori parte populi. & ita dicunt Doctores, ut ait Cyn. in d. l. ea quidẽ col. 2. ꝟ qa licet ergo. C. de accuſ. Inſuper animaduertendum erit & aliud, ſcilicet, ꝙ in noſtro propoſito non ſufficit factum ipſum eſſe notãdum, puta, ꝙ Seius interfecerit Caium; niſi etiam ſint notorię qualitates ipſius facti; ſcilicet, quòd nulla defenſio ſiue excuſatio competat Seio, quo minus puniendus ſit pęna homicidij. & hanc dicit communem omnium cõcl. Colleg. Floren. inter Cõcilia. Curtij ſen. concl. 21. nu. 13. Portus in d. concil. ult. poſt nu. 28. ꝟ. nec obeſt text. poteſt enim eſſe, quod homicidium fuerit ad ſui defenſionem cõmiſſum; uel ꝙ aliàs Caius impune occidi potuerit, uel huiuſmodi. quæ quidem omnia ueniũt adducenda tempore, quo illis cõceditur ſuas defenſiones facere.

SECVNDA CONCLVSIO.

CAueat iudex, ne aſſerat delictũ notorium, cum non ſit. multa enim dicuntur notoria, quæ non ſunt. debet iudex propterea, uel actuarius eius mandato, examinare maiorem partem uicinię, in qua fuit commiſſum delictum, ſuper ipſius commiſsione, ne poſtea tẽpore ſindicatus ſui puniatur, ſi de notorio non doceret. debet igitur iudex ſuper tali notorio informationes aſſumere. Quapropter ſciendum, quòd iudici ex actis debet conſtare, illud crimen eſſe notorium: & ideo non ſufficerent informationes a iudice extraiudicialiter aſſumptæ. hæc concl. uеriſsima eſt; & ꝓbat̃ tum practica ipſa curiarum, tum ẽt auctoritate Doct. ꝗplurimorũ, qui adducunt̃ a Iulio Claro. ubi ſupra. in uerſ. item quæro, nunquid in notorijs requiratur probatio.

TERTIA CONCLVSIO.

IN huiuſmodi notorio erit erit dãda reò copia indiciorũ, ſi ipſe ꝓponat aliquã excuſationem, uel defenſionẽ; ſed ſi fateretur, ſe nullam excuſationẽ habere, non erit illi aliqua defenſio cõcedẽda; ſed erit cõdẽnandus. hæc concl. ꝓbat̃ p Iul. Cla. vbi ſ. in ꝟ. quæro etiam.

QVARTA CONCLVSIO.

IN criminib. notorijs ex cõſuetudine hodie obſeruatur in pract. ut oĩno requiratur ſnĩa declaratoria, illud fuiſſe notorium crimen, & condẽnatoria ſnĩa ꝯ criminoſũ talẽ: necnon & neceſſario reqritur, ut cognoſcatur & declaretur p iudicẽ, citato ipſo reo ad hoc, ut poſſit dici delictũ notoriũ, ꝙ excuſationẽ nõ habeat. hæc cõcl. ꝓbatur pract. ipſa curiarũ utriuſq; fori, necnon auctoritate Iul. Clar. ubi ſ. in ꝟ. quæro, & ſeq.

Finis præſentis tractatuli.

INDEX CONCLVSONVM CONTENTARVM IN LIB. IIII.

DE DELATIONE IVRAMENTI.

De delatione iuramenti facienda a iudicibus, tam reo, quàm actori. Cap. vnicum.

Prima conclusio.

Si plures teſtes in unam concordẽt ſentẽtiam, tunc iudex poterit rite & recte ferre ſententiam contra eũ, de quo fuit probatum, ex quo actor plene ꝓbauerit; nec in iſto caſu defertur iuramentum alicui perſonæ de iure cõi.

Secunda conclusio.

Actore qualitercumq; ſemiplene ꝓbante, iudex debet præſtare iuramẽtũ potius reo, quã actori, cõcurrentibus ex utraq; parte quattuor conditionibus; quarum ſi aliqua defuerit, & contrarium uideatur faciendum ipſi iudici, actori poterit deferre iuramentum de iure communi.

Tertia conclusio.

Actore probante plene, & reo ſemiplene in his, quæ ſunt directe contraria, non defertur iuramentum reo; ſecus, ſi eſſent compaſſibilia.

Quarta conclusio.

Semiplena probatio dicitur fieri per depoſitionem unius teſtis, concurrentibus infraſcriptis conditionibus.

Quinta conclusio.

Iuramentum iudiciale, quod a parte defertur, poterit libere etiam ſine cauſa reſeruari; etiam non referendo illud.

Sexta conclusio.

Iudice approbante ac iubente delationem iuramenti factam a parte parti, uidelicet a reo actori, uel e contra; pars tenetur iuramentum referre parti alteri; uel ipſa iurare; niſi ambo facere recuſent rationabili de cauſa; cuius rationabilitas debet iudici conſtare: aliás iudex procedet contra huiuſmodi nolentem alterum e duobus eligere, ac exequi.

Septima conclusio.

Poſt iuramentum delatum a parte, per nouas probationes repertas ab ipſo, poterit pars recedere, ſi illud delatum fuiſſet a iudice; ſecus, ſi a parte; etiam ſi pars aduerſa uoluerit probare periurium.

Octaua conclusio.

Iudex non poteſt admittere iuramentum neceſſarium actoris in ſupplementum probationis, tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus famoſis, ad condemnandum reum.

Nona concluſio.

Reus, & actor poſſunt ſibi inuicem deferre iuramentum in iudicio de ueritate dicenda ad lites dirimendas in alijs cauſis, quàm famoſis, id eſt, iniuriarum: quoniam in huiuſmodi non licebit conuento famoſa actione, referre iuramentum huiuſmodi.

Decima concluſio.

Eum, qui iuſiurandum defert alteri, primo coget iudex iurare, quòd per calumniam non defert; aliàs non audiet.

Vndecima concluſio.

Formula procedẽdi in delatione iuramenti ipſis reis in cauſa criminali criminaliter mota, & in repetitione teſtium, hac noſtra tempeſtate eſt, &c.

Sed de modo illos alloquendi, hortandiq; ad ueritatem dicendam uide notata per me in concl. 7. cap. 7. lib. 3. titu. de inquiſitionibus.

De forma iuramenti præſtandi a teſtibus & reis, exigendaq; a iudicibus eccleſiaſticis, a prædictis exoptantibus omnes cauillationes, tam prædictorum, quàm aduocatorum euadere. Cap. vnic. per tot.

LIB. IIII. TIT. DE DELAT. IVRAMEN.

Cap. Vnicum.

Actore ſemiplene probante, cui eſt deferendũ iuramentum. concl. 1.

Actore non probante reus eſt abſoluendus. concluſ. 2.

Actore probante plene, & reus ſemiplene quid faciet iudex. concl. 3.

Depoſitio facta ab aliquo, quando dicatur facta, tamquam a teſte. concl. 5.

Iudex, quando poterit parti præcipere, iuramentum deferre, uel referre. concl. 6.

Iuramentũ quotuplex ſit, & quid unũquodq; eorum, uide in proœmio capituli de iuramento delato a parte parti, quando poterit recedi. concl. 7.

Iudex, quando poterit iuramentum actoris recipere in ſupplementum probationis. concluſ. 8.

Iudex eccleſiaſticus, quæ animaduertere debet in deferendo partibus iuramentum a concl. 9. uſque in finem.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. IIII. TIT. DE DELAT. IVRAMEN.

De delatione iuramenti facienda a iudicibus, tam reo, quàm actori. Cap. vnicum.

PROOEMIVM.

LIcet nonnulla notatu digna in tribus præcedentibus opuſculis tradiderim de modo ſeruando a iudicibus in deferẽdo reis iuramentum de ueritate dicenda: nihilominus, quia non ſolum ipſi rei ſunt cogendi ad iuramentum praſtandum de ueritate dicenda; uerum etiam ipſi actores; merito poſt prædicta opuſcula ſubſequtur & præſens de delatione iuramenti; ut ipſis iudicibus norma clarior & facilior tradatur de modo ſeruando in extorquẽdo iuramentum, tam ab actore, quàm a reo. Et ut ipſis melius conſulerem, uiſum fuit mihi, more ſolito, hanc materiam abſoluere nonnullis concluſionibus, illis annectẽdo ipſarũ probationes. Pro quarum quoq; maiori intelligentia, præmittam illis declarationem nonnullorum terminorum, ac diuerſas Doctorũ opiniones. Sciendum ergo ꝙ iuramentorũ aliud dicitur ꝑmiſſorium, aliud aſſertorium. promiſſoriũ dicitur, quod ſup futuro fit, illud, quando, uidelicet aliquid dandum, uel non dandum; faciendum, uel non faciendum promittitur, ut ſi quis promittit in iudicio ſiſtere, aut litem exequi. C. de epiſcopis & cler. Authen. generaliter, extra de ſequeſt. poſſ. c. 1. in fi. aut aliquod huiuſmodi promittitur. & tale iuramentum infamat, quãdo illud obſeruatur, quia in eo frangitur fides Deo & homini; magiſq; imputatur tunc; quã ſi iuraret de præſenti, uel de præterito; quia magis & plenius deliberare poteſt, ut C. de tranſact. l. ſi quis maior, & de hoc 6. q. 1. c. quocumq;.

Iurm̃ ꝑmiſſoriũ qd ſit.

aſſertorium uero iuramentum dicitur illud, quod fit de præſenti & de præterito, in quo, uidelicet, aſſeritur aliquid eſſe uel fuiſſe. & hoc infamat, quantũ ad infamiæ pœnam. aſſertorij uero ſpecies iuramenti eſt duplex: aliud enim dicitur iurm̃ aſſertoriũ iudiciale; aliud extraiudiciale. iudiciale dr̃ proprie illud, qđ præſtatur in iudicio. & huius iudicialis plures sũt ſpecies: nam aliud dr̃ neceſſarium ſiue ſuppletoriũ: & eſt illud, qđ defertur in ſupplemẽtum probationis; & qñ actor, uel reus probauit ſemiplene: nam poteſt iudex, parte petente, deferre iur. ſemiplene probanti, per cuius iuram. erit ſuppleta probatio ſufficiẽs ad cõdemnationem, uel abſolutionem. iuram. uero illud dicitur neceſſarium, qđ ex neceſſitate, parte petente, etiam altera parte inuita, defert, ut infra probabitur.

Iurm̃ aſſertoriũ qd ſit.

Iurm̃ aſſertoriũ iudiciale quid.

Iurm̃ iudiciale aſſertorium, ac ſuppletorium quid.

Secunda ſpecies iuram. aſſertorij iudicialis dr̃ iurm̃ litis deciſoriũ. & tale iurm̃ ab initio dr̃ uoluntariũ reſpectu deferentis, quia defertur ex uoluntate partis, iudice tamen approbante. Item is, cui defertur, non tenetur ꝑciſe iurare; ſed põt iurm̃ referre, ut habet in c. manifeſte, de iureiur. exemplũ eſt, qñ alter ex litigatoribus non põt ꝓbare ſuam intentionẽ, & dicit alteri: iura tu: ego. n. tuo iuro ſtabo. dicitur autem deciſorium, quia per ipſum deci-

Iurm̃ aſſertoriũ iudiciale neceſſarium quid.

Iurm̃ litis deciſoriũ qd

 ditur

ditur lis,ſicut per ſnĩam , adeo, ꝙ ultra
non admittitur alia probatio in cõtra-
rium ciuiliter:licet crialiter,ſi is peiera
uerit,admittetur. Tertia ſpecies iurĩ iu
dicialis dicitur illud iurm̃,quod defert
in iudicio alicui aduerſario principali,
& legaliori,ut qñ quis examinatur ſup
poſitionib. medio iuro, & hoc appellat
iurm̃ ueritatis , dato, ꝙ fiat per vbum
credulitatis.& eſt uoluntarium ex par-
te deferentis. differt tamen hoc iurm̃ a
præced.quia,hoc delato,poteſt nihilo-
minus probari contrarium:uerum is,q
iurauit,non punitur de periurio; ſed ſo
lum Deum habet ultorem,ſi deierauit,
dum interrogaretur in propria cauſa
criali contra ſe mota;ſecus ut teſtis, ut
ſuo loco dictũ fuit . Quarta ſpecies iu
ramenti iudicialis eſt iurm̃ ueritatis ,
quod defertur teſtibus , nam teſtis dẽt
iurare de mera ueritate dicenda; alias
nõ probat:nec ſufficit,ſi diceret;ita eſt,
ſi bene recordor. Quinta ſpecies iura-
menti iudicialis eſt iuramentũ calũniæ;
& illud appellatur credulitatis,ut l.2.§.
ꝙ obſeruare,& ibi Bar.& Doct. C.de iu
ramento calũniæ . Sexta ſpecies iurĩ iu
dicialis eſt iurm̃ in litem, de quo loqui
tur tot.tit.ff.de in litem iurãdo.& illud
defertur per iudicem; non aũt ꝑ partẽ.
& defertur actori l.2.& l.uideamꝰ.§.de-
ferre. ff.de iureiu. & iſtud iurm̃ eſt tri-
plex,vc3.primũ iurm̃ in litem affectio-
nis.ſm̃ iuram.in litẽ de intereſſe ſingu-
lari.tertiũ eſt iuram.in litem de intereſ
ſe cõi, & ꝺ ueritate. Primũ iurm̃ exẽpli
ficatur,vt habeat affectionem ad lib.ad
quẽ & mihi condẽnatus poſsũ iurare ꝺ
illo intereſſe affectionis pp dolum tuũ
& põt hoc intereſſe excedere uerum &
iuſtũ ualorẽ ; in quo tria requirunt co-
pulatiue. primũ, ꝙ ſit actio bonæ fidei,
uel ſtricti iuris arbitraria.ſm̃,ꝙ condẽ-
natus ſit in dolo,nolẽdo reſtituere . ter
tiũ,in qua veriſimiliter eã affectio,ſicut
in libro ; alias ſecus,ut ĩ nũmis.l.nũmis
ff.de ĩ litẽ iur.Sm̃ eſt iurm̃ in litẽ de in-
tereſſe ſingulari,ut ſi depoſui pecuniã;
& qa nihil reſtituiſti, fui cõdẽnatus ad

Iurm̃ ueritatis qd ſit.

Iurm̃ in litẽ affectionis qd ſit.

Iurm̃ in litem de intereſſe ſingulari qd ſit.

pœnã; uel pignus meũ fuit uẽditũ a cre
ditore meo ; poſsũ iurare de iuſto inte
reſſe ſingulari ex re,ut d.l.nũmis. tertiũ
eſt iurm̃ in litẽ de intereſſe cõi,& de ue
ritate,ut ſi fuiſti in mora dandi mihi Se
iũ,q mortuus eſt,poſſum iurare ob do-
lum tuũ de uera æſtimatione,quãti ua-
lebat ille ſeruus;& eatenus mihi cõdẽ-
naberis,vt l.in actionibus.§.plane cum
l.ſeq.eod.tit. Septima ſpecies iuram.iu
dicialis eſt iuramẽtũ purgatiõis, quod
defert reo in cauſis arduis,crĩalibus, &
ẽt in ciuilibꝰ;puta,qñ ꝯ reũ ſunt aliqua
indicia,uel ſemiplena ꝓbatio;ita,ꝙ nõ
põt diffinitiue ꝯdẽnari: tunc iudex põt
ſibi deferre iurm̃ purgationis;per qđ
iurabit reus ſe nõ teneri ad debitũ; uel
nõ cõmiſiſſe tale delictum;& ſic diffini-
tiue abſoluet . & de iſto iuro loquit ꝓ-
prie tex.in d.l.admonẽdi, & tot.titu.de
purg.can.ubi ſi aliquis eſt infamatus ꝺ
crĩe, qđ nõ põt plene probare cõpellit
ſe purgare per iurm̃:& eſt quędam alia
purgatio, q̃ dr̃ uulgaris,de qua loquit
tit.ex̃ de purg.uulg.quæ loquitur de du
ello:ut qñ litigantes uolũt ſe purgare ꝑ
duellũ;q̃ purgatio eſt omni iure prohi-
bita;& nouiſsime per Concil. Trid. in
ſeſſ.26.de reform.c.19. Octaua ſpẽs iu-
ramenti iudicialis eſt ,qñ pp enormita
tem criminis defert iuramẽtũ ꝯ uiolen
tum ſpoliatorẽ, ut ſi qs ſpoliat me do-
mo mea,uel poſſeſsione mea,poſsũ ꝓ-
bare per iuramẽtũ meũ de rebus mobi
libus ibi exiſtentibus, & in odiũ ſpolia
toris,iux.l.ſi qñ,cũ ibi notatis.C. ũde ui
c.ſi.eo ꝙ met.cauſa,& hoc põt dici iura
mentũ in litẽ;& nõ datur ꝯ uniuerſitatẽ
in dãno clandeſtino pro ualore rerum
amiſſarũ. Nona ſpẽs iuramẽti iudicia-
lis eſt,qñ extaret ſtatutũ , ꝙ ſtãdũ eſſet
iuramento dãnũ paſsi.Decima ſpẽs iu-
ramẽti iudicialis eſt iuramẽtũ,qđ præ-
ſtatur in taxatione expenſarũ:nã expẽ
ſæ factę in iudicio prius taxant per iu-
dicẽ;& poſtea datur iurm̃ uictori, qui
fecit expenſas ; & poſtea interponitur
declaratoria per iudicẽ , ut habetur in
Authen.poſt iuſiur.& Authen.nouo iu-
re

Iurm̃ in litem de itereſſe cõi quid ſit.

Iurm̃ iudicialis purgationis quid ſit.

Quod iuramẽtũ ĩ põt dici quoq; ĩ litem.

Iurm̃ ꝓ expẽſis factis in lite qñ fieri cõtingat.

re.C.de iud. & hoc fuit introductum ex cã, quia ſi grauatur in eo, ꝙ non recuperat omnes expenſas propter taxationem, releuatur in alio, ut ſtetur ſuo iuramento: unde ſi uellet plene probare per teſtes oẽs expenſas, non fieret earũ taxatio per iudicẽ, ut dicunt Doct. in d. Auth. & hæc dicta ſufficiant ꝓ declaratiõe d. termini iuramẽti iudicialis. ſed de quidditate iuramẽtorũ extraordinariorũ hic taceã; cũ nõ ſit hoc pñtis ſpeculationis: attñ ſciendũ, ꝙ de hac materia abunde ſatis ac doctiſſ. V̄bum facit Rob. Marantha in ſuo Specul. aduocat. ſub titu. de iuramento; cuius fere oĩa prædicta ſunt. his ergo præmiſsis, animaduertẽdũ ẽ, ꝙ circa pñtẽ qſt. uaria & multiplex fuit Doctorum ſententia; quorum uota refert Pan. ac examinat in c.fin. coll.7. eẋ de iureiur. in V̄. nunc circa præſcripta, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nunc circa pręſcripta, & circa tex. quæro in actionibus famoſis, & alijs criminibus non famoſis poſsit deferri indiſtinctè iuramẽtũ. iſte tex. facit, quòd ſic. nõ enim poſſet referri, niſi prius fuiſſet delatum.

PRIMA CONCLVSIO.

SI plures teſtes in unã ɔcordẽt ſnĩam; tunc iudex poterit rite & ſtricte ferre ſnĩam cõtra eum, de quo fuit probatũ; ex quo actor plene probauerit. nec in iſto caſu defertur iuramentũ alicui perſonæ de iure communi: licet cõtrarium ſeruetur uſu curiarum vtriuſque fori hodie: cum ſemper ipſi rei interrogentur, mediante iuramento, ut probatum fuit in concl. ult. pñtis cap. hæc cõcluſ. probatur triplici medio. primo ꝑ text. in cap. 3. extra de probat. ubi inter alia in V̄. unde hinc inde, hæc hñr, vc3. vnde hinc inde teſtes produci poſſunt ad cognitionẽ iudicis inſtruendam & iudex, quos præcellere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittat. hæc ibi. probatur quoque & apertius præſens concluſio in cap. 2. extra de probat. ubi Alexander Papa tertius infraſcripta

ca. 3. de probat.

c. 2. ex. d probat.

ſtatuit, uidelicet: ſicut conſuetudo laudabilis; & infra: ſane illud apud nos conſuetum eſſe dicimus, ut cum aliqs intentionem ſuam fundauerit inſtrumentis, aut teſtibus; ei ſacramentum nihilominus deferẽ: quod ſi ſubire noluit, fides probationibus non habetur. nos, cum tunc demum ad hiuſmod ſit ſuffragium recurrendum, cum aliæ ligitimæ probationes deeſſe noſcuntur; talem cõſuetudinem reprobauimus. hæc in dicto c. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Specul. enim amplectitur ipſam noſtram cõcluſionem; quã probari aſſerit in d. ca. 2. & hoc ipſe dicit in 2. par. ſub titu. de iuramenti delat. col. 2. in V̄. nota igitur. Pan. quoq; in c. fin. §. ſane, extra de iureiur. col. 2: in ꝓprio, & in dictis iuribus: attamen notatu ualde digna eſt diuiſio ipſius Pan. ubi ſupra in dicta col. in V̄ ſecundo q̃ritur, quãdo dicatur plene probatum; ait Bart. multum inſtat in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in ſumma dic; quòd tunc eſt plene probatum, quando iudex ex his, quæ ſibi oſtenſa ſunt, eſt adductus ad fidem, & credulitatem eius, quod intendit. & qualiter adducatur ad iſtam fidem, & credulitatem non poteſt dari certa doctrina. & quãdoque adducitur per teſtes; & quandoque per præſumptiones; & quandoq; per confeſsionem; & partim per præſumptionẽ. Probatur & tertio hac ratione, uidelicet: remota cauſa remouetur effectus cauſę: cauſa, propter quã iuramentum deferẽ in iudicio ipſi reo, eſt ob defectum probationis: iccirco ipſa remota cauſa non debet reo deferri iuramentum: cum fuerit plene ꝓbatum contra ipſum reum, ut præſupponitur in concluſione præſenti.

Specul.

Pan.

SECVNDA CONCLVSIO.

ACtore ſemiplene qualitercũq; ꝓbãte, iudex debet præſtare iuramentum potius reo, quàm actori, concurrentibus ex utraque parte quattuor conditionibus; quarũ ſi aliqua defuerit

& contrarium uideatur faciendum ipſi
iudici, actori poterit iuramentum de-
ferre de iure cōi; ſecus de conſuetudi-
ne. hæc concl. probatur triplici medio.
Primo per tex.in c.fin.§.ſane, ex̄ d' iure-
c.fi.ex.d iureiur. iuran.ubi Greg.IX.infraſcripta ſtatuit,
uidelicet: ſane ſi actor oīno in ꝓbatio
ne defecerit,reus debet, & ſi nihil præ-
ſtiterit,obtinere,præſumptione facien
te pro illo:reo deferri poteſt ad oſten-
dēdum ſuā innocentiā iuſm; niſi iudex
inſpectis perſonarū & cauſæ circum-
ſtantijs, illud actori uideatur deferen-
dum. hæc ibi.& in c.fin.de teſtibus in 8.
Inn.III. in generali concil. Lugdunenſi
infraſcripta ſtatuit,uidelicet: in appel-
lationis cauſa is,qui appellantis procu
rator, uel aduocatus in priori iudicio
fuerat,non recipiatur in teſtem; neque
indiſtincte ipſi appellanti,præſumptio-
ne faciente pro eo,deferatur etiam iu-
ramentum: ſed tunc circumſpectis pſo
narum & ipſius circumſtantijs, id fue-
rit faciendum. hæc ibi.cōditiones qua-
tuor cōſiderādę ſunt infraſcriptæ,quas
refert Pan.in d.§.ſane, col.3. primo cō-
Pan. ditio perſonæ attenditur circa legali-
Circūſtantiæ pōderandæ in pſona cui debeat iuſm pſtari. tatem,ut legaliori deferat:legalitas au
tem iuſte cōſideratur ex origine, ex re
rum accidentib. & ex origine perſonæ;
quia ſi eſt natus ex bonis & legalibus
parentibus; præſumitur bonus & lega-
lis,ut ff. de edi.edic. l.ꝙ ſi nolit.§.q mā-
Pria cō ditio ſen circūſtātia attēdēda in pſona. cipia. melius facit l. ſi quis. C.ad l.Iuliā
mu.ēt 5.q.1.c.uerum.§.ſi quis militibus
iux.illud:Sępe ſolet filius ſimilis eſſe pa
tri. ex rerum accidentib. ut ex diuitijs,
uel paupertatibus:nam pauperes faci-
lius deierant, quàm diuites. ff. de teſt.
l.3.& 4.q.3. c. teſtium fides. qđ proce-
dit in diuitijs iuſte acquiſitis: ſi autem
acquiſitę ſint per uſurariam prauitatē,
uel rapinam,non eſt ſic præſumendum;
quia ſicut damnauit animam ſuam qs
in acquirendo,ſic & tūc præſumendū ē,
ꝙ deieraret,ut obtineret in cauſa, arg.
in c.ſemel,de reg. iur. in 6. ubi habetur
hæc regula,V̄.Semel malus ſemper pręſumitur malus in eod.genere mali. Se-
cundo principaliter attenditur natura
cauſarum, ut ſi ſint criminales, uel ci- 2. an ſīt aduertēda natura cauſæ.
uiles exigentes perſpicuam probatio-
nem. de his multa notabilia erunt ad-
ducta infra in concluſ. ſequen. Tertio
attenditur quantitas rerum, ut ſi ma- attenditur quātitas rerum.
gna ſit res, quæ petit; quia tunc opus
eſt maioribus indicijs. Magnitudo aūt
uel paruitas rerum attendēda eſt (ſecū
dum eum) ex perſonarum litigantium
conditione, & ex diuerſitate locorum:
nam in quibuſdam locis res uilis repu
tatur precioſa & chara,ut in c.legimus
diſt.92.Quarto debet attendi qualitas
factorum,ut magis ſcienti factum defe 4 attendēda eſt qualitas ſcientię factorū.
ratur iuramentum, quàm ignoranti,ut
in l.quamquam. ff.ad Velleian. & l.Mar
cellus. ff.rerum amo. probatur inſuper
auctoritate Doct.Specu.n.in 2.par. ſub
titu.de delatione iuramenti,col.3.in V̄. Specul.
ſed cui defertur, infraſcripta dixit, ui-
delicet: ſed cui defertur,actori an reo?
reſpond.dicunt quidam, ꝙ ei,qui meli⁹
probat,arg.ex̄ de probat.c.ex litteris,&
c.licet,prope finem, ubi hæc habentur,
uidelicet:& primo in d.c.ex litteris,ui-
delicet: unde hinc inde teſtes produci
poſſunt ad cognitionem iudicij inſtruē
dā:quibus examinatis,iudex quos pcel
lere intellexerit ad fidem ſibi faciendā
admittat.ſequitur Specul.ubi ſ.ut quia
actor probat per unum teſtem;reus ni-
hil:ei ergo deferatur,ne ꝓbatio ſit ipſi
inutilis: quod eſſe non debet, ut ff. de
legat.1. l.ſi qn̄ in proprio. & hoc puto
deferendum alij,quàm reo; quia cū a-
ctor nō plene probat,reus debet abſol-
ui,ut ex̄ de iureiurā. c.fin.§.ſane. iura.n.
ꝓmptiora ſūt ad abſoluēdū, q̄ ad con-
dānādū,ut ex̄ de prob.in c.ex lr̄is. ff.de
act.ob.l.Arrian⁹. uel dic, quòd hoc per
iudicē experiet,cui.ſ.deferat.in §.ſane.
hæc ille. Io.And.in d.c. fin. dicit potius
deferendū iuſm reo,q̄ actori: qm̄ occū
bere opprobrioſius eſt actori,q ꝓuo-
cauit; ideo de periurio eſt plus ſuſpe-
ctus ipſe actor, quàm reus. & ut dicit
Pan. infra, per hoc tollit motiua Pe.
& Cy. qui uolebant potius eſſe actori
defe-

deferendum iuramentum, quàm reo; eo ꝙ illi potius eſt deferendum iuramentum, de quo veriſimile eſt, ꝙ minus facile peiuret; ſed ſm eos, magis ueriſimile eſt, quòd peieraret reus, quã actor; quia grauius eſt perdere, quam non acquirere. Dominus Ant. noſtræ quoque ſe ſubſcripſit concluſioni, ut refert idem Pan. in c. fin. §. ſane col. 12. in fine in V. idem vult Dominus Ant. extra de iureiur. infraſcriptis verbis, videlicet: ſi actor ſemiplene ꝓbauit, reus deberet ex iuris regula abſolui; quia actore non probante, &c. c. de eden. l. qui accuſare, & c. ut noſtra, extra ut eccleſiaſtica beneficia: vnde actor releuatur, & reus grauatur; quia pure nõ abſoluitur, merito debet reus ĩ hoc releuari, ut ſibi, & non actori deferatur iuramentum. per hanc rationem idem infert Dominus Ant. ſi actor probauit pluſquam plene, & ſecundum hanc opinionem, quis reperitur teſtis in cauſa propria. Pan. uero ipſe ubi ſupra, in col. 13. in principio, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ego conſidero nõ poſſe negari, quia in cauſa propria, attentis circumſtantijs perſonarum & cauſæ, quis quandoque teſtificetur, ut hic in fine, & in d. c. fin & expreſsius in c. ex ratione, extra de procur. ubi fuit iuramentum delatum actori in cauſa reuocationis ꝓcuratoris, per quam quidẽ reuocationem omnia geſta uenîebant annullanda: & ſic optime procedit cõſideratio Bar. dico tamẽ illud indiſtincte non admittendum. ſed placet prima fronte, vt iuramentũ deferatur reo; niſi conſideratis circumſtantijs perſonarum & cauſæ, iudex arbitretur deferẽdum actori, vt quia actor melius ſcit veritatem. & ſic procedit dictum c. ex inſinuatione. probatur apertiſsime hoc hic nõ cauillãdo litteram. nec obſtat. c. finã. de teſtib. in vj. quia loquitur negatiue, dicens non deferendum indiſtincte actori; ſed conſideratis circũſtantijs, &c. & ſic in effectu prouidet, vt hic. & fecit mentionem de actore, & nõ de reo; quia iudex ibi deferebat indiſtincte appellanti eum fouendo, quia cauſam ad eum detulerat: vnde Papa illum reprehendit in hoc, ut ibi notat Ioan. And. in Nouella. quicquid autem hic & alibi ſcribatur: hoc tamen videtur arbitrarium; & raro cõtingere poteſt, quòd omnia iura utriuſque partis ſint paria. hæc Pan. ubi ſupra.

Actore non probãte re' debet abſolui.

Ant. de Butrio.

Pan.

TERTIA CONCLVSIO.

Actore probante plene ſuam intẽtionem, & reo ſemiplene ĩ his, quæ ſunt directe cõtraria, non defertur iuramentum de iure communi; ſecus de de conſuetudine; ſecus, ſi ſint compaſſibilia; ut puta, actor probat ſuam intentionem per duos teſtes, & reus per vnum: exempli gratia; Titius probat, mutuo dediſſe Petro centum aureos; & Petrus probat per unũ teſtem, illos eidem reſtituiſſe: in tali caſu debet ſemiplene probans condemnari ad illos reſtituendos; poteritque, ſi ei videbitur reſpectu aliquarum circumſtãtiaꝝ negocij, de quo agitur, iudex deferre iuramentum actori ad purgandum indicium ſeu ſuſpicionem illam, in mente iudicis conceptam ex depoſitione illius vnius teſtis producti a reo. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in l. negantes. C. de actio. & oblig. ubi hæc habentur, videlicet: negantes debitores non oportet armata uia teneri; ſed petitione quidem non implente ſuam intentionem, uel exceptione ſubmota abſolui: conuictos autem condemnari ac iuris remedijs ad ſolutionẽ urgere. hæc in dicta lege. Probatur quoque Doctorum auctoritate. Specul. enim in 2. par. ſub titu. de delat. iuramenti. col. 4. in ver. quid ſi actor, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: quid ſi actor fundat intentionem ſuam per duos teſtes, & plene probat; & reus exceptionem ſuam peremptoriam per unum teſtem: nunquid defertur reo? videlicet, iuramentum. reſpõdeo

l. Negantes. c. de Actio. & oblig.

Spec.

deo, non; immo condemnabitur, & ad ſolutionem iuris remedijs urgebitur, ut C. de act. & oblig. & hoc plene proſequere, extra de iureiur. c. fin. hæc ille. Pan. quoque poſt longum examen in dicto §. ſane, c. fin. col. penultima ver. ſed quia ſupra incidenter, noſtræ concluſ. infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit, uidelicet: ſoluo p Doctores iuris ciuilis ĩ dicta l. 1. bone fidei. C. de iureiur. & in l. monendi. ff. de iureiur. & Doctores noſtri hic communiter dicunt, quòd aut in his, quæ directe ſunt contraria, occurrit plena, & ſemiplena: exemplum, per duos teſtes probaui, quòd mutuaui tibi tali loco & tempore; tu per unũ teſtem probas, quòd eras illo tempore abſens ab illo loco; tũc nõ eſt locus delationi iuramenti; ſed tunc plena præfertur ſemiplenæ probationi, & illam elidit in totum. & hoc caſu procedunt iura dicentia, illum debere obtinere, qui habet iura potiora, ut probatur in c. in noſtra, extra de teſtibus, & in c. licet de probat. & l. 2. C. de eden. Diui Adriani. notat Gloſ. in c. ſuggeſtum: de iure patron. ſed ſi plena & ſemiplena probatio ſunt compaſsibiles: exemplũ probo p duos teſtes de mutuo; tu per vnum probas ſolutionem, uel pactum de non petendo; & recurreẽ ad iuramentum: aliàs ſequeretur abſurdum ſecundum Io. And. quia in nulla cauſa, in qua fundata eſſet de iure communi intentio agentis, poſſet deferri iuramentum per ſemiplenam probationem factam a reo, ſuper defenſione ſua. cui autem ſit hoc caſu iuramentum deferendum Bartol. in quæſtio. præcedenti ſentit, quòd ipſi reo, ſi eſt idoneus. idem ſentit hic Ioa. And. cum dicit hoc caſu ad iuramentum recurrendum; ſi qualitas cauſæ ac aliæ circumſtantiæ, de quibus in præcedenti quæſtione, hoc ſuadent: nam reſpectu actoris hæc non ſunt conſideranda: qa ſi non defertur, ipſe obtinet uigorem ſuæ pœnæ. Dominus Ant. ſentit, quòd actori; quia grauatur in hoc, quòd reus pure condemnatur: unde debet releuari, ut iuramentum ſibi deferatur. mihi placet hoc dictum: quia in defenſione, reus eſt actor: vt in l. exceptionibus, ff. de probat. ſi ergo habes ſemiplenã, deferatur prima fronte ipſi actori ad purgandam præſumptionem ortã contra eum; niſi conſideratis circumſtantijs iudex deferat ipſi reo, ſicut ſupra dixi in actore. hæc oĩa Pan. ubi ſupra.

Pan.

In defenſione reus efficitur actor.

QVARTA CONCLVSIO.

SEmiplena probatio dicitur fieri, non tantum per depoſitionem unius teſtis, concurrentibus infraſcriptis conditionibus; uerum etiam multis alijs medijs, quæ adducentur infra in relatione opinionis Gloſæ in l. admonendi. ff. de iureiur. in uer. exacto iureiurãdo. prima ergo cõditio eſt, ut unus teſtis deponat ſuper facto; ſecus ſi ſuper indicio ad factum: tunc enim faceret ſemiplenam probationem de indicio, & non de facto. ſecunda conditio eſt, ut teſtis omni exceptione maior ſit eo, quòd ſi teſtis eſſet alicuius conditionis, propter quam fides eius uacillaret in aliquo, ut puta conſanguineus, vel multum amicus parti; tunc non faceret ſemiplenam probationem. tertia conditio eſt, quòd circa idem nõ poſſint haberi ueriſimiliter plures teſtes; ut puta, cum aliquid eſt probatum per famam: eſt enim præſumptio contra producentem, & contra teſtem, ſi ſolum producitur unus teſtis ſuper eo. quarta conditio eſt, quòd teſtis non deficiat in dicto ſuo. quinta conditio eſt, quãdo requirãtur teſtes, ſaltẽ duo ad plenam probationem alicuius rei: nam tunc in ſimilibus caſibus unus nõ faceret ſemiplenã. & ex dictis poterit lector iudicare circa ſimiles conditiones, quæ occurrere ſibi in dies poſſent. Hæc cõcluſio probatur triplici medio. Primo enim argum. in c. ex inſinuatione, extra de procurat. vbi Clemens Papa III. infraſcriptis utitur uerbis, videlicet:

Probõ ſemiplena quĩtupliciter fieri contingat prima conditio.

2a Teſtius unius depoſitio qñ faciat ſemiplenã ꝓbationem.

3.

4.

5.

c. ex inſinuatione ex. de procur.

licet ab eodem Archidiacono procuratori ſuo, duobus clericis præſentibus, expreſſe fuiſſet inhibitum, ne cauſæ cognitionem ſuſciperet: ipſe nihilominus in cauſa procedens, ſententiam contrariam reportauit. ceterum quia alter de prædictis clericis dicitur obijſſe, mãdamus; quatenus ſi p ipſius Archidiaconi, & ſuperſtitis clerici iuramentum cõſtiterit de premiſsis, ſententia contra eum lata nequaquam obſtãte, prædictæ Præbendæ poſſeſsionem, cum fructibus inde perceptis, ſi eius reſtitutioni aliquod canonicum non obſiſtat, auctoritate noſtra eidem reſtituere faciatis. hæc ibi. ex cuius canonis verbis elicitur, quòd dictum unius teſtis ſit ſemiplena probatio; cum illa teſtificatio, & depoſitio principalis eſtimet plena probatio a Summo Pontifice, & pro tali iudicetur; vt optime quoque dicitur in Gloſa in dicto c. in ver. & ſuperſtitis clerici. Prima uero conditio in concluſione adducta una cum reliquis ꝓbabitur infra, cum adducentur Doctorum uota. Probatur quoque præſens concluſio & ſecundo auctoritate Doctorum. Gloſ. enim in l. admonendi. ff. de iureiur. in ver. exacto iure, inter alia infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ſi autem actor plene probat, reus condemnatur: ſi autem ſemiplene; puta, per ſcripturam domeſticam, quæ non ſola, ſed cum alijs ualet; & ſic ſemiplenam inducit probationē, ut C. de probat. l. inſtrumenta; vel per comparationem litterarum, ex qua nõ plena, ſed aliqualis ſumitur fides; ut in Authentica de fide inſtru. §. ſi uero omnes moriantur, & §. ſequenti. col. 6. vel per fugam rei, qui debuit ibi reſpondere, ubi officium geſsit, ut in Authen. de con. §. ſuper hoc. & §. ſi quis autem; uel per unum teſtem, defertur ſacramentum actori, qui nouit veritatem rei. teſtem autem unum dico inducere præſumptionem, ut in l. Theopompus. ff. de doti: præle. hæc omnia ipſa Gloſa prædicta. Pan. quoque in ſupradictis locis noſtræ concluſioni aſtipulatur peroptime, probatq; cõcluſionem præſentem in c. fin. extra de iureiur. col. antepenult. in ver. nunc quæro. ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: nunc quærò, quia pluries facta eſt mentio de ſemiplena probatione, nunquid unus teſtis faciat ſemiplenam ꝓbationem. Gloſa dicit hic, quòd ſic: idē dicit Gloſa in l. admonendi, & in l. bonę fidei. C. de iureiur. nam ſi duo faciunt plenam; ergo unus facit ſemiplenam: ex quo deponit ſuper eo. facto: nam fidem de aliquo habere eſt diuiduum. nõ obſtat, ꝙ uox unius dicat̃ uox nullius: quia illud procedit, quo ad plenam probationem; non quo ad ſemiplenam. hoc probatur in c. ex inſinuatione, extra de procurat. & in c. finali. de ſucceſ. ab inteſt. facit l. 3. §. cauſæ. ff. ad Carb. & hoc communiter tenent legiſtæ, & canoniſtæ: ſed aduerte ad aliquas limitationes. dic enim hoc dictũ procedere, quando unus teſtis deponit ſuper facto; ſecus ſi ſuper idicio ad factum: tunc enim facerent ad ſemiplenam probationem de indicio, & nõ de facto: ut notat per Glo. & Bart. in l. fin. C. fa. erc. & in l. fin. ff. de quæſt. quod nota, inquit Pan. ubi ſupra, ubi iſtraſcriptis utitur verbis i col. 4. in uer. quęro, qualiter debeat probari indicium. reſpondeo per duos teſtes. Gloſa eſt in l. fi. C. fami. ercis. illud. n. qđ dixi, ꝙ vnus teſtis facit indicium, eſt uerum de uno teſte, q teſtificat̃ de maleficio ipſo: ſed qñ teſtificatur de malefico quodã, dicens, ipſe fuit tali nocte repertus in loco ibi vicino: qñ fuit factũ furtum. iſtud indicium dēt ꝓbarē p duos teſtes; nec ſufficit probare p vnum, vt notat̃ in l fi. C. fa. ercis. facit ad hoc ſ. de teſtibus. l. ubi numerus. hæc Bar. ubi ſ. ſequens Pan. Item procedit ſm̃ Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Gloſ. & Doct. hic, qñ teſtis eſt omni exceptione maior: ſi vero teſtis eſſet alicui' cõdõnis, pp quã fides eius vacillaret in aliquo, ut puta, cõſanguineus, uel multũ amicus parti

Gloſa. Pan. Indiciũ ꝓbatur p duos teſtes.

& ſi-

& ſimilia tunc non faceret ſemiplenam probationē. ad hoc, qđ notat Glo.in l. etiam matris.ff.de probation.item;hoc uerum ſecundum Bart. niſi circa idem uerisſimiliter poſſent haberi plures teſtes;ut puta,cum aliquid eſt probatum per famam. eſt enim præſumptio contra producentem, & contra teſtem, ſi ſolum producitur unus teſtis ſuper ea. item procedit illud dictum; niſi teſtis deficiat aliquatenus in dicto ſuo; uel quia requirantur ultra duos; nam tunc & in ſimilibus caſibus unus teſtis non faceret ſemiplenam probationem. ex his potes inſtrui ſuper multis limitationibus ſimilibus,quas hic breuitatis cā omitto. hæc omnia Pan.ubi ſupra.Car. quoque Caietanus de præſenti cōcluſione loquens in 22.quæſt. 69. articulo 1. & 2. in examinatione quæſtionis illius; num occultum crimen quis fateri teneatur, præcipiente Prælato,infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: quando autem in tertio ſumus caſu,ſcilicet, quòd præcedit ſemiplena ꝓbatio,conſtat etiam, quòd tenetur: ſed aduertendum, quod cum plenam probationem faciant duo teſtes (ītegra maior) & eſt ſermo de teſte ſecūdum iura,qui non eſt actor, non ſecretus depoſitor; ſed vere teſtis eſt,iuratus,nō particeps criminis,& ad iudicium concurrens,ut teſtis,hoc eſt,quod ultra accuſatorem, vel id, quod tenet accuſatoris locum, ut infamia, &c. iſte omni exceptione maior teſtetur directe de uiſu cōmiſſionis cris ab illo;puta, q̄a uidit ipſum occidere illū, uel furari hoc, uel huiuſmodi. ſic enim eſt uere teſtis ſemiplene probans. hæc ille.

Caiet.

Depoſitio facta ab aliquo q̄n dicatur facta tā̄ q̄ teſte.

QVINTA CONCLVSIO.

IVramentum iudiciale, quod a parte parti defertur, poterit libere ſine cauſa recuſari, etiam non referendo illud. Hæc cōcluſio probatur triplici medio. Primo apertiſsime per tex. in c. fin.extra de iureiur. ubi Greg. nonus Pont. Summus īfraſcriptis utitur uerbis, videlicet: iuramentum a te parti delatum, niſi iuſta de cauſa, non potuit recuſari: quamuis,quod ī iudicio a parte parti defertur, recuſari poſſit licite, ac referre. hæc ibi: & per tex.in l generaliter. ff.de iureiur. §.ſin autem,ubi in principio hæc habentur uerba, videlicet: ſin autem is, cui ſacramentum eſt illatum,uel a parte,uel a iudice,hoc ſubire minime uoluerit, licentiam quidem habeat ſacramentū recuſandi: iudex autem, ſi omnino hoc præſtandum exiſtimauerit,ſic cauſam dirimat,quaſi uolente eo,ſacramētum ſit recuſatum; & ita cetera ſiue capitula, ſiue totius negocij ſumma examinetur; & lis ſuo marte percurrat, nullo ei obſtaculo obuiante. ipſe autem, qui ſacramentum ſibi illatum recuſauerit, uel hoc atteſtetur; uel ſi forte non audeat, habeat ſibi in ultima prouocatione repoſitum auxilium. & ſi iudex appellationi præſidens bene quidem illatum iuſiurandum; nō rite autem recuſatum pronunciauerit; res ſecundum, quod iudicatum eſt, permanebit. ſin autem non rite quidem illatum; rite autem recuſatum ſacramentū pronunciauerit: tunc ei licebit emēdare ſententiam iudicis, quæ quaſi ex recuſato ſacramento proceſsit; & nihil penitus nec præiudicij, nec iniuſti diſpendij quodcumque incurret; ſed & cauſæ curſus ab initio vſque ad nouiſsimum terminum non impedietur, & lis æqua lance trutinabitur. hæc ex d.lege. Probatur & ſecundo præſens concluſio Doctorum auctoritate.& primo ſciendum quòd Gloſa in d.c. fi. in principio,inter alia infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet: iudiciale (iuramentum videlicet) dicitur a iuramento,quod pars defert parti in iudicio; quod non eſt neceſſarium ſubire, uel referre, ut hic(uerbo quamuis)quod & prædicta l. generaliter,& §.ſin autem. Gloſa quoque in dicta l.generaliter, & §.ſinautem, īfraſcriptis utitur uerbis, videlicet; in ver.cui

c. fin. ex. de iureiurādo.

l.Generaliter.ff.de iureiur.

Gloſ.

dicit

ctor, ſiue reus. hæc ex illa. ex quibus poterit elici, quòd dicta l. generaliter, loquatur in caſu utriuſque, actoris, videlicet, & rei. (Pan.) Pan. quoque in dicto c. fin. colum. 4. poſt relationem multarum opinionum, referendo ſentētiam Hoſt. in dicto c. fin. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: mihi placet quintus intellectus, quem in duobus verbis ſentit hic Hoſt. & latius Bart. licet non faciat mentionem de Hoſt. in d. l. manifeſte. ff. de iureiur. vt dicamus, ꝙ iuramētum iudiciale, qđ a parte parti defertur, poſſit libere ſine cauſa recuſari, etiam non referendo, ut probatur hic, & in dicta l. generaliter. §. ſin autē. Probatur & tertio ratione, quam adducit Pan. ubi ſupra, quæ eſt, videlicet: quoniam pars non poteſt neceſsitate partem ad iurandum, uel ad referendum; cum hoc aliquo iure non ſit cautum.

SEXTA CONCLVSIO.

IVdex approbando, ac iubendo delationem iuramenti factam a parte, videlicet: a reo actori; uel e contra; pars tenetur iuramentum referre parti alteri, uel ipſa iurare, niſi ambo facere recuſent rationabili de cauſa, cuius rationabilitas debet iudici cōſtare; aliàs iudex procedet contra huiuſmodi nolentem, alterum e duobus eligere ac exequi in cauſa ciuili de iure communi. hęc concluſio probatur triplici medio. Primo per arg. iurium adductorū in præcedenti concluſione. & ſecundo (Bar.) auct. Doct. Bart. enim ī l. manifeſte. ff. de iureiur. in ver. nàm delationem, infraſcriptis utitur uerbis, ſe ſubſcribēs noſtræ concluſioni, videlicet: ſed ſi iudex delationem approbauerit, & pręceperit parti, cui eſt delatum, quòd iuret: ſi recuſauerit ſine cauſā, poterit eum, tāquam confeſſum, condemnare, ut in dicta l. generaliter, §. 1. in lege enim illà nihil de iure antiquo corrigitur, ſed declaratur, ut ibi dicitur in fine. quicquid dicat hic Gloſa pro declaratione huius legis, quarto, quæ ſunt cauſæ, ex quibus licite poteſt iuramentum recuſari. reſpondeo, plures. prima, quandoq; ex pſona deferentis, ut ſupra eo. titu. l. tutor. §. 1. & l. iuſiurandum, a prima §. fin. attamen pro maiori intelligētia eorum, quæ a Bart. dicuntur, operępretium duxi referre contenta in allegatis iuribus per ipſum; & per conſequens, quæ ſint cauſæ illæ, enarrare. (Cāe, ex quibus qui pōt recuſare præſtare iuram. ex parte deferentis. & ex parte ei' cui defer tur iura.) primo ergo ſciendum, ꝙ in dicto §. 1. l. tutor, hæc habentur, videlicet: prodigus, ſi deferatur iuſiurandum, audiendus non eſt: idemque in ceteris ſimilibus dicendum eſt: nam ſiue pro pacto conuento, ſiue pro ſolutione, ſiue pro iudicio, hoc iuſiurādum cedit, non ab alijs delatum probari debet, quàm ab his, qui ad hæc ſunt habiles. hæc ibi. ſecunda cauſa, quandoque ex perſona eius, cui defertur, vt in l. iuſiurandum, & ad pecunias. ff. đ iureiur. §. pupillo, & §. procurator: in §. enim pupillo hæc habētur, videlicet: pupillo non defertur iuſiurandum: & in § procurator hæc habentur, videlicet. procurator non compellitur iurare, nec defenſor. & ita Iulianus ſcribit libro 10. ff. defenſorem iurare non compelli, ſufficereque ad plenā defenſionē, ſi paratus ſit, iudicium accipere. tertia, quādoque ex natura loci defertur, ut in l. tutor. ff. de iureiur. in fine, ubi hæc habētur. qui non compelluntur Romæ, iudicium accipere, nec iurare compellendi ſunt. hæc ibi. quarta cauſa eſt, quandoq; ex natura actionis, ſuper qua defertur: non enim cogitur quis iurare ſuper ea actione, ſuper qua non poteſt conueniri, ut ſupra ead. l. ſi patronus, ubi hæc habētur, videlicet: ſi patronus libertā ſuam duxerit uxorem, non cōpellitur de rerum amotarum iudicio; ſed & ſi ipſe deferat iuſiurandum libertæ ſuæ, de calumnia non debet iurare. quinta, quandoque ex natura exceptionis propoſitæ: nam ſi opponatur aliqua exceptio, quæ opponi non poteſt, ſuper ea quis iurare non cogitur, ut in l. in contractibus. §. illo.

illo.C. de non nu. pecu. & ibi eſt caſus not. ubi habētur, videlicet: illud ſemper obſeruando,ut in quibus non permittitur,exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, uel ab initio, uel poſt taxatum tempus elapſum, in his nec iuſiurandum offerre liceat. hæc ibi. ſexta, quandoque propter ignorantiam, uel dubitationem, cui defertur, uel refertur, ut ſupra in l.iuſiurandum,& ad pecunias.§.1. & §.ait prętor. ff. de iureiur. vbi hæc habentur in dicto §.primo,videlicet: iuſiurandum, & ad pecunias,& ad omnes res locum habet;etiam de operis iuſiurādum deferri poteſt:nec de iniuria quæri aduerſarius poteſt, cum poſsit iuſiurandum referre. quòd ſi tamen ideo dicit reus ſe liberatum; quoniam Sticum, quem promiſerat, putat deceſsiſſe, non erit tutus pro relatione: & ideo ex hac cā putat Marcellus, & rectè; aut remittēdum ei iuſiurandum,aut ſpatium dandum, ut certioraretur. hæc in dicto.§. primo. ſed infra notatur in dicto §. ait prætor,ubi hæc habentur in forma inter alia,videlicet:ait prætor, eū, a quo iuſiurandum petetur,ſoluere aut iurare, cogam:alterum itaque eligat reus, aut ſoluat aut iuret; ſi non iurat ſoluere cogendus erit a prætore. datur autē & alia facultas reo, ut ſi malit, referat iuſiurandum, ut ſi is, qui petet,conditione iuriſiurādi non utetur, iudicium ei prætor non dabit: æquiſsime enim hoc facit, cum non debeat diſplicere conditio iuriſiurandi, ſi, qui detulit de calumnia,uelit ſibi iurari: non ſemp autem conſonans eſt per omnia referri iuſiurandum,quale defertur; forſan ex diuerſitate rerum, uel perſonarum, quibuſdam emergentibus,quę veritatem inducunt: ideoque,ſi quid tale inciderit, off. iudicis, conceptio huiuſmodi iuriſiurandi terminetur. hæc ex dicto iure. ſeptima, quandoque pōt recuſari:ſi ille, cui defertur,dubitat. ne aliquo poſtea agēte,detegatur periurium ſuū,ut ſupra eo. tit.l.aliās.& ideo puto,quòd ſi quis deferret iuramētum ſub re, quę ſubiacet reſtitutioni, quis non cogitur iurare, ne poſtea cum caſus reſtitutionis aduenerit, de ſuo periculo doceat. arg.dictæ l.aliàs:& tetigi (inquit Bar. ubi ſupra)in l.eum qui. §. ſi libertus.ff.de iureiurando. octaua, quandoque poteſt recuſari, ſi per hoc ius eius,cui defertur,minuitur, ut l. cū qui,in principio. ff. de iureiur.& ibi eſt exemplum in actore: & ideo puto,ꝙ ſi iuramētum deferatur reo,qui ideo defendit, ut paret actionem de euictione, poſſet reus recuſare iuſiurandum; quia ſi res decideretur per iuramentum,non haberet actionem de euictione.arg.l.ſi dictum.§.ſi compromiſero.ff. de euictione.nona,quandoque recuſatur propter qualitatem,& modum deferendi ſeu referendi, ut notatur ſupra ea.l.iuſiur.§.ſi de qualitate.& §.nō ſemper.hęc omnia Bar.ubi ſupra. Pan.quoque ſe ſubſcribens noſtræ concluſioni in d.c.fin de iureiur. col.3.circa mediū, infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet:ſed ſi iudex approbat iuramentum delatū a parte,iubendo,ut iuret; tunc tenetur pars iurare aut referre: & ſic proprie loquitur tex.in dicta l.generaliter.§.ſin autem:& hunc intellectum etiam ſentit Gloſa in dicta l. delata. & in dicta l. generaliter, & in dicta l.in bonæ fidei, C.eo.in uer.per iudicem;fateor tamen, ꝙ lectura Io.And.& Bart. in dicta l.generaliter,eſt uera in ſe, vt ex cā poſsit iuramentum recuſari, etiam delatum per iudicem approbantem,non obſtante l.manifeſte, & Cy.per dictam l. generaliter:ſed non eſt ſimpliciter uera in ſe,ut ceſſante appellatione iudicis, nō poſsit recuſari ſine cauſa ſupradicta, hæc Pan.ubi ſupra.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Poſt iuramentum delatum a parte p nouas probationes repertas ab ipſo poterit pars recedere, ſi illud ſibi delatum fuiſſet a iudice; ſecus, ſi a parte

etiam ſi pars aduerſa uoluerit probare periurium, aliquibus limitationibus ſeu conditionibus ex infraſcriptis non cōcurrentibus. Prima ergo conditio eſt, ut nō poſsit retractari geſtum uigore iuramenti iudicialis, a parte parti alteri delati, niſi uertatur animæ periculū, non remiſsibile conſenſu partium, ut in matrimonio carnali, & ſimilibus. Secunda conditio eſt dicenda, quando petitur legatum; & non apparente teſtamēto, defertur iuramentū ſi enim poſtea reperiatur in teſtamento nihil relictum, pōt a tali iur̃o recedi; & hoc ideo, quia iuramentum hēt uim cuiuſdam trāſactionis. Hæc concl. probatur triplici medio. Primo p tex. in l. admonendi. ff. de iureiur. ubi hæc habentur, videlicet: admonendi ſumus, interdum ēt poſt iuſiurandum exactum, permitti cōſtitutionibus Principum, ex integro cauſam agere, ſi quis noua inſtrumenta inueniſſe dicatur, quibus nunc ſolis uſurus ſit. ſed hæ conſtitutiones tunc videntur locum habere, cum a iudice aliquis abſolutus fuerit: ſolent.n. ſępe iudices, in dubijs cauſis, exacto iureiur. ſm̄ eum iudicare, qui iurauerit. ꝙ ſi aliàs inter ipſos iureiurando tranſactum ſit negocium, non conceditur, eādem cām tractare. hæc oīa in illa lege. prima uera conditio in concl. poſita ꝓbatur per tex. in c. fin. extra de tranſactionib⁹, vbi Honorius III. ĩfraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ex parte tua, & infra: potetis ad componēdum ponere partes tuas, & interdum aliquid ſeueritati detrahere, prout, ſtatu imperij, & excedentium multitudine, prouida deliberatione, pēſatis, uideris expedire; exceptis nimirum caſibus, qui compoſitionis ſeu diſpoſitionis remedium non admittunt, ut pote, coniugij ſacramentum, qđ cum nō ſolum apud Latinos, & Gręcos; ſed ēt apud Fideles exiſtat, a ſeueritate canonica circa illud recedere non: licebit in his uero, ſuper quibus ius non inuenitur expreſſum, rocedas æquitate ſeruata, ſemper in humanam partem declinādo, ſm̄ quòd pſonas, & cās, loca, & tempora uideris poſtulare. Hæc ex illo canone. probatur & ſecundo auct. Doct. tum canoniſtarum, tum ēt legiſtarum. & primo per Glo. in c. fin. ex̃. de iureiur. in ver. iur̃m circa finem. ubi infraſcriptis utitur uerbis, vcʒ: & nota, ꝙ poſt iur̃m a iudice delatum parti, & pſtitum a parte parti pōt recedi ab eo, pp nouas probōnes; ſed poſt iur̃m delatum a parte parti, & pſtitum ab ea, non pōt recedi. ff. eo. l. admonendi. hæc Gloſa ubi ſ. Pan. quoque nr̃æ concl. ſe ſubſcribens in c. fin. ex̃. de iureiur. col. 4. infraſcriptis vtitur verbis vcʒ: quæro ulterius, an poſt iur̃m delatum poſsit recedi per nouas probationes in contrarium repertas. Gloſa iſta in 3. parte diſtinguit; ꝙ aut iur̃m fuit delatum a iudice, & pōt poſtea probari: aut a parte, & nō pōt recedi, ut l. admonendi. ff. eo. & l. 1. & qđ ibi notatur C. eo. qđ intelligit, etiā ſi pars aduerſa velit probare periurium. dices tu, quæ eſt iſta diuerſitatis rō? cū iur̃m neceſſariū deberet eſſe maioris roboris, quàm iudiciale. dic, ꝙ ratio diuerſitatis eſt hæc, ꝙ deciſio litis, facta per iur̃m iudiciale, hēt vim tranſactionis: vr̃ enim pars deferens tranſigere, ſi alia pars iurauerit: tranſactio autem non infringitur, probationū nouiter repertarum prætextu l. ſub prętextu. C. de tranſactionibus: iuramentum vero neceſſarium defertur ſine conſenſu partis; & ſic non pōt habere uim trāſactionis: & quia fertur ſnīa ex probatione non integra, ſine partis conſenſu, pmittunt iura, vt ex probōnibus nouiter repertis poſsit retractari; qđ actū eſt vigore talis iur̃i. d. l. admonēdi. & vide aliqua pulcra dicta, q̃ circa hoc ultimum dixi, in c. ꝓpoſuiſti, de ꝓbat. limita primum membrum, ut non poſsit retractari geſtum uigore iuramenti iudicialis, niſi uertatur animæ periculum, non remiſsibile conſenſu partium, ut in matrimonio carnali, & ſimilibus. & notanter dicit hic Hoſt. ut in cap. mulieri ſupra eod. & ibi dixit, & ani-

l. admonēdi. ff. de iureiur.

c. fin. ex. de tranſ.

Pan.

animaduerte lector, ꝙ uere Pan. in d. c.mulieres.col. 2. & 3. per optimas diſtinctiones examinat dictam materiā de matrimonio,videlicet, carnali. poſt relationem multarum ſententiarū Doctorum,ſequitur Pan. in d.c. fin.ubi ſupra. item fallit in caſu l. fin. C. eo. ubi quando petitur legatum,& non apparente teſtamento,defertur iuramētum; ſi enim poſtea reperiatur in teſtamento nihil relictum, poteſt a tali iuramēto recedi:& hoc ideo,quia iuramentū, ut ſupra dixi,habet vim cuiuſdam trāſactionis.l.2.ff.eo.tranſactio uero fieri non poteſt, niſi cognitis uerbis teſtamenti, vt l.de his.ff.de tranſactioni. & de hoc p Gloſam in dicta l. fin.& ex his infertur ad limitationem primæ illius limitationis, quam ſupra dedi ſecundū Hoſt. nam ubi imminet peccatum, non remiſsibile, per partes non poteſt fieri irretractabilis tranſactio per c. fi. & ibi notatur de tranſact.& c.ſuper eo. de eo, qui cogno. conſangui.uxo.ſuæ. merito ſi poſt iuramentum conſtat de cōtrario, debet fieri omnium retractatio.& tene menti hanc rationem,& notabis bene hanc Gloſam, quæ dicit a iuramento per iudicem delato poſſe recidi propter nouas probationes: nā facit uim inter ſpecies probationis. & hoc dico notanter, quòd tex. in l.admonēdi, loquitur de inſtrumentis nouiter repertis.hinc Bart.ibi in fine,format quæſtionem, an per nouos teſtes poſsit pariter recedi; & poſt Gloſam ibi diſtinguit, quòd quædam ſunt cauſæ, in quibus admittitur reprobatio p teſtes,ut in dicta l. generaliter;& tunc, ſi quidem fuerunt in prima cauſa examinati, & publicati teſtes, & non poterunt produci, impediente publicatione:ſi autem teſtes non fuerunt examinati, poſſunt denuo produci eadem ratione,qua inſtrumenta; qa appellatione inſtrumentorum ueniunt teſtes, ut l.1.ff.de fid. inſtru. & c peruenit,extra de teſt.cogen.hæc Pan. vbi ſupra.

OCTAVA CONCLVSIO.

IVdex non poteſt admittere iuramentum neceſſarium actoris in ſupplementum probationis,tam in cauſis ciuilibus,quàm criminalib' famoſis, ad condemnandum reum: quoniam in iſtis requirūtur probationes, luce meridiana clariores. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex.in l.ſciant cuncti C.de probat.ubi hæc habentur, videlicet:ſciant cuncti accuſatores, eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quę munita ſit idoneis teſtibus, uel iſtructa apertiſsimis documentis, uel indicijs ad probationem indubitatis,& luce clarioribus expedita. hæc in illa l. quæ de uerbo ad uerbum regiſtrata eſt in c. ſciant cuncti 2.q.8. probatur & ſecundo auctoritate multorum Doctorum canoniſtarum ac legiſtarum.& primo per Glo.in dicta l.ſciant cuncti: & per Specul. Accurſiū,Gloſam & in c. tam litteris, extra de teſtibus, Dominum Ant. Bart.& per Pan. Bar. enim noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſit in l.maritus.ff.de quæſt.§. fin.infraſcriptis uerbis, videlicet;ſi uero quæritur de iuramento,quòd deferē a iudice in defectum probationis:tunc reo ad abſolutionem poteſt deferri, ut l.præſenti c.de his,qui confu.ad Eccleſiam. & dicitur iuramentum purgationis; nā actori ad condemnationem rei non poteſt deferri;quia huiuſmodi requirunt probationes luce clariores, vt in dicta l. ſciant C.de probat. & ita intelligatur Gloſa hic poſita.hæc ille ibi. cuius ſententiam Pan. in c.fin.extra de iureiur. col. 8. in verſi. vltimum dictum Bar. intelligit in cauſa criminali,mota criminaliter. animaduertendum quoque,Bart. in dicta l.infraſcripta ſenſiſſe de materia præſentis concluſionis, & ſequentis; quorum aliqua approbantur ab ipſo Pan.ubi ſupra col. 7. & 8. & nonnulla non accepta ſunt ei:infraſcriptis enim vtitur uerbis, ubi ſupra, videlicet: mihi placet hæc opinio Bart. præ-

l. ſciant cūcti.c. de prob. Probōnes luce meridiana clariores eſſe debent in crīalib'.

c. ſciant cuncti. 2.q. 8. Glo. Specul. Bar.

Pan.

præterquam in aliquibus. primo enim ſentit, quòd ſi agitur de crimine ciuiliter, indiſtincte eſt locus iuramento iudiciali, & neceſſario: quod mihi videtur durum. quid enim, ſi actio eſt famoſa, ut iniuriarum? dicemus ne, ut iudex poſsit deferre iuramētum actori in ſupplementum probationis, cum tanto diſcrimine rei? uel quid, ſi non eſt famoſa; ſed aliàs magna, & multũ præiudicialis? certe non eſt dicendum; nec credo, quòd aliter ſenſiſſet Bart. ſi diligenter animaduertiſſet. nam & in mera ciuili habetur hæc conſideratio, vt infra. §. pr ox. ſed procedit eius opinio, quando cauſa nõ eſt multum præiudicialis; aliàs ſecus. ſic concordabimus Gloſam in dicto c. tam litteris, cũ opinione ſua, & aliorum. hoc etiam videtur, in dicto c. tum litteris, ſentire Hoſt. dum limitat illã Gloſam; niſi ageretur ciuiliter ad pecuniæ condemnationem; quaſi ſecus, ſi immineret aliud perſonale præiudicium, puta infamiã. dico etiam, quòd reſpectu cõdemnationis pecuniarię debet fieri diſtinctio præmiſſa: & nota illã opinionem Hoſt. nam hic loquitur magis large. & ad l. tertiam, ſuper qua ſe fundat Bart. poteſt dici, quòd loquitur in iuro a parte, nõ a iudice delato, ut ibi aperte ſentit Gloſa. ſecundo non placet dictum Bart. quatenus indiſtincte dicit, quòd ſi agatur de crimine criminaliter, non poteſt actor deferre iuſiurandum reo: ſed dicerem ſic, quòd in caſibus, in quibus licitum eſt tranſigere, poteſt deferri reo iuramētum per actorem, ſaltem reo cõſiſtente: cum huiuſmodi delatio habeat vim cuiuſdam tranſactionis l. 2. ff. eo. & pro hoc facit iſte tex. in ver. nec licet & dicta l. Cornelia. §. hac lege. an autẽ actor ex hoc incidat in Turpilianum, ut cõdemnetur pecunialiter, dicerem, ſicuti dicitur in ipſa tranſactione. iuramentũ tamen poterit deferri; & impedietur proceſſus ad inſtantiã ipſius actoris; de quo remitto ad notata per Bart. in l. tranſigere C. de tranſact. & in c. fin. ſupra eo. titu. & utrobiq; plene not. an & quando licitum ſit, in prænominatis tranſigere, & 2. q. 3. in c. prçuaricator, ĩ ver. in omnibus in tex. & Glo. tertio quatenus dicit Bart. & multi alij, quòd reus poteſt actori indiſtincte deferre iuramentum, quia videtur confiteri, ſi ille iurauerit. ego de hoc dubito; quia non eſt uerum, quòd reus ſimpliciter confiteatur; immo potius negat, ut dicit Specul. in loco ſuperius allegato: & videtur deferre iuramentum ſub quadam confidentia, ꝙ ille confiteatur contrarium uigore iuramenti: ad hoc enim defertur iuramẽtum: vnde ſubmittit ſe, & corpus ſuum dicto unius, etiam aduerſarij. quod quidem non videtur poſſe facere; quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam; & c. contingit, de ſententia excom. ad puniendum autem aliquem corporaliter, & maxime capitaliter, requiritur clara cõfeſsio l. 1. ff. de quæſt. uel probationes apertiſsimæ, ut ipſe reus uix negare audet, ut in l. qui ſent. c. de pœnis. neutrum autem contingit in caſu noſtro: ad idem etiam facit l. non tantum. ff. de appellat. ubi dicitur, quòd ĩ cauſa corporali poteſt quilibet appellare, etiam reo inuito, quaſi non poſsit conſentire iniuſtæ condemnationi: ita in propoſito, ex quo iſte directe non confitetur crimen, videtur, quòd nõ poſsit ſe ſubijcere dicto unius; & maxime aduerſarij. & ſic forte opinio Gulielmi d' Cu. eſt uerior; licet ipſe non moueatur bonis rationibus. vltimum dictum Bart. quod eſt ſatis commune, placet, ꝙ ubi agatur de crimine criminaliter, non ſit per iudicem deferendum iuramentum actori in ſupplemẽtum probationum. adduco rationem, quia in criminalibus debent eſſe teſtes omnino ſine ſuſpitione, ut etiam aliquatenus domeſtici repellantur; quia aliàs admitterentur in ciuilibus, ut probatur. 14. q. 3. c. ſuper prudentia. & legitur & notatur in c. 1. 3. q. 5. ergo fortius ipſe accuſator non

debet admitti ad faciendum aliquem gradum probationis; tum quia præſumitur inimicus,ut in c.item, cum quis, de reſtitu.ſpoliat. & 2.q.2.ſi quis ; tum quia de facili iuraret contra reum , ut euitaret pœnam calumniæ : & hoc ſufficiat de hoc articulo. hæc omnia Pan. ubi ſupra.Specul. autem in titu.de iuramenti delatione , in 2.par §.1 .in ver.ut autẽ,dicit, quòd tam in criminalibus , quàm in ciuilibus famoſis , iuramentũ neceſſarium non eſt a iudice deferendum in defectum probationis ; quia in iſtis requirũtur probationes luce meridiana clariores , ut in l. ſciant cuncti. C.de probat.& in c.ſciant.2.quęſt.8.ſed iuramentum a parte parti deferri poteſt, etiam ſi ſit talis cauſa, in qua non poſsit tranſigi; quia in delatione iuramenti nõ videtur confiteri,ſicut in trãſactione ; ſed potius negare . hæc ille
Accurſ. Doctor,ubi ſnpra.Accurſius ĩ l.bonę fidei. ff. de iureiurando , ut refert Ioannes Andreas,in c. fin. extra de iureiur. tenet, quòd deferri poteſt.mihi(inquit
Pan. Pan.ubi ſupra)tamen nõ videtur,quòd hoc teneat ; niſi forte tacite, dando reſponſum ad l. maritus. ff. de quæſt. ſed ipſemet Accurſius in d. l. maritus,ſimpliciter tenet in criminalibus non deferri : ſed in l. 3.§.quacumque.ff.de iureiur.tenet diſtinctionem, quam ſupra dixi(inqt Pan.)tenere Specul.vt a parte
Glo. poſsit deferri; ſed a iudice non.Glo. enim ĩ c.tam litteris, extra de teſtibus, quoque ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni, infraſcriptis uerbis utens , videlicet : criminaliter , an pecunialiter an pecunialiter , ut primo caſu non deferatur;ſecundo caſu,ſic.pro vltimo facit.ff. de iniurijs l. Cornelia. §.hac lege. ſed contra hoc vltimum apertiſsime tenet Glo. ubi per illum teſtem , dicit, ꝙ vbi agitur de crimine , etiã ciuiliter, non defertur in ſupplementum probationis . ſed ſi reus eſſet infamatus,deberet ſe purgare : quaſi uelit dicere, quòd iuramentum purgationis poſsit reo deferri ad purgãdam præſumptionem contra eum ortam ex probatione actoris non plena . quod quidam plenius tenuerunt hic, id eſt, in d.cap.fi.& per cap. 2. de iuramento calumniæ , & infra de purgat. canon.per totum.& C. de pœna iudi. l. qui male iudi. in Authen. nouo iure. Hoſt. quoque in c.fin. Hoſt.
& capitulo mulier. extra de iur. de noſtra concluſione infraſcripta dixit , videlicet : in omni cauſa iuramentum deferri, reali, perſonali,pœnali, uel ciuili ; etiam ſi agatur de conditione, vel iniuria perſonæ , uel an mulier ſit prægnans ; uel fieri debeat miſſio in poſſeſsionem , uel non ; uel alia quacumque cauſa, dicta lege tertia & lege iuſiurandum , & ad pecu- Ant.
nias . ff. de iureiur. Antonius quoque de Butrio, in dicto capitulo finali, extra de iureiur. infraſcripta dixit, videlicet : qui primo proſequitur in criminalibus; ſecundo in famoſis: in primo dicit uoluntarium , & iudiciale poſſe deferri iuramentum , ſcilicet , etiam ſi deferatur actori ; quia reus deferens videtur confiteri , ſi ille iuret; & per illam dictionem,etiam,ſentire videtur , quòd etiam reo poteſt per actorem deferri . neceſſarium autem iuramentum , videlicet , ſi agitur de crimine ciuiliter,deferri poteſt,ubi cauſa eſt leuis . quando autem cauſa dicatur leuis, patebit ex his , quæ dicam infra in §. ſane idem . ſecundum eum,inquit Pan.vbi ſupra,ſi agitur criminaliter & pecunialiter ; ſi uero agatur criminaliter , & non pecunialiter, poteſt deferri reo, contra quem eſt ſemiplene probatũ . & appellatur ſacramentum purgationis , ut hic patet , & infra de purgat. canon. per totum. & l.nouo iure. C.de pœna iudi. & hoc uerum, ubi actor ſemiplene defenſionem probauerit. putat iuramentum etiam non deferendum reo ; quia eſſet iuramentum , non purgationis , ſed probationis . actori autem non defertur neceſſarium iuramentum in defectũm ſemiplenæ probationis ; tum quia

cauſa

cãuſa eſt ardua ; tum quia requiruntur probationes luce meridiana clariores . & hoc dicit Butrius . in ſecundis autem , ſcilicet , famoſis dicit ſacramentum nõ deferri, quia cauſa eſt ardua , in qua probationes requiruntur luce meridiana clariores, vt ſæpius dixi . hæc omnia Pan. ubi ſupra.

NONA CONCLVSIO.

Reus , & actor poſſunt ſibi inuicem deferre iuramentum in iudicio de ueritate dicenda , ad lites dirimendas in alijs cauſis, quàm famoſis ideſt , iniuriarum : quoniam in huiuſmodi non licebit conuento famoſa actione , referre iuramentum huiuſmodi. hæc concluſio probatur triplici medio. primo enim per tex.apertiſsimũ in capitulo finali, extra de iureiurando ubi inter alia hęc habentur, uidelicet : quamuis , quod in iudicio a parte parti defertur , poſsit recuſari licite , ac referri ; nec liceat conuento famoſa actione , referre huiuſmodi iuſiurandum . hæc ibi . ex quibus uerbis apertiſsime duo eliciuntur notabilia . primum notabile eſt, quòd in iudicio pars parti , tam reo, quàm actori poterit deferre iuramentum ad lites dirimendas ; & quòd cogi non poteſt uterque eorum . ſecundum eſt , quòd prædicta debent intelligi , quando non agitur actione famoſa , uidelicet : actione iniuriarum, & huiuſmodi ; uel in cauſa criminali criminaliter mota , ac agitata in iudicio. probatur præſens concluſio & ſecundo , auctoritate Doctorum . Glo. enim in dicto capitulo finali in verſi. famoſa actione, infraſcriptis utitur uerbis inter alia , uidelicet : famoſa actione , ut in actione furti , & alijs famoſis actionibus , & actione rerum amotarum , non refertur iuramentum , vt ff. re. amotarum . leg. Marcellus §.ultimo,& lege ſequenti.& ibidem eſt , quòd ubicumque lex defert iuſiurandum , C. de fideicomm. lege ultima ; niſi eadem lege permittatur referendi poteſtas . hæc illa Glo. probatur quoque auctoritate Doctorum , qui adducti fuere in præcedenti concluſione ; ſed animaduertendum , quòd ſententia Pan. uidetur prima fronte diſſentire a reliquis Doctoribus , & præcipue a Bartolo , dicente indiſtinctè , reo licere deferre iuramentum actori ; quia uidetur ipſum reum uelle pro confeſſo haberi , ſi actor , huiuſmodi iuramento intercedente, dicat uerum eſſe , quod prætendit contra reum ; ut in dicta præcedenti concluſione, omnia Pan. verba referendo , dixi : pro quorum concordia dico, Pan. non aduerſari re uera Bartolo , & reliquis prædictæ noſtræ concluſioni ſe ſubſcribentibus,ubi ſupra: quoniam ipſi Doctores licet indiſtinctè , tamen ſimpliciter uerba illa protulerunt , nullo habito reſpectu ad dictã bonam Pan. diſtinctionem atq;, ut correctius loquar , iuris prædicti in dicto c. fin. ubi deciſio quæſtionis luce clarius liquet . intelligenda erit ergo Bar. & reliquorum Doctorum opinio verificari in cauſa, quæ non ſit famoſa, aut criminaliter mota ; & ſententia Pan. in cauſa eadem , ut patet ex dictis eius : quoniam ut ſupra retuli, inter alia dicit, reum non poſſe ſe ſubmittere iuramento ſeu aſſertioni aduerſarij , ubi penderet damnum euidens corporale eo , quòd non ſit dominus ſui corporis . & patet , quòd quando huiuſmodi pœna imponenda prætenditur ab actore , actio eſt famoſa , & criminaliter mota:quod Bar.vbi ſupra, non neganit;immo aſſeruit,in tali cauſa iudicem non poſſe reum cogere ad iurandum . & non eſt ſuſpicãdum huiuſmodi celeberrimos Doctores negaſſe, quod putat Panormitanus, tum dictis rationibus , tum etiam ratione dicti canonis apertiſsimi in contrariũ facientis. rurſus nec eſt ambigendum, Panormitanum negare , quin reus a-

ctori,& e contra,in cauſis exceptis præ dictis,poſſe deferre iuramentum in iudicio;cum hoc quoque luce clarius habeatur in dicto capitulo fin. ſuperius relato. & hæc pro concordia Doctorum dicta ſufficiant.

DECIMA CONCLVSIO.

EVm, qui iuſiurandum defert alteri,primo coget iudex iurare, quòd per calumniam non defert; aliàs non audietur; ſed contra illum procedet. & idem dicendum de reo, quandocumque factus fuiſſet actor per exceptionem propoſitam contra actorem: quoniam, ſi noluerit iurare de calumnia, habebitur pro confeſſo; & ſic condemnabitur. & quando, & quomodo hoc fiet, probabitur per adductionem opinionis Pan. qui peroptime abſoluit hanc materiam,de qua ad præſens, cum non ſit noſtra materia ex profeſſo, non dicetur. Hæc concluſio probatur per argumentum in l.iuſiurandum: la ſecunda §. & ſiquis. ff. de iureiuran. ubi hæc habentur, videlicet: ſed ſi quis iuſiurandum in fraudem creditorum detulerit debitori aduerſus exceptionem iuriſiurandi, replicatio fraudis creditoribus dari debet. hæc ibi ex quibus videtur poſſe elici, quòd fraus & calumnia in deferendo iuramentum reo,aſſoleat committi ab actore: & ex hoc data uidetur facultas iudici, vt antequam cogatur reus deferre iuramentum, ipſe actor deferat de calumnia: ut videtur probari quoque per tex. in capitulo fin. extra de iuramento calum. ubi Gregorius nonus ſcribens Beluacenſi epiſcopo infraſcriptis vtitur uerbis, uidelicet: cum in cauſa pecuniaria,quã inter te & R.motã eſſe proponis,non per te,ſed ſindicum, uel actorem elegeris litigare: per illum quidem præſtandum erit iuramentum calumniæ: quòd ſi per te ipſum, propoſitis tantum, ſed non tactis euangelijs ſicut in diceu do teſtimonio; a te uidetur huiuſmodi iuramentum exibendum: & infra. pœna uero recuſantis hoc iuramentum, cum præſtandum fuerit, eſt, ut actor ab inſtituta cadat actione, & reus haberi debeat pro confeſſo. hæc in dicto canone. probatur quoque præſens concluſio Doctorum auctoritate. Glo. enim in dicto cap.fin. in ver.pœna, infraſcripta aſſeruit, videlicet: actor, qui non vult iurare,cadet a cauſa. ſed nunquid ipſo iure, an per ſententiam. dicas, quòd per ſententiam iudicis; quia iudex procedet contra illum, ac ſi nihil probaſſet, reum abſoluendo: & eodem modo de reo: & in capitulo finali, extra de iureiurando, & in ver. famoſa in fine, ubi ait: item & illud ſcias, quòd qui iuſiurandum defert, primo iurabit, quòd per calumniam non defert. Pan. quoque noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni perdocte in dicto cap. fin. vbi poſt multas adductas Doctorum ſententias infraſcripta notabilia affert ex mente, & ſententia ſua: & primo in concluſione quarta dicti capituli in ver. ego concluderem ſic, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ego concluderem ſic, quòd aut quis recuſat ſubire iuramentum generale calumniæ, quod concernit totam cauſam; & non habet locum pœna huius capituli, niſi poſt litis conteſtationem;quia non tenetur præſtare tale iuramentum, ut in præallegato. c.1. unde ante litis conteſtationẽ iuſte recuſat iurare: non enim tenetur ſuper tota cauſa, cum adhuc ſumus incerti, an fiat proſecutio in eã, obſtantibus exceptionibus dilatorijs, argum. in cap. exhibita extra de iudic. aut quis recuſat, poſt iuramentum pręſtandum ſpecialiter ſuper exceptione dilatoria; quod in ueritate præſtandũ eſt,ut dixi in dicto c.1.ubi infraſcriptis uſus fuit uerbis, columna ſecunda, ipſe Pan. videlicet: in verſi. nota tertio. dicit enim: nota tertio, quòd eſt præſtandum hoc iuramentum calumniæ: debet etiam præſtari in litis exordio, ideſt

l. Iuſiurandum la 2. §. ff. de iureiu.

c. fin. ex. d iuſo. calum.

Glo.

Pan.

id eſt, in continenti poſt litis conteſtationem: nam in ipſa conteſtatione incipit exordium litis: ut in c.ſuper quæſtionum §. quòd ſi, extra de off. deleg. tunc enim dicitur lis mota, ut in c. ex parte, in fine, extra de uerborum ſignifi. ubi dicitur: nos igitur, conſiderata eadē ſententia, qđ in prędicto c. dicitur de tempore motæ litis, interpretamur eſſe referendum ad tempus, quo litis conteſtatio facta fuit. ſequitur Pan. ubi ſupra; quòd non dicitur quis agere, ſed agere uelle: & concludit ibi Pan. quòd licet non ſit irritum iuramentum, præſtitum ante litis conteſtationem: tamen pars ad hoc cogi non poterit, ut in c. primo, eod. titu. lib. 6. ſequitur modo in c. fin. vbi ſupra; & tūc committitur pœna, licet non ſit litis conteſtatio: ſed diuerſimode committitur: quia ante litis conteſtationem reus habetur pro confeſſo, tantum ſuper illa exceptione, ubi recuſat iurare. & idem dicendum in actore: quia debet cadere a cauſa illa, ſcilicet, ſuper exceptione, de qua nunc contenditur. & tunc non obſtat contrarium, quia non requiritur conteſtatio ad pronunciandum ſuper dilatorijs; ut notatur in cap. prudentiam. §. præterea. de officio delegati: ſed quando recuſatur poſt litis conteſtationem, pœna committitur ſuper tota cauſa, ut ſic eadem ſit ratio de parte, quo ad partem; ſicut de toto, quo ad totum, ut l. quæ de tota. ff. de rei uendicatione: utroque caſu habebit pœna effectum ſuum; nec in plus procedet, quàm ſit delictum in excedente repertum, vt in capitulo quæſiuit, extra de his, quæ fiunt a maior. par. capituli; & ſubinfert concluſiue Pan. quòd nolens iurare debeat indiſtincte condemnari: ſed quòd ibi debeat condemnatio ſequi, ubi uera confeſsio ſufficeret ad condemnationem; & non aliàs: cum nō debeat ficta cōfeſsio operari plus, quā uera confeſsio. ſed nunquid hic talis non iurans ſit habendus pro confeſſo, quo ad factum principale, an etiam quo ad exceptiones dilatorias, & peremptorias? dicit ipſemet Pan. in col. 4. vbi ſupra in ver. ſed quæro infraſcripta videlicet: Butrius dicit, quòd excludūtur omnes exceptiones peremptoriæ; quia iſta videtur intentio actoris; ex quo dixit, illum ſibi obligatum: ſed dilatorie exceptiones per hoc non excluduntur; puta, quoniam actor ſit bannitus aut excommunicatus; ideo non debet audiri: quia licet confiteatur factum principale, tamē iſtas poteſt opponere: & idem ſequitur Dominus Ioannes Andreas hic, & mihi placet: nam ſi non videretur confeſſus, etiam quo ad peremptorias exceptiones; talis conf. eſſet quaſi nulla, quę eliditur ope exceptionis, ut l. ſi dari ſtipuler. ff. de verborum oblig. ſed ſecus in exceptionibus dilatorijs, inhabilitantibus perſonam ad agendum: cum & poſt rem iudicatam poſſunt opponi, vt in c. pia. de except. lib. 6. idem Pan. vbi ſupra. colum. 5. in ver. ego puto, infraſcriptis uerbis utitur de eadem materia loquens; an nolens iurare, ac per hoc habitus pro confeſſo, poſt condemnationē poſſit appellare. ego, inquit Panor. puto ſic. quòd aut nullam cauſam allegauit tempore recuſationis, nec non tempore appellationis: & non debet admitti, quia videtur appellatio iſta interpoſita contra pęnam a lege ſtatutam: quod non ualet, ut l. ſi qua pœna. ff. de uerb. ſignifi. & c. quia nos, de appellat. aut expreſſit cauſam tempore recuſationis aut notorie friuolam: & idē argumentum, ut in c. vt debitus, & c. ut ſpecialis. extra de appel. aut nullam cauſam expreſſit tunc tempore appellationis: & adhuc crederem talem appellationem non admittēdam; quia ſatis eſt, ipſum ſine cauſa recuſaſſe tempore delationis iuramenti, ſicut in ſimili diximus de appellante ab interlocutoria; vt non ſufficiat, cauſam ſubeſſe ad iuſtificationem ipſius, niſi allegetur expreſſe, vt in Clem. appellanti, de appel. aut iux. allegata

Qñ appellō cō dēnato eo ꝙ nō iuit iurare ueritatē rei ſit admittēda

gata

gata pronunciauit cauſam non legitimam;vel pronunciauit,eum haberi pro confeſſo, quia ſine cauſa legitima recuſauit : & tunc a tali ſententia declaratoria poterit appellari ; quia iſta eſt ſententia hominis declarantis: & forte male declarauit. vide ad hoc, qđ notatur in c. cupientes in §.quod ſi per viginti:de elect.i 6.& paulo poſt ipſemet Pan.concludit,iudicem debere eſſe cōtentum prędicta pęna : licet actor ſeu reus inſtaret, quòd cogatur reus ſeu actor omnia iurare : & paulo poſt ait idem Pan. quòd recuſans iurare poterit purgare huiuſmodi cōtumaciam de non iurando, uſque ad ſententiam prædictam declaratoriam: & non poſt. ſed ſi partes ambæ nollent iurare, locū non haberet præſentis capituli pœna: compēſabitur enim delictum cum delicto. hæc omnia prædicta Pan.ueriſſima probat,ubi ſupra.

VNDECIMA ET VLT. CONCL. in qua continetur formula procedēdi in delatione iuramenti, quo ad ordinem, non quo ad formam uerborum.

LIcet ſupra adductæ omnes concluſiones de iure communi ſint ueriſſimę tam in cauſis ciuilibus,quàm criminalibus, loquendo de illis concluſionibus, in quibus agitur de cauſis criminalibus ; cum non ſint omnes , ut patet ad ſenſum:hodie tamē non ſunt in uſu; immo in cauſis criminalibus illę receſſerunt ab aula,ut patebit:quoniam, ut dixi in tractatu tertio titu. de inquiſ. cap.6. concl.4.& 5.& in lib.2.titu.de denunciationis forma & ualore , cap. 1. omnibus fere cōcluſionibus nullus citatur ad informandum , nec examinatur, niſi præcedentibus inditijs in actis iam aliqualiter probatis per informationem captam contra ipſum reum. quapropter ſciendum, quòd noſtra tēpeſtate omnes fere curiæ totius orbis utriuſque fori procedūt hoc modo in delatione iuramenti ipſi reo,videlicet: poſtquam quis fuit de aliquo crimine querelatus ſeu inquiſitus , aut denunciatus, ſtatim inquirit cōtra ipſum iudex , aut actuarius eius nomine , examinando teſtes , illorum depoſitiones in actis redigendo: & ſi nihil inuenerit contra reum huiuſmodi , non procedit ad ulteriora contra ipſum:ſed ſi aliqua indicia īuenerit, ipſum citat ad informandum:& ſi non comparuerit,procedit etiam ad impugnādum proceſſum contra ipſum , ipſum contumacem declarando;& etiam bannit loco,& tempore ſuo : ſi uero comparet, ſtatim iudex, uel actuarius nomine ipſius, mediante iuramēto, ipſum interrogat ſuper delicto, de quo contra ipſum fuerunt probata indicia;etiam ſi a principio reus negauerit prætenſum crimen contra ipſum: qui reus tenetur in tali caſu reſpondere ad iudicis ſeu actuarij interrogata : quod ſi nollet reſpondere præciſe,affirmando,uel negando, vel rñderet per uerba dubia, puta,non ſcio,non recordor, in huiuſmodi caſibus iudex poterit, immo debebit, ipſū ponere ad torturam , & cogere ad ſibi reſpondēdum de interrogatis affirmatiue,vel negatiue.quæ quidem tortura non datur reo ad extorquendam veritatem ab ipſo : quoniam illi torturæ oporteret præceſsiſſe indicia ſufficiētia ad torturam : ſed tantum datur ad extorquēdam reſponſionem de interrogatis modo certo, negādo, uel affirmando . & hoc procedit, & obſeruatur in curijs utriuſque fori;non tantum,qñ reus non vult reſpondere ſuper facto principali , ſcilicet, an commiſerit homicidium,uel non;ſed etiam ſuper circūſtantijs ſubſtantialibus, pertinentibus ad ipſum delictum ; modo ſint tales, de q̃bus ueriſimile ſit ipſum recordari;puta,quia īterrogatur de facto ꝓprio,de modico tpe,& de rebus,de quibus alij ſolent communiter recordari; prout ipſe iudex, conſiderata facti , & perſonæ qualitate,poterit arbitrari. & hoc

hoc Mediolani contigit in facto contra quendam, qui nolebat iurare, & rñdere; qui poſt torturæ tres ictus in publico rñdit,& iurauit. qui reus ſi petat tps ad rñdendum ac deliberandum de reſponſione, iudex nullatenus in cauſis criialibus criminaliter motis, poterit illum terminum indulgere.& ita practicatur in toto orbe terrarũ.nec ſunt reo indulgendę defenſiones, aut copia indiciorum,& informationis captæ contra eum, antequam fuerit examinatus. & ſtante hac generali conſuetudine, & ſtylo curiarum erraret iudex, illas cõcedẽdo.attamen memorię cõmendandum erit, ꝙ licet reus interrogatus de proprio delicto, mediante iuro, mentiẽdo peccet mortaliter, ut ſatis abunde fuit probatum in tractatu de accuſ. ca. ſexto concl. 4. tñ non uenit puniendus de periurio, pro ut teſtes punirẽtur: uerum ſi poſtmodum conuinceretur, reũ mentitum fuiſſe; tunc hmôi mẽdacium ipſius faceret indicium ſufficiens contra eum ad torturam. bene uerum eſt, ꝙ dẽt iudex in hmôi examinationibus procedere recto tramite ad finem potius ueritatis indagandæ, quàm ut reũ uerbis ſuis inuoluat, & inducat ad confitendum delictum; & ſuis interrogationibus ꝓcurare, ne reo auferat ſuas defenſiones: puta, ſi reus confiteatur ſe alium percuſsiſſe, non debebit eum interrogare, an ille ex tali percuſsione deceſſerit, neque ab eo debet extorquere talem confeſsionem: quoniam huiuſmodi practica eſſet potius diabolica, quã humana. ſed notandum, ꝙ tpe, quo examinatur reus, non debent ſibi aſsiſtere patroni ipſius; ꝑut ſeruatũ hodie ĩ curijs: licet de iure cõi aliter eſſet dicẽdum. cæterũ ſi reus confiteatur delictum in ſuo examine, poterit puniri ex hmõdi confeſsione: ſi uero neget, dẽt iudex partẽ citare ad uidẽdum iuramenta teſtium, qui fuerant examinati in ꝓceſſu informatiuo, formato contra reũ ante ipſiusmet citationem ad informãdum. quapropter grauiter erraret iudex, qui, omiſſa tali repetitione teſtium, procederet ad torturam, vel condẽnationem: nã teſtes recepti ante litis conteſtationem nullam fidem faciunt contra reum, cum fuerint examinati, ipſo non citato.& hmôi repetitio teſtiũ debet fieri cum omnibus illis ſollemnitatibus, quæ requirerentur, ſi non fuiſſent examinati:& ideo debent de nouo iurare; aliàs nullam fidem facerẽt: item ſi eſſent, quorũ dictis de iure nulla fuiſſet adhibenda fides, niſi cum tortura; puta, quia eſſet locus criminis, non ſufficeret, quòd prius fuiſſet examinatus in tormentis, & quòd de nouo iuraret; ſed opus etiam eſſet, ut de nouo poſt iuramentum poneretur ad torturam, ſeu ad alia tormenta. & perſeueraret in illo dicto: nam illa tortura,& omne id, quod fuit agitatũ ante litis conteſtationem, non habetur, ut dixi, in conſideratione; quo ad præiudicium ipſius rei comparentis. & licet receptio teſtium non ſoleat committi ſeu delegari alteri: tamen repetitio teſtium, qui in proceſſu informatiuo fuerant examinati, poteſt delegari: & ita ſeruatur de conſuetudine. & hoc eſt uerum, quando reus citatus ſtatim comparuit. quando uero fuit contumax, licet poſtmodum comparens admittatur ad defenſiones; tamen teſtes non repetentur, quia in odium ſuæ cõtumacię habentur pro legitime examinatis: & notandum quoque, quòd licet reus non fuerit citatus ad uidendum iuramenta teſtium pro eorum repetitione; & iudex ipſe repetat, & confrontet cum reo; & teſtes confirment coram reo, quæ prius dixerant in eorum depoſitione; in tali caſu iſti teſtes dicentur recepti parte citata ita, ut probent contra ipſum reum: & ita ſeruatur in curijs utriuſque fori. hæc autem confrontatio fieri ſolet, quando teſtes deponunt tale quid, quod de directo contrariatur ei, quod reus dicit in ſuo examine. licet hæc cõfrontatio non ſit de iure: tamẽ de con-

Teſtiũ repe. qñ ſit faciẽda, & qñ ommittenda.

Teſtiũ confrontatio qñ ſit faciẽda: & q in ipſa ſit imad uertẽda.

ſuetudine obſeruatur: & iccirco ſi omittetur, regulariter proceſſus nõ corrueret: attamen tunc erit neceſſaria huiuſmodi confrontatio, quando teſtes dicerent, ſe reum ipſum non cognoſcere de nomine, ſed tantum de uiſu; uel quando eum deſcribunt per ſigna: nam eo caſu reus erit exhibendus eis, ut illum recognoſcerent. & hoc caſu reus debet exhiberi, non ſolus, quia eſſet timor ſubornationis, ſed inter quattuor illi ſimiles, quantum fieri poterit, puta in ueſtibus, & earum coloribus, ſtatura, & etiam facie: & ita ſeruatur in practica in utroque foro. memoriæ eſt cõmendandum nouiſsime, ꝙ poſt conformationem, & teſtium repetitionem debet iudex, priuſquã carceribus reum mancipet, uel fideiuſsionem accipiat a reo, petere licentiam a reo in ſcriptis procedẽdi in cauſa ad omnes actus neceſſarios vſque ad ſententiam diffinitiuam ſingulis diebus, & horis, etiam ipſo non citato, & abſente; necnõ reos monere ſingulis locis ac diebus, ut adeſſe debeãt proceſſui, faciẽdo per ipſum iudicem tam in receptione teſtium, q̃ in omnibus alijs, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue: quæ quidem monitio, præcedẽte licentia prædicta, facit, ut non opus ſit iudice, in quolibet actu ipſum reum citare: quoniam alias hoc eſſet ſibi neceſſarium: quod ſi non fieret, proceſſus corrueret. hæc concluſiue formula procedendi in examinatione ac delatione iuramenti, ipſis reis facienda, ac repetitione teſtium uериſsima eſt; quam innumeris auctoritatibus, & rationibus probat Iulius Clarus in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 45. in verſ. ſcias autem, quod reo capto, uſque ad finem dictæ quæſtionis.

Iudici quod ſit faciendũ poſt repetitionem uel confrontationem teſtium.

De forma iuramenti, exigendi a teſtibus, & reis in iudicio eccleſiaſtico, per iudices eccleſiaſticos ſeruanda, ad cauillationes fere cunctas vitandas, quibus vti aſſolent, tam teſtes, quàm rei ipſorumq; aduocati. Cap. vnicum.

LIcet in opuſculo de Inquiſitionibus tradidiſsẽ normam hortandi, tam reos, quàm teſtes, ad uera deponenda, ad iudicũ interrogationem; necnon probaſsẽ iudices illa uti debere in principio ſui examinis: nihilominus, cum in præſenti opuſculo fiat uerbum de delatione iuramẽti; iccirco ſpecialius operęprecium duxi, hic annotandam fore formam exigendi huiuſmodi iuramentum; cum experientia teſte, ac aliquali ſtudio prudentium iuriſperitorum, ac iudicũ didicerim, ueriſsima eſſe ea, quæ doctiſsime Doctores excerpſerunt ex uerbis textus in c. qualiter & quando, el. 1. & c. cum dilecti filij, extra de accuſat. qui & aſſeuerant, ꝙ ex ipſis duas iuramenti formas colligunt: & licet nonnulli eorum dixerint, iudices poſſe altera earum uti; & alij, ꝙ ex utraq; debet fieri una: nihilominus libranti mihi, & animaduertenti, non tantum multa iura antiqua correcta fuiſſe per poſteriora; immo ꝙ & hodie in curijs de illis nulla habeatur ratio, non ex nouis iuribus ſcriptis; ſed tantum ex cõſuetudine in illis introducta, ut per adducta in omnibus fere opuſculis præſentis practicæ patet, viſum fuit, hac de cauſa, & nonnullis alijs ſilentio, modeſtiæ gratia, prætermiſsis, mihi inquam monachorum minimo, ac ſacrorum canonum ſtudio uacantium imperitiſsimo, præſcribere præſentem normam; ꝙ illam putans euadere poſſe iudices eccleſiaſticos nonnullas rerum ac teſtiũ cauillationes. quæ quidem iuramenti exigendi formula talis erit, uidelicet:

iura-

iurabis tu talis de tali, conſtitutus in tali ætate, dignitate,& cōditione, &c. per hæc Sancta Dei Euangelia, te mihi enarraturum fore puram & meram ueritatem de omnibus, de quibus a me interrogaberis, & quicquid inde unquam ſcieris; necnon de illis circumſtantijs omnium rerum, de quibus interrogaberis, etiam ſi ex obliuione, uel alia cauſa non fueris a me interrogatus de illis ſpecialiter, ita ut omnino exponas mihi ueram facti ſeriem. His peractis, actuarius infraſcripta forma uerborum uti debebit in principio examinis ipſius rei, uidelicet: talis de tali (annotando ætatem, ceteraque, ut ſupra) in ius legitime uocatus, tamquā principalis quo ad ſe, & ut teſtis, quo ad alios, & medio iuramento, ſub forma prædicta uerborum interrogatus; & primo, ſe lui conoſce, &c. dixit, che &c. & ſciendum, quòd nōn ſine cauſa dixi, medio iuramento, &c. eo ꝙ teſtes non iurati non faciunt fidem in iudicio, ut in lib. de teſtibus latius probabitur; & eſt tex. in c. nuper, extra de teſtibus. dixi quoq; meram ueritatem, &c. quoniam teſtis, uel reus ipſe, qui non iurauit dicere meram ueritatem, &c. ſi forſan de aliquibus articulis, ſeu circumſtantijs ipſummet factum concernentibus, non fuiſſet interrogatus, nō poterit puniri de falſo, ſi de illis nō depoſuiſſet; cum uigore hmōi iuramenti de dicenda ueritate de interrogatis, nō comprehēdatur depoſitio de alijs non interrogatis, ut docuit Inn. III. in cap. cum dilecti, extra de accuſat. & ibi per Doctores: de quo aliquid dixi in concluſione 7. cap. 7. lib. 3. tit. de inquiſitionibus. poſtquam uero reus depoſuit omnia, ac ab actuario illa in actis annotata fuere, una cum illis duabus interrogationibus vltimis conſuetis, videlicet: interrogatus de cauſa ſcientiæ dixit, ut s. inter. de loco, & tempore dixit, ut s. faciat ipſe iudex, uel actuari⁹, ut ipſe reus manu propria ſe ſuę depoſitioni ſubſcribat infraſcripta forma uerborum, videlicet: ego talis de tali, qui ſupra, poſtquam omnia contenta in ſupradicta mea depoſitione fuiſſent de uerbo ad uerbum mihi relata ab actuario, me illam inſpiciēte, & audiēte, confiteor omnem illius depoſitionis ſeriē depoſuiſſe die, quo ſupra. animaduertendum inſuper, quòd eadem forma uerborum utēdum eſt a iudice, uel actuario circa teſtes, qua & circa reum, mutatis tantum illis, tamquam principalis, quo ad ſe; dicendo, teſtis uocatus, &c. & licet forſan aliquibus poſsint videri ſuperflua nonnulla uerba dictæ ſubſcriptionis: tamen, ſi animaduertere uoluerit ac reſpicere ad quotidianas aſtutias ſeruatas aduocatorum tam ꝓ reis, quàm teſtib. q. forſan reperti fuerint depoſuiſſe falſum, non uidebuntur ſibi ſuperflua, cum ipſi aſſoleant negare, ſe talia, quæ in actis reperiuntur annotata, depoſuiſſe; & exinde calumnioſe agere contra iudicem, uel actuarium, & contra eos litem conteſtare, illos querelando de falſitate: cui malo uidetur poſſe iudices obuiare, talem formam uerborū ſeruando. tamen ego me remitto omnibus de hac materia ſcribentibus.

Finis tractatuli de delatione iuramenti.

INDEX CONCLVSONVM CONTENTARVM IN LIB. V. DE PVRGAT. CANONICA.

De purgatione canonica. Cap. vnicum.

Prima concluſio.

Purgatio canonica triplici modo reperitur deſcripta. primo modo ſic. purgatio eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio: ſecundo modo ſic. canonica purgatio eſt nocentis infamiæ, innocentiæ eccleſiaſticæ canonice facta detectio. tertio modo ſic. canonica purgatio eſt, alicuius bonæ opinionis ob malam famam ſigillatæ ſeu propulſatę, ad ſatisfaciendum credentibus, & ſuſpitionem tollendam, canonice facta declaratio.

Secunda concluſio.

Iudex eccleſiaſticus debet indicere purgationem huiuſmodi; non tantum propter crimen, de quo quis eſſet infamatus; uerũetiam pro irregularitate.

Tertia concluſio.

Iudex eccleſiaſticus poteſt indicere purgationem huiuſmodi clerico, & laico, ſibi parrochiano infamato: licet procedere inde uelit ad pœnam iudicialiter imponendam; in criminibus tantũ ſpectantibus ad forum eccleſ.

Quarta concluſio.

Iudex eccl. poteſt indicere purgationẽ huiuſmodi laico infamato de quocumq; crimine, etiam nõ eccleſiaſtico, procedendo contra ipſum ad imponẽdam pœnitentiam ſalutarem.

Quinta concluſio.

Iudex eccleſiaſticus poteſt infamatæ moniali, ſibi ſubditæ, purgationem indicere; ſi non poſsit plene conſtare de delicti ueritate de iure communi.

Sexta concluſio.

Iudex tunc tantum indicet inquiſito purgationem canonicam, quando de crimine, de quo inquiſitus eſt, non conſtat per confeſsionem ipſius inquiſiti, neque per teſtes, niſi de infamia: & tunc ſi crimen, de quo inquiſitus eſt, habet facti perſeuerantiam, puta, adulterium erat, uel fornicatio; deficiente accuſatore, admonendus eſt primo ſcorſum; poſtea coram teſtibus, & ſi infamia adhuc durat, poterit ſuſpendi uſque ad ſatisfactionem condignam; ne populus in eo ſcandalum patiatur; ſi inde immineat ſcãdalum populo, ꝓpter infamiam ipſius, uel delicti enormitatem & hoc de iure communi.

Septima concluſio.

Vbi delictum, de quo aliquis fuit infamatus, eſt momentaneum, uel nimis ſcandaloſum, & non ſucceſsiuum; uel quando purgandus eſſet negligens in præſtanda purgatione; uel uehemens ſuſpicio orta eſſet ipſi iudici, non autẽ alij, iudex debet ſtatim taliter infamato purgationem indicere, uel uſque ad ſuſpenſionẽ procedere, non præmiſsis illis monitionibus adductis in concl. præcedenti.

Octa-

Octaua concluſio.

Iudex eccl. cum inuenerit quomodocumq; infamatum aliquem apud populum, debet ipſi iubere, ut publice purgare ſtudeat ſuam infamiam: ſi uero eſſet infamatus apud clerum, debet indicere ipſi, ut hoc agat apud clerum; & in utroq; caſu coram ipſo iudice.

Nona concluſio.

Si iudici aliquo modo conſtiterit, infamiam ortam eſſe a maleuolis, ſeu inimicis; & non eſſet ſcandaloſa; non poterit indici ab ipſo purgatio huiuſmodi taliter ĩfamato; ſecus, ſi ex huiuſmodi infamia ortum eſſet ſcandalum; ut propterea populus abſtineret a diuinis, & huiuſmodi. & hoc de iure communi.

Decima conclusio.

Iudex non poterit indicere purgationẽ infamato, ſi habebit ipſe iudex probationes paratas de ueritate criminis contra infamatum; nec hoc poterit in delicto notorio & hoc de iur. cõi.

Vndecima concluſio.

Accuſatore apparente, uel teſtibus; non debet iudex infamato indicere purgationem.

Duodecima concluſio.

Semel abſoluto per purgationem canonicam, legitime factam, non poterit iudex indicere ſuper eandem infamiã uel indicia præcedentia contra illum; ſecus, ſi infamia oriatur de nouo & hoc de iure communi.

Tertiadecima concluſio.

Purgatio canonica eſt indicenda infamato ab ipſo iudice, ſi huiuſmodi infamatus eſſet de aliquo crimine incontinentiæ, uel ſimoniæ, uel ſubornationis, uel huiuſmodi, ſub hac forma: uidelicet: iuro ſuper Sancta Dei hæc Euang. me non commiſiſſe hunc inceſtũ cum tali, de quo ſum infamatus.

Quartadecima concluſio.

Purgatio canonica eſt indicenda ab ipſo iudice ei, qui eſt infamatus de ſimonia, uel huiuſmodi, ſub hac forma uidelicet: primo iuro per S. Dei Euãg. ꝙ pro eccl. S. Petri, ſeu pro tali re ſpirituali concedenda tali, &c. nec ipſe per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, nec aliquis pro eo, ipſo ſciente, precium recepit: ſecundo nec mandauit, aut conſultum dedit, nec auctoritatem præſtitit: tertio nec ratũ habuit, ſi q̃d ei' noĩe forsã factũ fuiſſet. & hoc de iure cõi.

Quintadecima concluſio.

Cõpurgatores tenentur iurare ſub aliqua harum trium purgationis formarum. prima quarũ eſt, ut iurent corporaliter ſuper S. Dei Euãg. ꝙ ipſi credunt, illum purgãdum uera iuraſſe. ſecunda eſt: iurabunt, ꝙ ſecũdum ſuam conſcientiam ille taliter infamatus ſit immunis ab illo crimine; & ꝙ bonum exhibuit iuramẽtum. tertia forma erit: iurabunt, ꝙ credunt illum taliter infamatum dicere ueritatem.

Decimaſexta concluſio.

Licet iudex ſecundum arbitrium ſuũ, habito reſpectu ad rem, de qua agitur, & ad qualitatem perſonę, cui indicenda ſit canonica purgatio: tamen poterit hanc normam tenere, circa numerũ compurgatorum, cõtentam his uerbis, uidelicet:

Pontificem parium manus purgat duodena;
Quinta ſacerdotem; leuitam tertia pęna;
Maior maiori; minor eſt exhibenda minori;
Quem plebs accuſat, purgabit in manifeſto:
Quẽ chorus ante chorũ ſua ſit purgatio praſto.

Decimaſeptima concluſio.

Compurgatores debent eſſe eiuſdẽ ordinis, quo eſt inſignitus ipſe purgandus. & licet quæ hic dixi ſint uera: tamen recipiunt nonnullas limitationes; prima quarũ eſt, &c. & hoc de iure cõi.

Decimaoctaua concluſio.

Iudex non poteſt admittere compurgatores aliquos, niſi eos, quib' ſint infraſcriptæ conditiones; prima quarum eſt, &c. & hoc de iure communi.

Deci-

Decimanona concluſio.

Iudex debet ſtare iuramento purgandi tantum, ſi ipſe purgandus non poſsit habere compurgatores; ut puta ſi illos habere non poſsit, quia de eo teſtes non confidunt &c. reliqua &c. & hoc de iure communi.

Vigeſima concluſio.

Compurgatores nolentes ferre teſtimonium pro purgando; licet ex honeſtate, & charitate debeant, purgando opem ferre per eorum compurgationem, ſeu depoſitionem: nihilominus ad hoc non ſunt compellendi a iudice.

Vigeſimaprima concluſio.

Iudex eccleſiaſticus poſt purgationem, nō canonice pręſtitam, tenetur accuſationem ſuperuenientē admittere.

Vigeſimaſecunda concluſio.

Si fuit indicta purgatio, & adimpleta ab ipſo purgando, accuſatore interueniente; ut quia, teſtibus deficientibus, ratione infamiæ fuit indicta purgatio; regulariter poſt ipſam purgationē exhibitā, nemo admittit de iure cōi.

Vigeſimatertia concluſio.

Poſt indictam purgationem a iudice, & completam a reo iux. ſacros canones, accuſatore non interueniente, ceſſante rationabili cauſa ſuæ non accuſationis, termino iam præfixo omnibus accuſare uolentibus, cum clauſula decreti, quòd, ſcilicet, poſt terminum non audietur accuſator, ac non admittetur: & hoc de iure communi.

Vigeſimaquarta concluſio.

Purgatione indicta a iudice, & præſtita ab infamato, non interueniente accuſatore, neque termino pręfixo accuſare uolentibus, cum hac clauſula, quòd aliàs, ipſo termino elapſo, nō admittetur accuſator; ſi abſolutio adhuc non interuenit, debet admitti accuſatio, quia nihil obſtat.

Vigeſimaquinta concluſio.

Præſtita purgatione indicta a iudice, purgandus non erit onerandus alia purgatione, etiam inſtante accuſatore; & hoc, quando abſolutio iam eſſet ſortita ſuum effectum; ſed ſi accuſator uelit onus probandi ſuſcipere in ſe; tunc debet illius accuſatio admitti, non obſtante abſolutione, iam indulta a iudice ipſi purgando.

Vigeſimaſexta concluſio.

Infamatus, cui indicta eſt purgatio a iudice, in ipſa purgatione deficiens, iux. qualitatem delicti, & modi, quo contra eum proceſſum fuit, uenit puniendus.

Vigeſimaſeptima concluſio.

Iudex, deferente iuramentum reo ad ſe purgandum, uel ad tollendam ſuſpicionem, cauſatam in ipſo contra reum, ex aliqua præſumptione orta contra reum, reus uenit abſoluendus; & actor etiam ſi fuerit tantum promotor inquiſitionis, & nō accuſator, uenit puniēd'.

Vigeſimaoctaua & ultima concluſio.

Licet prædictæ omnes concluſiones, in præſenti capitulo ſeu tractatulo de purgatione canonica adductæ, ſint ueriſsimæ de iure communi: tamē hodie receſſerunt ab aula curiarum utriuſq; fori, fere in regione omni totius orbis.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. V. TIT. DE PVRGAT. CANON.

De purgatione canonica. Cap. vnicum.

Iudex debet indicere purgationem canonicam, non tantum pro infamia orta de aliquo crimine; ſed etiam pro irregularitate. concluſione 2.

Iudicium eccleſiaſticum aliquando, quo ad cauſas decernendas, fallitur. concl. 1.

Iudex, quæ obſeruare debet in indicenda purgatione canonica, uide a concl. 3. uſque in finem.

Purgatio canonica quotupliciter ſumatur. concluſ. 1.

Purgatio canonica quare hodie non ſit in uſu, uide concluſionem ultimam.

CVM ſæpe ſæpius in hoc noſtro opuſculo mentio ſit habita de hac uoce, ſeu termino, uidelicet: de purgatione canonica; operæprecium duxi, nonnulla notabilia collecta ex iuribus ac doctoribus in hoc tractatulo adducere, inſerenda præſenti opuſculo: quæ quidem notatu digna adducam in nonnullis concluſionibus, illarum poſtmodum probationes ſubinferendo, ut anceps lectoris animus poſt lectionem non relinquatur; maxime cum aſſoleat poſt accuſationis uiã, denuntiationis, inquiſitionis, ac exceptionis, & delationis iuramenti, nonnumquam grauari opinio alicuius aliqua infamia; qua de cauſa, merito & iuridice iudex teneatur indicere tali accuſato, ſeu denunciato, uel inquiſito, ſiue de quo fuit exceptio propoſita in iudicio, & ꝑ conſequẽs repulſa, ut aiũt iuriſtæ, uel ex delatione iuramenti facta a iudice alicui ex partibus. merito igitur poſt opuſcula de accuſ. denunciationibus, inquiſitionibus, ac exceptionibus, ac delatione iuramenti, ſequi debet tractatus de purgatione canõica: licet hũc præſẽtẽ tractatum una cum præcedentibus, & ſubſequentibus, litteris non commendauerim ad aliorũ commodum; cũ illo nulli ſtudentium opus eſſe firmiſsime credam: ſed potius, ut meæ conſulerem memoriæ, ac ſolamini. ſed ad rem noſtram regrediendo, infraſcriptis concl. præſentem materiã, & omnia notabilia adducenda in ea, abſoluam, Deo dante.

PRIMA CONCLVSIO.

PVrgatio canonica triplici modo reperitur deſcripta. primo ſic: Purgatio eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio. ſecundo modo dicitur ſecundum Da. & Goff. Canonica purgatio eſt nocentis infamiæ eccleſiaſticæ, innocentiæ canonice facta detectio. tertio modo canonica purgatio eſt alicuius bonæ opinionis ob malam famam ſigillatæ, ſeu propulſatæ, ad ſatisfaciendum credentibus, & ſuſpitionem tollẽdam, canonice facta declaratio. hæc concluſ. probatur, tum primo auctoritate Hoſt. in titu. eod. §. quid ſi canonica portio; tum etiam, & ſecundo auctoritatibus adducendis ad examen uniuſcuiuſq; termini fere adducti in dicta ſecunda deſcriptione. quapropter animaduertendum, quòd Doctores nõ ſine cauſa rationali ĩ huiuſmodi purg. can.

Purgatio canonic quotupl. deſcribat a doct.

can.deſcriptione, deſcripſerunt hmōdi terminū.Incipiamus ergo a declaratione termini illius in cōcl.inſerti,vc3.Innocentiæ:quæ dictio iccirco fuit poſita in concl. ſeu deſcriptione; qm̄ infamatus ad honorē ꝓmoueri nō debet,ut in

c. omnipſ De⁹ ex. d accuſ.

c.omnipſs Deus,ex̄ de accuſ.ubi īfraſcripta dixit Greg.Papa.vc3. ualde graue eſt,ut uir,de quo tāta & talia nūciātur, cum ante requiri, & diſcuti debeāt, honoretur,ubi

Gloſa.

Glo. in ℣.omnipſs ait, cū ēt aliquis accuſatur aut denunciatur, uel etiam inquiritur,grauata eſt ſtatim ei⁹ opinio,ut interim non debeat promoueri .

Pan.

Pan.uero in d.c.omnipotēs Deus, not.ſecundo, ait,ꝙ ex dependentia accuſationis dicatur perſona nō integra, quo ad ius acquirendum in re , non in iure acquiſito . hæc ille : qm̄ multa alia mala proueniūt inde; unde dicitur crudelis,qui famam ſuam negligit 12.q.1.

c. Nolo. 12. q. 1.

c.Nolo : & eſt Auguſtini in ſermone de cōmuni uita clericorum , ubi infraſcripta habentur inter alia,uidelicet:nolo, ut aliquis de uobis inueniat male uiuēdi occaſionem,prouidimus.n.bona, ut ait Apoſt.nō ſolum coram Deo ; ſed ēt corā oībus hoīb⁹ pp nos : cōſciētia nr̄a nobis neceſſaria eſt: pp uos fama nr̄a nō pollui ; ſed pollere debet in uobis. duæ res ſunt conſcientia, & fama: conſcientia neceſſaria eſt tibi; fama ꝓximo

Famā q negligit crudelis eſt.

tuo.q. confidēs cōſcientiæ,negligit famā,crudelis eſt.hęc ibi.& hæc adduxiſſe ſufficiat ꝓ approbatione illius termini in concluſ.contenti,vc3.Innocentiæ.ad fin ergo terminū accedens dico

Purgatio canonica nō ſolū infamato, ſ d cile I. dicitur; ſed & infamato d aliis d fine culpa poſſunt nobis cōgere.

ſciēdum,quod iccirco dixi;Infamię, qa nedum de crīe infamato indicitur purgatio,ſicut innuit deſcriptio Da.immo & de alio : nam ſi quis dicatur filius ſacerdotis,purgat ſe de tali infamia,ut c. accedens , ex̄ de purg. cau.vbi Inn.III. ſcribens Vireēnſi archiep.infraſcriptis utit ℣bis,vc3.accedens ad præſentiam noſtram. T.Diaconus humili nobis inſinuatione mōſtrauit, ꝙ cū a ſuis ęmulis diceret,ꝙ eſſet filius ſacerdotis , tu eū nec ꝓmouere uoluiſti, nec permiſiſti ab alio promoueri . quo circa mandamus,quatenus ſi publica fuerit nota

c.Accedens ex. de purg. canom

reſperſus;& de ipſa tibi legitime cōſtare nōpoterit purg.ab ipſo recepta,ipſū differas pp hoc a d ſacerdotis off. ꝓmouere.hęc ibi : & tn̄ hæc infamia oriri nō poterit ex peccato ipſius infamati; ſed patris ipſius.tertius terminns declarād⁹,eſt Eccl.Innocētiæ .ideo iūgitur, qa

Auctor.

ex quo purgatio p̄ſtita eſt,nō debet nocere infamia præcedēs , ut infra clari⁹ probabit;licet eſſe poſsit,ut talis infamat⁹ nocēs ſit. ſed iccirco dicit̄,Ecc.īnocentiæ : qm̄ eccl.nō reſpicit occulta , licet uera ſint:unde iudiciū ſuū fallere aſſolet,cū ſtet depoſitionibus teſtiū;qui mētiri aſſolent, ut habetur in c.a nobis el 2.ex̄.de ſent. excom.in §. nos igitur,

c.A nobis el.2. ex.d ſēt. excom.

ubi hæc dicūtur, uc3. nos igitur cōſul. T.breuiter.reſp.ꝙ iudiciū Dei ueritati, quæ non fallit,nec fallitur,ſemper innitit;iudiciū aūt eccl.nonnūquā opinionē

Iudiciū eccl. aliqn̄ que ad cauſas decernendus fallitur.

ſequitur,q̄ ſæpe contingit fallere, & falli,&c.hęc ibi,q canon emanauit ab Innoc.III.& ſic intellige , ꝙ purgatus ſuā īnocentiā oſtendit,ut in c.ex tuarū, ex̄. de purg.can. dixi quoq; in diffinitione allata ſupra ipſius purg. can. canonice facta detectio : ſed hi termini declarabuntur infra adducendoq; adducenda erunt ꝓ intelligentia oīum dicendarum in hac materia.

SECVNDA CONCLVSIO.

IVdex ecc.debet indicere purgationē huiuſmodi,non tm̄ propter crimē,de quo quis eſſet infamatus,uerū etiā pro irregularitate. hæc concl.probatur duplici medio . primo p tex.in c accedēs, ex̄.de pur.can. ubi Inn.III. ſcribēs Florentino epo,infraſcriptis utitur uerbis, vc3.accedens ad præſentiā nr̄am.T.Diacon.humili nobis inſinuatione mōſtrauit , q cum a ſuis æmulis diceretur , ꝙ eſſet filius ſacerdotis, tu eū nec promouere uoluiſti,nec ab aliquo promoueri permiſiſti.quo circa mandamus,quatenus,ſi publica fuerit nota reſperſus ; & de ipſa tibi legitime conſtare non poterit

terit purgatione ab ipſo recepta, ipſũ non differas propter hoc ad ſacerdotis off. promouere: & ſi non ſit nota delicti eſt tamen nota defectus impedientis
Specul. ad ſacros ordines promouendũ. probatur & ſecundo auctoritate Doct. Spec. enim in tit. de pur. can. in ℣. item nota, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: itẽ nota, ꝙ purgat ſe quis non ſolum a crimine; ſed etiam ab irregularitate, ut ex de purg. canon. c. accedens. hæc ille. Pan.
Pan. quoq; noſtræ concluſ. ſe ſubſcribens in d. c. accedens, infraſcriptis utitur uerbis in ℣. nota. primo, ve3: nota, primo ex tex. ſingulariter, ꝙ purgatio locum habet nedum ſuper crimine; ſed etiam ſuper aliquo defectu, & inhabilitate; facit cap. 4. de apoſtatis.

TERTIA CONCLVSIO.

IVdex eccl. poteſt indicere purgationem huiuſmodi clerico, & laico infamato ſibi parrochiano; licet procedere inde uelit ad pęnam iudicialiter imponendam in criminibus tantum ſpectantibus ad eccl. id eſt, de quibus prælati ordinarij contra laicos, de quibus dixi in lib. 3. tit. de inquiſition. inquirere poſſunt. hæc concl. licet probata fuerit in tractatu de inquiſitione, quo ad poteſtatem inquirendi cõtra laicos, ubi fiebat ſermo de criminibus, in quibus poteſt prælatus ordinarius procedere ad inquiſitionem contra laicos: tamen hic adducẽtur auctoritates Doctorum non ſpernendæ, quo ad illis indicendã purgationem cano. quapropter ſciendum, quòd
Glosa. Gloſa loquendo de laico tantum, cum de clerico non reuocetur in dubium, ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni in c. nos inter alios, de purgat. canon. in ℣. nos, ubi inter alia infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed numquid epiſcopus poteſt de quolibet crimine contra parochianum taliter procedere? non credo: & hoc intelligo in criminibus, quæ ſpecialiter pertinent ad eccleſiam, puta de hæreſi, ſupra de Hæret. c. excommunicamus. §. adijcimus; uel de adulterio, ſi conſanguineus teneat conſanguineam, & uxorem alterius; uel niſi habeat iuriſdictionem temporalem: aliàs non uideatur, quòd hoc poſſit de quolibet crimine. hæc ille. Specul. uero indiſtincte in titu. de purgatione canonica in Specul.
verſic. idem purgat ſe, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: item purgat ſe non ſolum clericus; ſed etiam laicus, ut eodem titu. capit. nos inter; item & mulier, ut in capit. moniales, eodem titu. Panorm. quoque noſtræ conſen- Pan.
tiendo concluſioni infraſcriptis utitur verbis in dicto cap. nos inter in ℣. in Gloſa prima, uidelicet: in Gloſa 1. in fine nota Gloſam cum tex. ſolent enim quotidie allegari. & hanc concl. Gloſæ ſequitur Ion. hac ratione: purgatio nõ indicetur, niſi in defectum ꝓbationis, ut in tex. ſed ꝓbationes nõ poſſunt indici ſuper quolibet crĩe coram iudice eccleſiaſtico contra laicũ; ergo nec purgatio indici poteſt laico per epiſcopũ ſuper quolibet crimine. Archidiaconus in cap. 3. de conſuetudine in ſexto, tenet contrarium, quia epiſcopus debet inquirere contra quemlibet de diœceſi ſua, & punire, ut in cap. 1. de officio ordinarij. item iſte textus loquitur indiſtincte 31. quęſt. 1. cap. quòd ſi dormierit. concor. Hoſtien. & bene quòd aut epiſcopus uult indicere purgationem laico infamato ad pœnam iudicialiter imponendam; & non poteſt, niſi in criminibus ſpectantibus ad eccleſiam, de quibus in c. cum ſit generale, extra de foro competenti; aut uult indicere purgationem ad pœnitentiam imponendam; & procedit opinio Archidiaconi. Nam poteſt iudex eccleſiaſticus quemlibet notum criminoſum compellere ad pœnitentiam, ut in cap. 1 de ſponſalibus, facit capit. nouit, de iudi. eodem modo poteſt infamato indicere purgationem; quia non debet pati, ut laicus ſtet in peccato; ne ſanguis eius ex mani-

manibus eius requiratur, c. ecc. 43. diſt. & in c. irrefragabili ſupra, de officio ordinis. hæc omnia ille Doctor, ubi ſ.

QVARTA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſtic9 poteſt indicere laico infamato de quocunq; crimine ēt non eccl. procedendo contra ipſum ad imponendam pœnitentiam. hæc concl. ꝓbatur triplici medio. primo p text. [c. nos inter. ex. d purg. ca.] in c. nos inter, extra de purgatione canonica, ubi infraſcripta habentur, uidelicet: nos inter alios, & infra; quia nos T. F. conſulere uoluit, utrū epiſcopus parrochum ſuum ad purgationem cogere poſsit, cōſulēdo T. taliter reſpondemus; quòd ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, accuſatore, & teſtibus deficientibus, ad purgationem eſt per ipſum epiſcopum compellend9; niſi forte ſuper ipſo ad ſuperiorem iudicem duxerit appellandum: ſane ſi appellauerit, eius parebit iudicio, ad cui9 examen uoluerit cauſam per appellationem transferre. hæc ibi. probatur & [Hoſt. Pan.] ſecundo auctoritate Hoſt. & Pan. qui iã adducti fuere in cõcluſione præced. Probatur & tertio ratione iam allata a Pan. in præcedenti concluſione; cui nihil addam: cum & illa ſit optima de iure communi. uera eſt concluſio: tamen non ſeruatur in practica.

QVINTA CONCLVSIO.

IVdex eccleſiaſticus poteſt infamatæ moniali, ſibi ſubditæ, purgationē indicere; ſi non poſſit plene conſtare de delicti ueritate. hæc concluſio triplici [ca. Monial. ex. de purg. canon.] Probatꝰ medio. primo per tex. in c. moniales, extra de purgatione canon. ubi ex Concil Meldenſi hæc habentur, uidelicet: Moniales, ſi libidinibus inſeruire accuſentur, & manifeſte detegi non ualuerint, erga regulam ſuę opinionis bonam famam canonice purgare cogantur. hæc in d. canone. probatur & ſecū[Gloſa.]do auctoritate Doctorum. Gloſa enim in dicto c. Moniales, concluſioni tacite ſe ſubſcribens noſtræ, tantum infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: moniales ualuerint per teſtes, uel per corporis aſpectum 27. q. 1. c. moniali. hæc illa Gloſa. Specul. quoque idem aſſerit, ut [Specul Pan.] retuli in concluſ. 3. & Pan. in dicto c. moniales, breuiter concludit, quòd regularibus indicenda eſt quoque purgatio, ſecundum ſuam regulam, uel ſecundū canon. & quòd ſi poterit probari delictum, purgatio non erit indicenda. ꝓbatur & tertio ratione, iam adducta a Pan. & relata a me in 3. concluſione præſentis capituli.

SEXTA CONCLVSIO.

IVdex tunc tantum indicet inquiſito purgationem canonicam, quãdo de quo inquiſitus eſt, non conſtat per cōfeſsionem ipſius inquiſiti, neque per teſtes, niſi de infamia; & tūc, ſi crimen, de quo inquiſitus eſt, habet facti perſeuerantiam; puta adulterium erat, uel fornicatio, deficiente accuſatore, admonēdus eſt primo ſeorſum; poſtea coram teſtibus: & ſi infamia adhuc durat; poterit infamatus ſuſpendi uſque ad ſatiſfactionem condignam, ne populus in eo ſcandalum patiatur; ſi inde immineret ſcandalum populo propter infamiam ipſius, uel delicti enormitatem. hæc concluſio probatur duplici medio. primo per tex. in c. ſi quis presbyter, ex̃ [c. Si q̃s p̄sbyt. ex. de purg. canon.] de purgat. canon. ubi in Concil. Agatenſi ſtatuta infraſcripta fuiſſe legitur, uidelicet: ſi quis presbyter negligens uitæ ſuę, prauis exemplis, mala de ſe ſuſpicari permiſerit; & populus ab epiſcopo, iuramento, ſeu banno Chriſtianitatis aſtrictus, infamiam9 eius patefecerit, ceterique accuſatores defuerint, admoneatur primo ſeorſum ab epiſcopo; deinde ſub duobus, uel tribus teſtibus; & ſi nō ſe emendauerit, epiſcopus eum publica increpatione admoneat. ſi uero nec ſic ſe correxerit, ab off. ſuſpendatur, uſque ad condignam ſatiſfa-

fa-

factionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. probatur & ſecũdo Doctorum auctoritate. Gloſa. Glo. enim in d.c. omnia prædicta rata habens, nullũ illius ponderat uerbũ, excepto, ſuſpendatur: ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: hic eſt ordo, qualiter procedatur contra infamatum: nõ enim incipiendum eſt a ſuſpenſione, ſed ordo capituli incipiendus eſt. hic ordo ſeruandus eſt, ut plene dicitur infra eo.c. Hoſt. inter. hæc ibi. Hoſt. quoque in titulo de inquiſitione. §. quis ſit effectus, in verſic. ſin autem de crimine, ſe ſubſcribẽs noſtræ concluſi. utitur fere omnibus verbis dictæ noſtræ concluſionis, quæ iccirco nõ referam hic breuitatis cauſa. Pan. Panorm. quoque conſentiens noſtræ concluſioni in dicto c. ſi quis presbyter, infraſcripta notabilia adduxit infraſcriptis verbis, videlicet: & primo in verſ. ſecundo not. dixit, quòd apparente accuſatore, non debet indici purgatio infamato; quia iſta purgatio eſt ſubſidiaria; ſcilicet, quando crimen aliter probari non poteſt: ceſſat ergo ratio adueniente accuſatore: & in ver. in Glo. emendauerit, in fine, ait: nota Glo. iuncto textu, qualiter quis debeat infamiam facti purgare; quia debet deſiſtere ab illis operibus, ex quibus oritur infamia, & inhęrere virtutibus: nã contraria contrarijs curantur, de pęn. diſt. 2. c. 1. & per hoc intellige iſtum tex. in delicto ſucceſsiuo, ut etiam intelligit Ioan. And. ut puta, tenebat mulierẽ ſuſpectam in domo, uel conuerſabatur in loco minus honeſto; talis ergo poteſt emendare & corrigere hanc infamiam, ſcilicet, abſtinendo: & ideo hic requirunt admonitiones ante ſuſpenſionem. hæc ibi Pan. Specul. quoque in Specul. lib. 3. ſub titulo de purgatione cano. in principio, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: & nota, quòd qualitercunquẽ de crimine contra aliquem actum ſit, ſi non ſit conuictus, & confeſſus, & mala fama perdurat, monebit eũ iudex primo ſeorſum; poſtea coram teſtibus, ut ſe corrigat. quod ſi non fecerit, ſuſpendet eum uſque ad dignam ſatisfactionem; & extra eod. tit. c. 2. & c. ex tuarũ. 3. q. 3. c. quia ea, & 2. q. 5. c. presbyter. & ſic intellige illa iura, & alia de ſuſpenſione loquentia infamati: nec obſtat. 2. q. c. nomen, & extra eo. c. inter, ubi videtur infamis ſtatim ſuſpẽdendus; quia illa iura, & ſimilia loquuntur, vbi enormitas, uel ſcãdalum hoc inducit. digna ergo ſatisfactio eſt, quia ad purgationem cogendus eſt canonicam, ut extra de purgat. cano. c. cum P. & c. finali, & extra de teſtibus. c. tum litteris; nec eſt ius, quantum ad hoc, a quibus infamia orta fuerit, ut notatur ſupra de inquiſitione. §. nunc tractemus: ſed tu dic in §. uiſo igitur in ver. quid ſi crimen, ubi infraſcriptis utitur verbis, videlicet: ſed poſt relationem ac interpretationem opinionis Goffredi, dicit ergo ipſe Specul. ubi ſupra: & hoc caſu intelligit, quòd clericus debet ſuſpendi. nõ enim debet ſtatim propter infamiam ſuſpẽdi, niſi enormitas delicti, uel ſcandali id expoſcat ſic: nec forte eſſet cõtra ius ſi tũc ſtatim indiceretur purgatio, quæ ſecundum oẽs indicenda eſt, a quibus infamia proceſſerit, arg. in c. qualiter, el ſecundo, de accuſ. & de purgat. cano. in c. accedens, & c. cum iniuuent. ceterum ſi omnes dicant eum innocentem ſcilicet, quia non credunt illum commiſiſſe crimen, de quo quæritur; tunc abſoluitur, & non ſuſpenditur, nec purgatione oneratur; niſi forte ex abundanti indicatur ad tollendam infamiam facti, ut in c. habet hoc. & c. menna. 2. q. 5. hæc omnia Specul. ubi ſupra in titu. de inquiſitione: ſequitur modo in titu. de purgat. cano. ubi ſupra, infraſcriptis verbis, videlicet: & ſi eam purgationem præſtare noluerit, uel in purgatione faciẽda defecerit, tãquam conuictus de illo crimine debet puniri; ut ĩ d. c. cum P. & extra de ſimonia, c. de hoc c. inſinuatum; ſed ſi infamatus non eſt, in nullo caſu eſt ad purgationem cogendus, ut in c. fin. 6. q. ultima. in crimine uero no-

torio purgatio non eſt ſuſcipienda oblata, nec indicenda.

SEPTIMA CONCLVSIO.

VBi delictum, de quo aliquis fuit infamatus, eſt momētaneum, uel nimis ſcandaloſum, & non ſucceſsiuum; uel q̃n purgandus eſſet negligens in p̄ſtanda purgatione; uel uehemens ſuſpicio orta ſit ipſi iudici, non aũt alijs; iudex dēt ſtatim taliter infamato purgationem indicere, uel uſque ad ſuſpētionem ꝓcedere, non p̄miſsis illis monitionibus, de quib⁹ ſermo factus fuit in præcedenti capitulo. hæc concl. probatur duplici medio. primo per tex. in c. inter ſollicitudines ex̃. de purg. cano. ubi Inn. iij. ſcribens Serionen: archiep̄o infr̃is uerbis uſus fuit, vcȝ: inter ſollicitudines noſtras illa dēt eſſe præcipua, vt capiamus vulpeculas. & infra: licet ergo eccleſiaſtica conſtitutio tales ab off. tantum uſq; ad purgationem cano. doceat ſuſpendendos: quia tñ, cum ēt a beneficio pp immanitatē crĩs ſuſpēdiſti, nolumus improbare; nec illud ēt improbamus; ꝙ licet contra eum nullus accuſator legitim⁹ appareat ex off. tuo; tñ fama publica deferente voluiſti plenius inquirere ueritatem: attendētes aũt vulgatam infamiam, graue ſcādalum, & vehementem ſuſpicionem ex teſtium dictis obortam, quæ contra Decanum facere videbantur, cum pp eorũ quodlibet ei eſſet purgatio indicenda, & ſeruantes iuſtitiā, & mollientes rigorem, purgationem ei iiij. manus ſui ordinis duximus indicendam. hæc oĩa in d. c. inter. probatur & ſecundo auct. Doct. Glo. enim ĩ d. c. inter. ver. inter. circa finem, infraſcriptis utitur verbis, vcȝ: quandoque tñ pp enormitatem delicti, & ſcandalum, & infamiā magnam ide ortam ſtatim pōt ep̄s ipſum ſuſpendere de off. & benefi. ut hic factum fuit: & ſic pōt intelligi capitulũ illud, ſi quis presbyter. & hoc innuit bene littera illius; & Hugo ſic ītelligit illud. hæc Glo. ibi. Hoſt. quoq; ubi ſupra infr̃is utitur verbis, vcȝ: aliàs non ſtatim dēt ſuſpendi pp infamiā; niſi enormitas delicti, uel ſcandalũ hoc expoſcat. hæc ille poſt adducta illius uerba in præced. concl. Pan. quoque ſubſcripſit ſe noſtræ concl. in cap. ſi quis presbyter. de purg. can. in ver. in Glo. emēdauerit, circa finem; ubi poſt verba per me allata in præcedenti concl. dicit: & ideo hic requirunt admonitiones ante ſuſpicionem; ſecus, ſi delictum fuiſſet momentaneum, ut puta, eſt infamatus, quòd occidit Sempronium, uel cōmiſit ſimoniam, conferendo talem eccleſiam: nā hæc infamia non pōt de facili purgari p infamatum: vñ in hoc caſu non ſunt neceſſariæ admonitiones, de quibus in tex. quia fruſtra fierent, cum non poſsint hoc emendare: tunc. n. ſine iſtis admonitionibus pōt procedi ad purgationem, uel ad ſuſpenſionem; prout dr̃. in c. inter, de purg. can. & aduerte, quia ſuſpenſio ab off. non dēt ſemp fieri ante p̄ſtitam purgationem; ſeu dēt intelligi tex. q̃n delictum eſt enorme, uel ſcandalum imminet, ut in d. c. inter. tu dic, ut ibi; uel purgādus ē negligens in p̄ſtanda purgatione, vcȝ: ſecundo nota, ꝙ infamatus non dēt regulariter ſuſpēdi a beneficio, anteq̃ deficiat in probatione; ſed rōne enormitatis criminis, vel ſcandali imminentis pōt ſuſpendi a beneficio, donec ſe purgauerit: & eſt in hoc iſte tex. ualde notabilis; & quotidie ſolet allegari. hæc ibi Pan. ſed paulo poſt in V̄ſ. vlterius nota: ĩſcripta notabilia attulit pro maiori intelligentia Doctorum, vcȝ: vlterius nota, ꝙ ſi per modum inquiſ. crimen non potuit probari plene, non eſt reus ſimpliciter abſoluēdus; ſed ſi remaneret infamia, uel ſcandalum, uel vehemens ſuſpicio, poteſt compelli ad ſe purgandum. & nota ex hoc & ex textu ſingulariter tria; quorum quodlibet ſufficit ad purgationem indicendam, ut eſt vulgata infamia, graue ſcandalum; quod intelligitur etiam ſine infamia, ut differat a præ-

Ca. Inter ex. de purgat. can.

Hoſt.

Pan.

à pcedenti, & uehemens ſuſpicio;& ſic ſufficit ſola vehemens ſuſpicio:ſed tex. adduco in oppoſitum in c. tua de cohab.cler.& mul.in fine, ubi tex.ſingulariter dicit, ꝙ oporteat ſuſpicionē eſſe tantam, ut generet ſcandalum: ita intelligo iſtum tex. nam iſta ſuſpicio hic erat orta ex dictis hoſtium, vt in littera iſta; aliàs non differret a ſecundo modo, cum ſupra præmiſerat de ſcandalo;aut eſt plus ſuſpectus alijs, quàm Superiori; & tunc non ſufficit ſuſpicio ad indicendam purgationem; niſi tanta ſit,quòd generet ſcandalum:& ita intelligo dictum capitulum tua. & ex ſupradictis nota, ꝙ uehemens ſuſpicio ſolius iudicis ſufficit ad indicendam purgationē:& quod tenet hic Inn.ſatis mihi placet; & videt iudicio meo tex. hic innuere, qa ex teſtiū dictis erat ſuſpicio:de quo tamē vide;bonū tex.cum Glo. in c. omnibus.2.q.5.hæc oīa Pan.q & ī c.qualiter, & qñ el 2.extra de accuſ. col. 7. poſt relationem multarum opinionum,infrīs utitur verbis, videlicet: quare concluderem ſic; ꝙ aut quis eſt ſuſpectus ſoli epō, & ſuſpicio eſt probabilis; & tūc poterit indici purgatio. & ita loquitur proprie c. oībus. & remanet clarum dictū Innocentij: aut eſt ſuſpectus alijs; tunc ſi eſt probabilis, & tāta,ut inducat ſcandalū,indicetur purgatio; ſecus,ſi nō induceret ſcādalum: & procedit c.tua pręalleg.& ex hoc reſtringitur multum c.illud oībus. quod dixi de epō,idem eſt, ſi eſt ſuſpectus alteri Superiori,ſuo iudici,ut ſentit Inn.ī d.c.inter. & eſt diuerſitatis ratio inter ſuſpicionem iudicis,& aliorum, qa nō ita de facili præſumitur contra iudicē, ſicut contra alios, vt in c.ad audiētiam eẍ.de præſcriptionibus. hæc Pan. ubi ſ̄. ſed notādum, quod quo ad ſuſpicionem attinet, dicit Glo.prædicta in d.c. omnibus in ver.aut ,ubi infrīs verbis utiturvcʒ: credo tamen, quòd ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus, ꝙ poteſt eum cogere ad purgationem; ſecus, ſi non eſt accuſatus ſecundum leges,per illud. 6. quæſt. 2. cap. placuit. immo inuenio, quòd propter calumnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare,ut in c.veniēs.eẍ.de accuſ.hæc Glo. vbi ſ̄. Specul. quoq; ſubſcripſit ſe nīæ concl.in lib.3.tit.de purgat. cano.& primo in ver. quid ſi aliquis, infraſcriptis vtitur verbis, vcʒ: qd ſi aliquis eſt infamatus apud bonos & graues;infamia tamē tantū ab uno ortum habuit? rñdeo; dic,ꝙ debet ſe purgare;extra đ adult.c.ſignificaſti, & arg.eẍ.de reſcriptis.c ſi qñ.de pœniten. diſt.1.c importuna,ſecundum Vinc.qui hoc notat eẍ. de pręſumptionibus.c.cum in iuuentute.hæc ille,vbi ſ̄.qui & in ver. illud etiā ſcias,infraſcriptis utitur uerbis, videlicet:illud etiam ſcias,quòd epiſcopus ſibi ſuſpectos poteſt ad purgationem cogere. 2. q. 5. c.omnibus.extra de offi ord.c. ex parte in fine. quod uerum eſt, quando ingens eſt præſumptio contra eos;aliàs non.2.q.1.c.1.80.diſt.c.ſi quid uero,eẍ.de ſimonia c.licet;niſi infamati ſint apud bonos & graues, ut extra de purgatione can.c.cum in iuuentute, de hoc notatur ſecundum Papam in cap.cum oporteat.extra de accuſa.hęc Specul. Specul.

OCTAVA CONCLVSIO.

IVdex, cum īuenerit quomodocunq; infamatum aliquem apud populum, dēt ipſi iubere, ut publice purgare ſuā ſtudeat infamiam:ſi uero eſſet infamatus apud clerum, debet indicere ipſi, ut hoc agat coram clero; & in vtroque caſu coram ipſo iudice. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per arg.in c.illud,diſt.23.ubi hæc habētur, videlicet:illud ſtatuendum eſt, ut quando ad eligēdum epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit ꝗſuborta(qa ſæpe talia ſunt facta apud nos)nōpſumant ad purgandum eū;qui ordinandus eſt,tres tantum accedere, ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum duo,vel tres,& in eadem plebe

cui ordinandus eſt,diſcutiantur primo perſonæ contradicentium;poſtremo ēt illa, quæ obijciuntur,pertractentur; & cum uocatus fuerit ſub aſpectu publico,ita demum ordinet̄.hęc ex illo canone:ex cuius V̄bis elici poterit q̄ facillime,uerā eſſe concl.nr̄am; & in c.presbyter ſi 2.q.5.ubi hæc fuerūt ſtatuta in cōcilio Illerdenſi,vc3:presbyter ſi a plebe ſibi cōmiſſa,mala opinione,infamatus fuerit, & ep̄s legitimis teſtib' approbare nō potuerit, ſuſpēdat̄ uſq; ad dignā ſatisfactionē;ne populus fideliū ſcādalū patiatur. digna vero ſatisfactio eſt, ſicut a maioribus conſtitutum eſſe docemur, quādo ſiue ſecundum canones, ſiue ad arbitrium epi ſeptem ſibi collegas adiungat, & iuret &c.hæc ibi. & idē fere probatur p tex.in c.oib'. 2.q.5. & in c. ſi peccauerit.2.q.1.ubi inter alia hęc dicūtur:ergo corripienda ſunt ipſa coram omnibus,quæ peccantur coram omnibus; ipſa uera corripiēda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius. hæc ex illo canone. probatur & ſecūdo auctoritate Specul.in tit. de purgat.cano. in ver. hoc ēt nota;ubi infraſcriptis ntitur uerbis, vc3: hoc ēt nota,quòd infamatus apud populum,debet ſe publice purgare corā populo; ſi apud clerū coram clero; & in vtroq; caſu coram iudice.hęc ille:& per Doctores ibidem. probatur& tertio hac ratione,vc3:cum unicuiq; obſit damnū illatum,quātum ī ſe fuerit,damnum paſſo reſtituere tenet̄;ergo a ſimili,qui ſcandalum proximo ſuo poſuit mala ſua fama,debet bona ſua fama illud amouere,ne ſua cauſa alij quodammodo peccent.

NONA CONCLVSIO.

SI iudici aliquo modo conſtit erit,infamiam ortam eſſe a maleuolis ſeu inimicis, & non eſſet ſcandaloſa, non poterit indici purgatio ab ipſo taliter infamato; ſecus, ſi ex huiuſmodi infamia ortum eſſet ſcandalū, ut puta,ſi ꝓpterea populus abſtineret a diuinis, & hmōi.hæc concl.ꝓbatur triplici medio. primo per arg.in c.cū in iuuentute. ex̄. de præſcriptionibus, ubi inter cetera I.in. tertius infraſcriptis utitur verbis vc3: quia tamen eius ſuggeſtio non de radice charitatis procedere uidebat̄, noluim' autes noſtras quaſi malignis detractionibus inclinare; ſed ut probaremus,ſi ſpiritu eſſent ex deo, Taurēſi ep̄o dedimus in mandatis, ut prudenter,& caute ab epiſcopis īdagaret,vtrū prę fatum epiſcopum crederent tali labe reſperſum.hæc ibi:ex quibus quamoptime elicitur probatio concl.noſtræ per arg. idem probatur per tex. in c.in cunctis. 11.q.3.in quo inter alia Greg. Papa ſcribens Conſtantiano Mediolanenſi ep̄o,infraſcriptis utitur verbis, videlicet:a' veſtra igitur ſanctitate abſit, a iudicio Chriſtianorum ea,quę maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualēcumq; modulū ſuſpicionis adduci; quia & ſacri eloquij teſtimonium tenemus,ut mala maiorum, cum forſitan dicuntur,niſi probata, credi non debeant. hæc ibi. & in cap. cum in iuuētute, extra de purgat. cano.vbi Innocentius tertius inter alia infraſcriptis uerbis utitur, videlicet: vnde nos tātum ęmulorum nequitiam attendentes, licet pulſati fuerimus cōtra eum;nunquam tamen aduerſus ipſum potuimus commoueri, ſcientes, quòd dictum facile ſequitur multitudo. & paulo poſt: vnde quidam procurator ipſius de concilio amicorum ſuorum, qui ſuper hoc bonum zelum habebant,ſed nō ſecundum ſcientiam, cepit cum īſtantia poſtulare, quatenus eidem epiſcopo purgationem cano.faceremus indici, ut ſuam innocentiam demonſtraret:nos autem poſtulationē huiuſmodi minus prouidam reputantes, ꝓcuratorem ipſum ſæpe uolumus ab eo reuocare:& infra; ceterum,quia procurator inſtabat, compulſi fuimus, nec iuris neceſsitate, ſed importunitate petentis, ut per uos ei purgationem canonicam cum duobus abbatibus

tibus mandaremus indici. hæc omnia in illo canone.& hæc adducta fuere ad probationem primi membri concluſ. præſentis:quo uero ad ſecundũ membrum adducitur tex.in c. inter ſolicitudines,extra de purgat. canonica;cuius uerba una cum ſententia Doctorũ fuerunt allata in conclu.præſentis cap.ubi plene fuit illud probatum.quapropter probandum hic reſtat primum membrum præſentis concl. auctoritate Doctorum.& icciirco ſciendum, quòd noſtræ concluſ. ſe quoq; ſubſcripſit Gloſa in dicto c. cum in iuuentute, extra de præſumpt.in ℣.malignis,ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet:& eſt arg. quòd propter infamiam a maleuolis ortam non eſt inquiſitio facienda, uel purgatio indicenda: & Gl.in d.c.in cũctis in ℣. maledicorũ,infraſcriptis utitẽ uerbis,uidelicet:arg.quòd infamia orta ab inimicis non inducit purgationẽ; nec etiam a leuibus perſonis,nec ab illis, qui facile credunt.Specul. quoq; in lib.7.ſub tit. de purgat. canonica in ℣. quid ſi liquere poteſt,infraſcriptis utitur uerbis,videlicet;quid? ſi liquere poteſt,infamiam ortam ab inimicis:reſpõdeo, non eſt purgatio indicenda reo. 2.q.2.c.omnibus:11.q.3. c.in cũctis,extra de accuſat. c.qualiter;alij dicunt ſufficere undecũq; orta ſit; dũ tñ apud bonos grauata ſit eius opinio. arg.extra de præſump.c.cum in iuuentute. tu dic, quòd ſicut non ualet teſtimonium ab inimicis prolatum, nec iudex ſecundum illud ſentẽtiare debet, ut extra de ſimonia,c.licet,& c.per tuas, & ex̃ de accuſ.c.cum oporteat;ita nec propter infamiam ab eis ortam indicẽda eſt reis purgatio,ut in primis concor.hæc Spe. ubi ſ.Panor.quoq; ſe ſubſcripſit noſtræ concl.in c.cum oporteat,ex̃ de accuſat. cõcl.7.in ℣. primum, numquid; ubi infraſcriptis utitur uerbis, vc3. primum, numquid,ſi infamia eſt orta a maleuolis,poſsit fieri inq. uel indici purgatio. quòd primum breuiter puto,q̃ubi cõſtatet, quòd infamia eſſet orta a maleuolis,quòd tunc nec inquiſ. nec purgatio eſſet indicenda, ut uidetur probari in c.cum in iuuentute,extra de præſumptis: unde poſſet illud dici,uanæ uoces populi non ſunt audiendę, in ca.Oſius de elect.& populus cum male mouetur eſt docendus,non ſequendus 62.diſt.1. c.Doctoribus; facit quod notat Bar. in præallegat. §. tormenta in l.de minore. ff.de quæſt. ubi dicit non curandum de infamia ſiue fama, quando non proceſſit ex probabilibus coniecturis; ſed ſi ĩfamia eſſet ſcãdaloſa, ut quia populus ꝓpter hæc abſtinet a diuinis; uel aliud ſcandalum inde timeretur; tunc ſi poteſt ſedari per purgationem, indicenda eſt purgatio,arg. 2.q.5. c.mandatis, & ita intelligo iſtam Gloſ.hæc Pan.Atchid.quoq;in d.c.in cunctis 11.q.3.poſt multa notabilia,quę ſupra retuli in relatione ſententiæ Pan. in fine dicti cap. infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: dicas finaliter,quòd ubi conſtat, quòd infamia ab inimicis, & æmulis oritur, non eſt propter hæc purgatio indicenda, niſi ad importunitatem petentis hic concedatur,ut in prędicto c.cum in iuuentute;uel niſi ſcãdalum immineat, ut ĩ c.inter eod.tit.1. de purgatione canonica.probatur & tertio præſens cõcluſio hac, ſcilicet, ratione:cum nemo ſit grauandus,ac iniuſte tædio, ac defatigatione afficiẽdus; & ex indicta purgatione iniuſte, ac non iuridice maximum ſit grauamen tum ratione iuramenti deferendi a purgando, tum pro inueſtigandis, ac congregandis compurgatoribus; merito ergo dicitur, q. in caſu noſtræ concluſionis nemini ſit indicenda purgatio,cum in tali caſu neceſſaria non ſit,immo prohibita.

DECIMA CONCLVSIO.

IVdex non poterit indicere purgationem infamato, ſi habeat ipſe iudex probationes paratas de ueritate criminis contra infamatum; nec hoc poterit in delicto notorio.hæc concl. probatur,

triplici medio.primo in c.cum dilectis filijs,extra de purgat.canon. circa finẽ uerſic.dicitur enim; ubi hæc habentur, uidelicet:cum nimirum,ſi crimen noto rium exiſtebat,non erat illi indicenda purgatio; ſed in eum condemnationis ſententia promulganda, ut in c.nos inter,de purgat. canon.arguendo a contrario ſenſu:quoniam ibi dicitur,quòd accuſatore,& teſtibus deficientibus eſt indicenda purgatio;ergo teſtibus exiſtentibus non indicitur. hęc ibi.probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Gloſa enim in dicto c.in ℣.non erat illi indicenda,concludit, quòd in notorijs non eſt indicenda purgatio.Panor. quoq; fauet in d.c.nos inter;cuius ℣ba retuli in præſentis cap.concluſ.3.probatur & tertio hac ratione,uidelicet:cum purgatio non inducatur, niſi in defectum probationum; ergo,illis exiſtentibus,purgatio ceſſare debet.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Accuſatore apparente,uel teſtibus, non debet iudex etiam infamato indicere purgationem. hæc concluſio probatur triplici medio.primo p text. in c.nos inter de purgatione canonica, ſumendo argumentum a contrario sẽſu.hæc enim ibi habẽtur,uidelicet ; cõſul.T.taliter reſp.quòd ſi de aliquo criẽ publica laborat infamia,accuſatore, & teſtibus deficientibus, ad purgationẽ eſt per ipſum epiſcopum compellendus. hæc ibi:ex quo patet arguendo a contrario ſenſu, quòd exiſtente accuſatore, uel teſtibus,nõ eſt indicenda purgatio canonica. Probatur & ſecundo auctoritate Pan.in dicto c.nos inter, in ℣.in Gl.1.cuius opinionem ſępe retuli. Hoſt.quoq; in Sũma, ſub eod.tit.§.quãdo eſt indicenda purgatio, in fine ait: hoc etiam teneas, quòd tunc demum recurrendum eſt ad hanc purgationẽ, quando alię probationes deficiunt.hęc ille. probatur & ratione eadem adducta in præcedenti concluſione.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Semel abſoluto per purgationem canonicam legitime factam,non poterit iudex indicere ſuper eandem infamiam, uel indicia præcedentia contra illum;ſecus,ſi infamia oriatur de nouo. hæc concluſio probatur duplici medio. primo enim per arg.in c.ex tuarũ, extra de purgat.canon. ubi Lucius III. Papa infraſcriptis utitur uerbis,uidelicet: ex tuarum intelleximus continentia litterarum,quod cum.H.presbyterum, quia infamabatur de homicidio,a ſacerdotali offic.ſuſpendiſſes,prędeceſſoris tui lřas tulit in mediũ;quibus appa uit, eum iudicio Aquę frigidę ſuã innocentiam purgauiſſe, & epm ſuis eũ litteris abſoluiſſe:quia uero peregrina iudicia ſunt inhibita, purgationẽ,quã præſtitit ſufficere non putantes, mandamus,quatenus ſi accuſatores idonei nõ apparuerint,ut cũ ſeptima aut quinta manu ſui ordinis,ſicut expedire cognoueris,per purgationem cano.ſuam innocentiam oſtendat, ſibi iniungas, quam cum præſtiterit, ſuſpenſionem ſine difficultate relaxes, & eum teſtimonij uiri boni annũcians ab infamia homicidij,nulli' cõtradictione, uel apparitione obſtante, abſoluas. hæc in d. canone:ex cuius uerbis, illis uidelicet: purgationem, quam præſtitit,ſufficere non putantes,mãdamus, &c. meo quidem iudicio luce clarius dicitur, quòd ſi purgatio fuiſſet legitima, Summus Pont. taliter abſoluto non indixiſſet purgationem:nec non elicitur, quòd ſi denuo orire tur infamia,eſſet quoq; indicenda.probatur & ſecundo auctoritate Pan.in dicto c. ex tuarum in ℣. ſecundo nota, ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſecundo nota, quòd ſemel abſolutus per purgationem can. nõ tenetur amplius ſe purgare, ut colligitur hic a contrario ſenſu: quod intellige,quando iudex uellet iterum indicere purgationẽ uigore infamię, uel indiciorum præcedentium; ſecus,ſi infamia oriatur de nouo, qa oporteret; quod

quòd iſta purgaretur; ad hoc c.fin. extra de colluſione detegenda. hæc ille.

TERTIADECIMA CONCL.

PVrgatio canon.eſt indicenda infamato ab ipſo iudice, ſi huiuſmodi infamatus eſſet de aliquo crimine incontinentiæ, uel furti, uel huiuſmodi, ſimoniæ, uel ſubornationis, uel huiuſmodi, ſub hac forma, uidelicet:iuro ſuper Sancta Dei hæc Euangelia, me non commiſiſſe hunc inceſtum cum tali, de quo ſum infamatus. hæc concluſio probatur duplici auctoritate. Primo enim auctoritate tex.in cap.fin.extra de purgat.canon.vbi hęc habentur, uidelicet:uenditionem iuſtitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit, iuret non commiſiſſe, poſtquam ad Archiepiſcopalem dignitatem ꝓmotus eſt.hæc ibi. probatur quoq; per arg.in ca.quoties, extra eod.cuius uerba in ſubſequenti concluſione adducẽda erunt; & per tex.in cap.presbyter ſi 2.q.5.in fine; cuius uerba referã in concluſione 16 præſentis capit. probatur & ſecundo Doct. auctoritate. Spec.n. in 3.par.ſub tit de purgat. canon. in ℣. is igitur, qui purgandus eſt, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: is igitur, qui purgandus eſt, corporaliter iurabit ſe immunem eſſe a crimine, ſuper quo dicitur infamatus, ut extra de purgat.can.c.accepimus.Hoſt.quoq; in Sũma, ſub eo.tit.in §.qualiter fieri debeat ℣bis uſus fuit infrãs, uc3: hæc eſt forma.infamatus iurabit ſe immunem ab eo, quo laborat infamia.hæc ille.Panor. quoq; in dicto c.fin.ſe ſubſcribens noſtræ concluſ. nonnulla notabilia circa hanc concl. ponderanda adducit. primo in ℣.nota primo ex tex.ait: quòd infamatus de delicto nõ cogitur ſe purgare a die natiuitatis ſuæ; quinimo ſi eſt prælatus, iurat a die promotionis ſuæ tantum.hæc ille.

c.fin.ex. de purg. canon.

c.presb. ſi 2.q.5.

Specul.

Hoſt.

QVARTADECIMA CONCL.

PVrgatio canonica eſt indicenda ab ipſo iudice infamato de ſimonia, uel huiuſmodi, ſub hac forma, uidelicet:primo iuro ſuper S.Dei euangelia, ꝙ pro eccleſ.Sancti Petri; ſeu pro tali re ſpirituali concedẽda tali, nec ipſe per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, nec aliquis pro eo, ipſo ſciente, preciũ recepit. ſecundo, nec mandauit, aut cõſilium dedit, nec auctoritatem præſtitit.tertio, nec ratũ habuit, ſi quid eius nomine factũ forſan fuiſſet. hæc concl. probatur duplici medio, probando ſigillatim unũquodq; membrum ipſius. quapropter ſciendum, ꝙ primum mẽbrum probatur per tex in ca. quoties, extra de purgat.canon. §.porro, ubi eadem fere uerba concl ibi habentur: & iccirco illa hic non repetam. reliqua uero mẽbra probãtur quoq; eadẽ auctoritate d.c. quoties, eo ꝙ tacite ibi contineantur. probatur & ſecundo auctoritate Doct.videlicet:Specul.ubi ſupra in præcedẽti concl.& Hoſt.ubi ſ. & etiam Pan. in d.c.quoties, ubi Innocent.III.infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet:nota tertio, quòd ille, qui ſe purgat ab infamia, debet iurare ſuper Euangelia de ueritate: illi uero, qui purgant eum, non debent iurare de ueritate. hæc ille.

c.Quoties. §. porro.ex de purg. canon.

Speculũ Hoſt. Pan.

QVINTADECIMA CONCL.

COmpurgatores tenẽtur iurare ſub aliqua horũ triũ purgationis formã.prima quarũ eſt, ut iurẽt corporaliter ſup Sctã Dei Euãg.ꝙ ipſi credũt, illũ purgãdũ uera iuraſſe.ſecunda eſt; iurabunt, ꝙ ſm ſuã ꝯſciẽtiã ille taliter infamat⁹ ſit immunis ab illo crĩe, & ꝙ bonũ exhibuit iurm.tertia iurabũt, ꝙ credũt, illũ taliter infamatũ dicere ueritatem. hæc cõcl. ꝓbatur ꝑadductis iuribus ad ꝓbãdã unamq̃q; formã. quaꝓpter ſciẽdũ, ꝙ prima forma habeť in c.quoties in fine, ex̃ de pur.cano.ubi infrãs utitur uerbis canon ille, uidelicet:deinde purgatores ſup Sctã Dei Euang. iurabũt, ꝙ ipſi credũt ipſum uerum iuraſſe. ſecunda forma probatur in ca.conſtitu-

c.Quoties ex. de purg. canon.

tus in §.ſane: ubi dicitur;ſane in purgationibus faciendis cum ſatis ſit illis,q pro purgando exhibent iuramentum ſecundum propriam conſcientiam, & opinionem, quòd purgádus a crimine ſit immunis;uel quòd bonum exhibuit iuramentum. tertia forma probatur p tex.in c.de teſtibus,ex de purg.cano.in quo habentur hæc uerba, uidelicet:illi uero qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id ſolum tenẽtur iuraméto firmare, quòd ueritaté credũt eum dicere,q purgatur.hæc ibi.Probat & ſecũdo auctorit.Doct. Specul.enim in eodem tit. vbi ſupra,ſe noſtræ concl. ſubſcripſit fere eiſdem uerbis, & Hoſt. ubi ſupra,& Pan.in dictis iuribus.

DECIMASEXTA CONCLVSIO.

Licet iudex poſsit aſſumere cõpurgatores ſecũdum arbitrium ſuum, habito reſpectu ad rem, de qua agitur,& ad qualitatem perſonæ,cui indicenda ſit canonica purgatio:tamen poterit hanc normam tenere circa numerum compurgatorum, contentam his uerſibus, uidelicet:

Pontificẽ pariũ man' purgat duodena:
Quinta ſacerdotẽ leuitã; tertia, pœna
Maior maiori,minor ẽ exibẽda minori
Quẽ plebs accuſat purgabit ĩ mãifeſto
Quem chorus ante chorum ſua ſit purgatio præſto.

hæc concluſio probatur triplici medio. primo, quòd huiuſmodi numerus ſit uoluntarius, probatur per tex.in c. presbyter ſi 2.quæſt.5. ubi ex concil.Illerdẽſi hęc habentur,uidelicet:presbyter ſi a plebe ſibi commiſſa mala opinione infamatus fuerit;& epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit,ſuſpendatur, uſq; ad dignam ſatisfactionem,ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur: digna uero ſatiſfactio eſt,ſicut a maiorib' cõſtitutũ eſſe docetur, quando ſiue ſecundum canones,ſiue ad arbitrium epiſcopi ſeptem ſibi collegas adiungat,& iuret in ſacroſancto Euang.coram ſe poſito, quòd crimen ſibi illatum non perpetrauerit: & hac ſatisfactione purgatus deinde ſuum exequatur officium. hæc in dicto canone. probatur & ſecundo Doctorum auctoritate:Glo.n.in c.inter extra de purgat. canon. in ℣. 14. manus,infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet hic excedit numerus compurgatorum propter immanitatem criminis:arbitrarius eſt enim talis numerus 2.q.5. c.presbyter ſi; & diminuit quandoque in epiſcopo infra eodem cap. cum in iuuentute ad finem.& ſic habito reſpectu ad criminis enormitatem indicenda eſt purgatio: quandoque cum pluribus,quandoq; cum paucioribus,ſecundum quod uiſum fuerit imponenti.ordinaria purgatio conſueuit notari illis uerſibus; Pontificem parium manus, &c. ut ſupra. hæc ille Doctor.Gloſa quoque finalis in dicto c. presbyter ſi;infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: arbitrium hic. nota compurgatores arbitrio epiſcopi ſumendos.Hoſt. quoq; in ſua Summa eod.tit. in §.quotus numerus compurgatorum,poſt relationẽ dictorum carminũ,quæ in cõcluſione adducta fuere,ſubinfert: ſed certe hodie tenent omnes, quòd numerus compurgatorum arbitrarius eſt:vnde duo primi uerſus corriguntur, & abijciendi ſunt:tertius,ſcilicet,Maior maiori tenẽdus eſt. ſed quod dicit; eſt exhibenda, ſubaudi ad arbitrium iudicis,vt probatur de ſimonia c. cum eſſent ad fin. eſt tamen caſus, in quo forte numerus arbitrarius non eſt,de quo in c. laudabilẽ §.1. de frigidis, quod dicunt notari in ſumma eiuſdem titu. qualiter ℣ ſed numquid ſufficit.hæc ille Doct. Pan. uero poſt approbationem d. Gloſę in d.c. inter,infraſcripta ſubinfert: Et ex pdictis habes modũ cognoſcẽdi;an ſupior in ĩdicẽda purg. excedat modũ,& arbitriũ boni uiri,ut cõſideret qualitas pſonę,crĩs,infamiæ,& alias circũſtãtias: nã ſi numerus minus excederetur, poſſet appellari, quia in commiſsis arbitro appellatur,ſi non facit, ut bonus uir,ut in c. 1. de dilat. & legitur, & notatur in

l. ſi qua pena. ff. de uerborum ſignifi. & in c. ſuper his, de accuſ. ſecus, ſi committitur conſcientiæ: non tamen debet intelligi de conſcientia vulpina, ut dicit Bal. in l. 2. C. de fide. hęc ille Doctor, ubi ſupra, qui & in c. cum in iuuentute. colum. 2. in ver. ult. colligitur, extra de purgat. cano. vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: vlt. colligitur argum. quòd numerus cõpurgatorum eſt arbitrarius: nã hic fuerunt deputati duo abbates. & in c. inter eo. tit. fuerunt 14. & in c. 1. ſupra eo. dicitur de duodecim & in c. ex tuarum, ſupra eo. dicitur de ſeptẽ: eſt ergo arbitraturus iudex numerum ſecũdum qualitatem perſonę, criminis, & infamiæ. hæc ille.

DECIMASEPTIMA CONCL.

Compurgatores debent eſſe eiuſdẽ ordinis, quo eſt ĩſignitus ij ſe purgandus. & licet quæ dixi ſint uera; tamen recipiunt nonnullas limitationes. prima quarum eſt, quòd quando hi, q eiuſdẽ ſunt ordinis, eſſent inimici ſeu infamati, uel eſſe præſumerẽtur; tunc admittuntur cõpurgatores ordinis inferioris. ſecunda limitatio; clericis deficientibus, laici admittuntur ad compurgandum. tertia; necnon & fœminę. hæc cõcluſio probatur duplici medio: qua probata probabuntur ſigillatim ſingulæ limitationes. primo igitur cõcluſio probatur per tex. ĩ c. ex tuarum, extra de purgat. cano. ubi Lucius tertius Papa poſt multa, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: mandamus, quatenus, ſi accuſatores idonei non apparuerint, ut cũ ſeptem aut quinq; monacis ſui ord. ſicut expedire cognoueris, per purgationem canonicam innocẽtiam ſuam oſtẽdere ſibi iniungas. hæc in dicto canone. probatur & ſecundo auctoritate Hoſtiẽſis in Summa in eo. tit. in §. quotus numerus. quales autem eſſe debeant ibi ait. primo requiritur, quòd ſint eiuſdem ordinis. hæc ille. prima limitatio autem probatur per argum. in c. cum in iuuentute, extra de purgatione canonica in fine, ubi hæc habentur, videlicet: vnde cũ nõ ſint alij Pontifices in Vngaria, merito videbatur, quòd per epiſcopos regni ſui non poſſet in illo articulo ſe purgare. ſecunda, & tertia limitatio probatur auctoritate Hoſt. ubi ſupra, & Pan. qui in c. inter. in fine extra eo. infraſcripta dixit. ſed tu dic, quòd ubi ex iſtis cauſis non poſſunt haberi compurgatores clerici, debent adhiberi laici, etiam fœminæ, ſi non poſſunt haberi viri: & ſi et ex hac cauſa deficerent, credendum eſt ſoli iuramento ipſius, ut eſt notabilis Glo. in c. cũ P. extra de accuſ. ſed de hac quæſtione infra latius dicetur in concluſione ſubſequenti. Pan.

DECIMAOCTAVA CONCL.

Iudex nõ poteſt admittere compurgatores aliquos, niſi eos, quibus ſint infraſcriptæ conditiones. prima conditio erit, quòd ipſis ſit nota vita, & conuerſatio infamati; non tantum pręſens conuerſatio, ſed & præterita. ſecunda, quòd illius ſint vicini. tertia, φ ipſi ſint honeſti, ac bonæ famæ in ſuis ordinibus inſtantes. quarta, quòd in iudicio non fuerint condemnati pro crimine, & quòd ab Eccleſia tollerent qm̃ non ſufficeret, φ eſſent ab Eccleſia tollerati, ſi aliàs eſſẽt ĩfamati. & vltima ſcd'm Pan. quòd purgatio præſtetur in loco infamiæ, ratione infra relata. hæc concluſio probabitur gradatim, probando illius conditiones ſingulas. prima, & tertia ergo conditio probatur apertiſsime per tex. ĩ c. cum P. Manconella. ex. de purgat. canon. ubi in principio hæc dicuntur, videlicet: cum P. Manconella presbyter; & infra: purgatores illius honeſtatis, & opinionis eſſe volum', quòd veriſimile ſit, eos nolle amore, uel odio ſeu obtẽtu pecuniæ deierare: ut autem idonei appareant, neceſſe eſt, ut eius, quem purgare debent, vitam, & conuerſationem agnoſcant. hæc in dicto canone: & per tex. in

Cõpurgatores quo admittẽdi. c cũ P. ex. p -e cuſat.

ca.Inter ex.d pur gat.can. in cap. inter, extra eod. ubi inter alia Innocentius tertius infraſcriptis uſus fuit uerbis, videlicet: ita tamen, ut qui ad eius purgationem proceſſerint cōprobandam, ſint fide catholici, & vita probati, qui conuerſationem, & vitam ipſius nō tam moderno tpe, quàm tráſacto nouerint. hæc ibi. & in c.conſti cap.Cōſtitutus. ex.d pur gat.can. tutus, in fine. eodem titulo, hæc habentur, videlicet: ſi purgatores ab Eccleſia tolerētur, & ſint bonę famæ, in ſuis ordinibus miniſtrantes; nec in iudicio pro crimine condemnati; procul dubio ſunt abſque ullius indagine admittendi. hæc Lucius tertius Papa in c.cū dilectus. ex. eo. dicto canone. & in capitulo, cum dilectus, extra eod. hæc habentur, videlicet: dilectus; & infra: illud autem vos attendere volumus, ut talos ad purgationem admittantur perſonæ, quæ vicinę ſint, & honeſtæ. hæc in dicto canone: per quos canones probatę ſunt ſingulę limitationes. Gloſa. prædicta Gloſa in c. inter, eodem titulo in verſi. moderno, ait, quia debent eſſe vicini, & noti. & Glo. in capitulo conſtitutus, eodem titulo in ver. tolerētur, ibi ait, & quòd ſint bonæ famæ, ut hic dicit; ſed crimen ei obijci nō poteſt, poſt quam ab Eccleſia tolerentur, ut a purgatione repellantur. hæc ille Doctor, ubi ſupra. probantur & hæ duæ conditiones Gloſa. & ſecundo per Doctores. Gloſa enim in dicto cap. quoties, extra eod.tit. in ver. religioſorum, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: nota, quòd compurgatores debent eſſe bonæ opinionis: ita quòd non ſit veriſimile, eos velle peierare, & ab Eccleſia tolerentur, infra eod. cap. cum P. & cap. conſtitutus; & qui eius conuerſationem agnoſcant, infra eo. cap. inter, & eadem Glo. in dicto c. cū P. ait, & qui vitā eius præteritam & modernam agnoſcant. hæc ille Doctor. & Gloſa in c. in decima. 18. Glo. q.2. hic patet, īquit, quod ſi clericus accuſetur, quòd deliquerit cum moniali, vel cum alia, poteſt ſe expurgare cum mulieribus. ad quid enim vocarentur iſtę, ſi non poſſent eſſe teſtes? cum enim clericus repellatur a dignitate obtinēda propter teſtimonium mulierum, vt extra de teſtibus c. tam litteris; multo plus per eas poteſt expurgare ſe. vnde ſatis admitti poteſt, quòd ſi clericus non poteſt habere alios compurgatores clericos, quòd per honeſtos laicos poteſt ſe purgare. hęc ibi. & Glo. in c. cum in iuuentute, extra de purgatione cano. in fine, in ver. nō ſint, infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet: notabile eſt, quòd aliquis per ſe ipſum poſſit purgari ſine aliquibus ſui ordinis, ſi omnes alij ſunt inimici, q. ſunt ſui ordinis: argum. 2. quæſt. 5. cap. ſi legitimi; & tūc cū alijs inferioris ordinis poteſt ſe purgare; & etiam cum laicis, ſi clerici deficerent ex eadem cauſa. hæc illa Gloſa. & Glo. in c. clerici, 81. diſt. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet; ſed Glo. quid? ſi duo clerici dicunt me commiſiſſe fornicationē cū aliqua, tali die; & duo laici dicunt, me fuiſſe ſecum tota Teſtes duo laici deponētes p clerico euacuāt teſtimoniū duorum clericorum contra clericū. Hoſt. Pan. die, alio in loco. dico præponēdos laicos, quia ſtant pro reo. & ita patet hic, quòd clericus poteſt ſe purgare cum laicis. hæc in dicta Gloſa. Hoſt. enim in ſumma, ubi ſupra, de uerbo ad uerbum illas refert. Pan. uero in dicto ca. cum P. Manconella, in primo notabili, infraſcriptis utitur verbis, videlicet; nota primo ex tex. quòd compurgatores debēt agnoſcere uitam eius, quē purgare uolunt. & in hoc differunt iſti ab alijs teſtibus; nam deponentes ſuper contractibus, uel alijs non eſt neceſſe, ut cognoſcāt vitā eorum, contra quos, vel pro quibus deponunt de qualitate inhęrerente perſonis; ſed iſti cōpurgatores, cum habeant deponere de veritate ſuper vita & moribus purgādi, non poſſunt deponere; niſi habeant notam vitam, & mores eius. hæc ille: q. in fine in ver. in Glo. 1. in fine, infraſcriptis utitur uerbis notabilibus, videlicet: nota Gloſam: nam videtur intelligere c. inter, infra eo. in fine, & maxime i iuuene, qui de facili ſe corrigit. & hoc

caſu

caſu procedit iſta Glo. aut fuit deliĉtũ
perpetratum de præſenti ; & tunc pro-
cedit opinio Hoſt. hæc Pan. ubi ſupra,
q in c.inter eo.tit.ĩ V̄.nota purgationẽ,
infraſcriptis utitur uerbis , videlicet:
nota purgationem eſſe præſtandam in
loco infamię:nam alibi facilius reperi-
ret compurgatores ; nec eius præſta-
tione deleretur infamia , uel ſcanda-
lum : & ſubinfert idem Pan.in ſequen-
ti ver. nota , ꝙ cũ purgatores debent
habere notam conuerſationem purgã-
di , nedum de præſenti , ſed etiam de
præterito ; ſed limita iſtum tex. prout
dixi in c.cum P.ſupra eo.& idem Pan.in
c.cum dilectus. eo.tit.in not. primo,in-
fraſcriptis utitur uerbis, videlicet:no-
ta primo ex tex.unam bonam qualita-
tem requiſitã in purgationibus;ut ſint
vicini illius, quem purgare uolunt . &
quo ad hoc poteſt ſaluari hoc capitu-
lum de ſuperfluitare : nam vicini præ-
ſumuntur melius ſcire conditionem,&
qualitatem vicinorum,vt ĩ c.quoſdam,
& in c.quanto de præſumpt.puto tamẽ
quòd ex vna cã non requirerentur vici
ni;ut quia ex aliqua cauſa ſint ſibi exo
ſi , ĩ quo ſufficeret habere alios:ad hoc
infra in c. prox. hæc Pan.

DECIMANONA CONCL.

IVdex debet ſtare iuramento purgã-
di tantum, ſi ipſe purgãdus non poſ-
ſit habere compurgatores,vt puta,ſi il-
los habere nõ poſsit, quia de eo teſtes
non cõfidunt ; ſeu non eſt fides in alijs;
aut cum ſit pauper, uel extraneus,non
habet notos in ciuitate neque laicos ,
uel neque fœminas compurgatores
poſſet habere:cum nõ poſsit quis obli-
gari per iudicem ad compurgandum.
ſed ſi nõ poſſet purgandus habere cõ-
purgatores eo,ꝙ eſt taliter infamatus,
& malo nomine reſperſus, quòd a nul-
lo ſibi præſtarur fides ; tunc habebitur
pro conuicto,ut infra loco ſuo dicetur.
& non ualebit ipſius iuřm pro ſe . hæc
concl. probatur triplici medio . Primo
c.fin.ex. per arg.in c.fi.in fine, ex̃.de iureiur. ubi
in §.ſane,infra habenť,vcӡ:ſane ſi actor de iure
oĩno in probatione defecerit,reus dẽť, iur.
& ſi nihil pſtirerit,obrinere, pſumptio-
ne faciente ꝓ illo : reo tñ iuřm deferri
põt ad oſtendendã ſuã innocentiã. hæc
ibi.Probať & ſcđo Doct.auct.C.l.n.ĩ d.c.
fi.ĩ V̄.oĩno in probõne,iter alia his vtiť Glo.
verbis,vcӡ:ſi uero actor hẽt pſumptio-
nem pro ſe,& contra reum;tunc contra
talem pſumptionẽ deferť a iudice reo
iuřm ad purgandam innocentiam ſuã,
vt hic dicit expreſſe hæc Glo.in d.c.Sed
in c.cum P.ex̃.de accuſ.in ver.cum trib',
inter alia,infraſcriptis vtiť verbis, vcӡ:
quid, ſi non põt habere cõpurgatores?
diſtingue: ſi hoc contingat ex eo, ꝙ eſt
taliter infamatus ; tunc puniri dẽť tanq̃
conuictus, ut in c.inſinuatum, ex̃.de ſi-
monia, & infra de purgat.can.c.cum P.
ſi uero non põt habere, qa eſt aduena,
põt credi ſuo iuřo , ceſſante ꝓbatione,
arg.ſup.de iureiu. ĩ c.fi.Quid,ſi hẽt bo-
nos laicos?admittunť.hæc dicta Gl.ubi
ſ.Pan.vero in c.inter in fine,ex̃.de purg. Pan.
can. examinans hanc q̃ſtionem, ſe ſub-
ſcripſit nr̃æ concl. uerbis iam relatis in
præcedenti concl. Probatur & tertio
hæc concluſio iuribus iam adductis
in relatione ſententiarum Doctorum.

VIGESIMA CONCLVSIO.

COmpurgatores nolentes ferre te-
ſtimonium pro purgando , licet ex
honeſtate ac charitate debeáť purgã-
do opem ferre, per eorum compurga-
tionem ſeu depoſitionem;nihilominus
ad hoc nõ ſunt cõpellendi a iudice.hæc
concl.probať duplici med.Primo p tex. c cũ P.
in c.cũ P.ex̃.de purg.can.in fine,ubi hæc ex. de
habenť poſt enarrationem cõditionũ , purgat.
quibus decorandi erunt compurgato- canon.
res,vcӡ:prę caueas; ꝙ ſi quis purgando
ĩ ſua noluerit purgatione aſsiſtere, nul
lã ei maleuolentiam , uel indignationẽ
oſtẽdas,nec eos impedias,uel ab alijs,
quantum in te eſt,impediri permittas.
hæc in dicto canone.ꝓbatur quoq; au-
ctoritate Pan. in c.cum dilectus, ex̃. de Pan.
purg.can.ubi infraſcriptis vtiř. V̄bis,vi
delicet:

delicet: ſed quæro numquid compurgatores poſsint compelli ad purgandũ aliquem, dicunt Doctores, quòd nõ: vnde iſti ſunt voluntarij, & non coacti, vt dixi in c.prox.& facit c.cum P.extra eod.hæc ille ibi: ſed in d.prox.primo c. ĩter.col.3. in ver.& poteſt eſſe ratio diuerſitatis, infraſcripta aſſeruit, videlicet: quia maiores habẽt notitiam plurium, & facilius propter potentiam inueniũt compurgatores; & minores nõ; ergo non habent tot notos, nec de facili poſſunt alios inducere ad ſe purgãdum: nam iſti compurgatores ſunt voluntarij, & non poſſunt compelli, ſicut alij teſtes, ut notaui in c.ſequenti.facit c.cum P.eod.titulo.hæc oĩa Pan.ubi ſ.

VIGESIMAPRIMA CONCL.

Iudex poſt purgationem non canonice præſtitã, tenetur accuſationem ſuperuenientem admittere. hæc concl. probatur per tex.in c.ex tuarum, extra de purgat. can.ubi his uerbis vſus fuit Lucius tertius Papa: poſt reprobationem purgationis Aquę frigidæ, videlicet: quia uero peregrina iudicia ſunt inhibita, purgationem, quam præſtitit, ſufficere non putantes, mãdamus, quatenus, ſi accuſatores idonei non apparuerint, ut cum ſeptẽ aut quinq; monacis ſui ordinis, ſi expedire cognoueris, per purgationem canonicam innocentiam ſuam oſtendat. hæc ibi inter alia; ex quibus patet ueritas noſtrę concluſionis arguendo tacite; ꝙ dictum ſit in dicto canone, ꝙ ſi accuſator idoneus apparuerit, omiſſa alia purgatione, quæ eſſet ſecunda, admittẽda eſſet accuſatio. ac per uiam ipſius procedendum fore a iudice, & nõ per purgationis indictionem, probatur auctoritate Pan.qui ĩ dicto c.ex tuarum, in ver. ſed quo ad principalem, infraſcriptis uerbis vtitur, videlicet: & capiendo ueriores opiniones concludendum eſt, quòd aut purgatio non fuit canonice pręſtita, & admittitur accuſatio, ut hic, non obſtante purgatione. hæc ille.

c.ex tuarum ex. de purg. canon.

Pan.

VIGESIMA SECVNDA CONCL.

Si fuit indicta purgatio, & adimpleta ab ipſo purgando, accuſatore interueniente, ut quia, teſtibus deficientibus, ratione ĩfamiæ fuit indicta purgatio, regulariter poſt ipſam purgationem exhibitam non admittitur accuſatio; licet ĩ infraſcriptis caſibus fallat hæc concluſio. hæc uero concluſio probatur triplici medio. Primo per tex.in l.ſi cui.§.iiſdem criminibus.ff. de accuſ. vbi hæc habentur, videlicet: de iiſdẽ criminibus, quibus quis liberatus eſt, nõ debet præſes pati eundẽ iterũ accuſari: & ita diuus Pius Sal.Valenti reſcripſit. ſed hoc utrum ab eodẽ, an nec ab alio accuſari poſsit videndum eſt. & putem, quia res inter alios iudicatæ alij non præiudicant, ſi is, qui nunc accuſator extitit dolorem ſuum ꝑſequatur, doceatq; ignoraſſe accuſationem ab alio inſtitutam, magna ex cauſa admitti eũ ad accuſationem debere: ſi tamen alio crimine poſtuletur ab eodẽ, qui ĩ alio crĩe eum calumniatus ſit, puto non facile eum admittendum, qui ſemel calumniatus ſit; quamuis filium accuſatoris admitti oportere aliam accuſationem inſtituentẽ aduerſus eũ, quẽ pater accuſauerat diuus, Pius Iulio Candido reſcripſit.hæc omnia in dicta l.ſi cui & §.iiſdem.& Glo.ibi magna ex eã poſt multa infraſcriptis vtitur uerbis, vꝫ: ſufficit ergo, uel quòd ꝓbetur præuaricatio, uel ignorantia ab eo, qui ſuum dolorẽ proſequitur: & quòd hic dicitur ĩ tex. ex magna cauſa, ſubaudi maxime, ſecundum unam opinionem poſitam ĩ Glo.& eſt vera; item dicitur hic, doceatq; ſe ignoraſſe: quæro quo modo poterit docere de ſua ignorãtia: dicit Gloſa.ignorantia probatur eo ipſo, quòd non probatur in contrarium: ut l.ſuper ſeruis.C.qui milit.non poſ.quia quilibet ignorare pręſumitur, ut l.uerius. ff. de probat. uel doceat de ignorantia ſuo ſacramento. tene menti hãc Glo. quæro: dicit ipſe, quòd ignorauit & iu-

l. ſi cui. ff. de accuſat.

Bart.

& iurat:hęc uolo probare,quòd ſciuit; quomodo potero ꝓbare.rñdeo.hoc ꝓbabo probando, quòd erat proximus & vicinus ĩ loco; quia ex vicinitate loci pręſumitur ſcientia, vt in c.quoſdã, & c.quanto,ex̃.de pręſumpt.uel ꝓbando publicã famam, ſ. quòd erat publica fama de hoc in loco,ubi uerſabatur. hoc not. in Glo.in l.5.C.de pericu.tuto. quod tene menti. quæro; hic loquitur de abſoluto ꝑ accuſationem : quid de abſoluto per inquiſitionem?utrum habeat locum diſtinctio huius legis. reſponſio; quia inquiſitio ſuccedit in locum accuſ. ut dicam in l. 2.§.ſi publico. ff.ad l.Iuliam de adulterijs:pro hoc optime facit tex. & quod ibi dicit per Innocentium ĩ c.cum dilectus, circa finẽ, ex̃ de elect.Quęro,quid de abſoluto ſu per exceptionem? reſpondeo;aut exceptio fuit propoſita ad eundem finem, ad quem proponitur accuſatio,ſcilicet ad puniendum;& tunc proceditur,ſicut hic,& l.quod in diem.§.ſi rationem,ſupra de compenſ. ſi uero ad alium finẽ proponitur; tunc ſecus; arg.in l.uendicantem,cum l.ſequenti,ſupra de euict. hæc Bar. ubi ſupra.Pan.quoque noſtræ aſtipulatur concl.in c. ex tuarum.extra de purgat.cano.in ver.& capiendo ueriorem opinio. infraſcriptis uerbis inter alia vtens , videlicet:aut fuit canonice præſtita ; & tũc,aut interuenit accuſator,vt quia,teſtibus deficientibus, ratione infamiæ fuit indicta purgatio; tunc regulariter non admittitur accuſatio , ut hic in Gloſa in principio,& c. de his , & quod ibi dixi, de accuſ. hæc Pan.ubi ſupra.

VIGESIMATERTIA CONCL.

Poſt indictam purgationem a iudice, & completã a reo iux.ſacros canones , accuſatore non interueniente, ceſſante rõnabili cauſa ſuæ non accuſationis,termino iam pręfixo omnibus accuſate volentibus, cum clauſula decreti.ſ. quòd poſt terminum nõ audietur accuſator; tunc accuſator admittẽdus non erit. hæc concl. probatur triplici medio. & primo per arg.in tex.in c.finali,extra qui matrim.accu.poſſunt; vbi Inn. tertij decretum hoc reperitur, infraſcriptis contentum verbis,videlicet:cum in tua diœceſi, &c. ſi uero poſt contractum matrimonium aliquis apparet accuſator , cum non prodierit in publicum , quando banna ſecundum conſuetudinem in Eccleſijs edebantur, vtrum vox ſuę debeat accuſationis admitti , merito quæri poteſt: ſuper quo ſic duximus diſtinguẽdum: quòd ſi tẽpore denunciationis præmiſſæ is , qui iam coniũctos impetit,extra diœceſim exiſtebat ; uel aliàs denunciatio non potuerit ad eius notitiam peruenire , ut puta,ſi nimię infirmitatis feruore laborãs,ſanę mentis patiebatᷣ exiliũ, vel in teneris erat annis conſtitutus,adeo ꝙ ad comprehẽſionẽ talium eius ętas ſufficere non valebat ; ſeu alia cã legitima fuerit impeditus ; eius accuſatio debet audiri:alioquin cum rationabiliter præſumatur,quòd denunciationẽ publice factam idem exiſtens in ipſa diœceſi minime ignorarit , tamquam ſuſpectus eſt procul dubio repellẽdus; niſi proprio firmauerit iuramento , ꝙ poſtea didicerit ea,quę obiecerit,& ad hoc ex malitia nõ procedit; quia tunc, etiam ſi didiciſſet ab illis , qui denunciationis tempore ſiluerunt, claudi nõ debet eidem aditus accuſandi : quoniam , etſi ab impetitione huiuſmodi de ſilentio tali cõtracta illos excluderet : iſte tamen amoueri nequiret,cum culpabilis non exiſtat . hæc ille canon; qui peroptime concluſionem noſtram probat arguẽdo a ſimili . Probatᷣ quoque & ſecundo Doctorum auctoritate . Glo.enim in dicto c.fin. fere per totum, noſtram locis in multis amplectitur cõcluſionem ; & Pan.in dicto c.fin.& breuius , & doctius ac expreſsius in c. ex tuarum,extra de purgatione cano. vbi ſupra ; qui circa finem his uerbis uſus fuit,videlicet:aut non interuenit accuſator,

ſator;& tūc,ſi terminus prius præfixus fuit omnibus accuſare volētibus cum clauſula decreti,ſcilicet,quòd poſt terminum non audietur, accuſator non debet admitti, arg.in cap.fin.extra qui ma.accuſ.poſ.hæc ille Doctor.

VIGESIMA QVARTA CONCL.

PVrgatione indicta a iudice & præſtita ab infamato,non interueniente accuſatore, neq; termino pfixo accuſare volētibus,cum hac clauſula, quòd aliàs ipſo termino elapſo nō admittet accuſator, ſi abſolutio adhuc non interuenit,dēt admitti accuſatio,quia nihil obſtat. hæc concl. probatur duplici medio. Primo per arg.in l.admonendi. ff.de iureiur.vbi infraſcripta habentur, uidelicet: admonendi ſumus,interdum etiam poſt iuſiurandum exactum permitti cōſtitutionibus principum ex integro cauſam agere,ſi quis noua īſtrumenta ſe inueniſſe dicat, quibus nunc ſolis uſurus ſit. ſed hæ conſtitutiones tunc videntur locum habere,cum a iudice aliqs abſolutus fuerit: ſolēt enim ſępe iudices ī cauſis dubijs,exacto iuramento,ſm̄ eum iudicare,qui iurauerit.hæc in dicta l.admonendi.Probatur & ſecūdo Doct. auct.Bar.enim in dicta l. admonendi egregie probat allata in dicta l.alijs legibus, & rōnibus; ac per conſequens tacite vr̄ noſtræ conſentire concl. Pan. uero in d. c.ex tuarum ſe ſubſcripſit nr̄æ concl. fere eiſdem uerbis,quibus in concluſione uſi fuimus.

l.admonēdi. ff. deiurei. Bar. Pan.

VIGESIMA QVINTA CONCL.

PRæſtita purgatione indicta a iudice, purgandus non erit onerandus alia purgatione, ēt inſtante accuſatore; & hoc quando abſolutio iam eſſet ſortita ſuum effectum: ſed ſi accuſator velit onus probandi ſuſcipere in ſe;tūc dēt illius accuſatio admitti, non obſtāte abſolutione iam īdulta a iudice ipſi purgando. hæc concl.probatur auctoritate Pan. in d. c. ex tuarſi,ex̄ de purg. cano.ubi infraſcriptis vtitur uerbis,videlicet: aut abſolutio eſt præſtita; & tūc ſi accuſator vult eum onerare onere ſe purgandi, non pōt,arg.hic; ſi aūt ſuſcipere uult in ſe onus pbandi;& tūc dēt admitti,non obſtante abſolutione prius præſtita:& eſt ratio,quia abſolutio fuit facta per probationes non integras: nam teſtes iurauerunt de credulitate; & ubi abſolutio fuit facta ex probatione nō integra,non obſtat abſolutio,reperta de nouo probatione integra,ut in d.l.admonendi,& nota.in c. fin.extra de iureiur. facit quod dixit in c.pposuiſti,de probat.hæc ille Doctor; qui in eodē c.in ver. ſecundo not. concludit neminem iam purgatum poſſe obligari ad ſe purgandum, niſi extātibus nouis indicijs contra illum.

VIGESIMA SEXTA CONCL.

INfamatus,cui indicta eſt purgatio a iudice,in ipſa purgatione deficiens, puniēdus eſt,iux. qualitatem delicti,& modi,quo cōtra eū proceſſum fuit:cum miti, agi cū inquiſito,q̄ cū accuſato de iure communi;ſecus de conſuetudine, a nobis fuit probatum in tractatu inquiſitionis.hęc concluſio probatur duplici medio. Primo per arg.in c.cum P. ex̄. de purgatione canonica; ubi inter alia dicūtur infraſcripta, videlicet:deficiētem vero in purgatione omni officio, & beneficio eccleſiaſtico priuare procures; & in c.inter. eod.titu.in fine, dicitur, quòd ſi forſitan in purgatione defecerit, eum eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone percellas. & in c. inſinuatum extra de ſimonia, idem habetur.& quā apertiſsime noſtra concluſio probatur per tex. in c. de hoc autem,ex̄.de ſimonia, vbi inter alia infraſcriptis utitur verbis canon ille, videlicet: ſi vero id manifeſtum eſt, nec inde conuicti, uel confeſsi fuerint, ſed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici; in qua ſi defecerint,tā q̄ auctores tanti ſceleris ſunt puniendi pro-

c.cū P. ex. de purgat. canon. c.inter. eod. tit. c.īſinu. tum ex de ſim. c.dehoc aūt ex. de ſim.

probat & ſcdo auct. Doct. & primo Gloſarũ, & Pan. in dictis iuribus, ac aliorũ Doctorum, quorũ ſnĩas non refero hic, putans illas ſuperfluas pp aperta iura allata ſ. & Hoſt. in ſua Summa ſub titu. de purgat. cano. §. q pœna, ubi infraſcriptis vtitur uerbis, vc3: regulã trado tibi, ꝙ ſicut puniretur d crĩe, de quo impetebatur, ſi conueniretur, conſiderato mõ agendi; ſic punietur, ſi in purgatione deficiat: vñ ſi quis accuſetur de crĩe, quod depoſitionẽ inducit, & indicatur purgatio, in qua accuſatus deficit, deponet, ut in c. de hoc aũt, ex. de ſimonia: idẽ ſi in modũ inquiſitionis agatur. hæc ille inter alia notabilia adducta. Spec. quoq; in tit. de inquiſ. in §. viſo igitur, col. 9. in ver. ſi aũt crimẽ, inter alia dixit: ſi aũt crimẽ nullo modo probatũ ſit, ab ſoluetur: & ſi infamia pduret, poterit ĩdici purgatio infamato, ſm qualitatem pſonę, & infamię quãtitatem; in qua ſi defecerit, puniatur, ex. de ſimonia c. de hoc. hęc ille Doctor: cui aſtipulatur Io. Ber. Diaz. in cap. 141. qui aſsignat hanc rõnẽ, vc3: ut clerici nõ minus ſtudeant in uitanda infamia, & ſuſpicione, q̃ culpa, pp ſalutẽ Chriſtiani populi, qui nimis inficitur ex pernicioſo exemplo a clericis habito; maxime cũ canones nõ mandent, eos puniri pœna mortis, ſed alia mitiori, ut patet ad ſenſũ. hæc ille.

Glo.
Pan.
Hoſt.
Specul.

VIGESIMASEPTIMA CONCL.

IVdice deferente iuramentum reo, ad ſui purgationem, vel ad tollendam ſuſpicionem cauſatam in ipſo cõtra reum ex aliqua præſumptione orta contra eum, reus uenit abſoluendus; & actor, etiam ſi fuerit tãtum promotor inquiſitionis, & non accuſator, puniendus pœna calumniæ; niſi apertiſsimis argumentis probatis in actis, vel alijs excuſetur a calumnia: ut puta, ſi probet præceſsiſſe famam publicam, uel huiuſmodi, ut infra. hæc concluſio pbatur duplici medio. Primo per tex. in c. 1. de elect. in 6. i §. qui vero, ubi hæc uerba habentur: qui uero in probatione defecerit eius, quod obijcit in perſonam, a beneficijs eccleſiaſticis per triennium ſe nouerit ſuſpẽſum; ad quæ ſi infra illud tempus propria temeritate ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuo ſit priuatus, nullã ſuper hoc ſpem aut fidutiam habiturus; niſi manifeſtiſsimis conſtiterit argumentis, quòd ipſum a calumniæ uitio cauſa probabilis, & ſufficiens excuſaret. hęc ibi. item peroptime probatur per tex. in c. 2. extra de calum. ubi Inn. tertius infraſcriptis verbis uſus fuit, videlicet: cum dilectus filius magiſter ſcholarum Paleſtinus ad Sedem Apoſtolicã acceſsiſſet, & de ſuo epo exceſſus uarios nunciaſſet, examinationem cõmiſimus exceſſuum obiectorum. & infra: cum autẽ pceſſum negotij examinauerimus diligenter, nec intelligere potuerimus, probatum eſſe ſufficienter aliquod de prædictis, eundem epm abſoluendum decernimus ab obiectis, vobis mandãtes; quatenus memoratum magiſtrum ſcholarum, donec purgauerit canonice ſuam innocentiam. ſ. quòd non calumniandi aĩo ad hmõi crĩa proponenda proceſsit, ab off. & benefi. ſuſpendatis, vt ceteri ſimili pęna perterriti ad infamiam ſuorũ facile non pſiliant prælatorũ. hæc in dicto canone: ex cuius uerbis elicit quampfectiſsime, ꝙ ẽt denũtiatores nõ probantes ſunt puniendi. & probat, ꝙ ſi hmõi denunciatores in probõne defecerint, eximent quoq; a pęna calumniæ, probato p eos, aĩo non calumniandi denunciatos fuiſſe illum iam denunciatũ; ſed zelo bono. probat & ſcdo pñs cõcl. auct. Doct. & Glo. in d. c. 1. nræ concl. ſe ſubſcribẽtis in ver. ſufficiens, infraſcriptis uerbis, vc3: defecerunt teſtes, qui teſtificari promiſerant. probauerã illum excõicatũ, q. tñ clanculo ſe abſolui fecerat. Bar. quoque in l. 2. C. ſi ſeruus, uel lib. ad decuriatus api. lib. 10. in fino, infrĩs vtitur verbis, videlicet: item nota, quòd iuſta cauſa credendi eſt fama publica: quod facit ad multa; & maxime ſi accuſator nõ pbat maleficiũ; reus uero probat, ſe non

com-

commiſiſſe maleficium; & publica fama erat, quòd ille commiſerat maleficium, quòd excuſatur a calumnia, & falſitate. quod eſt uerum, niſi tempore accuſationis eſſet publica fama in contrarium: nam tunc ſequens fama tollit effectum primæ; ut l.2.§.1.ff.quis ord. in bon.poſſ. & facit l.fin.ff.de hæred.inſtituen. hæc ille. Philippus etiam Franchus quamlibentiſsime noſtræ ſe ſubſcribens concl. in d.c.1.§.fin.in ver.tertio tene menti ex Glo. & ita allegatur: quòd teſtes, qui promiſerunt teſtificari extra iudicium, etſi poſtea deficiunt: tamen inducunt iuſtam cauſam litigãdi; & excuſant a calumnia, & expenſis, & a pęna iuris: quod nota. hæc ille. Pan. uero in c. fin. extra de iureiuran. col. 8. in fine, infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit noſtræ cõcl. videlicet: ſi vero iudex detulit iuramẽtum reo, quia actor fecit quicquid potuit, & non probauit; dic, quòd ex hoc nõ excuſatur actor a pœna calumniæ; niſi alijs apertiſsimis documentis excuſetur, ut dicit bonus tex. in c.1. de elect. in 6. in fine. & dic, ꝙ fama publica, quæ erat tempore accuſationis contra accuſatum, eſt legitima cauſa credendi; & excuſat accuſatorẽ a falſitate & calumnia, ut notanter dicit Bar. in l. 2. C. ſi ſeruus uel lib. ad decurionatus api. lib. x. arg. l.1. C. de teſta. facit c. ueruntamen. 3. q. 7. eſt enim hoc euidentiſsimum documẽtum: & idem de ſemiplena probatione, & ſimilibus: Pan. & hoc nota. hæc Pan. & licet prædicti Doctores generaliter loquãtur; ac per conſequens intelligenda ſint eorũ uota, etiam in cauſa mota per uiam inquiſitionis: tamen, ut omnia maiori luminis claritate reſplendeãt, referam, quid Specul. teneat ĩ hoc caſu Specul. ipſe enim Specul. in tertia par. ſub tit. de inquiſitione in §. uiſo igitur, in col. 5. in ver. probata vero infamia ſuper principali procedatur; & ſi proſecutor ſuam intentionem probet, reus puniatur, ut dicam infra §. prox. alioquin ipſe punietũr, vt extra de calum. c. 2. & C. de accu. l. fin. & 2. q. 3. c. qui non probauerit. hæc ille: cuius quidem verba meo iuditio ſunt interpretanda, prout tenet Bar. quapropter hæc opinio non aduerſatur explicite, nec implicite noſtræ concluſioni; immo implicite aſtipulatur ei; cum dicat Specul. ſi proſecutor probat ſuam intentionem, reus puniatur; alioquin ipſe puniatur; quaſi dicat, ſi nihil probauerit, uel infamiam præceſsiſſe, quæ tempore proſecutionis non perdurabat, vt docte ait Barto. & ſic ſententia quidem mea omnes Doctores cõcordari poterunt: quoniam Pan. citando Bart. patet luce clarius ſecutum fuiſſe dictũ Bar. in omnibus circa hunc caſum contentum in noſtra concluſione; licet in relatione ſuæ opinionis illam notabilem limitationem non annotauerit: quoniam quidem ſi illã non complexus fuiſſet, illius uotum reſpuiſſet utique, probauiſſetque illud nõ eſſe rõnabile, neque fulciri aliqua auctoritate, ut ſæpe fecit; & Doctorum ſcribentium mos eſt. dominus quoque Felinus in c. ſuper his, extra de accuſ. col. 3. in ver. vltimo nota, prædictis Doctorũ ſententijs ſe ſubſcripſit, multoſq; alios Doctores referens noſtræ concl. conſentijt. de qua tamen quæſtione copioſior ſermo habitus fuit in tractatu de accuſ. in quæſt. ſeu capitulo, ĩ quo diſputatum fuit, an accuſator debeat ſe inſcribere ad pœnam talionis: attamen obliuioni tradendum nõ eſt, quòd Hoſt. in ſua Summa, titu. de calum. in §. quali pœna puniatur calumniator, in ver. nedum autem, noſtræ concluſioni ſe ſubſcribens infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet: nedum autem calumniãs accuſatur, ſed & denuncians, & inquiſitionem impetrans, & proſequens pro arbitrio iudicis: vnde ſi quis prælatum ſuum denunciauerit, & non probauerit ſufficiẽter, quod intendit, ab officio & beneficio ſuſpenditur, ne quis facile proſileat ad infamiam ſuorum prelatorum. hæc ille. & hæc ſufficiant adducta ad deciſionem quæſtionũ ſcitu dignarum

rum circa hanc materiam purgationis canonicæ. uerumtamen ſciendum, ꝙ ultra prædictos Doctores Iulius Clarus noſtra tempeſtate eruditiſsimus omnium practichiſtarum in ſua pract. crimin. ſępe ſupra nominata in li. 5. §. fi. quęſt. 63. in ver. ſed pone, quòd accuſator, infraſcriptis utens uerbis noſtræ ſe ſubſcripſit cõcluſioni, uidelicet: ſed pone, quòd accuſator habeat pro ſe aliqua bona indicia, puta famam, uel auditum a fide dignis, vel quid ſimile; nũquid excuſabitur, etiam ſi defecerit in probatione? reſpondeo, quod ſic; & eſt communis opinio, ut atteſtatur Abbas concil. 78. poſt num. 50. ver. uenio nunc li. 1. quẽ refert practica Conradi. num. 17. & dicit Bar. in l. cum quidam. §. quod dicitur, nu. 3. ff. de acquirenda hereditate, millies obtentũ fuiſſe, quòd accuſans aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, non poteſt puniri tanquam falſus accuſator: quẽ refert Guido Papa, deciſ. 46. §. vox publica. num. 1. & Afflict. in prima par. conſtitut. rubrica 23. numero 11. & Diaz in pract. crim cano. cap. 59. hæc ille Doctor, ubi ſupra. ſed de materia præſentis concluſionis uide omnino, quæ dixi in tract. de inquiſitionibus, concl. 19. vbi multa notatu digna de materia præſentis concl. reperies.

VIGESIMAOCTAVA, ET vlt. concluſio.

Licet prædictæ omnes concluſiones de purgatione canonica de iure cõi ſint veriſsimæ, & præcipue de iure canonico; quãuis in foro ſeculari in multis locis fuerint in uſu: tamen hodie ferè per totam Italiam in utroque foro nõ ſunt illę in uſu; cum loco ipſius purgationis canonicæ ſucceſſerit iuramẽtum de ueritate dicenda, quod defertur reo in eius examine: quoniam ubi nõ adſunt indicia ad torturam contra reũ, reus poſt eius examẽ abſolui dẽt: ſi uero extent contra eum indicia ad torturam, quæ ex ſuis defenſionibus non ſint ſublata, uel eliſa; tunc non eſt locus iuramẽto, ſed deuenitur ad torturam: & ita quotidie practicatur. hæc concluſio probatur tum practica ipſa curiarum quotidiana, tum auctoritate Iulij Clarij nouiſsimi & doctiſsimi practichiſtarum criminalium ĩ ſua practica criminali lib. 5. §. fin. quæſt. 63. fere per totum, & præcipue in uer. licet; qui ad ipſam concluſionem roborandam poſt multorum Doctorum opiniones dicit, ipſam hodie eſſe in uſu, & practica curiarum receptam. probatur quoq; hac rõne, cui inniti videtur huiuſmodi nouiſsima practica; & hæc eſt: cum noſtra tempeſtate modus procedẽdi per uiam accuſationis, denunciationis iudicialis, & inquiſitionis, maxima cum ratione iam ſit mutatus ab illo, q ſeruabatur antiquo tempore, multis rõnibus per nos adductis in unoquoq; prædictorum opuſculorum ac tractatuum loco ſuo; inde conſequens fit, ut maxima cum ratione mutatus ſit quoque & modus procedendi per purgationem canonicam eo, ꝙ remota cauſa remouetur effectus: olim enim decens erat purgationem indicere; quoniam non examinabatur reus, mediante iuramento a principio litis conteſtionis, ſeu accuſationis; ſed prius iudex ipſum admittebat ad excipiendum contra accuſatorem, & denunciatorem, ac inquiſitionis procuratorem, ſi reus exceptiones habebat ac defenſiones: & ſi nihil huiuſmodi habuiſſet, iudex, actore probãte ſemiplene tãtum, indicebat reo purgationem canonicam, mediante iuramento: hodie tamen numquam reus moleſtatur; niſi informatione capta contra eum, & conſtito per indicia, uel ſemiplene de delicto, de quo fuerat querelatus apud iudicẽ; quia tunc ſolum citatur poſtmodum reus ad informandum, ut ſæpe dixi, qui comparens interrogatur mediante iuramento: & ſi negauerit, & actor nihil aliud contra

ipſum probauerit, niſi tantum quæ in principio; & ſi per ipſum non fuiſſent tunc ꝓbata indicia ſufficientia ad torturam cõtra reum, reus abſoluitur, & c. ut in concl. præſenti. quapropter ueriſſima & maxima ratione prædicta detegitur noſtra concl. Bene uerum eſt, quòd communiter dicunt Doctores, & præadductus Iulius, quòd hodie ſeruãtur in practica ſupradictæ concluſiones in cauſa hereſis; & in nonnullis regionibus Mundi etiam in alijs cauſis. quapropter comprobatur, illas concluſiones fruſtra adductas non fuiſſe; cum ſit iudicandum iux. eas in illis regionibus, in quibus ſeruatur ius commune in modo indicendi purgationem canonicã. & ut me uera protuliſſe pateat, adducam uerba, quibus vtitur Io. Bernardinus Diaz. in ſuã pract. canon. crim. capitulo 141 & ſunt hęc, videlicet: hodie tamen, ſicut raro indicitur ab eccleſiaſticis iudicibꝰ purgatio canonica, ſic raro accidit, quòd iux. rigorem canonicum deficiẽs in purgatione, ut conuictus, damnetur. At, quòd iudices tẽporibus iſtis rariſsime purgationem indicũt; quamuis partim hęc referri poſsit ad eorum tepiditatem; quibus minima cura eſt purgare clericos ab infamijs, & ſuſpicionibus uehementibus, & ſatagere, ut Chriſti bonus odor ſint: non nihil tamen prudentis conſiderationis habere uidetur, ſi perpẽdunt facilitatem, qua vulgus hodie ĩfamiam ſuſcitat, & ſuſtinet; & quã difficile hodiernis temporibus cõpurgatores inueniantur, hac, ut exiſtimo, ratione; quia ſi nominati ad alios cõpurgandũ, peccatores & fragiles ſunt, faciliter credunt, infamatos commiſiſſe crimina, quorum inculpãtur, eadem fragilitate, qua ipſi ſolent in alia uel ſimilia labi cria: ſi uero probi uiri ſunt, cum uideãt corruptionem morum huius tempeſtatis, niſi bene nctã habeant vitam purgandi clerici, compurgatorum onus refugiunt. hæc omnia Doctor ille, ubi ſupra.

Finis opuſculi de purgatione canonica, inſcripti. Deo gratias.

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN LIB. VI. DE MODO PROCEDEN.

Proœmium ipſius opuſculi.

Quæ omittẽda non erunt in cauſa, in qua procedẽdum erit ſimpliciter, ſummarie & de plano, abſque ſtrepitu, & figura iudicij. Cap. vnicum.

PRIMA CONCLVSIO.

Citatio, quæ eſt initium iudicij, ut in c.quoniam cõtra, ex. de probat.cum ibi inter neceſſario requiſita in iudicio ordinario & ex. ordinario, primo loco conſtituatur citatio, in huiuſmodi proceſſu omittenda non erit: vnica tamen in principio; licet aliæ in litis ꝑgreſſu requirantur.

Secunda concluſio.

Perſonę legitimatio quoque non eſt omittenda in huiuſmodi proceſſu.

Tertia concluſio.

In huiuſmodi proceſſu non requiritur neceſſario petitio in ſcriptis; ſed tã tum inſinuatio facienda iudici de meritis cauſæ, & ſuæ petitionis: quæ tamẽ petitio, oretenus expoſita iudici, debet omnino ab actuario in actorum principio annotari, ut iuxta eam poſsit ſententia proferri ſuo tempore. & huiuſmodi ualida erit in caſu noſtro, etiã ſi non habeat omnia ſollemnia, quæ de iure requiruntur in petitionibus.

Quarta concluſio.

Exceptiones legitimæ, ideſt, omnes illę, quæ in iudicio ordinario, ideſt, ubi proceditur cum figura iudicij, admittẽdæ erunt, in hoc proceſſu debent admitti; nõ aũt fruſtratoriæ, ac ſuperfluæ.

Quinta concluſio.

Iudex in cauſa expedienda ſummarie, &c. de qua fit ſermo in prẽſentiarũ, poterit procedere die feriarum, quæ indultæ fuerunt a iure ob neceſsitatem hominum; ſecus, ob honorem Dei.

Sexta concluſio.

In hoc proceſſu conficiendo neceſſario lis non conteſtatur: ſufficit enim, quòd quomodocũque cauſa agitetur, eo tamen caſu, quo merita cauſæ tractari incipiunt, videtur ipſe tractatus vim litis conteſtationis obtinere; quoniam, legitimatis perſonis, proponuntur exceptiones, uel fiunt poſitiones, & articuli: quæ omnia habent uim litis cõteſtationis. attamen petitio actoris deſcribenda erit in actis, ut innoteſcãt petita ab eo.

Septima concluſio.

Iudex tenetur etiam in hoc proceſſu concedere reo cõgruentes dilationes, ſeu inducias deliberatorias, ac diẽ certum tam ad petitioni actoris reſpondendum, quàm ad exhibendum omnia munimenta & acta, quibus uti uoluerit in cauſa poſt dationem articulorum; necnon ad admittendas excuſationes neceſſarias in iudicio.

Octaua concluſio.

In huiuſmodi proceſſu, de quo quæritur, iudex debet petere a partibus non tantum iuramentum de calumnia, quã de malitia, & de ueritate dicenda.

Nona concluſio.

Iudex in formando pceſſu expediẽdo ſimpliciter, &c. iux. dictę Clem. formam, debet iuramentum exigere a teſtibus examinandis.

Decima concluſio.

In dicta cauſa, de qua eſt ſermo, teſtes debent iurare, parte pſente, id eſt non abſente in remotis locis, licet ſit abſens a loco examinis.

Vndecima concluſio.

In dicta cauſa, licet teſtes ſint ſecreto examinãdi; erunt tamen depoſitiones teſtium publicandę.

Duodecima concluſio.

In hoc pceſſu iudex, poſtquam publicauit depoſitiones teſtium adductorum per aliquem, non debet recipere alios teſtes pro eadem parte.

Tertiadecima, & vlt. concluſio.

Iudex in expedienda cauſa ſimpliciter, ſummarie, &c. debet partes citare ad audiendam ſententiam diffinitiuã ſuper totum negotium, de quo agitur: quam tamen ſententiam poterit proferre ſtans, uel ſedens pro tribunali, ut melius ſibi uidebitur, etiam concluſione cauſæ non facta; pro ut ex petitione, & probatis, & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum.

Indultis.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. VI. TIT. DE MODO PROCED. in cau. exped. ſummarie, &c.

Auctor candidiſſimo lectori rationem compilationis præſentis opuſculi reddit ac S.P.D.

Qvamuis, mi candidiſsime lector, in prcedentibus libellis deſcripta fuiſſe, quæ a iudice ſint animaduertenda in reddendo vnicuique, quod ſuum eſt, cum agitatur aliqua cauſa contra perſonas eccleſiaſticas, iux. formam ac ordinem iudiciarium iuris communis, me non prætereat: tamen, cum cauſarum nonnullarum deciſio aſsoleat demandari ſub hac forma, videlicet: vt in tali negotio procedatur ſimpliciter, ſummarie, & de plano, abſque ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti ueritate inſpecta, quæ utique forma procedendi ut plurimum ſeruatur in cauſis contra religioſos motis, de quo modo procedendi nullus fuit ſermo habitus in ſuperioribus opuſculis: ut ergo conſulerem iudicibus cum ſecularibus, tum eccleſiaſticis, tum etiam regularibus, operæpretium duxi prædictis opuſculis hoc ſubnectere, vt nulla animi ambiguitate ipſi iudices in huiuſmodi procedentes detineantur, atque ut tam rei, quàm actores ſciant in ſimilibus cauſis ſibi iura cötingentia tueri: quod & a me ſeruandum fore certiorem reddam pium lectorem: dico ergo, hoc opuſculum ſecandum fore in duas partes ſeu capitula. in prima autem parte adducendus erit unuſquiſque prædictorum terminorum, Simpliciter, ſcilicet, & reliquorum, cum ſuis interpretationibus, per concluſiones procedendo; illis ſubnectendo Doctorum auctoritates. in ſecunda uero parte loquendum erit de modo procedendi contra regulares omnes, contra quos iudex uoluerit iux. priuilegium ſibi indultum de modo procedendi contra eos ſimpliciter, ſummarie, & de plano, abſque ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti ueritate inſpecta, ut fuiſſe indultum Reuerendis Patribus noſtræ Caſſinenſis congregationis a Gregorio XIII. per quędam motum proprium

ipſius, patet die, & anno, infra loco ſuo annotatis in ipſiuſmet priuilegij relatione: ut in ſecunda parte probabitur: quoniam licet quiſque prælatus poſsit procedere contra ſibi ſubditos, iux. formam ac apicem iuris communis, ut infra probabitur: tamen de hoc modo non erit uerbum faciendum; cum de illo ſit ſermo copioſus habitus in præcedentibus libellis. vale lector ſtudioſiſsime.

PRIMA CONCLVSIO.

Citatio, quæ eſt initium iudicij, ut i c. quoniam contra, extra de probationib⁹ cũ ibi inter neceſſario reqſita ĩ iudicio ordinario, & ex. ordinario primo loco conſtituatur, citatio in huiuſmodi proceſſu omittenda non erit: vnica tamen in principio; licet aliȩ in progreſſu litis requirantur. Probat⁹ hæc cõcl. triplici medio. Primo

Cle. prima de verborũ ſgnifi.

p tex. in Cle. prima de uerb. ſignifi. in §. citationem; ubi hæc habentur, videlicet: citationem vero, ac prȩſtationem iuramenti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſsionem huiuſmodi intelligimus nõ excludi. hæc ibi. Pro-

Cle. paſtoralis. de ſent. & re iu.

batur quoq; per arg. in Clem. paſtoralis. de ſent. & re idicata. §. dici ne ergo; vbi hæc habentur, videlicet: dici ne ergo ſententiæ, quæ a iudice, qui per regem tute adiri non potuerit, & in loco notorie, vt prȩfertur, nõ tuto, in abſentem, nec citatum legitime, ac inauditũ, per conſequens indefenſum, non maturo fuit iudicio, ſed præcipitio, & de tanto preſertim crimine promulgata: hæc ibi. probatur, & ſecundo auctori-

Barto.

tate Doctorum. Bar. enim ſe ſubſcribẽs noſtræ concluſioni, ſuper extrauag. ad reprimendum. §. & figura, colum. 2. in verſi. quæro igitur, infraſcriptis uerbis vſus fuit, videlicet: quæro utrum ſit neceſſe, ꝙ pars citetur. reſpondeo, ſic, ut innuitur; quia hoc eſt de iure naturali: nam primum hominem citauit Deus, dicens; Adam ubi es? hoc etiam probatur in Clem. paſtoralis, de ſent. & re iudi. ubi ſententia domini Imperatoris Henrici, qui fecit hanc legem, & poſtea cõdemnauit regem Rubertum, regem Hieruſalem, & Siciliæ, caſſa fuit ex eo, ꝙ citatio nõ fuit facta legitime. probatur in dicta Clem. ſæpe. hæc Bar. vbi ſupra. Imola quoque in dicta Cle. Imola

poſt tamen ipſius interpretationem, in §. incip. habetis expeditam Clemẽtinã, referens Io. de Lig. ſe ſubſcripſit noſtræ concl. in principio fere utendo eiſdem uerbis Bartoli ſupra relatis: addit tamen. & hoc, videlicet: citatio ſit princi- Citatio princip. iudicij.

pium iudicij, ut in §. fin. inſtitu. de pœna temerarie litigantium. cui Imolæ Car. Za.

in omnibus dictis concordat Cardinalis Zaba. in dicta Clem. in §. non ſic tamen, in ver. quarto nota. ubi infraſcripta ibi habentur, videlicet: quarto nota quòd in ſummarijs fieri debet citatio: nam etiam in notorijs facienda eſt de iure iur. c. ad noſtram el 3. & a citatione inchoatur iudicium, ut in c. quoniam contra, extra de ꝓbat. hanc quoque noſtram concluſionem doctiſsime probat Iul. Clarius in ſua practica criminali lib. 5. §. fi. quæſt. 31. in principio, infraſcriptis utẽs uerbis, videlicet: ubi locus capturæ non fuerit; tunc iudex contra reum ad ulteriora procedere; & ubi contumax fuerit, illum condemnare debet: eſt tamen ante omnia præmittendum, quòd debet omnino reus legitime citari: ubi enim reus non fuiſſet citat⁹, uel citatio eſſet nulla, uel mi-

nus

nus legitime facta, proceſſus, & ſententia, & omnia, quæ ſequuntur, ſunt ipſo iure nulla, ut dicit Gloſa in l. ſi accuſatoribus. in Glo. fin. C. de accuſatio: & eſt communis theorica, ut atteſtatur Roland. concluſio 68. numero decimoquarto, libro ſecundo. & hoc locum habet non modo in quocumque iudice; ſed etiam in ipſo principe: nam & ipſe de ordinaria poteſtate non poteſt procedere contra aliquem non citatum. & hæc eſt communis opinio, vt dicit Corſetus in Repertorio Abbatis in verſic. Princeps vel Papa; Socin. inter Conſilia Curtij ſenioris, conſilio. 20. numero quarto & ſequen. & hoc etiam, ſi delictum ſit notorium, vt dixi ſup. adde quòd hæc omnia locum habent etiam, ſi ille contra quem Princeps procedit, eſſet eius ſubditus: adhuc etiam non poſſet contra eum non citatum procedere: tex. eſt vulgatus in Clementina paſtoralis. de ſenten. & re iudicata: & eſt communis opinio, ut ait Socinus conſilio 87. poſt numerũ decimũ nonũ verſiculo, capio ſextam, libro tertio; & concluſio. 164. numero decimoſexto, in fine libri ſecundi; & conſilio 266. numero 46. eodem volumine; & conſilio 120. poſt numerum decimũ, libro tertio dicit, quòd omnes fatentur, quòd in cauſis criminalibus non poteſt Princeps etiam de plenitudine poteſtatis procedere, etiam contra ſubditum non citatum ſecundum opinionem, quam in loco præcitato oſtendi eſſe magis communem. idem & multo magis dicendum eſt in criminalibus, in quibus de maiori præiudicio tractatur; & ita ſemper uidi in practica ſeruari: & hoc idem dico in ſentẽtia excommunicationis declaratoria. hæc ille, qui ſupra. probatur primo hac ratione præſens concluſio: eum citatio fiat in cauſæ principio, ut reus certior factus poſſit, ſibi conſulendo, comparere atque ſe tueri: quod eſt unicuique concedendum de iure naturali. quod vtique facere non poſſet, ſi citatio ad eum non peruenerit; ac per hoc ueniret priuatus iure ſuo, ſine culpa: quod maximum nefas eſſe luce clarius liquet. quapropter fatendum erit, ueram concluſionem noſtram eſſe. pro hac eadem concluſione multas auctoritates adduxi in probatione concluſionis 19. capitulo 16. libri tertij, titulo de inquiſitionibus columna 2.

Auctor.

SECVNDA CONCLVSIO.

Perſonæ legitimatio quoque non eſt omittenda in huiuſmodi proceſſu. hæc concluſio probatur tripliċi medio, Primo per tex. in dicta extrauag. ad reprimendam, quæ refertur a Bartolo ubi ſupra; ubi inter alia hæc habentur, videlicet: ut in quocumque crimine poſſit procedi per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem, ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, pro ut illi, qui iuriſdictioni præeſt, videbitur expedire. ad hoc ſi qua communitas, & publice citata neglexerit, in termino perſonaliter uel legitime comparere contra ipſam. & hæc ex illa extrauaganti. probatur quoque per argum. in dicta Clemen. prima incip. ſæpe numero: de uerborum ſignifi. vbi inter alia hæc habentur, videlicet: partium aduocatorum, & procuratorum contentiones & iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrenando. hæc ibi: quaſi uelit canon, quòd omnino legitimentur perſonæ comparentes, ut iurgiorum fomes a procuratoribus amoueatur. Probatur & ſecundo Doct. auct. Bart. enim, ubi ſupra, infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit concluſioni præſenti, vz: item an eſt neceſſe, quòd perſonę legitimentur? reſpondeo, ſic, vt hac conſtitutione, ibi,

Cle. ſæpe de verbo. ſignifi.

Bar.

vel aliàs legitime &c. aliàs ſequeretur hoc abſurdum,ſcilicet, quòd alter non habens mādatum a me poſsit mihi ꝓiudicare; & repugnat iuri naturali; ut c.de inoff.teſtam.l.ſi quis in ſuo.extra de reg.iur.in 5.c.non debere aliquis,& hoc tāgitur in dicta Clem. ſępe numero. hæc Bar. cui Imola una cum Io.de Lig. ubi ſupra,aſtipulatur,additq; Bar. uerbis hæc tātum, videlicet: quoniam ius naturale non tollit principis conſtitutio. probatur & tertio rationibus allatis a ſupradictis Doctoribus.

TERTIA CONCLVSIO.

IN proceſſu prædicto neceſſario non requiritur petitio in ſcriptis;ſed tātum inſinuatio facienda iudici de meritis cauſæ, & ſuæ petitionis: quæ tamen petitio oretenus expoſita iudici ab actuario debet omnino in actorum principio annotari; ut iux. eam poſsit ſententia proferri ſuo tempore: & huiuſmodi ſententia valida erit in caſu noſtro, etiam ſi non habeat omnia ſollemnia,quæ de iure requiruntur in petitionibus.hæc concluſio probatur triplici medio.Primo per tex.in dicta Cle. ſæpe cōtingit, ubi inter alia hæc habētur, videlicet: ſancimus, ut iudex, cui taliter cauſam committimus, neceſſario libellum non exigat,&c. in §.verum quia, hæc habentur, videlicet: verum quia iux. petitionis formam pronunciatio ſequi debet pro parte agentis, & etiam rei, ſi quid petere uoluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſiue in ſcriptis,ſiue uerbo; actis tamen continuo, vt ſuper quibus poſitiones, & articuli formari debeant, poſsit haberi plenior certitudo, & ut fiat diffinitio clarior, inſerenda. hæc ibi. probatur & ſecundo auctoritate Doctorum preſens concluſio. Bartolus enim vbi ſupra, in verſi. an requiratur petitio, infraſcriptis uti tur uerbis,videlicet: reſpondeo in caſu huius legis, oportere, quòd præcedat accuſatio,inquiſitio,uel denunciatio,ut dictum eſt; aliàs, ubi cauſa deberet agi ſine figura iudicij, ut dicitur in dicta Clem. ſæpe. non eſt neceſſe, quòd libellus detur in ſcriptis; ſed iux.petitionis formam ꝓnunciatio ſequi debet pro parte agētis,uel rei, ſi quid petere uoluerit;& in ipſo litis exordio facienda eſt petitio, ſiue ī ſcriptis, ſiue uerbo;in actis tamē inſerenda, ut ibi dicitur, & iuſtum eſt; quia naturale eſt, quòd agens petitionem ſuam proponat: nam coram Salamone mulier ita dixit: filius meus uiuit; filius iſtius mulieris mortuus eſt, vt not.C.de ſen. ex.breui.rec.l.2.& c.afferte mihi,extra de præſump. & habetur in tertio lib. regū c.3. ubi illa petitio latius ponitur.& aduertendū,quòd illa petitio continet ſolum facti narrationem, non concluſiones:ex quo infero, quòd licet non habeat omnia ſollemnia, quæ de iure requirūtur,vt not. ff.de eden. l.c. in principio: tamen ſufficit,ſi eſt generalis,vt eſt arg.C.de do. excep.l.fin.in principio. hæc ibi:& concluditur paulo poſt; quòd ualida erit petitio ſemper, quādo poterit ex narratione comprehendi, quid actor uelit:quoniam ſi eſſet tanta ineptitudo,ꝙ auferat reo defenſionem; tunc non eſſet valida.hæc Bartolus.cui aſtipulatur Imola in dicta Clem. ſæpenumero, referens ſententiam,ubi ſupra Io.de Lig. Gloſa quoque in dicta Cle.ſæpe.in ver. ſiue uerbo, dicit: obligat ergo potens quòd vult,uel ſcriptam dare,uel verbo proferre, ut de ſuo ore ſcribatur apud acta, ut ſolet fieri. noſtre quoque concluſioni ſe ſubſcripſit Cardin. Zabar.in dicta Clem.ſæpe.§.non ſic tamen:in ver. octauo nota; ubi infraſcriptis uerbis vtitur, videlicet: octauo nota,quòd in in ſummarijs petitio poteſt fieri uerbis: ſed oportet, ꝙ redigatur in actis: quod intelligitur per modum memorialis: & dicit Stephanus,per hoc excluſam eſſe omnem curioſitatē,& formulā concipiendorum libellorum in huiuſmodi cauſis: ſufficit enim, quòd petatur

tur id, quod intenditur, ſimpliciter,&
ſine expreſsione cauſæ, & actionis: in
articulis tamen oportet exprimi cau-
ſa, ex qua iuſtificetur petitio; Quia
neminem ſine cauſa audit prætor. ff. de
tranſact. l. cum hi. §. in cauſa: aliàs arti-
culi eſſent impertinentes, & non ad-
mittendi, de off. deleg. c. cum cōtingat.
& de conf. c. 1. & 2. lib. videlicet, nono.
ex hoc nota, quòd quæ aguntur in iu-
dicio ſiue uerbo, ſiue ſcriptura, debent
in actis redigi: & hoc eſt off. ſcriptoris,
iux. c. quoniam, contra de probat. deci-
mo nota, quòd ſuper petitione formā-
tur poſitiones,& articuli: de hoc ī Glo.
in ver. cauti; & eam ſigna pro cautela,
quam tradit. vndecimo nota, quòd pe-
titio ſcribitur in actis, ut fiat diffinitio
clarior:& dicit Lau. quòd dicit textus,
diff. & non dicit ſententia, ut ſit ſenſus,
quòd omnia, quę fiunt in iudicio, iudex
poteſt oretenus dicere,& poſtea ī actis
inſeri facere. arg. de teſtib. hæc omnia
dictus Cardinalis Zabarella, ubi ſu-
pra, attulit: qui & ibidem in §. non ſic
tamen, col. 5. in principio, in ver. octa-
uo quæro, dicit: quod copia petitionis
dari debet reo expenſis actoris. hæc il-
le. & ibidem in fine ipſius. §. in ver. de-
cimoquarto quęro, probat petitionem
ſeruandam in actis, tum vt iux. eam ꝓ-
ferat ſententiam; tum ut de ipſius for-
ma in poſterum non poſsit dubitari;
cum memoria hominum ſit labilis.

QVARTA CONCLVSIO.

EXceptiones legitimæ. i. omnes illę,
quę in iudicio ordinario. i. ubi pro-
ceditur cum figura iudicij, admittendę
erunt, in hoc proceſſu debent admitti;
non autem fruſtratoriæ ac ſuperfluę;
de qbus vide ī tractatulis de Accuſa-
tione, Inquiſitione,& Denunciatione,
iam præmiſsis huic præſenti. hæc con-
cluſio probatur triplici medio. primo
Cle. ſæpe. v̄ ſ. ſignifi. per arg. in Clem. ſæpe, de verborum ſi-
gnifi. ubi paulo ante. §. non ſic, haben-
tur infraſcripta, videlicet: exceptiones,
& arguendo a contrario ſenſu, ergo
exceptiones legitimæ erunt admitten-
dę; cum ad indaginem ueritatis maxi-
me cooperentur; cum ipſæ cōnumerā-
dę ſint inter defenſiones, quæ nemini
ſunt denegandæ, ut infra per eundem
tex. late probabitur, appellationes, &
dilationes fruſtratorias repellendo: &
in §. non ſic, dicitur: nō ſic tamen iudex
lites abbreuiet, quin probationes ne-
ceſſariæ,& defenſiones legitimę admit
tantur. hæc ibi. & ſecundo probatur
concluſio præſens Doctorum auctori-
tate. Bar. enim, vbi ſupra, in ver. item an Bar.
poterit opponi, infraſcripta dixit, vi-
delicet: exceptiones uero, quæ magis
differūt expeditionem,& fruſtant cau-
ſæ ueritatem, quàm ipſam reſpiciant,
poteſt iudex repellere, dicta Clem. ſæ-
pe: illę enim de iure naturali non ſunt;
immo ipſi contrariantur. hæc ille; cuius
uerba accepta a contrario ſenſu con-
cluſionē noſtram probant. probatur &
præſens concluſio rurſus per dominū
Cardinalem Zabarellam in dicta Cle. Car. Za.
ſæpe, colu. 2. in ver. octauo oppono ut,
& ver. ſequenti. qui perdoctiſsime cō-
cluſ. infr̄is verbis probat, vz: octauo
oppono, quia littera, ibi, exceptiones,
appellōnes, dilationes,& fruſtationes,
vr̄ uelle, ꝙ hoc caſu ſint reiciēdæ exce-
ptiones dilatoriæ: quod eſſet magni p̄-
iudicij. per hoc enim excluderet̄ exce-
ptio ſubreptionis, uel nullitatis contra
reſcriptum, uel dilatoria ſolutionis: cū
tamen infra in ver. non ſic, dicat, quòd
defenſiones legitimæ admittant̄. Glo.
non dixit, ponderando litteram, quòd
littera poſuit illa duo ſimul, dilatorias
& fruſtratorias, ut ſit ſenſus; quòd non
ex eo, quòd exceptio ſit dilatoria, de-
beat reici; ſed ex eo, quòd ſit oppoſita
ad differendum, & fruſtrandum. idem
dicit de appellatione, quòd ſola appel-
latio fruſtratoria,& ad differendum in
terpoſita, reicienda eſt:& ſic oppreſſus
ex cauſa poterit appellare, ut in c. inter
de excep. & de appellat c. ut debitus:&
de hoc in ſequenti cōtrario. nono opp.
ad

ad hoc, quia intelligendo litteram, ut dixi in proximo contrario, nihil hic inducitur ſpeciale in ſummarijs : nam etiam in ordinarijs exceptio, uel appellatio fruſtratoria reici debet: de exceptione probatur in cap. 1. extra de off. iudi. de appellatione probatur in c.cum appellationibu s lib. 6. Glo. eadem ibi, ſed quæro, ſtat ĩ contrariũ, dicens ſe uelle doceri, quæ ſit exceptio, uel appellatio, quæ poſsit in ſummarijs reici, quæ non ſit etiam reijcienda in alijs. Stephanus dicit, quòd per hanc litteram iudex reijciet exceptiones, & appellationes, quas ius dicit non eſſe admittendas. & hoc ſiue exceptiones ſint dilatoriæ, vt dicto c. 1. de off. iudi. de excep. cap. cum inter. cap. dilecti: ſiue peremptorię, de excep. c. cum eccleſiaſticæ. & c. cum aduerſario: & etiã non reprobatæ a iure, ſi ex ſufficientibus rationibus uiderit eas proponi cauſa ſubterfugij, & cauſa protellandi litem. C. ad l. Cor. de fal. l. 1. ſecus, ſi hoc viderit ex coniecturis non ſufficientibus, ſed uerìſimilibus; q̃a tunc non ſolũ repellet, ſed nec recipiet; niſi proponens ſe obliget ad certam pœnam, ſi defecerit pro hoc, quod not. compo de elect. c. quòd ſicut. in Glo. magna, in fine uerſi. inſuper nota. & paulo poſt infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: Bart. in Extrauag. ad reprimendam, in verſi. ſummarie dicit, quòd in cauſis ſummarijs non recipiuntur exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, ſi poſſunt per aliud iudicium examinari; ſed reſeruantur in alio iudicio. ff. ad Tre. l. ille a quo. §. de teſtamẽto. ff. ad exhibendum. l. 3. §. ibidem: ſecus, ſi non poſſunt in alio iudicio examinari. tunc enim audientur, ne auferatur ius partis. & uolunt hæc uerba hic, quòd quandoque ſummaria cognitio præmittitur; & ſequi debet cognitio plena; ſicut quando contra tertium ſe opponentem opponitur, quòd ſua non intereſt: quo caſu de hoc diſcutitur, de teſtibus, cap. ueniens el 2. ſimile cap. quoniam §. quod ſi ſuper, ut lite non cõteſt. & quòd ibi not. Glo. in verſ. ſummatim; ad idem de reſtitutione ſpoliat. cap. ſollicite. & hoc caſu procedit, quod dictum eſt, exceptiones non audiendas, ſi requirunt altiorem indaginem: quandoque ſummaria conditio non, expectat aliam pleniorem; ut quando principaliter cognoſcitur de cauſa; & tunc procedit ſecundum mẽbrum, quòd omnes exceptiones debẽt audiri, ſicut in ordinarijs iudicijs: ſed, ut prædixi, exceptiones, quæ reicerentur in ordinarijs, fortius reiciendæ erunt in ſummarijs. hæc omnia Cardinalis Zabarella, ubi ſupra. Imola quoque in dicta Cle. ſæpe, colum. 8. in verſi. Gloſa dilationes, ſe ſubſcribens noſtræ cõcluſioni, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: Gloſa, dilationes, quærit ad litteræ declarationem, numquid iudex datus ſecundum formam huius Clẽmẽtinæ poterit repellere exceptionem ſurreptionis oppoſitam cõtra reſcriptum, uel exceptionem recuſationis contra iudicem, & exceptionem dilatoriam, ſolutionis, uel ſimiles. reſpondet; quòd non ponderanda eſt ea littera, quæ dixit, quòd, dẽt repellere exceptiones, appellationes, & dilatorias, fruſtratorias: non autem dixit, quòd poteſt repellere dilatorias exceptiones: & ſic intentus & mens litteræ eſt, quòd ſolum poſsit repellere exceptiones fruſtratorias, & oppoſitas malitioſe ad differendum iudiciũ; & non alias legitimas. iuxta hoc quęrit Glo. quæ eſt iſta exceptio, uel appellatio, quam intendit hæc Clem. repellere per hæc uerba: nam per eam nõ eſt dicendum, quòd iudex datus ſecũdum hãc formam poſſet repellere exceptionem, uel appellationem, quam alius iudex deberet admittere: reſpõdet Gloſa, quòd hoc hic clare non aperitur; & ideo in hoc petit doceri. Guielmus dicit, quòd hic ſolum intendit repellere, exceptiones fruſtratorias, q̃ dicerentur ſecundum eum, ſi exceptio

recu-

recuſationis proponitur contra iudicem ex eo, quòd aduocatus alterius partis eſt familiaris iudici, allegat de off. iudi. c. 1. uel ſi opponatur exceptio excommunicationis cõtra eum, qui ſe defendit; uel appellationem proſequitur, uel petit ſe abſolui, allegat de exceptionibus. c. cum inter: & c. dilecti. & c. ſignificauerũt. & generaliter ubicunque lex repellit exceptiones; vel iudici viſum ſit, quòd cauſa ſubterfugij proponatur, repellit iudex tales exceptiones ſecundum Guli. per hoc non bene apparet reſponſum ad quæſitum Glo. ideo poteſt dici, quòd ſolum debeat iudex datus ſecundum formam iſtam repellere exceptiones, quas alius poteſt; ſed potius quas ille fecit; quod dictum fuit cum Glo. in ver. amputet; & quod in ſimili dicit Glo. infra pro ut in ver. multitudinem: uel dic, quòd excludit exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ in alio iudicio poſſunt reſeruari, ut infra dicam; uel dic, quòd excluduntur exceptiones oẽs, ſi iudex ſuſpicabitur de malitia; quia nõ retractabitur proceſſus, etiam ſi oblata fuerit probatio, niſi ueritas probetur, arg. not. per Inn. de conceſsione præbẽdarum. c. poſt electionẽ. ſecus in alijs cauſis, ut in c. interpoſita de appellat. vel dic, quòd excludit exceptiones, quæ magis fruſtrantur, & differunt iudiciũ ſeu proceſſum, quàm reſpiciũt ueritatem; quia illa nõ ſunt de iure naturali, immo repugnant: exemplum poni põt forte in exceptione, non potes eſſe ꝓcurator, quia miles, uel fœmina. hæc ille Doctor Imola ubi ſ. qui, etiam concludit idem in quodam breui epilogo iſtius materiæ poſt dictam Cle. col. 2. in ver. 5. quæritur. probatur & tertio hac rõne: cum ex dicta Cle. ex Doctoribus pateat, ꝙ iuſtę defenſiones nulli ſint denegandæ, immo ille pceptæ de iure naturali; & ut oẽs legitimę exceptiones admittendæ in foro ordinario ſint, hominib' concedendũ ſit; cõſequens erit, ꝙ oẽs illę exceptiones, cũ ſpectent ad defenſionem legitimã indultã vnicuiq; de iure naturæ, non poſsint denegari, etiam cum proceditur ſummarie, &c.

QVINTA CONCLVSIO.

IVdex in cauſa expedienda ſimpliciter, &c. de qua fit ſermo in pſentiarũ, poterit ꝓcedere die feriarum, quæ indultæ fuerunt a iure ob neceſsitatem hoĩum; ſecus ob honorẽ Dei. hæc concl. probatꝰ duplici med. primo p tex. in dicta Cle. ſæpe de uerb. ſignifi. vbi fere in princ. hæc habentur inter alia, vcȝ: tpe ẽt feriarum ob neceſsitatem hominũ indultarum a iure procedere ualeat. hæc in dicta Cle. cuius uerba arguunt nobis quoque, ꝙ a contrario ſenſu tpe feriarum, quæ in honorem Dei ĩtroductæ fuerunt, prohibetꝰ procedi poſſe in hmõi cãæ expeditione, ut apertiſsime Doctores faſsi fuere. probatur quoque pñs concl. & auct. Doct. Gloſa enim in dicta Cle. in ver. ob neceſsitatẽ, infris verbis vtitur, vcȝ: ob neceſsitatẽ, ſicut eſt tps vindemiarum, & meſsium, quibus ẽt ferijs partes renũciare poſſunt, ex. de ferijs c. fin. in fine: in hoc ergo differunt hæ cãæ ab alijs; quia in his procedit iudex inuitis partibus; in alijs ſecus; in quibus pter appellationem ſnĩa lata eſſet nulla, parte inuita, uel abſente. ff. de ferijs. l. 1. a contrario uero huius litteræ ſenſu arguendo patet, quòd in ferijs introductis in honorem Dei, uel Sanctorum procedere non poteſt talis iudex: hæc Gloſa ibi: quæ in ver. a iure, dicit a iure; tamen miniſterio hominis; quia ius nõ determinat tempus propter uarietatem locorum, quibus citius, uel tardius prædicta, ſcilicet, ſegetes colliguntur. ff. de ferijs. l. præſides. ff. de officio proconſulis. leg. ſi in aliquem, in principio. hæc Gloſa illa: cuius quidẽ dicta ſummopere ſunt notanda. Bar. quoq; in dicta Extrauag. ad reprimendã, in §. & figura col. 3. in ver. itẽ an procedi poſsit, infraſcriptis utitur verbis, vcȝ: item an ꝓcedi poſsit tempore feriato: in dicta Clem. dicitur, ꝙ ſic,

Clem. ſæpe d v. ſignifi.

Gloſa

probatur per eadem Clem. circa . §. primum, arguendo a contrario ſenſu: quoniam hæc uerba ibi habentur, videlicet: amputet dilationum materiã, & litẽ, quantum poterit, faciat breuiorem, exceptiones, appellationes, & dilationes fruſtratorias repellendo; partium aduocatorum, procuratorum contentiones & iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrenando: non ſic tamen litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur. hæc ibi, probatur quoque præſens concl. per arg. in Clem. paſtoralis, de ſent. & re iudi. in §. ceterum, circa finem; ubi hæc habentur, videlicet: nec prædicta ſuppletio circa ſubditum, etiam ad ea potuiſſet de ratione referri, per quæ de crimine, præſertim ſic graui, delato defenſionis, quæ a iure prouenit naturali, facultas adimi ualuiſſet; cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt. hæc ibi inter alia. probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Gloſa enim in dicta Clemen. verſi. amputet, infraſcriptis utitur verbis, videlicet: iſtud, & quæ ſequuntur uſque ad verſi. non ſic, non videntur in his cauſis ſpecialia; cum in omni cauſa iudex laborare debeat ad lites breuiãdas, & dilationum materias amputandas; & alia, quæ ſequuntur, iura ſunt vulgaria; ſed dici poteſt ſpeciale, quod in his fortius, quàm in alijs iudex hoc poterit. hæc Gloſa ubi ſupra. ſed ibidem in uerſi. defenſiones, utitur infraſcriptis uerbis, videlicet: & facit hæc littera ad quæſtionem legiſtarum de poteſtate eius, qui habet arbitrium, an. ſ. teneatur iuſtitiam partis ſeruare, uel poſsit illam contra iura, & iuſtitiam condemnare, & voluntate uti. & tenet, quòd iuſtitia, & legitima partis defenſio non tollitur per traditionem arbitrij: allegant. C. de inofficioſo teſtamento; & facit textus in capitulo in generali. de regu. iur. in ſexto cum ſuis concordantijs. & optime probat conſtitutio Clemen. paſtoralis de ſenten. & re iudi. §. ceterum, in fine, ſupra relato. & ſi dicas arbitrium ab eo, qui potuit, conceſſum debuit aliquid operari. reſpondetur, quòd ad ſollemnitates, quę figuram iudicij reſpiciunt, non tenetur, ut hic: vnde nota, quòd de his, quæ in iudicio aguntur, quędam ſunt acta cauſę, uel litis; quędam iudicij confeſsiones: ergo atteſtationes, & ea, quę reſpiciunt factum, proprie ſunt acta cauſæ, citationes, ſatiſdationes, & ſimilia ſunt acta: de hoc per Inno. & Hoſtienſem in capitulo cauſam, extra de teſtibus ſine figura iudici. verba igitur licet tollant aliqua ex his, quę ordinant iudicium; non tamen illa, quę inſeruiunt, & decidunt cauſam. non eſt ergo mirum, ſi probationes, & legitimas defenſiones talis iudex admittit. nil igitur talis iudex omittet, per quod impediatur, uel occultetur cognitio ueritatis, ut ſequitur, per ſingula diſcernere potes: & illa uero, quę ſollemnitatem reſpiciunt, ſiue ſint actus, qui reſpiciunt iudicem, ſiue partem utramque, uel alteram, remittuntur: & facit textus lege ſi ſeruus vetitus, cum ſuis concordantijs. ff. de lega. primo. hec Gloſa illo in uerbo: & in verſiculo partes, ibidem Gloſa infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: patet ergo, quòd in his cauſis, quibus ſine figura expeditur unus, & idem terminus datur actori, & reo ad probandum; cum in alijs cauſis dicatur fatuum eſſe, quòd reus probet defenſiones ſuas; niſi prius actoris intentio ſit fundata, ut in capitulo de teſtibus, extra de teſtibus; & in uerſi. poſt dationem, Glo. concludendo dicit: illud ergo tempus, quo ſuper his inſtatur, non currit in termino productionis; nec eſt congruum

parti

parti ſtatui terminum ad probandum, priuſquàm ſciat, in quibus releuetur, & quos articulos ꝓbare teneatur. hæc in dicta Glo. cuius uerba uidentur aduerſari his, quibus uſus fuerat paulo ante: attamen non aduerſantur illis, eo quòd (meo quidem iudicio) ī prędictis loquitur in principio litis; & in ſubſequentibus uerbis loquitur in progreſſu illius, videlicet: quando cępta iam lite, & hinc inde productis ſcripturis uel huiuſmodi, deinceps reo, dēt terminus conſtitui ad reſpondendum ſeu probandum contra producta ab actore. & hæc dicta ſufficiant pro declaratione mentis prædictæ Gloſæ prædictę in utroque loco. Bar. quoque rationabili concl. ſe ſubſcribens in extrauag. ad reprimendam in §. & figura. col. 3. in ver. item an dari debeant dilationes; infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: item an debeant dari dilationes? videtur, quòd ſic. nam in dicta Clem. ſæpe, dicit; amputet dilationū iudex materiam; & litem, quantum poterit, faciat breuiorem; non tamen ſic litem iudex abbreuiet, quin probationes ueræ, & defenſiones legitimæ admittantur. & ita dicitur ibi, quòd iuri naturali & rationi congruit: cum enim probationes ſunt faciēdæ, oportet quòd fiant in termino poſito, quòd ualeant, ſi fiant ſine dilatione, vt l. unius §. cogniturum. ff. de quæſt. tamen æquum eſt, dilationem certam dari cauſa breuiandæ litis. & quod dicit, quòd non ſunt nimis breues dilatiōnes dandæ, congruit naturali ęquitati: nam ſic non aufertur parti actoris ius ſuum; nec reo aufertur defenſio; quæ ex cauſa naturali eſt omnibus cōceſſa, vt l. vim. ff. de iuſt. & iure; & eſt expreſſum in Clem. paſtoralis, de ſent. & re iudi. ſed ad quid dabitur iſta dilatio ī dicta Decretali? dicitur, quòd primo datur terminus ad faciēdas petitiones, & articulos ſimul; poſtea uero datur terminus ad producendum omnia, quæ partes uolunt. ſed certe illud eſt expreſſe ſtatutum illius Decretalis, quæ uult in hoc ſeruari uſum. hoc tamē non eſt de iure naturali, nec ciuili; cum ſufficiat dari term. in cauſa ad ꝓbandū vnam dilationem, vt ff. de ferijs. l. fin. unde in hoc in foro ciuili non eſt ſeruanda illa Decretalis. hæc omnia Bart. ubi ſupra. Imola uero in dicta Clem. amplectitur Gloſæ opinionem, ſupra relatam per me ſuper dictam Glo. & in ꝑdicto tractatulo in ver. ſeptimo quæritur, infraſcripta addens, videlicet. ſeptimo quæritur, an dari debeant dilationes; hinc dicit tex. amputet iudex dilationum materiam; & litem quantum poterit faciat breuiorem. dic dilationes, ſcilicet, neceſſarias dandas fore; quod patet, quia talis iudex debet recipere probationes, ut hic patet; ergo per conſequens debet dare dilationes, quia probationes fiunt in tempore. C. de dilationibus. l. 1. & in c. offeratur. 3. q. 3. item qnādoque, probationes fiunt ſine dilatione: & ideo eſt æquum, certā dilationem dari cauſa abbreuiandę litis: non tamen debet eſſe nimis breuis, vt dicitur hic: & hoc congruit naturali æquitati; quia nimis breuiando aufertur actori ius quæſitum, & reo ſua defenſio, quæ ſurgit ex ęquitate naturali. ff. de iuſtitia & iure l. ut vim, & in Clem. paſtoralis, de ſent. & re iudi. hæc ille. Cardinalis quoque Zabarella in dicta Clem. adhæret in omnibus ſententiæ Gloſæ ſupra allatæ; & hoc in §. & quia per totum; ubi doctiſsime probat uniuerſa adducta in concl. noſtra.

Auctor. | Bar. | Imola. | Car. Za.

OCTAVA CONCLVSIO.

IN huiuſmodi proceſſu, de quo quæritur, iudex debet petere a partibus non tantum iuramentum de calumnia, quàm de malitia, & ueritate dicenda. hęc concluſio probatur duplici medio, primo per apertiſsimum tex. in dicta Clem. ſæpe, de uerborum ſignifi. in §. citationem, ubi infraſcripta habentur, videlicet: citationem uero ac præſtationem iuramenti de calumnia, uel de mali-

Clem. ſæpe d v. ſignifi.

malitia, aut de ueritate dicenda, ne ueritas occultetur, per cõmiſsionem huiuſmodi intelligimus non excludi. hæc in dicto canone. probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Bar. enim, ubi ſupra in ver. item an de calumnia, infraſcriptis uerbis vtitur, videlicet: item an de calumnia ſit iurandum, in dicta Cle. dicitur, quòd ſic, ne ueritas occultetur. in contrarium facit; quia hæc ſollemnitas videtur inducta a iure ciuili, vt ff. de iuramento calum. l. 3. ſed dic primum verum, quòd iuramentum defertur in tota cauſa de iure naturali & diuino, hoc eſt tẽpore Moyſes inductũ eſt, vt propter credulitatem aliquis deberet iurare, vt extra de iureiur. c. & ſi Chriſtus; & Exodi. 22. c. Si igitur iuret ſuper quolibet articulo, ut fiebat olim, C. de iureiu. l. 2. ſatis putarem ſufficere; maxime cum tale iuramentum poſsit omitti, ut dicta l. 2. §. ſed qa ueremur. hęc Bar. Imola quoq; ubi ſupra; in ver. quarto uero quæritur, iſraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit concluſioni noſtrę, videlicet: quarto uero queritur, an in dicto caſu iurandum ſit de calumnia: dicit, quòd ſic. & hoc etiã hic ſatis apertè probatur. item probatur ratione; qa etiam de iure diuino ueritas eſt probanda, cum Deus ſit ueritas, ubi ſupra, c. 1. & omnia cedant ueritati, Exodij. c. 1. & ideo ne ueritas occultetur, iurãdum eſt de calumnia. nec obſtat ſi dicatur, quòd ſollemnitas ſit inducta a iure ciuili, quòd iuratur ſemel in tota cauſa; ſed non ſimpliciter, quòd iuretur: nam de iure diuino iurabitur ꝓpter incredulitatem, de iureiurando c. & ſi Chriſtus. hęc ille.

Bar.

Imola.

NONA CONCLVSIO.

IVdex in ꝓceſſu formando expediendo ſimpliciter, &c. iux. dictę Cle. formam debet iuramentum exigere a teſtibus examinandis. hæc concluſio probatur triplici medio. primo per arg. in in dicta Clem. in § citationem, relato in præcedenti concluſione de uerbo ad uerbum; cum ibi pręcipiatur deferri iuramentum, etiam de ueritate dicenda, & non additur cui; ut nobis oſtenderet canonis conditor, quòd huiuſmodi cõſtitutio amplecteretur ne dum utranque partem, ſcilicet, actorẽ & reũ, uerum ẽt & teſtes. probatur & ſecundo Bartoli auctoritate, ubi ſupra in fine illius cõcluſionis, qui infraſcripta aſſeruit de noſtra concluſione, videlicet: item an in dictis cauſis, in quibus procedítur ſine figura iudicij, debeant teſtes iurare. hoc enim non reperitur de iure digeſtorum, niſi in l. Theopompus ff. de dote pręle. ſed uidetur mea ſñia, conſtitutionem etiam eſſe Imperatoris, ut C. de teſtamentis l. de iureiurando. puto tamen quod iurare debeant, per ea, quę dicta ſunt de iuramẽto calumniæ. ſed an pręſente parte? puto quòd ſic; aliter auferũtur eis defenſiones: quod repugnat naturali ęquitati. hęc ille vbi ſupra: cui Imola aſtipulat, vbi ſupra, his Ṽbis in ver. octauo queroan & quando producuntur teſtes in cauſa, in qua proceditur, iux. formam iſtam debeant iurare: dicit quòd ſic. mouetur, quia licet non ſit cautum iure Digeſtorum: tamen iure hic eſt clarum per l. iuriſiurandi. C. de teſtibus: & ideo iurari debet, arg. eorum, quę dicta ſunt de iuramento calumniæ; quia hoc tendit ad ueritatis indaginem, & de iure diuino & per ibi dicta. hęc omnia Imola adduxit ubi ſupra. probatur & tertio hac ratione: cum huiuſmodi iudicium tendat ad detegendam veritatem; & iccirco cõcedat ius adductionem teſtium in huiuſmodi cauſis; & teſtibus nulla ſit adhibenda fides, niſi iuratis, ut in c. nuper extra de teſtibus; proinde patet per dictam Clem. tacite indultum fuiſſe iudici, ut exigeret iuramentnm a teſtibus de ueritate dicenda in huinſmodi forma iudicij.

Cle. ſæpe 2 ẏ. ſignifi.

Auctor.

Bar.

Imola.

DECIMA CONCLVSIO.

IN dicta cauſa, de qua eſt ſermo, in pſentiarum teſtes debent iurare parte præ-

præſente. hæc concluſio probatur au-ctoritate Bar. ubi ſupra; cuius V̄ba retuli in concluſione præcedenti. idem aſſeuerat, vbi ſupra, hanc rationem ad ducendo, videlicet: ne ei auferatur facultas defenſionis contra æquitatem naturalem. hæc ille: cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Imola, ubi ſupra, in V̄.octauo quæro.

Bar.

Imola.

VNDECIMA CONCLVSIO.

IN dicta cauſa licet teſtes ſint ſecreto examinandi; tamen erunt depoſitiones teſtium publicandæ. hæc concluſio probatur duplici medio. primo, ut aiũt Doctores, iure naturali ſeu diuino, ut patuit in Daniele de Suſanna, pro ut patet in libro Danielis c.13. Probatur & Doctorum auctoritate Bart. enim, ubi ſupra, in ver an requratur publicatio teſtium, infraſcriptis utit uerbis, videlicet: Glo. in l. ſi quando C. de teſtibus. dicit, quòd per Danielem inductũ eſt, quòd examinatio fiat ſecrete, ut legitur in lib. Danielis c.13. hoc eſt igitur de iure naturali ſeu diuino: ex hoc ſequitur, quòd debeat publicatio fieri; alias aufertur parti defenſionis ius: ſi enim non publicarentur, non poſſent impugnari teſtes, & eorum dicta: ſed auferre defenſionem repugnat iuri naturali. ut dictum eſt. hæc Bar. cui Imola, ubi ſupra, in eo. uer. octauo quæro, in fine aſſentit.

danielis li. c. 13. Bar.

Glo.

Examinatio teſtium q ſiat ſecrete quis inſtituit

Imola.

DVODECIMA CONCLVSIO.

IN hoc ꝓceſſu iudex, poſtquam publicauit depoſitiones teſtium adductorum per aliquem, non debet recipere alios teſtes pro eadem parte propter timorem ſubornationis teſtiũ; & quia hoc eſſet contra naturalem æquitatem, per quam alter alteri non debet inſidiari; cum & hoc etiam ſit prohibitum in foro ordinario. hæc concluſio probatur duplici medio. primo per arg. in l. ut vim ff. de iuſt. & iure; ubi hæc habentur, videlicet: ut uim atque iniuriam ꝓpulſemus: nam iure hoc euenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur: & cum iter nos cognationem quādā natura conſtituerit, conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe. hæc in dicta l. Probatur quoq; per tex. in c. de teſtibus, extra de teſtibus, in fine, ubi Inn. tertius infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & ut cogantur ſuper toto negotio dicere ueritatem, ſacramento eos poſtulauerit obligari, ad id ſine dubitatione ſunt cogendi; niſi forte ſufficiens productio teſtium ſuper principali iam facta fuerit; uel renuntiatum teſtibus, probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Bar. enim præſenti concluſioni ſe ſubſcribens, ubi ſupra. col. 4. in ver. ſed an. eiuſdem cōcluſionis uſus uerbis fuit, addendo tamē illis, & hæc, videlicet: &, ſic ex quadam naturali æquitatē, quæ eſt, ne alter alteri inſidietur, ut ff. de iuſt. & iur. l. ut uim. hæc ille: cui aſtipulatur Imola, ubi ſupra, in ver. nono quæritur, de uerbo ad uerbum.

l. ut uim ff. d iuſt. & iure.

c. de teſtib' ex. d teſtib'

Bar.

Imola

TERTIADECIMA, ET VLT. concluſio.

IVdex in cauſa expedienda ſimpliciter, &c. debet partes citare ad audiendam ſententiam diffinitiuam ſuper totum negotium, de quo agitur; quam tamen ſententiam poterit proferre ſtans uel ſedens pro tribunali, ut melius ſibi videbitur, etiam concluſione cauſæ non facta, pro ut ex petitione & probatis, & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum. hæc concluſio probatur duplici medio. primo enim aperti ſsime probatur in Clem. ſæpe, de verborum ſignificatione. §. ſentētiam uero; ubi hæc habentur, videlicet: ſententiam uero diffinitiuam, citatis ad id, licet non peremptorie, partibus, in ſcriptis, & pro ut magis ſibi placuerit, ſtās uel ſedens proferat, etiam ſi ei videbiẗ con-

Cle. ſæpe de verb. ſignifi.

concluſione non facta; prout ex peti-tione, & probatis & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum. hæc ibi. probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Glo. enim in dicta Clem. in ver. ad id, & in ver. nõ peremptorie, & in ver. in ſcriptis, & in ver. ſtans, & in ver. concluſione, & in ver. faciendum, noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſit: cui aſtipulati fuerũt Bar. & Imol. ubi ſupra, & hæc adduxiſſe ſufficiat pro intelligentia ſeu notitia eorum, quæ neceſſario requiruntur in expediendis cauſis, in quibus aliqua de cauſa proceditur ſummarie, ſimpliciter, & de plano, abſque ſtrepitu & figura iudicij, ut habetur in dicta Clem. ſæpenumero, de uerborum ſignifi. in §. penultimo incip. quæ omnia; ubi hæc habentur, videlicet: quæ omnia, etiam in illis caſibus, in quibus per aliã conſtitutionem noſtram, uel aliàs procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij uolumus obſeruari. hæc in dicto §.

Finis præſentis opuſculi,

Z

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN *OPVSCVLO DE MODO PROCED. contra regul. in foro fori.*

Prologus auctoris.

PRIMA CONCLVSIO.

PRælati regulares oẽs poſſunt animaduertere in regulares ſibi ſubditos, pro ſuis exceſsib⁹, iuxta tenorem mandati contenti in regulæ, cuius obſeruationes profeſsi fuerunt; & ſecundum conſtitutiones cõgregationis ſiue ordinis eorum, ſub cuius vexillo militauerint ipſi regulares uiri: licet forſitan ipſi ſubditi appellauerint etiam ad Sedẽ Apoſtolicam, vt patebit infra in probatione de monachis noſtræ congregationis Caſsinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua. nec nõ poſſunt dicti prælati ipſorum ſubditos punire ſecũdum Apoſtolica inſtituta, ſeu ſacros canones. vide in concl. prima dicti capituli; & ſic fac ĩ ſeqñtibus.

Secunda concluſio.

Prælati & abbates poſſunt corrigere ſibi ſubditos monachos; non tãtum, ſi transgreſſores fuerint contentorum ĩ eorum regulis iux. formam ipſarum; verumetiam ſi non obſeruauerint contenta in conſtitutionibus ordinis ſui, et poſt profeſsionem editis.

Tertia concluſio.

Prẹlati omnes regulares poſſunt ꝓcedere in cauſis ſeu correctionibus ſibi ſubditorum ſimpliciter, ſummarie, & de plano, abſque figura & ſtrepitu iudicij, ſola rei veritate inſpecta, ſecundum regulam, & conſtitutiones eorũ; & ſecundum formam iuris communis; obſeruando omnia adducta in prẹced. tractatulo per totum.

Quarta concluſio.

In cauſis regularium prælatorũ obſeruandus non eſt iudicialis ordo uſquequaque, ideſt, ad vnguem: licet aliqs ordo iudiciarius, ideſt, quo ad ſubtilitatem non eſt ſeruandus, licet quo ad ueritatem ſit neceſſario ſeruandus: quoniam veritas facti numquam erit omittenda. quapropter ipſis erunt exhibenda nedum dicta teſtium; ſed & ipſorum nomina iux. decretum Clem. papæ in c. ſæpenumero, de uerb. ſignifi.

Quinta & ult. concluſio.

In cauſis ſpectantibus ad honorem ſeu famam regularium, non prælatorũ, ordo iudiciarius concernens ueritatis indaginem eſt ſeruãdus; licet non quo ad ſubtilitatem iuris.

Finis.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. VI. TIT. DE MODO PROCED. contra regulares in foro fori.

CAP. VNICVM.

PROLOGVS.

LIcet me non prætereat, mi candidiſsime lector, infauorabilibus complecti quemlibet monachorum, uel regularium appellatione clericorum; nec non, ꝙ ad fauorem ipſorum ſpectet, quòd contra ipſos nō procedatur, niſi ordinis iure conceſſo clericis ſecularibus; de quo ordine ſupra in præmiſsis opuſculis copioſiſsimus fuit factus ſermo, ut patet ad ſenſum: nihilominus, quoniã uidetur cautum contrarium in c. qualiter & quando el 2 in fine de accuſ. ubi hæc habentur inter alia, videlicet: hunc tamen ordinem contra regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum; qui cum cauſa requirit, facilius, & liberius poſſunt a ſuis adminiſtrationibus amoneri: hæc vbi ſupra: & quoniã nonnulli homines ṕdictis canonis verbis permoti arbitrantur ipſos regulares peioris ſtatus iudicandos fore homicidis clericis ſecularibus circa ordinem procedēdi, aſſerētes, erga iſtos clericos ſeculares a prælatis eorum ob ſeruandum eſſe de verbo ad verbum tam odioſa, quàm fauorabilia contenta in dicto canone: ea propter certiorem faciam ipſum lectorem, me adducturum fore in medium, circa modum procedendi prędictum, quicquid litteris commendandum, ex Doctorum ac canonum dictis excerpere, viſum fuerit ad rem noſtram facere.

AN quilibet Abbas ſeu alter prælatus poſsit punire ac excommunicare pro cauſa ciuili & criminali monachos ſibi ſubditos, ac contra ipſos omni modo procedere in foro iudiciali; & qualiter ſit procedendum contra eos. quamuis in ſuperioribus opuſculis luce clarius patuerit, prælatum ſeu abbatem poſſe procedere contra monachos: quoniam ſæpe de hoc fuit diſputatum: tamen viſum fuit in hoc primo capitulo de ipſo uerbum facere, vt in hac materia, ſicut in reliquis, procedere fas ſit nobis, etiam ſimpliciter ac de plano, &c. de quo modo procedendi dictum fuit in præcedenti tractatulo per totũ. quapropter huic quęſtioni tantum hic reſponſum dare curabo infraſcriptis concluſionibus.

PRIMA CONCLVSIO.

PRælatus regularis quilibet poteſt animaduertere ĩ regulares ſibi ſubditos, ꝓ ſuis exceſsibus, iux. tenorem mandati contenti in regula, cuius obſeruationem profeſsi fuerint eius ſubditi, & ſecundum ordinationes regiminis congregationis, uel religionis, ſub cuius vexillo militauerint ipſi regulares viri; licet forſitan ipſi ſubditi appellauerint etiã ad Sedem Apoſtolicam, ut patebit in probationibus de monachis congregationis noſtræ Caſſinen. & forſan de reliquis; nec non, ut ipſorum ſubditos ſecundum Apoſtolica ſtatuta, id eſt, canones ſacros. hæc

concl. probatur triplici medio. primo
c. noſtrā quāapertiſsime p tex. in c.ad nr̃am, ex̃
ex.de ap de appellat. ubi Alex. tertius ſcribens
pellat. Abbati S. Petri īfraſcriptis vtitur ṽbis
vc3: quia uero remediū appellōnis nō
ideo eſt inuentum, ut alicui a religio-
nis & ordinis obſeruantia exorbitanti
debeat ī ſua nequitia patrocinium ex-
hibere, mandamus, quatenus, ſi quādo
quilibet ſubditorum tuorum ad reme-
dium appellationis conuolauerit, non
ideo minus iux. tenorem mādati, quod
in prædicta regula continetur, & inſti-
tutione ordinis, corrigas, & caſtiges.
c. ea q̃, hæc ibi. idem probatur in c.ea quę, ex-
ex.d̃ ſta- tra de ſtatu monachorū; ubi Honorius
tu mon. tertius ſcribens abbatib⁹ & monachis
in Lombardia & Marchia Teruiſ. con-
ſtitutis, infraſcriptis uerbis uſus fuit,
videlicet: porro cum uiſitatores ſecun-
dum ſtatutum generalis concilij, ordi-
nati a generali abbatum capitulo, pro-
ceſſerint ad viſitationis officium exe-
quendum, de ſtatu monaſteriorum &
obſeruantijs regularibus diligenter
inquirēt, tam in ſpiritualibus, quàm in
temporalibus, corrigantq; & reformēt,
quæ viderint corrigenda; ita tamen, ꝙ
monachos delinquentes per abbatem
loci corrigi faciant, eiſque iniungi pę-
nitentiam ſalutarem iux. Beati Benedi
cti regulam & inſtituta, non ſecundum
normā prauę conſuetudinis, quę quaſi
pro lege in quibuſdam eccleſijs inole-
uit. & paulo poſt: amoueatur abſque iu
diciorum ſtrepitu. hæc inter alia in
c. repre- dicto canone. & in cap. reprehenſibi-
henſibi- lis, extra de appellat. in fine, Ale-
lis. ex. d̃ xander tertius infraſcriptis uerbis vti
appella. tur, videlicet: præcipue uero hoc in
religioſis uolumus obſeruari, ne re-
ligioſi, cum pro aliquo exceſſu fue-
rint corrigendi, contra regularem
prælati ſui, & capituli diſciplinam ap-
pellare præſumāt; ſed humiliter ac de-
uote, quod pro ſalute ſua fuerit eiſdē
iniunctum, ſuſcipiant. hæc in dicto ca-
c. cum ī none. & in c̃. cum in ſpirituali, extra de
ſpāli ex. appellat. in fine infraſcripta habentur,
de app.

videlicet: ceterum has duas conſtitu-
tiones præmiſſas nolumus ad regula-
res extendi contra ſuas ſpeciales ob-
ſeruantias. hæc ibi. & in c.olim, extra c. olim.
de accuſ. infra habentur, vc3: ne igitur ex. d̃ ac.
reformatio monaſterij valeat retarda-
ri, &c. in negotio de plano, & abſq; iu
diciorum ſtrepitu procedentes (cū ta-
libus, maxime in hoc caſu, non deceat
Dei ſeruos inuolui) inquiratis, quæ cir
ca perſonas, & obſeruantias regulares
uideritis inquirenda; corrigentes tam
in capite, quàm in membris, quæ refor
mationis & correctionis officio uide-
ritis indigere, &c. hęc omnia ibi. & in
quadam Bulla, ſeu extrauag. felicis re-
cordationis Gregorij xiij. habentur in- Extraua
fraſcripta tria, ſcitu digna, ac memorię gans Pa
commendanda ab ipſis monachis nr̃æ pæ Gre.
congreg. Caſsinen. ordinis S. Benedicti xiij.
de obſeruantia. primū, ꝙ p̃lati de regi-
mine cong. p̃dictæ auct. apoſtolica ſuf-
fulti, deinceps poſsit p̃latos & alios of-
ficiales monaſt. dictæ cōg. cōſtituere, &
amouere ad eorū libitū, nō habita cāæ
cognitione: ſeruatis tñ ipſius cong. cō-
ſtitutionib. & illis ɔcedit facultas coer
cēdi monachos rebelles, ac impedimē-
tū aliquod impertiētes, q̃n executioni
mandent dictæ coertiones; ēt p amo-
tionē ab officijs ſeu dignitatib⁹, quas il
li forſan obtinerēt: nec non & illi car-
ceri, ſi op⁹ fuerit, ēt p dictos p̃latos mā
cipari poſsint. ſm̃ ꝙ cōfirmata fuit ꝓhi
bitio, ab alijs indulta, de appellādo, ita
ꝙ deinceps nō poſsint ipſi monachi di
ctæ Cong. appellare, ēt ad Sedē Apoſt.
quacunq; de cā ſeu correctione, abſq;
Summi Pōt. īdulto. tertiū, ꝙ in cā cōtra
aliquē p̃latorū ſeu monach. dictæ Con-
greg. poſsit ꝓcedi ſimpliciter, & de pla
no, ac ſola facti veritate inſpecta, & oī
appellōne remota, tam ī crīali, q̃ in ci-
uili cā, ſm̃ ſtatuta & cōſuetudinē Con-
greg. prædictę, iuris cōis apicibus, dila
tionibus, terminis, & litium amfracti-
bus omiſſis; hæc inter alia habent ī illa
ex̃uaganti. quæ icc irco tm̃ hic retuli:
qm̃ & ipſa tm̃ ad rem noſtram facere
uiſum

viſum fuit pro maiori examine concl. & quidem mihi videtur eandem formam prohibitionis inſtitutam fuiſſe in in alijs religionibus: tamen me remitto in hoc veritati. his ergo omiſsis, ad Doctorum ſententiam proferendam in medium deſcendendo, dico nr̃am concluſionem probari quoque auct. Doct.

Glo. Gloſa enim in d. c. ad noſtram, in verſi. minus, infraſcriptis vtitur verbis, vc3: à correctione enim non appellatur, infra eo c. reprehenſibilis. & Gloſæ in præadductis iuribus tacite idē fatentur.

Pan. Pan. quoque ſe ſubſcripſit noſtræ concl. in d. c. ad noſtram, notabili tertio, ubi infraſcriptis uerbis utitur, videlicet: nota tertio, ibi corrigas & caſtiges iuncta ſupſcriptione, ꝙ correctio monachorum ſpectat ad abbatē ſolum: vnde hic nulla fit mētio de capitulo ſuo; ad hoc c. nullam 18. q. 2. ex quo infertur, ꝙ maior eſt ī hoc auctoritas Abbatis in monachos. hæc Pan. qui & idem ſenſit in

Auctor. pallegatis iuribus, (ut breuibus utar) Probatur & tertio hac rōne, videlicet: cum ab ipſis prælatis requiratur ſanguis ac animæ ſubditorum monachorum, ut in c. irrefragabili, extra de officio ordinarij; & nemo ſit puniendus aliena culpa, niſi ſua cā aliquod malū contigerit; merito ergo dicimus concluſionem ueram, ut ſic prælati corrigentes ſubditorū exceſſus non videātur culpas approbaſſe ſibi ſubditorum; ſed quòd faciant, quātum ī ſe ipſis eſt, vt ſubditi, ſaltem timore pœnæ, mala non operentur.

SECVNDA CONCLVSIO.

Prælati, & Abbates poſſunt corrigere ac punire ſibi ſubditos, nō tantū, ſi transgreſſores fuerint contentorum in eorum regula iuxta formam regulæ, uerumetiam ſi non obſeruauerint cōtenta in conſtitutionib⁹ ordinis ſui, ēt poſt eorū profeſsionē editis. hæc cōcl. ꝓbatur medio triplici. primo per arg.

c. Vnica ex defta tu reg. ī c. vnico, de ſtatu regularium. in vj. vbi monialibus, q̄ ēt poſt ſuā profeſsionē vagabantur p ciuitatem, adeuntes domos conſanguineorum, nec non aſſolverant & ad ſe introducere perſonas ſuſpectas, interdr̄ egreſſus a clauſtro, & introductio laicorum in earum clauſtro; & p tex. ī c. ad nr̃am, ex. de appella. cuius verba in precedenti concl. adducta fuere, & rurſum p arg. in Clemētina

Clem. 1. de priui legijs. prima de priuilegijs; ubi inter alia loquēdo de religioſis, hæc habentur, vc3: ſi q. vero premiſſa, vel aliq̄d de p̄miſsis attentare p̄ſumpſerint, per duos mēſes ſubiaceant pęnis illis, quæ ſm̄ eorum regulā, uel ſtatuta pro grauibus cribus ſeu culpis eis cōſueuerunt imponi. hæc in dicto canone: ex cuius verbis vr̄ tacitam indultam fuiſſe indiſtincte prælatis poteſtatem puniēdi ſibi ſubditos pro cribus iux. pęnas contentas tam in regula eorum, quàm in conſtitutionibus factis a Reuerēdis patribus illius cōgreg. ſeu religionis, tā poſt ipſorum monachorū ꝓfeſsionē emiſſā, q̄ antea.

Pan. probatur & ſecundo auct. Pan. q. in d. c. nr̃am. col. 1. in ver. nota vlt. ī̄ſcriptis vtitr̄ verbis, vc3: monachos poſſe cōpelli ad obſeruantiā religionis, & cōſtitutionis ordinis, facit tex. in Clem. 1. de priuilegijs. ex hoc, & ex tex. nota differentiam īter obſeruantiā religionis, & ordinis: nā obſeruantia religionis ꝓprie conſiſtit circa id, qd̄ cōtinet̄ in regula illius religionis; obſeruātia vero ordinis cōcernit cōtenta in ſtatutis, & cōſtitutionibus ordinis, poſt regulā factis ab illo ordine ſeu p Supiorē habētem ad hoc ptātem: & faciunt hæc ad q̄ſtionem, nū q̄d religioſis poſsit poſt profeſsionem īduci durior & ſtrictior vita. & facit iſte tex. ꝙ ſic; q̄a nedū ad regulæ obſeruantiā tenent̄, ſed ēt ad ſtatuta ordinis. ſed tu vide ad hanc q̄ſtionē bonam Glo. in regula, ꝙ oēs tangit, de reg. iur. in vj. & ī c. geſta diſt. 74. & p Inn. in c. ſup eo. ex. de reg. iur. aliq̄d p eundē in c. dudū, ex. de cōuer. coniug. & cōiter tenet̄, ꝙ poſſit; q̄a monachi renūciauerūt ꝓprijs voluntatib⁹: vn̄ nō pn̄t reſiſtere; ſed tenēt facere, quātū pn̄t; ad hoc c. ī memoria. 19.

diſt.

diſt. & melius in c. unico de ſtatu regul. in 6. vbi moniali fuit indicta perpetua clauſura. & optime adduco tex. ſecundum vnum intellectum in ç. reprehenſibilis, præadducto in fine, ubi patet, quod etiam ſtatuta Abbatis & capituli ligāt monachos, uel moniales ſingulariter; & videtur in eis ſufficere maior pars capituli, arg. in c. 1. extra de his, quæ fiunt a maiori parte capituli. circa clericos ſeculares videtur aliter ſentire Glo. & c. hæc omnia Pan. ubi ſupra. noſtræ etiam

Glo. concluſioni ſubſcripſit Gloſa in dicto cap. quòd omnes tangit, de regulis iur. in ſexto, circa finem, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: monachis autē profeſsis, qui renunciauerunt propriæ uoluntati, auſterior regula poſſet indici, etiam ipſis non approbantibus ſecundum Innocentium, qui hoc notat, de regula ſuper eo: & eſt ſatis expreſſum ſupra eo. in c. vnico, de ſtatu regula. ubi moniali indicitur auſterior vita; licet non poſsit ſine omnium voluntate ordinem mutare; de his, quæ ui metusque cauſa fiunt c. penultimo. hęc ibi. & Gloſa in dicto c. vnico, de ſtatu regul. in ver. præſentes, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ſed quomodo præſentibus monialib⁹ diſtrictior vita imponi potuit cōtra id. 15. q. 1. c. nec is, & c. poteſt dici, quòd illud verum de regula; ſed hic ad regulam nihil adijcitur; ſed modus habendi ſecūdum naturam rei taxatur; uel dic ſupradicta uera in clericis; in religioſis vero, qui velle, & nolle non habent; ſecus, quia illis poteſt ſtrictior vita indici, etiam ex regula ſecūdum Innocentium: & hoc probat iſta Decretalis. hæc omnia Gloſa illa; quæ utique Io. Andręæ eſt, ſicut & prima. probatur & præſens concluſio

Auctor. hac ratione, videlicet: cum enim votum obedientiæ emiſſum non includat tantum contenta in regula & ſtatutis cōgreg. iam extantia, uerumetiā & decreta ſtatuenda per Reuerendos patres vniuſcuiuſq; cōgreg. patet monachos profeſſos non tm̄ teneri ad obedientiā ſtatutorum extantium, ſed etiam faciēdorum: qm̄ ipſi profitentes præmittunt obedientiam ſimpliciter, nulla exceptione aut declaratione de expreſſis in regula, aut ſtatutis: iccirco pro tranſgreſsione præcepti ſuorum prælatorum, quibus implicite, vel explicite promiſerunt obedientiam pſtare, poſſunt puniri, dummodo id, quod præcipitur, non ſit de directo contra diuinū præceptum, vel regulam. & hoc eſſe verum patet per ſe: quoniam ſi ſecus eſſet verius, ſequeretur monachum non teneri obedire in prædictis ſuis prælatis; quod nefas eſſe nedum aſſerere, uerum etiam cogitare, patet ad ſenſum.

TERTIA CONCLVSIO.

PRælati omnes regulares poſſunt procedere in cauſis ſeu correctionibus ſibi ſubditorum, ſimpliciter, ſummarie, & de plano, & abſque figura iudicij, ſola rei veritate inſpecta, ſecundum formam iuris cōis non negando tn̄ eis defenſiones, & alia de quibus in præced. libello contra quoſcumque. Hæc concl. probatur duplici medio, primo per tex. canonum omnium, qui adducti fuere a me in prima concluſ. præſentis libelli, & præcipue per tex. in c. ea quæ, ex. de ſtatu monachorum, & in c. olim ex. de accuſ. & quo ad monachos Caſsinē. vltra prędicta iura per extrauag. Gregorij XIII. de quibus ſupra. probatur & ſecundo Doct. anct. Glo. enim in d. c. ea quę, in ver. a iudiciorum, ſcripta aſſeruit circa pñtem cōcluſionem, vcʒ: a iudiciorum ſtrepitu ꝫ. de accuſ. c. olim: & hoc ideo, quia hmōi regulares remouentur a ſuis adminiſtrationibus, ꝫ. de ſimonia. c. per tuas: non eſt ordo iudiciarius vſquequaq; ſeruandus in hmōi iquiſitionibus regularium, ex. de accuſ. in c. qualiter & qñ el 2. & Gloſa in d. c. olim, eiſdem verbis fere vtitur, quibus alia Gloſ. prædicta: hoc tm̄ adducit, ſcilicet; quaſi ſummaria cognitio vr̄ ſufficere ex eo, qd̄ dicit d plano: ſed in alijs Glo.

nor

non de plano. Pan. vero in d.c. ea quæ; loquens in caſibus nr̃ę concl. in ver. tertio nota, col. 1. ĩſcriptis utitur verbis, vcʒ: tertio nota, ꝙ monachi corrigunt nedum ſm̃ regulam eorum; ſed etiam ſm̃ canones. & in hoc tene méti iſtum textum. canones ergo ſimpliciter loquentes extēdunt etiam ad religioſos. nota ibi, non ſecundum normam prauę conſuetudinis, &c. quòd pœna inducta a regula, uel a iure communi non pôt alterari per conſuetudinem: ſed hoc uerum, qn̄ conſuetudo eſt nimis praua, ut puta ſm̃ Doctores; ſi imponit leuem pœnam, uel nimis acerbam: nam in qbuſdam monaſterijs incontinenti monachi capiuntur, & carceri mancipantur ita, ꝙ datur eis materia fugiendi, & mala committendi: talem ergo conſuetudinem uoluit reprobare iſte tex. ex quo colligitur a contrario ſenſu, ꝙ conſuetudo non praua poteſt alterare pœnam regulæ, & iuris communis. facit, quòd notatur in c. cum contingat, ex̃. de foro competen. & melius in c. inquiſitionis ex̃. de accuſ. hæc Pan. ubi ſ. qui paulo poſt ſubinfert ĩſcripta, vcʒ: item nota ibi, abſq; iudiciorum ſtrepitu; ꝙ prælati regulares poſſunt deponi abſque iudiciorum ſtrepitu: non ergo eſt neceſſe, ꝙ ſeruetur in eis uſquequaquo ordo iudiciarius; ad hoc c. per tuas de ſimonia, & c. qualiter & qñ el 2. §. dēt in fine, ex̃. de accuſ. & ex hoc tex, nota, ꝙ prælati ēt regulares non ſunt ſine cā amouendi a prælatura. hæc Pan. ubi ſ. Specul. vero ſe ſubſcribēdo pñti concluſioni multa inſeruit notabilia i tertia parte tit. de inquiſitione. §. fin. col. 2. in ver. ego diſtinguo ĩſcriptis utēs v̄bis, vcʒ: ego diſtinguo, aut Abbas procedit ad inquirendum de cribus monachi ſm̃ regularia inſtituta, qđ fit de plano, & ſine figurā iudicij, quo ēt caſu nullus ordo requiritur, nec appellatio admittitur, nec fit capitulorum copia, nec eſt uocandus ad uidendum teſtes iurare, & ſimilia: & tunc non debet habere expenſas, quia nullas facit; nec ēt admitteretur ad faciendum. hæc probantur in pñti c. ad nr̃am; ex̃. de accuſ. c. qualiter & qñ el 2. in fine. nec obſtat eo. tit. c. penul. §. ſi uero; & qđ ibi not. ſi ſane intelligatur. hoc etenim caſu utilius eſurienti panis tollitur, quàm ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, ut 5. q. 5. cap. non oís. aut procedit Abbas, hoc omiſſo, ſm̃ formam iuris ad inquiſitionem ſeu correctionem, ſicut in caſu pñti fecit: & tunc dabit expenſas, arg. prædictorum iurium: cum. n. in ipſo ingreſſu ſe, & ſua Deo dedicauerit, ut C. đ ſacroſan. Eccl. authen. l. ingreſſi. & 19. q. 2. c. ſi qua; & ſi proprium nō habeat, Abbas non priuabit eum deſenſione, quæ excom. & ēt diabolo, ſi in iudicio adeſſet, non negaretur, ut ex̃. de except. c. cū inter 11. q. 3. c. eorũ: & imputet ſibi Abbas, qui eum non teneretur ad hoc neceſſario, hanc uiam acceptauit; & hoc grauamen. per conſequens elegit. hæc diſtinctio in præcedent. c. ad noſtram. ex̃. de appell. hæc Specul. ubi ſ. qui paulo poſt concludit Abbatem a procedēdo ſm̃ formā iuris poſſe reſilire, & contra monachum procedere ſimpliciter, & de plano, ut ſ. Et hęc ſufficiāt, quo ad probationem pñtis concl. ſed qm̃ dictũ fuit in concl. & probatum, ꝙ contra regulares pôt pcedi ſimpliciter & ſummarie, &c. a ſuis prælatis operæpretiũ duxi, a me examinatũ fuiſſe in pcedenti opuſculo, quid operentur i bullis ipſi termini ſimpliciter, ſummarie &c. appoſiti, &c. ac ſimul adduxi illę, quæ non ſint omittenda in dicto proceſſu conficiendo, & quæ non ſeruanda.

Defenſio non dum religioſis ſed cōcedēda uerū ēt excõ. & diabolo ipſi, ſi eſſet in iud. conſtitutis.

QVARTA CONCLVSIO.

IN cauſis regularium prælatorum obſeruandus nō eſt ordo iudicialis uſquequaque, id eſt, ad unguem; licet aliqualis ordo iudiciarius, ideſt, quo ad ſubtilitatem nō eſt ſeruādus; licet quo ad ueritatem ſit ſeruandus: qm̃ ueritas nunquam erit omittenda. quapp ipſis erūt exhibenda, nedum dicta teſtium;

ſed& ipſorum nomina iuxta decretum Clementis Papę in Clem. ſępe, de verborum ſignifi. hæc concl. probatur triplici medio.primo per arg.in c.qualiter & qñ el 2. extra de accuſ. i fine;vbi habentur hæc in forma, uidelicet:hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus uſquequaque ſeruandum,quæ, cũ cauſa requirit,facili⁹ ac liberi⁹ a ſuis adminiſtrationib⁹ pñt amoueri. hæc in dicto canone:& p tex. in c. olim ex. de accuſ.in ver.ſi uero teſtes contra eundem Abbatem producti fuerint, dictorum ipſorum ei copiã faciatis. hæc ibi. probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Pan. enim in d.c. qualiter & quãdo el 2.col.3.in principio,i ver. vltimo,in fine ĩſcriptis vtit verbis, vz: ultimo in fine litteræ nota tria ſpecialia in regularibus prælatis. primũ,vt contra reos non ſeruetur ordo vſquequaque,id eſt,ad vnguem:debet tñ ſeruari aliquis ordo:& intelligo quòd remoueat ordo, quo ad ſubtilitatem, nõ quo ad veritatem: illa enim omittenda non eſt,ut in Clem.ſæpe,de verborum ſignificatione. & huius ſpecialitatis duplicẽ arbitror rationem. prima, quia regularibus facilius permittitur iura ignorare,quàm ſecularibus iux.notata in c.cũ cunctis.de elect. per Inn.& qđ notatur in c.veniens,& c. qm de ſimonia;ideo cum eis non debet ſtrictus ordo iuris ſeruari:rõ,quia non habent titulos ita fixos,& ita firmos, ſicut ſeculares; cum non multum debeãt curare,quòd remoueantur ab adminiſtratione. ſcñ ſpeciale eſt, quia facilius poſſunt remoueri.nam leuiores cãæ, &. probationes contra eos ſufficiunt ſm Io.And.tertium ſpeciale, quia liberius remouentur:non enim tot exceptiones admittuntur,ſicut qñ agitur contra ſecularem;nec Superior tenetur formam exactam ſeruare. & ſic quodlibet iſtorum verborũ poſitum eſt hic cum myſterio. hæc ibi Pan.qui in c. olim,extra de accuſ. col. 3. in ver. in Gloſa in ver. copiam, ĩſcriptis utitur verbis,vz:in Gloſa in ver.copiam ibi,teſtium nomina pondera., Gloſa ſentit aperte,quòd etiam prælatis regularibus inquiſitis exhibenda ſunt nedum dicta teſtium; ſed ipſorum nomina. Hoſt. ſentię contrarium,:quia in littera non fit mentio de nominibus,ſed tantum de ipſorum dictis;tum quia exhibere nomina cõſiſtit in ſubtilitate iuris, quæ non obſeruantur contra regulares. ſed certe hoc ultimum dictum Hoſt. eſt contra textum in c.qualiter el 2.§.debet ſuper eodem;ubi dicitur, quòd per ſuppreſſionem nominũ ipſorum probetur audatia infamandi; quia audatia conſulit ad infamandum, cum ſciunt ipſorũ nomina ſupprimenda: ergo non conſiſtit tantum in ſubtilitate; ſed in indagatione veritatis,quę indagatio nõ eſt omittenda etiam contra prælatum regularem, ut notatur in prællegato c. qualiter & qñ el 2. vnde mihi placet dictum Gloſæ. ad textum poteſt reſponderi,quòd tacite includis ipſorum nomina;cum in depoſitionibus dicatur, talis iuratus ſic,& ſic dixit.fateor tamẽ quòd ex cauſa poſſent ſupprimi etiam nomina, ad hoc textum notabilis in c. finali de hæreticis in vj hæc Pan.de hac quæſtione nonnulla dixi in concluſione nona cap.16.col.2.lib.3.de inquiſ.& ĩ.in li.8 tit.de teſtibus c.2. concl. 3.circa finẽ poſt relationẽ opin. dñi Fel.

Margin notes (left column): c. qlr & qñ el 2. ex. d ac. — c Olim ex. d ac. — Pan. — Ordo qualis ſit ſeruãdus in cauſis regulariũ. — Prima rõ cõcl. — Secũdũ. — Tertiũ. — Pan.

Margin note (right column): Regularibus inquiſitis nedum dicta teſtiũ, ſed ipſorum quoque noĩa ſũt aſsda.

QVINTA CONCLVSIO.

IN cauſis ſpectantibus ad honorem ſeu iſamiam regularium perſonarũ, non prælatorum ordo iudiciarius cõcernens veritatis indaginem eſt ſeruãdus: licet non ordo ſpectans ad ſubtilitates iuris; ſecus in cauſis,i qbus uenirent puniendi pęna aliqua non infamatoria. hæc concluſio probatur duplici medio. primo per tex.in d.c.qualiter,& quando el 2.extra de accuſat.in fine, vbi indiſtincte loquens Papa ſtatuit, non uſquequaque ſeruandum ordinem iudiciarium:cuius canonis uerba in

Margin note: c. qlr & qñ el 2. ex. d ac.

ba in p̃cedenti concluſione retuli. probatur & ſecundo auct. Doct. Pan. enim in d. c. qualiter, & quando el 2. col. 3. in fine, ĩſcriptis verbis utitur, videlicet: ſi contra aliquem regularem obedientiarium; & tunc nõ ſeruetur iſte ordo, quia poteſt remoueri ad libitum Abbatis. & paulo poſt idem Pan. inquit: puto tamen: q̃ ſi agitur contra regularem & ſimplicem ad depoſitionem ab ordine; tunc ſi nõ ſeruetur ad unguem; aliquis tamen ordo ſeruari debet, cum agitur de grauiſsimo præiudicio. hæc Pan. cui aſtipulat̃ Felinus in c. olim, ex̃. de accuſat. col. 4. in fine, ĩſcriptis verbis, videlicet: vltimo quærit hic Ioan. And. qualis proceſſus ſit faciendus hic, contra regulares; & concludit per iſtũ textum, q̃ debet remitti rigoroſa ſubtilitas iuris, & clamoſus ſtrepitus aduocatorum, & procedi ſecundum obſeruantiam ſalutaris regulæ; facit. c. reprehenſibilis, de appellat. & c. fin. de regul. ordo vero, qui concernit veritatẽ, eſt ſeruãdus per iſtum textum; quia ẽt excom. omnis defenſio reſeruatur. c. cũ inter, ex̃. de except. hæc ille. quæ vero ꝑtineant ad indaginem veritatis, enarraui in præcedenti concl. adducendo ſententiam Pan. illa ergo uidebis ibi.

Pan.

Felinus

SEXTA ET VLT. CONCL.

IN cauſis regularium motis per uiã accuſationis ſeu querelæ, denunciationis, inquiſitionis, exceptionis, & duabus alijs uijs extraordinarijs idẽ ritus erit ſeruandus, quo ad indaginem ueritatis rei, qui fuit ſupra in tractatulis eorumdem titulorum contra clericos ſeculares aſsignatus. Hęc concl. probat̃ per arg. in c. meminimus, extra de accuſat. adductum in concl penu. t. primi lib. 2. circa finem, tit. de accuſat. probat̃ & ſecundo auctoritate Specul. in 3. par. titu. de accuſat. §. tertio uidendum occurrit, relata vbi ſupra, in dicta concl. penult. & tertio rõne, arguendo a fortiori; ratione maioris ſcãdali, quod tribuitur ex pœna alicuius momenti inflicta regularibus in foro fori: quoniã non erit negandum, magis ſcandalizari populum ex detectione alicuius criminis perpetrati a religioſo, quàm a clerico ſeculari. quapropter conſequẽs erit (q̃d omnino eſt a nobis fatendũ) q̃ contra regulares nõ minori induſtria, prudentia, ac cautela erit utendum ipſis iudicibus circa concedenda omnia illa media, quibus poterunt ipſi regulares tueri ſuam innocentiam, & purgare malam famam ortam contra ipſos, quàm cõtra ſeculares clericos; maxime, quòd ex infamia vnius regularis incurritur detrimentum famæ a toto cęnobio, in quo ille incolatum facit; immo aliqñ à tota religione ſeu congregatione ſua; & ex ĩfamia clerici ſecularis reliqui clerici non remanẽt reſperſi mala fama, ut patet ad ſenſum.

c. Meminimꝰ ex. de accu.

Specul.

Auctor.

Finis præſentis opuſculi.

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN LIB. VII. TIT. DE TORTVRA.

Procemium opuſculi.

Tortura ſeu quæſtio quid ſit, & unde dicatur Cap. I.

Vnica concluſio.

TOrtura ſeu quæſtio, eſt ueritatis indagatio per tormenta, & corporis dolorē ad eruendam a tortis tali modo ueritatem criminis perpetrati. & dicitur a quærendo; quia iudex per tormentum quærit ueritatem: & tormentum dicitur, quaſi torquens mentem, a torqueo torques.

Quomodo procedendum ſit ad torturam. Cap. II.

Prima concluſio.

Iudex regulariter poſt captam informationem de crimine perpetrato, probatis indicijs uiolentis, uel ſemiplena probatione contra reum, ipſum interrogabit de ipſis. ſed ſi reus negauerit crimen, dabit ipſi copiam indiciorum cum termino congruo ad illa purganda: ſed ſi ipſa non purgauerit aliquibus probationibus; tunc poterit ipſum torquere, ſi pro tali delicto ſit imponenda reo pœna corporis afflictiua; ſecus, ſi tantū pecuniaria; ſeu ſi aliàs ueritas haberi non poteſt, q̄ per torturam. & idem dicendum erit de reo, contra quem fuerunt probata indicia in actis redacta; ſi dum examinatur a iudice, nolit reſpondere neq; affirmatiue, neque negatiue; ſed uel nihil, uel tantum dubijs uerbis.

Secunda concluſio & fallentia prima concluſionis.

Seruus quandoque torquetur in dominum ſuum: licet nulla præcedant indicia, in quibuſdam criminibus, uidelicet, in crimine læſæ maieſtatis, &c.

Tertia concluſio & ſecunda fallentia.

Quamuis regulariter reo ante torturam ſint dandæ defenſiones plenariæ: tamen in furtis, quæ committuntur in hoſpitijs, iudex facultatem habet ſuper hoc tormentandi familiares domus, &c.

Quarta concluſio.

Iudices aſſolēt plerumque, licet delictum ſit plene probatum per teſtes de uiſu; nihilominus adhibere torturam, non ut, &c.

Quinta concluſio.

Si iudex, non præmiſsis indicijs, uel ſaltem uno legitime probato in actis, per quod iuſte fuerit motus animus ipſius, quòd accuſatus fuerit culpabilis in maleficio, de quo imputatur procedit ad torturā, ueniret in ſindicatu puniendus; etiam ſi poſt torturam ſu perueniſſent indicia legitima.

Sexta concluſio.

Licet reus ſit ſolitus delinquere, & aliàs

aliàs ſit malæ uocis,conditionis, & famæ:tamen ſine alijs indicijs nullatenus debebit torqueri; niſi fuerit uilis perſona, ut eſt uagabundus furari ſolitus.

Septima concluſio.

Bannitus, & condemnatus in contumaciã ſine alijs indicijs poterit torqueri, ſi capt⁹ à curia negauerit, ſe eſſe illum, qui contineatur in banno: quapropter huiuſmodi tales capti ſunt cogendi à iudice; & ad recognoſcendum bannum, & fatendum ſe eſſe eos, qui ſunt nominati in banno: deinde iudex ſententiam in ipſos confitentes talem exequatur; licet bene poſsint torqueri in ſocijs, & complicibus, & ſuper alijs delictis.

Octaua concluſio.

Bannitus, & ob contumaciam damnatus, admiſſus ad nouas defenſiones, poterit torqueri ad ueritatem delicti eruendam propter ſolum bannum, & condemnationē; licet forſan cõtra ipſum non fuiſſent probata aliqua indicia ſufficientia ad torturam, &c. vide.

Nona concluſio.

Animaduertēdum erit iudici, quòd non torqueat reum, qui paulo ante comederat; ſed debet expectare ſaltem per decem horas poſt cibum ſumptũ, aut ipſius potum: & ita utriuſque fori communis practica ſeruat.

Qualis eſſe debeat tortura. Cap. III.

Prima concluſio.

Quæſtio ſeu tortura debet eſſe ita moderata, ut in ipſa non habeatur ratio uoluntatis, ſed potius complexionis rei: nam animaduertere debet iudex ad qualitatem ipſius rei, ut puta, ſi eſſet debilis, uel robuſt⁹, nobilis, uel plebeus, ciuis, uel ruſticus; & qualitatem crīs: an ſit leue, vel graue, vel atrox; qualitatem quoque ætatis, & indiciorum contra ipſum reum: & vt breuibus vtar denique, iudex taliter debet torquere reum, ut poſt torturam ipſe reus ſeruetur incolumis reſtituendus libertati pro innocentia, uel ſupplicio pro delicto perpetrato.

Secunda concluſio.

Licet circa quantitatem, & qualitatem torturæ maxime uerſetur iudicis arbitrium; nihilominus non omnes rei ueniunt eodem modo torquendi, ſed aliqui grauius, aliqui leuius, &c.

Qui homines poſſunt torqueri, & a quibus. Cap. IIII.

Prima concluſio.

Omnes poſſunt torqueri, qui à torturæ pœna non ſunt exempti de iure, uel ex priuilegio.

Secunda concluſio.

Doctores, milites, nobiles, decuriones ciuitatum de iure communi non ſunt torquē di; tamen de conſuetudine paſsim torturæ ſubijciuntur.

Tertia concluſio.

Minores quattuordecim annorum nō poſſunt torqueri; ſed terreri tantum, aut verberari habenis, aut ferula aut virgis poſſunt.

Quarta concluſio.

Licet ſenex ſexagenarius debilis, vel decrepitus non poſsit torqueri: tamē ſi eſſet ſexagenarius robuſtus poſſet torqueri, & ita practicatur.

Quin-

Quinta concluſio.

Mulier ꝑgnans non poterit torqueri, immo nec poſt partum editum; niſi tranſactis quadraginta diebus purgationis: & ita ſeruatur in practica.

Sexta concluſio.

Non ſolum laici, de quibus fuit ſupra habitus ſermo, poſſunt torqueri: immo non ſolum clerici in minoribus ordinibus conſtituti, uerumetiam ſacerdotes: licet tortura in clericis non debeat eſſe ita ſeuera, ſicut in laicis.

Septima concluſio.

Iudex laicus, uel miniſtri laici de mādato Ordinarij alicui' cleri poterit ipſum clericum torquere, ne maleficia rē maneāt impunita penuria clericorum ad hoc munus perficiendum aptorum.

De torturæ effectu, ſcilicet, de ualore confeſsionis factæ in tortura. Cap. V.

Vnica concluſio.

Confeſsio iudicialis per torturam extorta, in qua confeſſus non perſeuerat (quoniam, ut dicatur in confeſsione perſeuerare q s, opus eſt ei, expreſſe ipſum ratificare poſt torturam) eſt nullius ualoris, quo ad pœnam confeſſo indicendam.

Quomodo ſcribat notarius ſeu magiſter actorum perſeuerantiam confeſsionis factæ a reo in tortura, & an teſtes ſint adhibendi confeſsioni huiuſmodi factæ. Cap. VI.

Vnica concluſio.

Notarius ſeu magiſter actorum hac formā utatur, dum ſcribit confeſsionē a reo factam in tortura, uidelicet: talis confeſsio, &c.

An tortura poſsit reiterari pro eodem facto, & quando. Ca. VII.

Prima concluſio.

Tortus ſemel ſufficienter pro eodē facto poterit rurſus torqueri, ſuperuenientibus nouis indicijs, aut ſi reperiretur in mendacio: non autem; ſi ſuperueniſſent ſuper eodem indicio, ꝑ quo fuerat reus tortus.

Secunda concluſio.

Tortura non debet repeti; niſi quādo leuiter fuiſſet prima data, habito reſpectu ad indicia præcedentia probata contra tortum ſemel leuiter. neque debet repeti facto, propter quod quis fuiſſet tortus, ſi alia noua indicia non ſuperuenerint; niſi iudex proteſtatus fuiſſet, deponi reum a tortura animo iterum torquendi: & hoc in actis ſcribi faciat ab actuario, ut probabitur quoque in vlt. concl. præſentis capituli.

Tertia concluſio.

Tortura debet repeti in eo, q̄ in tortura confeſſus ſuum crimen, præcedentibus indicijs debitis contra eum, deductus ad banchum negat ſe commiſiſſe huiuſmodi crimen, dicendo ſe cōfeſſum fuiſſe illud metu tormentorum, quibus cruciabatur in tortura.

Quarta concluſio.

Reus confeſſus delictum poterit ſine nouis indicijs repeti in tormentis, ut manifeſtet mandantem, & ſocios, contra quos fuerant indicia probata.

Quinta concluſio.

Iudex habens hominem ſceleſtum in

in carcere, contra quem fama laborat, & fuit ſufficienter tortus, & nõ ſunt noua indicia: tũc iudex debet uacare interrogationibus multis de delicto prætenſo, donec duxerit illum ad vacillandum: & ſi uacillauerit, poterit rurſus torquere eum.

Sexta concluſio.

Confeſsio facta per tormenta repetita, quando repeti non poterant, eſt nullius ualoris: quam ſequi non poteſt condemnatio.

Septima concluſio.

Iudices poſſunt uti hac cautela, quãdo voluerint iterum torquere iam tortum, videlicet: ꝙ in actis ſcribi iubeãt, quòd intendunt ſuperſedere in illa die in tortura iam capta, & non pfecte datã, repetereque poſtea ipſam torturã, ſi & quoties opus fuerit ad indagandam veritatem.

Quo tempore dari poſsit tortura. Cap. VIII.

Vnica concluſio.

Iudex poteſt hominem pro crimine enormi, etiam diebus feriatis in honotem Dei, torquere, nõ aũt in minorib⁹.

Quando plures ſunt torquendi, a quo prius ſit incipiẽdum. Ca. IX.

Vnica concluſio.

Ab eo incipiẽda eſt tortura, qui uel reliqs ſuſpectior, uel debilior, uel turpi noĩe magis deturpatus eſt, ut forabοſco, ſpezzã croce, & zaffrapico, & huiuſmodi; uel qui aliãs ſimile delictum patrauerat: & ſi pater & filius ſint culpabiles, magis a filio: & ſic de muliere & viro, quia prius a fœmina.

Cautela ſeruanda in principio cauſæ ab eo, qui timet torqueri iniuſte. Cap. X.

Vnica concluſio.

Timentes in principio cauſæ iniuſte torqueri, ſtatim, poſtq̃ carceri fuerint mancipati debent appellare ad Superiorem iudicem: quoniam ſtante hac appellatione, nullatenus de iure poterunt torqueri: & ſi torquerentur, & faterent ſuum delictum, nõ poterunt iuridice puniri, rõne hmõi extortę cõfeſ.

Iudex indebite aliquẽ torquens qua pœna ſit plectendus. Cap. XI.

Vnica concluſio.

Iudex aliquem torquẽs dolo malo, & ſine cauſa uenit puniendus pęna capitis: ſi uero ſine dolo & cũ culpa, tunc uenit puniendus iux. modũ culpæ. quapropter dẽt ita eſſe cautus in torquẽdo, ut non contingat, ſeu poſt torturã nõ ſequatur mors; quia ſi fecerit, quod debuit, arbitrio boni uiri, ẽtſi ſequeret mors, non erit puniendus ipſe iudex. & iccirco dẽt præcipere actuario, adhibito ad torturam, ut ſcribat in actis proceſſus qualitatem, & torturæ quantitatem, oĩa particulariter deſcribendo, ad hoc ut ſemp apparere poſsit, an interuenerit exceſſus ex parte iudicis. & ita cõiter fit, & ſeruatur a prudentibus iudicibus in utroque foro.

Iudex an ueniat aliqua pœna multãdus, ſi tortus iuſte in torturã moriatur, uel ex tortura debilitatio alicuius membri ſequatur. C. XII.

Vnicã concluſio.

Iudex non eſt puniendus, ſi aliquis torqueretur eius iuſſu, & moreretur in tortura, uel aliquod membrum debilitaretur; niſi exceſſerit modum cum aliqua culpa: quoniam tunc iux. modum culpę puniretur; ſecus ſi caſu fortuito; cum dederit operam rei licitæ.

Qua forma uerborũ uti debeant iudices in interrogandis inquiſitis exiſtentib. in tortura. Cap. XIII.

Vnica concluſio quam uide &c.

Quando quis eſt tortus ſufficienter, & tamen ſemper negauit, quid

faciet

faciet inde iudex: & an tortus ſuper uno crimine & confeſſus poſſit interrogari de alijs: & quid dicendū de torto, ac confeſſo id, quod extra iudicium quoque confeſſus fuerat. Cap. XIIII.

Prima concluſio.

Iudex, poſtquam torſit ſufficienter, habito reſpectu ad indicia contra eum probata, & ipſo perſeuerante in ſua negatione, debet cōcedere terminum ad defenſiones proponēdas pro parte rei, & accuſatori ad producēda alia indicia. &c. vide.

Secunda concluſio.

Cōfeſſus de ſe an poſsit interrogari de alijs, ultra adducēda loco ſuo infra in cap. tamen hic recenſenda erit q̄dam Doctorum diſtinctio, quā vide.

Tertia concluſio.

Quando reus extra iudicium cōfeſſus fuit delictum ſuum, & poſtea legitimis indicijs præcedentibus, illudmet delictum cōfeſſus eſt in tormentis; pōt abſq; vlla rathificatione condemnari.

Tractatuli de confeſſionibus iudicialibus, et extra iudicialibus in foro fori adductis

PROOEMIVM.

Confeſſionis iudicialis facta, quis effectus ſit. Cap. I.

Prima concluſio.

Confeſsionis iudicialis effectus eſt, ut in cauſa criminali contra ſe mota, qui confitetur in iudicio, pro conuicto uenit regulariter puniendus, ſententia mediante.

Sexta concluſio.

Confeſsio a reo facta in tormentis, tam torture, quàm alijs etiam famis & ſitis, præcedentibus legitimis indicijs, valida eſt, & tenet; ſi reus perſeuerauerit in ea: & dicitur quis perſeuerare in cōfeſsione, quando eam non reuocat, &c. uide.

Tertia concluſio.

Confeſsio facta a reo in tormentis, non præcedentibus ſufficientibus indicijs, quāuis ratificata, eſt nullius ualoris, nec præiudicat reo.

Quarta concluſio.

Confeſsio in criminalibus continēs, uerum, facta ſponte, ualida eſt.

Quinta concluſio.

Cōfeſsio iudicialis in criminalibus, continens falſum, facta ſponte, non eſt valida; immo officio præſidis debet irritari, ac reuocari; quandocumque falſitas comperta fuerit.

Sexta concluſio.

Cōfeſsio in criminalibus, facta uoluntarie, de cuius ueritate dubitatur, ualida erit: quia non eſt præſumēdum, quòd quis contra ſe mentiatur.

Septima concluſio.

Confeſsio a reo facta, de qua dubitatur, an fuerit ſpōte, uel coacte facta, præſumenda erit facta ſponte; niſi probetur, metum fuiſſe illatum, uel minas atroces per iudicem.

Octa-

Octaua concluſio.

Confeſsio facta in iudicio, nullo ratione incompetentiæ iudicis, eſt nullius momenti, & non præiudicat confitenti, ut confeſsio iudicialis. idem dicetur de alijs conf. vide.

Nona concluſio.

Cõfeſsione facta de crimine a clerico coram iudice ſeculari, ipſum ad cõfitendum compellente; nec uigore ipſius, poſtmodum tenebitur ipſe clericus coram ſuo eccleſiaſtico iudice vocatus perſiſtere in ea confeſsione; nec ex ea ſurgit aliquod indiciũ ſufficiens ad torturam.

Decima concluſio.

Confeſsio, facta uoluntarie de crimine in iudicio vetito, licet ſit nulla; tamen ex illa oritur tale urgens indiciũ, ut poſsit in non prohibito iudicio ſupponi torturæ: & deponendi erunt, ſi ſunt clerici.

Vndecima concluſio.

Licet multi doctores teneant, quòd confeſsio iudicialis extorta a iudice cum promiſsione impunitatis, ſi fieret a reo nolente fateri delictum, ſibi præiudicat: quoniam poſſunt hoc iudices facere ad inueſtiganda crimina; & illa poſtmodum punienda, ne delicta remaneant impunita: tamẽ mihi non videtur hoc decere Chriſti fideles iudices, quibus aliquem fallere non licet.

Duodecima concluſio.

Licet varia ſit apud Doctores opinio, an iudex, qui extorſit confeſsionẽ iudicialem a reo ſub promiſsione impunitatis, ipſa non obſtante, poſsit illum condemnare: tamen ego tranſeo cũ peroptimo practichiſta Iulio Claro in ſua pract. crim. &c. vide.

Tertiadecima concluſio.

Confeſsi de ſe ſuper uno, uel pluribus criminibus, de quibus iam præceſſerant indicia, non ſunt interrogandi ſeu cogendi ad confitenda alia crimina, ſi quæ feciſſent, de quibus contra ipſos nihil fuit probatum in iudicio: ſecus ſi de circunſtantijs annexis crimini confeſſo. ſed ſi coacti confiterentur illa, non uenirent puniendi.

An confeſſos de crimine proprio poſsint tuta conſcientia iudices interrogare de complicibus; & quid operetur talis manifeſtatio complicium. Cap. II.

Prima concluſio.

Cõfeſsi de ſe in iudicio non poſſunt interrogari de complicibus, aut alijs criminoſis regulariter; de quibus non præceſſerunt indicia ſufficiẽtia, aut ſemiplena probatio, iam deducta in iudicio & probata in actis.

Secunda concluſio.

Regulariter ad dictum confitentis crimen proprium non debet alter ſubijci torturę: licet dicatur ab ipſo confitente illum fuiſſe ſuggeſtorem, uel ſocium delicti: ſed tantũ ad inquirendũ ſpecialiter contra ipſum. &c. uide.

Tertia concluſio.

Duo ſocij criminis confeſsi de ſe, ſi deponant contra aliquem, tamquam ſocium criminis. &c. vide.

Quarta concluſio.

Confeſſo de ſe in iudicio, etiam ſi vt teſtis

teſtis iudicio aſtaſſet, non eſt credendum in cauſa criminali criminaliter mota, niſi cum iuramento.&c.vide.

Quinta concluſio.

Confeſsi de ſe in iudicio de crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, ideſt, de crimine hęreſis, poſſunt interrogari de complicibus criminis huiuſmodi.

Sexta concluſio.

Confeſsus de ſe ſuper crimine læſę maieſtatis humanæ, poteſt interrogari ſuper aliorum conſcientijs.

Septima concluſio.

Publicus latro confeſſus de ſe poteſt interrogari de ſocijs.

Octaua concluſio.

Cõfeſsi de ſe falſificantes monetam, poſſunt interrogari de complicibus, & ſocijs delicti.

Decima & vlt.concluſio.

Cõfeſſum de ſe poterit iudex interrogare de complice criminis, participe in connexis, quando conſtat de uno connexorum.

An confeſsio rei de crimine facta extra iudicium, ipſi præiudicet. Cap. III.

Prima concluſio.

Confeſsio de aliquo crimine, ab aliquo facta extra iudicium, regulariter non præiudicat confitenti, quo ad ipſum ſtatim condemnandum: cum nec hoc faciat de per ſe confeſsio iudicialis, maxime cum probatur illam factã per errorem; ſecus ſi non per errorem.

Secunda concluſio.

Confeſsio extraiudicialis, facta de crimine, præiudicat confitenti, quo ad ſupponendum ipſum torturæ, in iudicium accerſitum, ac conſtitutum: quoniam exinde poterit torqueri, etiam ſi reuocaſſet huiuſmodi confeſsionem. hoc regulariter; licet fallat in uno caſu.

Tertia concluſio.

Confeſsio extraiudicialis facta ab aliquo, licet in cauſa ciuili, uel criminali ciuiliter mota, p̄ſente parte, ualeat, ut probatoria, & diffinitoria: tamen in cã criminaliter mota regulariter operatur tantum ad inducẽdum ipſum ad torturam; cum tantum faciat indiciũ.

Quarta concluſio.

Confeſsio extraiudicialis de crimine, facta coram magna quantitate hominum, quaſi per iactãtiam, quoniam tranſit in notorium, plene probat, ſaltẽ quo ad incurrendam pœnam extraordinariam. & noſtra concluſio verificat̃ tam in crimine ſic cõfeſſo, quod eſt notorium, quàm etiam in crimine, de quo quis gloriatur.

Quæ differentia eſt inter confeſsionem factã de crimine in iudicio à reo, et eam, quæ facta fuit extra iudicium. Cap. IIII.

Hanc quæſtionem reperies .&c.

Ind. Finis.

PRACTICA CAN. CRIMIN.
D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.
LIB. VII. TIT. DE TORTVRA

Tortura, ſeu quæſtio quid ſit, & quomodo procedendum in torquendo, & quando, & quis poßit torqueri.

PROEMIVM.

CVm in præcedentibus tra-ctatis mentio ſit facta de modo procedendi, tam in iudicio ordinario, q̃ extra ordinario, ſeu in quo proceditur ſimpliciter, ſummarie; & ſæpe ſæpius rei criminis reperiantur (licet non adſint contra delinquentes ipſos probationes luce clariores, vt neceſſario reqritur in cauſa criminali, criminaliter mota) iccirco iudices, ut quod ſuum eſt optime exequantur, debent poſt captã informationem contra reos cõcedere illis copiam indiciorum productorum in actis cõtra illos, iux ſancita ĩ c. qualiter. & quãdo el 2. ex. de accuſat. qua exhibita, mediãte iuſto dierum termino ad illa purganda, præcedẽte tñ omnino examine, ac depoſitione ipſius rei, negatiua cvm iuramẽto, iux. not. ĩ c. fin. extra de iureiur. ſi in termino ſibi aſsignato ad ſui defenſionẽ non purgauerit indicia contra ſe probata in iudicio, iudex põt procedere ad torturam. Sed quoniam ſæpe cõtingit, aliquos metu torturæ, uel aliorum tormentorum confiteri ſcelera, quæ nedum cogitauerunt unquam, iccirco ſubnixe obſecro ipſos iudices, ut qui de aliquo queſtionẽ habere intendunt, ante omnia Dei ultionem contra tyrãnos ſibi pponere, & habere ẽt debent iuris, humanitatiſq; conſiderationem ſcilicet; ut non facile, ac repente ad q̃ſtionem proſiliant, ſi aliqua alia uia leuiori, uel veriori põt inueniri criminis veritas, quãtumcũq; adſint indicia, uel veriſimilia argumẽta, vt in l. diuus, primo & ſecundo reſpõſo, & l. edictum, & l. quoties. ff de quæſt. his ergo prçmiſſis Deo dante, materiam præ manibus aſſumptã, nonnullis concluſionibus infraſcriptis more ſolito probatis, abſolnem' illas adducẽdo in nonnullis cap.

Quę ſint ꝓmittẽda ante torturã.

Tortura, ſeu quæſtio quid ſit, & unde dicatur. Cap. I.

VNICA CONCLVSIO.

TOrtura; ſeu quæſtio eſt ueritatis indagatio per tormenta, & corporis dolorẽ, ad eruendam a tortis tali modo veritatem criminis perpetrati. & põt appellari quæſtio a quærendo; quia iudex per tormentum inquirit ueritatem: & tormentum dr̃ quaſi torquẽs mentem, a torqueo, torques. Hæc concluſio, ſeu termini huius deſcriptio probatur auctoritate Pan. in c. cum in contemplatione, ex. de reg. iur. ſed animaduertenter dixi in concl. per tormenta, & corporis dolorem; qm̃ ut infra in titulo de cõfeſſ. non bis probabitur, etiam famis, uel ſitis pęna dicitur tormentũ, eo ꝙ qñ quis metu dictarũ pœnarũ fatetur delictũ ſuũ, dicet ipſũ cõfeſſũ timore tormentorũ fuiſſe.

Tormẽtum vñ dicatur.

Quando procedendum ſit ad torturam. Cap. II.

Iudex non debet incipere a tortura, ſi aliter poſſit conſtare de delicto. concl. 1.

Iudex poteſt torquere ſeruum in dominum ſuum. concl. 2.

Iudices an poſſint torquere reos conuictos de crimine.concl.4.
Iudex quando poſſit reum torquere. concl.5.
Iudex an poſſit torquere reum, non præſtitis plenarijs defenſionibus.concl.3.
Iudex non poteſt torquere reum ſolitum delinquere ſine alijs indicijs. concl 6.
Iudex poterit torquere bannitum, & condemnatum in contumaciam ſine alijs indicijs.concl.7.& 8.
Iudex non poteſt torquere reum, qui paulo ante comederat.concl.vltima.

PRemiſſo ſermone de quidditate torturæ, operæpretiũ duxi, ſubſequenter in preſenti capitulo, verbum facere de hoc notabili q̃ſito; quando, ſcilicet, procedendum ſit ad torturam, ut iudices nullum reum grauent indebite per torturam, ignorantes tp̃s debitum exigendi ueritatẽ a reis per torturã. & vt omnia luce clarius pateat, hanc materiam abſoluam nonnullis concluſionibus more ſolito.

PRIMA CONCLVSIO.

CVm regulariter nunq̃ iudex incipere debeat a minis de torquẽdo, uel a tortura: iccirco ſi aliter ꝯſtet, uel conſtare poſsit de delicto, non dẽt iudex ꝓcedere ad torturã: qm̃ aliàs puniet iudex. quapp iudex, poſt captã informationẽ de crĩe perpetrato, probatis indicijs violentis ſemiplena probatione ꝯ reum ipſum interrogabit de ipſis; ſed ſi reus negauerit crimen, dabit ipſi copiã indiciorũ cum termino congruo ad illa purgãda: ſed ſi ipſa non purgauerit aliquibus probõnibus; tũc poterit ipſum torquere; ſi pro tali delicto ſit imponẽda reo pœna corporis afflictiua; ſecus ſi tm̃ pecuniaria, ſeu aliàs ueritas haberi põt, q̃ p torturã. & idẽ dicendum erit de reo ꝯ quem fuerunt probata indicia ĩ actis redacta, ſi dũ examinatã a iudice, nolit rñdere neq; affirmatiue, neq; negatiue; ſed uel nihil, uel tm̃ dubijs verbis. Hac concl. probatur triplici medio. Primo.n. p arg. ĩ c.qualiter & q̃ñ. el 2. ex de accuſ. §. dẽt igitur, vbi Innoc.iij. in conſ. gñali infr̃is utitur uerbis, vcʒ: dẽt igiĩ eſſe pñs is, ꝯ quem faciẽda eſt inquiſitio, niſi ſe per ꝯtumaciã abſentauerit; & exponẽda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendũ, ut facultatẽ habeat defendendi ſe ipſum: & nõ ſolum dicta; ſed ẽt nomina ipſa teſtiũ ſunt ei, ut quid & a quo ſit dictũ appareat, publicanda; nec non exceptiones, & replicationes legitimę admittẽdę, ne per ſuppreſsionẽ nominũ, infamandi; p exceptionũ vero excluſionẽ, deponendi falſum audacia ꝓbeatur. hęc in d.§ Probatur quoq; p arg. in c.cũ in cõtemplatione, ex̃ de reg. iur. ubi Greg.vij. infr̃is utitur verbis, vcʒ: cũ in contemplatione; & ĩ.in ipſo cãæ initio non eſt a q̃ſtionibꝰ inchoandum. hæc in d.can. & idem habetur in l.1.in princ ff.de quæſtionibus. Probatur & ſecũdo auct. Doct. qui adducuntur ab Alph. Alua. in ſuo Spec. utriuſque iur. in titu. de tortura, col 1. in princ.ĩ ver. data copia, ubi infr̃is utitur verbis, vcʒ: data copia indiciorum reo cum termino ad illa purgãda, p̃cedente rñſione negatiua; ſi in termino non purgauerit indicia, iudex ponet eũ ad torturã, ut ſuperius diximus in primo capitulo. Sed ſicut iudex non põt incipere a tortura, ſm̃ Bal. poſt Glo. ĩ l. ſi q̃s alicui. C. ad l. Iul. Maieſt. & p Lud. Rom. in conſ. 342. & vj: Bal. in l. dotalem. ff. de teſtam. militis; ubi conſtat, ꝙ iudex nõ põt excedere modũ in torquendo; & in l.1. ff. de q̃ſt. habetur, ꝙ a tortura non eſt incipiendũ ſine ĩdicijs; ita necẽr iudex põt incipere a minis, ſeu a metu torturę, ſeu a terrore aliquo; q̃a talis metus, & talis ſuſpicio torquendi æquiparatur torturæ ſm̃ Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus, ubi ipſe dicit ad finem: idẽ operatur probabilis ſuſpicio tormentorũ, qd̃ ipſorum illatio. ff ꝙ falſo tuto. l. nouiſsime, & ibi Doctores. hæc ille. Panor. quoq; vr̃ cõſentire nr̃æ concl. in d.c. cũ in contemplatione. col.1. in verſi. 2. quæritur q̃ñ, ubi infr̃is utitur verbis, vcʒ: ſcd̃o q̃ritur, q̃ñ procedendũ ſit ad tormentũ. ſoluo. dicit Io. And. &

c. qualiter, & q̃ñ el 2. de accuſat.

c. Cum ĩ contemplatione ex. d reg. iur.

l.1. ff. de quæſt.

Alphon. Aluarez.

com-

cōiter Doctores, ꝙ duo requirūtur. Primo, ꝙ ueritas aliter haberi non poſsit: nā tormentu inſertur cā inueſtigandæ ueritatis, & in ſubſidiū, ut l. diuus Pius. ff. de qſtio. 5. q. 5. in c. illi, ubi bonus tex. cū Gloſ. Scđo requiritur, ꝙ ṗcedant aliqua īdicia, ſiue ṗſumptiones, ſeu ſemiplenæ probōnes: nā ſine indicijs non eſt inferenda qſtio, ut hic, & in l. ex libero. ff. de qſtio. & quæ indicia ſufficiant, non pōt dari certa doctrina, ſed relinquendū eſt iudicis arbitrio: vnus tñ teſtis eſt ſufficiens ſm oēs de qſtio. Glo. in l. 3. C. ad l. Iul. Maieſt, ꝙ procedit, niſi rō alia ſit in ɔ̄rium. Numquid aūt reo petenti dilationē purgandi indicia, ſint danda ante torturā; licet Docto. hic non tangant; dic tñ, ꝙ ſic. nam & ſi propria confeſsio excuſari pōt, ut in c. cū dilecti. de accuſ. ita, & fortius indicia aliunde prouenientia habent diſpoſitionē iuris, ꝙ a iudice interloquēte de tortura adhibēda appellari pōt, ut in l. 2. ff. de appel. recip. & 2. q. 6. c. non ſolent, in ver. ante ſnīam. & hoc qa iudex grauare poſſet, & poſt torturā grauamen releuari non poſſet. hæc oīa Pan. ubi ſ. cui concordat breuiter ſupradictus Alph. Aluar. ubi ſ. infrīs uerbis utēs, vcʒ: & ois iudex, qui de aliquo qſtionem habere intēdit. ante oīa habere dēt iuris, & humanitatis conſiderationē, ſ. vt non facile, nec repēte ad qſtionē proſiliat, ſi aliqua alia uia leuiori, vel ueriori pōt inueniri cris veritas, quantūcumq; adſint indicia, uel veriſimilia argumēta. ff. đ qſtio. l. diuus, 1. & 2. reſp. & l. edictū, & l. quoties. ff. de qſt. hæc ille Alph. ubi ſ. Pnti cōcluſ. quo que ſe ſubſcripſit Iul. Cla. in ſua pract. crī. lib. 5. §. fi. queſt. 64. in verbo, præterea dēt, & ſequenti, & in uer. dixi ēt, immo fere per totam illam quæſt. Sed quo ad ultimam particulam concl nr̄æ huius, quòd. ſ. ſit torquēdus reus nolens rñdere iudici ipſum examinanti poſt capta indicia ɔ̄ eum, dixit Iul. Cla. ubi ſ. quæſt. 45. in uer. ſed pone. Probatur & tertio pūs concl. hac rōne. ſ. cum enim tortura ſit grauis afflictio; ɔ̄ſequens erit, quòd

Alphon. Aluarez

Iudex ñ facile debet proſilire ad torquendū reos, ſed ſolū qñ alia uia ſibi non pateat ad inueſtigandam ueritatē. Iul. Cla.

Auctor.

non debeat maior pœna inferri reo, nō conuicto, nec condemnato, q̄ eſſet inferenda ex ipſa cōdemnatione, ubi eſſet de crimine conuictus, aut confeſſus: ſed grauior eſſet afflictio, q̄ pęna, ſi q̄s eſſet condemnandus ad pœnam pecuniariā; & torqueretur pro confeſsione cris huiuſmodi, pro quo eſſet pœna pecuniaria imponenda: quod eſſet abſurdum.

SECVNDA CONCLVSIO, & falleutia primæ concluſionis.

SEruus qñque torquetur in dñm ſuū, licet nulla præcedant indicia in quibuſdam cribus, vcʒ: in crīe læſæ Maieſtatis, ut ad ſalutem Principis pertinet; & fraudati cenſus, & adulterij, & homicidij, in caſu qñ maritus dicatur occidiſſe vxorem ſuam, uel e cōuerſo: aliàs aūt ſeruus non torquetur in dñm ſuū, niſi ṗcedant indicia. Hæc concl. probat duplici medio. primo n. per tex. in l. 1. C. de queſtio. ubi hęc habentur, vcʒ: qſtionem de ſeruis contra dñm haberi non oportet, exceptis adulterij cribus, item fraudati cenſus accuſationibus, & crīe læſæ Maieſt. quod ad ſalutem Principis pertinet, in ceteris aūt, quamq̄ ſm ea, quæ ſeruus cōtra dñm dixit, iudicaturi ſententiam formare non debeant: tamen ſi alijs quoque probationibus fides ueritatis inueſtigetur, pręſcriptionis inuidia euaneſcit. hęc in d. l. Probatur & ſecundo auctoritate Alphonſi in ſuo Speculo utriuſque iuris, ſub titulo de tortura, colum. 2. in fine, ver. & ſeruus quandoque; ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & ſeruus quandoque torquetur in dominum ſuum: licet nulla præcedant indicia contra eum, ut in crimine læſæ Maieſtatis, ut ad ſalutem Principis pertinet, & fraudati cenſus, & adulterij, & homicidij, in caſu quando maritus dicitur occidiſſe uxorem ſuam, uel e cōuerſo: aliàs autem ſeruus non torquetur in dominum ſuum, niſi præcedant indicia, ut in l. 1. C. de quæſt. hæc ille ubi ſupra.

Alph. Aluarez.

TERTIA CONCLVSIO, & ſecunda fallentia.

Torqueri q poſſint non plenaris cōceſsis defenſionibus.

QVamuis regulariter reo ante torturam ſint dandæ defenſiones plenariæ: tamen in furtis, quę committuntur in hoſpitijs, iudex facultatem habet ſuper hoc tormentandi familiares domus, & alios, qui erant in domo, procedendo ſuper hoc ſummatim: & qñ domus alicuius frangitur, & illi, q habent domus notitiam, ſunt malæ famæ, conditionis & uitæ; poterunt de facili torqueri ad inueſtigationem ueritatis. & idem poterit facere cum bānito comparente, habita tamen ratione qualitatis ipſius. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per arg. in l. dominus horreorum. ff. locati. vbi hæc habētur, vcȝ: dñs horreorum confractis, & cōpilatis horreis, nō tenetur, niſi cuſtodiam eorū recepit. ſerui tñ eius, cū quo cōtractum eſt. pp edificiorum notitiā, in q̄ſtionem peti poſſunt. hæc in d. l. Probatur & ſecundo auct. Alphonſi Aluarez. ubi ſ. col. 3. in ver. & licet diximus, cum duobus ſequentibus uerbis. Doctor. n. ille ĩſcriptis vtitur v̄bis ibi, vcȝ: & licet diximus, q̄ reo ante torturam dandæ ſunt defenſiones plenariæ: tñ in furtis, q̄ committuntur in hoſpitijs, iudex habet poteſtatem ſuper hoc tormentandi familiares domus & alios, qui erant in domo, procedendo ſuper hoc ſummatim. ita Bar. in l. in eos. §. fi. ad fi. ff. de furtis aduerſus nautas, ut C. de naufrag. l. quoties, & l. ſubmerſis, eod. tit. & ita de facto Bar. obſeruauit cū ipſis, cum ſibimet d̄ facto hoc occurriſſet, & dixit idē Bar. in l. dñs horreorum. ff. locati, q̄ qñ domus alicuius frangitur, illi q habent domus notitiā, ſunt ſuſpecti, & pñt de facili torqueri ad inueſtigationē ueritatis, ut in d. l. dñs horreorū. Bal. in l. 1. C. locati. & ideo officiales, qñ cōmittūtur maleficia occulta, cōſueuerunt capere vicinos, a quibus ueriſimiliter pōt declarari ueritas; ad hoc facit l. ſi ita. in fine. ff. de fundo inſtructo. ego nō inueni talē legem, inquit Alph. & hoc tāgit ibi Iac. de Are. ſed hoc ītellige, vt diximus ī pced. reg. ſi tales uicini eſſent malæ ɔdónis, uitæ & famę: & Bar. dixit ī l. 1. ff. de off. pconſulis, q̄ qñ furta fiunt de nocte, pñt torqueri cuſtodes, vt indicēt furē. hæc oīa Alph. Aluar. vbi ſ. qui & in col. 4. ibidē in ver. & allegat Bar. infris utitur v̄bis, vcȝ: & allegat Bar. in conſ. incipienti, punctus q̄ſtionis talis eſt. & licet regulariter non eſt incipiendum a tortura ſine alijs indicijs, vcȝ: qñ accuſatus, vel inquiſitus, qa nō comparuit, fuit poſitus in banno pp cōtumaciam: nā ſi poſtea comp. & vult purgare contumaciā, forte pmittente ſtatuto, poterit tunc poni ad torturā abſq; alijs indicijs, vide Bal. in l. 1. C. de here. inſtit. in princ. col. 5. vbi ipſe dicit: aliqualis ſuper delicto p̄ſumptio eſt ɔ. bānitum, vt l. 2 & 3. ff. de requiren. reis: pp quod ex qualitate rei poterit ſubijci tormētis, ſine alijs indicijs, p ueritate delicti inuenienda, cum iſtud iud. ſufficiens eſſe poſsit ad tormenta imponenda, arg. l. millies. ff. de q̄ſt. & uide Hypp. in ſingu. cap. 17. & uide eum in l. 1. in 2. col. ff. de quæſt. Hæc ille Doctor vbi ſupra.

L. Dñs. horreorum. ff. locati.

Alph. Aluarez.

QVARTA CONCLVSIO & tertia fallentia.

IVdices aſſolent plerumq; licet delictū ſit plene pbatū, fuiſſe cōmiſſū a reo, ēt p teſtes d̄ viſu, nihilomin⁹ adhibere torturā; nō vt amplius ɔſtet de delicto, ſed ſolum vt reus fateat delictū, de quo cōuincitur, ne per appellónem id, qđ fuerat pronunciatum, ſuſpendi contingat. & hoc cōiter in practica obſeruat in curijs. Monendi tñ ſunt iudices, q̄ qñ rei conuicti, vel confeſsi, vel condēnati iam p ſuis delictis, torquent ſuper ſocijs, & cōplicibus, & ſup alijs crībus, debent prius proteſtari, q̄ id faciunt ſine p̄iud. confeſsi, & conuicti crīs; uel ſi ſint cōdemnati ſine p̄iud. cōndēnationis. & hæc ē cōis obſeruātia curiarū utriuſq; fori: qm̄ ſi de hoc nō fuiſſent pteſtati, & hmōi rei negarēt ſua crīa, & ī negatiua perſiſterent in tortura; tunc dicerent purgaſſe indicia, & probōnes ɔ̄ ſe

Iudices quare torqant reos cōuictos p teſt.s, & tunc qd pteſtari debeant ante torturam:

exi-

exiſtentes,& eſſent abſoluendi,uel ſaltem non uenirent puniendi pœna ordinaria.Hæc concluſio vltra practicam ipſam hodiernam curiarum probatur ét duplici medio.Primo auctoritate Iu- Iul.Cla. lij Clarij, noſtra tempeſtate clariſsimi practichiſtæ, in ſua practi.crimin.lib.5. §. fin. quæſt. 64. in ver.ſcias etiam,& in uerbo ſubſequenti;qui ibidem præſentem cōcluſionem probat multorū Doctorum præclarorum auctoritate. Probatur & ſecūdo hac ratione, videlicet: Auctor. nemini enim dubium eſſe poteſt, fatuum iudicādum iudicem, qui torquet reum, contra quem eſſet plene probatum; niſi id faceret cum prædicta proteſtatione; tum quia regulariter nemo debet torqueri, niſi ut ueritas delicti conuincatur ex ore rei; ut poſtmodum iuſta ſequi condemnatio poſsit; tum quia ſequerentur adducta in concluſione abſurda illa.

QVINTA CONCLVSIO.

SI iudex, reum torquendo non præmiſsis indicijs, uel ſaltem uno legitime ꝓbato in actis, per quod iuſte fuerit motus animus ipſius, quòd accuſatus fuerit culpabilis in maleficio, de quo imputatur, ueniret ī ſindicatu puniēdus; ét ſi poſt torturam ſuperueniſſent legitima indicia: q̄m nō propterea tortura illegitime dāta legitimaret: & hoc verificatur tam in criminibus grauioribus, quàm leuioribus; immo etiā in crimine læſæ Maieſtatis hinc cēſetur iudicem non poſſe reum torquere, niſi præmiſsis indicijs,& ut ſupra. Hęc cōcluſio, probatur auctoritate Iul.Cla.ubi ſ.in ver.dixi ēt;& in ver.non ſufficit. Et hac rōne probatur quoq; q̄m licet in ꝓcedendo iudices poſsint omittere ordinem, & ſollemnitatem iuris ex conſuetudinaria, & communi interpretatio[illegible] a.bitrij: non tamen prorſus poſſ[illegible] uel debent omittere ordinem aliqualem; cum a ius dicēdo denominetur iudex, ut tacite compellatur omnes actus ſuos ſecundū iura diſponere.

SEXTA CONCLVSIO.

LIcet reus ſit ſolitus delinquere, & aliàs ſit malæ vocis, conditionis,& famæ: tamen ſine alijs indicijs nullatenus debebit torqueri; niſi fuerit uilis perſona, ut eſt uagabundus, qui ſolitus ſit furari & huiuſmodi alia vilia facere delicta, ut ſeruat in Ducatu Mediolanenſi. Hæc concluſio probatur auctoritate Iulij Clarij, ubi ſupra, in verſi. ſed pone, quòd reus ſit ſolitus. Proba- Iul Cla. Auctor. tur & ratione: quoniā ſi ex eo ſolo poſſent iudices reos tormentis ſubijcere, quia aliàs deliquiſſent, haberent nimis latas habenas. quod nō eſt aliquo pacto permittendum propter malitiam, & imperitiam multorum.

SEPTIMA CONCLVSIO.

BAnnitus,& condemnatus in contumaciam ſine alijs indicijs poterit torqueri, ſi captus a curia negauerit, ſe eſſe illum, qui continetur in banno. quaꝓpter huiuſmodi talis captus erit cogendus a iudice ad recognoſcēdum bannum, & fatendum, ſe eſſe eum, q̄ eſt nominatus in bāno: deinde iudex ſententiam in ipſum confitentē talem exequatur: licet bene poſſet torqueri ſuper ſocijs,& complicibus,& ſuper alijs delictis, ut elegantiſsime docet Bar.in l. diuus. num. 5. ff.de cuſtodia reorum, ſubdens ſæpius ita practicaſſe. Hæc cōcluſio probatur quoq; auctoritate Iu- Iul.Cla. lij Clarij in lib. 5. §.fin. quæſt.96.in ver. quęro numquid ſi bannitus; qui ad hāc concluſionem probandam innumeros Doctores,& Practichiſtas adducit.

OCTAVA CONCLVSIO.

BAnnitus, & ob contumaciam damnatus, admiſſus ad nouas defenſiones poterit torqueri ad ueritatem delicti eruendam propter ſolum bannum & condemnationem: licet forſan contra ipſum non fuiſſent probata aliqua

indicia ſufficiẽtia ad torturam: & licet nõnulli dixerint contrarium aſſerentes, hoc nullatenus poſſe contingere in facto; cum inquiſitio, & bannum non ualerent, niſi p̃cedẽtibus legitimis indicijs; & conſequenter, ꝙ ſup tali banno nullum poſſit fieri fundamentũ. ad hoc r̃ndetur quãfacillime, ꝙ imo põt verificari in multis caſibus: vt puta, ſi proceſſum ſit ad inquiſitionem ex conſciẽtia Principis: nam eo caſu procedit, & ualet inquiſitio, ẽt alijs indicijs non p̃cedentibus, vt fuit probatum in tract. de inquiſ. idem erit, ſi ex deſpẽſatione curiarum ſupremarum, vt ſępe fit p inquiſ. uel per p̃cepta pœnalia, non p̃cedentibus legitimis indicijs, ſed ſolummodo ſuſpectionibus, uel coniecturis: Rurſus ſciendum, ꝙ apud Doct. eſt in confeſſo, ꝙ multa indicia ſufficiunt ad formãdam inquiſitionem, q̃ nullatenus ſufficiunt ad torturam. ſi ergo inquiſitus, vel citatus in aliquo ex p̃dictis caſibus permiſerit ſe banniri, poterit deinde, ſi admittatur ad nouas defenſiones, torqueri ex ſolo bãno, & illis quibuſcumq; indicijs; ẽt ꝙ aliàs non eſſent illa indicia de p ſe ſufficiẽtia ad torturam: pariter ſi iſte bãnitus admiſſus ad defenſiones probauerit in ſuis defenſionibus talia, ex quibus ſunt ſublata, uel eliſa omnia indicia cõtra eum exiſtentia: adhuc tamen propter cõtumaciam, uel ſolum bannũ poterit torqueri. & hæc oĩa practicantur ſæpe ſæpius, vt docet Iul. Cla. in pract. crimi. lib. 5. §. fin. q. 64. in ver. ſed nunquid bannitus. qui & ipſam roborat multis Doctorum auctoritatibus

NONA CONCLVSIO.

Animaduertẽdum erit iudici, quòd non torqueat reum, qui paulo ante comederat; ſed debet expectare ſaltem per decem horas poſt cibum ſumptum aut ipſius potum. & ita communis utriuſque fori practica ſeruat. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo auctoritate eruditiſsimi Iulij Clarij in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 64. in ver. decreta tortura; qui ad hanc concluſionem probandam, multos Doctores adducit ibi. Probatur & ſecundo hac ratione: cum enim tortura ſit maximum tormentum corporale, quod non tantum membra conturbat, verum etiã & ipſa corporis interiora conquaſſat, ex cuius conquaſſatione ipſi torti, ſi de prox. comediſſent, poſſent graues infirmitates incurrere, iux. decretationem medicorum; immo forſan ibi extremũ diem clauderent. & iccirco noſtræ concluſionis ueritas per ſe patet; cum per ſupra adducta fuerit probatum, iudices taliter debere reos torquere, ut poſt torturam torti nocentes ſeruati ſint vltimo ſupplicio, uel reperti innocentes poſsint reſtitui libertati priſtinę incolumes, & cum bona ualetudine, ut latius probauimus in prima concluſione ſubſequentis capituli. Iul. Cla. Auctor.

Qualis eſſe debeat tortura. Cap. III.

Iudex, quæ ponderare debet circa modum torquendi reos. concl. 1. & 2.

Remiſſo ſermone de tempore, quo torquendi ueniãt rei, dignum erit ſubnectere nonnulla notatu digna de qualitate torturæ: de qua infraſcriptę ſtatuentur concluſiones, videlicet.

PRIMA CONCLVSIO.

Quæſtio ſeu tortura debet eſſe ita moderata, ut in ipſa non habeatur ratio uolũtatis accuſatoris, potius complexionis rei: nam aduertere debet iudex ad qualitatem ipſius rei: ut puta, ſi eſſet debilis, uel robuſtus, nobilis, uel plebeus, ciues,

uel

uel ruſticus; & qualitatem criminis, an ſit leue, uel graue, ſeu atrox: qualitatem quoque ætatis, & indiciorum contra ipſum reum. & ut breuibus utar, denique iudex taliter debet torquere reum, ut poſt torturam ipſe reus ſeruetur indemnis, ac incolumis reſtituendus libertati pro innocentia, uel ſupplicio pro crimine perpetrato. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per arg. in l. de minore. § tormenta, & l. quæſtionis. ff. de quęſt. enim vero in dicto §. infraſcripta habentur, videlicet: tormenta autem adhibenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat; ſed ut moderatæ rationis temperamēta deſiderant. hæc in dicto §. Sed in dicta l. infraſcripta habentur, videlicet: quæſtionis modum magis eſt iudices arbitrari oportere: itaque quæſtionem habere oportet, ut ſeruus ſaluus ſit, uel innocentiæ, uel ſupplicio. hæc in dicta l. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Pan. enim in capitulo, Cum in contemplatione, extra de reg. iur. columna prima, in ver. tertio quæro, præſenti ſe ſubſcripſit concl. infraſcriptis utens uerbis, videlicet: tertio quæro, qualis debeat eſſe tortura. Sol. debet eſſe moderata: unde iudex animaduertere ad inditia, item ad qualitatem perſonæ, an ſit fortis in reſiſtēdo, nec ne; & finaliter dēt ita torquere reum, ut tortum ſeruet incolumem innocētiæ, uel ſupplicio, vt ſic, ſi deliquit, poſſit pati ſupplicium debitum; ſi uero eſt innocens, non patiatur defectū corporis, ut l. q̄ſtionis. ff. de q̄ſtio. hæc Pan. ubi ſ. cui cōcordat Alphonſus Aluarez in ſuo Speculo utriuſq; iuris, ſub tit. de tortura, vbi dicit, ꝙ tortura dēt fieri cū moderamine, ut habetur in l. de minore § tormenta. ff. de q̄ſtio: quod intellige arbitrio iudicis, q. dēt conſiderare cōplexionē, & qualitatem rei, an ſit debilis, uel robuſtus, nobilis, uel plebeus, ciuis, uel ruſticus; & debet cōſiderare qualitatem criminis, an ſit leue, uel graue, ſeu atrox. ita dixit Dynus ī tract. de quæſt. ſed Gandinus in rub. de quæſt. in 2. col. dicit: qualiter autem quæſtio ſit habenda, & cum quo moderamine, dic, ꝙ non eſt in immenſum habenda, nec in quantum poſtulauerit accuſator, ſed ut moderatæ rōnis temperamentū deſiderat, ut d. l. de minore. §. tormenta: & ſuper hoc non pōt certa dari doctrina: ſed iudex dēt conſiderare, cuius fortitudinis, & cuius debilitatis, & cuius valetudinis, & cuius ætatis ſit q torquēd' eſt; & ſm̄ uarietatē pſonarum, & uarietatē criminis, ſeu alterius negotij qualitatem utatur tormentis. & probatur ff. de re milit. l. 3. §. fi. & ff. ad Sylla. l. ſi q̄s in graui, in principio, & §. ſubuenitur. l. 1. §. impubes. & vide Io. And. in c. cum in cōtemplatione, de reg. iur. per l. quæſtionis modum. ff. de quæſtio. & uide Bal. in l. 1. C. de confeſſio. qui dicit: quo moderamine ſit habenda tortura, hoc relinquitur arbitrio iudicis. ideo cum equitate, arg. ſemper in obſcuris. hæc omnia idem Alphonſus prædictus, ubi ſupra, & Iul. Cla. in ſua pract. crim.

l. De minore. §. tormēta & l. quæſtionis. ff. de q̄ſt.

Pan.

SECVNDA CONCLVSIO.

Licet circa quantitatem, & qualitatem torturæ maxime uerſetur iudicis arbitrium: nihilominus non omnes rei ueniunt eodem modo torquēdi; ſed aliqui grauius; aliqui uero leuius, iux. qualitatem delicti, & inditiorum, contra quemlibet torquēdum, probatorum in proceſſu; & ſecundum modū conſuetum in loco torturæ. quapropter diuerſi gradus ſunt torturæ; & ſecundum qualitatem indiciorum iudices uti debent gradibus torturæ. & ideo ſi non adſint indicia ſufficientia, & perfecta ad torturam (puta ſi adſit tantum unus teſtis de uiſu, qui non ſit integer, uel ſi adſint duo teſtes ſingulares deponentes) de indicijs remotis, uel huiuſmodi, poterit iudex pcedere ad primum gradum torturæ (uel ēt ad alios: non tn̄ ad plenam torturam; quia ad illa deuenire non debet, niſi præ-

cedat ſaltem unum indicium ad torturā legitime probatum : licet, ut dixi, in hoc nō poteſt dari certa regula ; ſed remittitur arbitrio, ac conſcientiæ iudicis, qui ita facere debet, ut qualitas delicti,& perſonę,& indiciorum poſtulare videbitur. plenam autem torturā dico,quando reus ſquaſſatur, ut dicetur infra in enumeratione graduū torturæ,afferenda poſt probationem præſentis concluſionis. tamen ſciendum, quòd pro quolibet indicio alicui dantur tres ictus funis, vel, ut vulgo dicitur,tres ſquaſsi cordæ,& alibi, ut Mediolani, duo uel tres ſquaſsi, etiam ſi plura eſſent indicia. quapropter in hoc ſtandum eſt conſuetudini loci, curięq; in qua agitur huiuſmodi cauſa. Hæc concluſio probatur auctoritate Iulij Clarij in ſua pract. criminali. 5 §.fi.quæſtio.64. in ver.nunc de gradibus torturæ uideamus, & in ver.debet igitur iudex torturam adhibere, & in ver.iudex autem debet in hac ; qui Doctor multis auctoritatibus hanc munit concluſionem. Sciendum inſuper,quòd quinque traduntur gradus torturæ. Primus enim eſt,quādo reo minatur iudex torturam.Secundus,quando iudex præcipit reum conduci ad locum tormentorum. Tertius eſt,quando iudex præcipit ipſum reum expoliari, nec non ligari ſimpliciter ſine taxillis,ut torqueatur. Quartus gradus eſt, quando præcipit iudex eleuari in altum ipſum reū ligatum iam fune illa torturæ.Quintus eſt,quādo iudex præcipit reum in tortura exiſtentem ligatum squaſſari.Pro hac quoque concluſione uidebis, quæ dixit Pan.per me relatus in tractatu de confeſsione iudiciali cap. 2. concl. 11. circa medium.

Tortura plena q̄ dicatur.

Iul. Cla.

Torturæ primus gradus.

2.

3.

4.

Qui homines poſſint torqueri,& a quibus. Cap.IIII.

Torqueri omnes poſſunt, niſi a tortura pœna fuiſſent exempti.concl. 1.

Torqueri licet de iure non poſſint doctores, milites, nobiles, & decuriones ciuitatum: tamen de conſuetudine torquentur.concl. 2

Torqueri non poſſunt minores 14. annorum: licet terreri & uerberari.concl. 3.

Torqueri non poteſt ſenex ſexagenarius, niſi eſſet robuſtus.concl.4.

Torqueri mulier prægnans non poterit, nec poſt partum ante 40.dies.concl.5.

Torqueri poßunt etiam clerici in ſacris;licet non ita ſeuera tortura in eis eſſe debet, ut in laicis ; quamuis pro iiſdem indicijs, quibus laici,torqueri poſſunt concl.6.

Torquere clericum poterit laicus penuria clericorum ſcientium torquere, ſi adſit conſenſus Ordinarij clerici.concl.ultima.

CVm in præcedenti capitulo quambreuiſsimo ſermonis periodo adducta ſit aliqualis norma qualitatis, ac quantitatis torturæ; iure optimo videtur in præſenti uerbum faciendum fore de qualitate torquendorum. Quapropter ipſam materiam ſcitu dignam nonnullis concluſionibus abſoluere (Deo dante) ſtudebo loquendo tam de laicis,quàm clericis; cum & ipſi pro aliquibus delictis,de quibus ſupra in tract.de inquiſ. cap.fuit probatum, ſint puniendi a iudice eccleſiaſtico in foro eccleſiaſtico. ideo primo de ipſis laicis agendū eſt.

PRIMA ERGO CONCL. ſit hæc.

OMnes poſſunt torqueri, qui a torturę pœna non ſunt exempti de iure,uel ex priuilegio. huius concluſionis ueritas per ſe patet; licet probetur quoque omnium Doctorum auctoritate,& nouiſsime Iulij Clarij in lib. 5. §. fin. in ver. ubi ſubſint indicia legitima, dicentis huic concluſioni ſe ſubſcribere communem opinionem.Probatur & ratione : cum tortura concurrat ad detegenda peccata, & malefactores,quibus detectis, ac punitis,reſpublicę & ho-

Auctor.

homines quietã vitam ducere poſsint; inde conſequens fit, quòd omnes poſſint torqueri, concurrentibus neceſſarijs præmiſsis ad torturam, de quibus ſupra plenius loquuti ſumus, q a iure, uel particulari priuilegio nõ eximunt.

SECVNDA CONCLVSIO.

Doctores, milites, nobiles, decuriones ciuitatũ de iure non ſunt torquendi: tamen de conſuetudine hodie paſsim torturæ ſubijciuntur. Hæc conclusio eſt Iul. Clarij, ubi ſupra, immo & uſu ipſo quotidiano curiarum utriuſque fori; rationemque talem præſentis concluſionis poſſe afferri arbitror, ſcilicet: ne delicta remaneant impunita; & vt reprimatur talium hominum ſupercilium, ac audatia, qua ſæpe pauperes opprimũt contra naturæ, & Dei Optimi Maximi præceptum: cum, ut in plurimum, per torturam comprehendantur malefactores, cõtra quos plene delicta non poſſunt probari.

Iul. Cla. Auctor.

TERTIA CONCLVSIO.

Minores quatuordecim annorũ nõ poſſunt torqueri: licet terreri tantum, aut uerberari habenis, aut ferula, aut uirgis poſsint. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in l. prima §. impubes. ff. ad Sylle. Et ſecũdo Doctorum legiſtarum auctoritate ibi, & auctoritate Iulij Clarij ubi ſupra, in ver. quæro numquid minores, qui ad hoc adducit multos Doctores. Probatur & tertio hac rõne, ſcilicet: ne ſi immature torti ſint, debilitetur, aut frangatur ſic inhumane aliquod eorum mẽbrũ; cum eorum oſſa, & carnes ſint ad modum debiles.

l. 1. §. impubes. ff ad Syll. Iul. Cla Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

Licet ſenex ſexagenarius debilis, uel decrepitus non poſsit torqueri, vt colligitur ex tex. in l. 3. §. ignoſcitur. ff. ad Sylle; & eſt communis opinio, tamẽ ſi eſſet ſexagenarius robuſtus poſſet torqueri, & ita practicatur. Hæc cõcluſio eſt Iulij Clarij, ubi ſupra, in ver. non etiam debet iudex ſenes. Probatur & hac ratione: cum remota cauſa omnino ſit remoueudus effectus cauſæ; conſequens erit, quòd remota debilitate, quę reperitur, ut in plurimum, in decrepito uel ſene ſexagenario malæ cõplexionis, quę eſt in cauſa, ut non poſſit torqueri, ne pereat inhumaniter in tortura, remouetur effectus priuilegij huius, ut non poſsit torqueri; ac per conſequẽs omnino dicendum ſexagenarium robuſtum poſſe torqueri, & cõcluſionem uериſsimam.

l. 3. §. ignoſcitur. ff. ad Sylle. Iul. Cla. Auctor.

QVINTA CONCLVSIO.

Mulier prægnans non poterit torqueri; immo nec poſt partum editum, niſi tranſactis quadraginta diebus purgationis: & ita ſeruatur in practica. Hęc cõcluſio probatur primo per tex. in l. prægnantis. ff. de pœnis. Et ſecũdo probatur per legiſtas ibi, & auctoritate Iulij Clarij ubi ſupra, in ver. quęro modo, numquid mulier prægnans. Probatur & ratione hac: cum innocens nullatenus ueniat puniendus alterius culpa; inde fit, ut huiuſmodi mulier nõ poſsit tali tempore torqueri, ne abortiatur; & ſic extinguatur infantulus innocens, qui non eſt in culpa.

l. Prægnãtis. ff. de pœnis. Auctor.

SEXTA CONCLVSIO.

Non ſolum laici, de quibus ſupra fuit habitus ſermo, poſſunt torqueri; immo nõ ſolum clerici in minoribus ordinibus conſtituti, uerumetiã ſacerdotes. licet tortura in clericis nõ eſſe debeat ita ſeuera, ſicut in laicis: tamen clerici poſſunt torqueri propter indicia, quibus & laici poſſunt torqueri. hęc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in c. 1. Grauis, extra de depoſito; cuius uerba ſeriatim referam

c. Grauis extra de depoſito.

ſeram infra poſt relationem opinionis doctiſsimi uiri Pan. Probatur quoque & ſecundo Doctorũ auctoritate. enimuero Pan in c. cum in contemplatione, extra de reg. iur. colum. 2. in ver. quinto quæro, infraſcriptis uerbis ſe noſtræ concluſioni ſubſcripſit, videlicet: quinto quæro, qui homines ſint torquendi. Sol. tres ſunt conditiones hominum: quidam ſunt liberi, quidam ſtatu liberi, quidam ſerui liberorum, quidã conſtituti ĩ dignitate, uel militia; & iſti regulariter non debent torqueri, niſi in certis criminibus, ut in crimine læſæ Maieſtatis, & proditionis, ut l. milites. C. de quæſtio. & ex hoc dicunt quidam, quòd clericus regulariter non eſt torquendus, quia eſt miles cęleſtis militiæ, ut in c. 1. de clericis ægrot. alij contra per c. ſi conſtiterit, de accuſ. & per dictũ c. 1. de hac materia vide per Gl. in pręalleg. c. illi & 15. q. 6. in ſumma communis concluſio Doctorum, & Glo. eſt, quòd clerici, etiam presbyteri, ſi ſunt ſuſpecti, poſſunt torqueri. Abb. tamen dixit notabile uerbum, ꝙ in d. c. 1. non reperitur, clericos torquendos fore, niſi tantum, ſi ſint infames, ut in dicto c. 1. quod nota: communiter tamen tenetur, quòd tortura non debet eſſe ita ſeuera in clericis, ſicut in laicis: unde nõ debent ſupponi aculeis, ſeu fidiculis, ſed uirgis, ſeu corrigijs. pro hoc bonus textus. 24. q. 5. c. 1. in fine. hęc Pan. ubi ſupra; qui; & in c. 1. extra de depoſito. colu. 3. in ver. nota ulterius de hac eadem quęſtione quo ad clericum, infraſcripta attulit, videlicet: nota ulterius, quòd in cauſa ciuili habente delictum annexum põt ẽt clericus carcerari, & ẽt torturæ ſubijci, & in uinculis allegari. dicit tñ hic Abb. ꝙ hic iſte erat infamatus, pro hoc tex. ibi, ut audiuimus: vñ dicit, ꝙ nunq̃ reperijt, ꝙ clericus ſit torquendus, niſi ſit infamatus. & eſt notabile, & ſingulare dictũ: ſed ego dubito, numq̃d ſit uerum: nam iſte tex. hoc non probat: nam licet Papa audierit, non ſequitur, ꝙ pp hoc ſit infamis.

Pan.

Tortura in clericis non det ita ſeuera ſ[illegible] [illegible] ſicut in laicis.

vñ puto, ꝙ quemadmodum contra laicum ſufficit unus bonus teſtis ad torturam, vt eſt Glo. not. in l. 3. C. ad l. Iul. maieſtat. ita & contra clericum. nec eſt verũ, ꝙ infamia ſemper ſufficiat ad torturam, ſed diſtingui dẽt, vt not. Bar. in l. de minore §. torturam. ff. de quęſtio. vbi plus operatur vnus teſtis de veritate, q̃ fama. facit quod dixi in c. ueniẽs de teſtibus el 1. Et regulariter an, & qñ clericus torqueri pot, dic, vt notaui in regula, Cum ĩ cõtemplatione, ex̃. de reg. iur. hęc oĩa Pan. ubi ſ. De hac cõcl. animaduertendũ nihilominus eſt, ꝙ in d. c. grauis, ex̃. de depoſito ĩſcripta ſtatuta reperiuntur, vcʒ: grauis illa querimonia vſq; ad nos ſup depoſito tuo tibi hactenus denegato puenit: cum. n. nõ cõſtet, pecuniam tuam, quã ille uir Belial. furatus eſt, in Eccleſię vtilitatem cõuerſam, nõ debemus de iure contra canonicos eiuſdẽ Eccl. pręciſe intentare iuſſionis inſtantiã, ut tibi eandem reddãt pecuniã pſonę, nõ Eccleſię, commẽdatam. Quocirca ſuademus, ꝙ in illũ furẽ tuam dirigas actionem, eo ꝙ, ut audiuimus, loculos hẽt, & ea, quę tibi ſubrepta ſunt, aſportauit: nã & iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum q̃ſtionibus ad rõnem ponãt, & ſi oportuerit, vinculis allegatum, ut dictã pecuniã reddere cõpellatur. hęc in d. cap. Glo. quoq; in d. c. in verbo, q̃ſtionibus, infraſcriptis utitur V̄bis, vcʒ: nota ꝙ ſuſpecti ſunt torquendi, & in vinculis detinendi, & uerberibus afficiendi, & ſubijciendi. hęc dixit Glo. dixit notandum quoq; ꝙ dictus Belial. contentus in d. can. erat canonicus dictę Eccl. Pan. ibidẽ: in caſus relatione, ſeu figuratione. Pñti quoq; concl. ſe ſubſcripſit Iul. Cla. ubi ſ. in uerbo. Sed an clerici pñt de iure torqueri; qui hoc probat, & conſuetudine, & Doctorum copia.

SEPTIMA CONCLVSIO.

IVdex laicus, uel miniſtri laici de mãdato Ordinarij alicuius clerici, poterit ipſum clericum torquere, ne malepeficia

ficia remaneát impunita penuria clericorum ad hoc munus ſubeundũ aptorum. Hæc concl. probatur conſuetudine ipſa curiarũ, & auctoritate Iul. Cla. vbi ſ. in ver. ſed hic quæro: qui multas auctoritates ad hoc adducit ꝓbandũ: immo & vr̃ probari p̃ tex. hic preadductum in c. grauis, extra de depoſito.

Iul. Cla.

De tortura effectu, ſcilicet, de ualore confeßionis in tortura. Cap. V.

Qvamuis in ſubſequenti tractatulo de cõfeſsionis factę in iud. ualore, v̄ba ſim facturus: nihilominus in pñti capitulo operępretiũ duxi, nonnulla notatu digna adducere de effectibus torturę, ſiue de valore dictę confeſsionis in tortura. & vt gradatim procedã, proferam in medium vnicam concluſionem, more ſolito, ut omnia luce clariora appareant.

VNICA CONCLVSIO.

Confeſsio iudicialis, p̃ torturam extorta, in qua confeſſus nõ perſeuerat (q̃n ut dicatur in confeſsione perſeuerare quis, opus eſt ei expreſſe ipſum ratificare poſt torturã; alias ipſa cõfeſſio eſt nullius ualoris, quo ad pęnã cõfeſſo inducendã.) Hęc cõcl. probatur duplici medio, licet in concl. 2. ſubſequẽtis tractatuli, nonnulla pro hac cõcluſione fuerint adducta. Probatur igitur primo p̃ tex. in l. 1. §. diuus Seuerus & ĩ §. q̃ſtioni. ff. q̃ſtio. & ibi p̃ Glo. quorũ tenorẽ ĩ. referam in ſequenti tractatulo de confeſsione iudiciali. c. ..cõcl. 2. ubi quoq; nõnullas Doct. ſnĩas adducam. Probat & ſcđo auct. Pan. in c. cum in contẽplatione ex̃. de reg. iur. col. 2. in ver. ſeptimo q̃ro de effectu torturę, ubi ĩſcriptis utitur v̄bis, vc3: nũquid ualet cõfeſsio in tortura facta, cõiter diſtinguit an iſte pſeueret in confeſsione, uel nõ; ſi non pſeuerat, non pjudicat, q̃a vr̃ feciſſe metu tormentorũ, ut l. 1. ff. de q̃ſt. & 15. q. 6. c. 1. hęc ille. Sed tu nota, ꝙ in d. c. 1.

c. 15. q. 6. Alphon. Aluarez

Alex. Papa aſſeuerat criminũ cõfeſsionem non extorquendam p̃ metũ, & cõfeſsionẽ hmõi eſſe nullã. Alphonſ. quoque Aluarez i ſuo Speculo utriuſq; iuris in titulo de tortura. col. 7. in ver. & ĩ primis notabimus, ꝙ confeſsioni factę in tormentis, infraſcriptis vtitur verbis vc3: confeſsioni factę in tormentis nõ eſt paſsim credendũ; pro quo facit tex. in l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de q̃ſt. & in §. q̃ſtioni. nam ſæpenumero aliqui ſunt, q̃ adeo timent torturam, ꝙ oĩa ẽt, quæ nunq̃ fecerunt, confiteantur: & Paris de Puteo dicit: multos audiui dicẽtes, Nolo mori millies, ſed ſemel tñ: & iſta uerba etiam refert Hyppolitus de Marſilijs. Sed ego ſemper vidi homines oſtinatos, & ſemper uidi pro uno delicto, quod cõfitebant̃, ẽt ſi eſſet capitale, negare plura homicidia; & nunq̃ uidi innocentẽ condemnatũ, & uidi criminoſos abſolutos, & liberatos. crede mihi, q̃a expertus loquor. Itẽ iudex dẽt conſiderare, ꝙ cõfeſsio ſit probabilis, & veriſimilis, ut iã diximus ſuperius, dãdo ordinẽ iudici, quomodo debet examinare reũ iquiſitũ. immo & in ipſo opuſculo de inquiſitione. & ſi confeſsio nõ eſt ꝓbabilis, nõ nocet, ſaltẽ quo ad cõdemnationẽ: ut puta ſi reus confitetur, ſe hominẽ occidiſſe, & ꝓieciſſe in mare, dẽt conſtare de corpore. vide Bal. in c. at ſi clerici. de iud. in 2. col. & vide Bal. in addit. ad Spe. in tit. de ſnĩa, ubi dicit, ꝙ ſaltem dẽt conſtare p̃ famam. hęc oĩa idẽ Alphonſus, qui ſ. Pñti concluſioni ſe ſubſcripſit quoq; Iul. Cla. una cũ multis Doctoribus adductis in ſua pract. crim. li. 5. §. fi. q. 64. in ver. ceterũ ſi reus.

Quomodo ſcribat notarius ſeu magiſter actorum perſeuerãtiam confeßionis factæ a reo in tortura, et an teſtes ſint adhibendi confeßioni huiuſmodi factæ. Cap. VI.

VNICA CONCLVSIO.

NOtarius ſeu magiſter actorum hac forma utatur, dũ ſcribit cõfeſsionem a reo factam in tortura, videlicet: talis conſtitutus corã tali iudice ad banchum maleficiorum, lecta de uerbo ad verbum ei confeſſione ſua, interrogatus a dicto iudice, ſic dicit, & confitetur, & confeſſus fuit, vt ſupra in ſua confeſsione, & per ordinem continetur, qui reſpondit, quòd ſic, debet ſcribi in actis; aliàs non creditur iudici/ verumtamen teſtes neceſſario non ſunt adhibendi actis; cum actis ſine teſtibus ſit credẽdum, maxime ſi dicta acta ſint facta coram iudice. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per arg. in in c. quoniam contra falſam, extra de probat. ubi de hac quæſtione Inn. tertius in concilio generali infraſcriptis uſus fuit uerbis, videlicet: quoniam contra falſam opinionem iniqui iudicis innocens litigator, quandoque non poteſt ueram negationem probare, cũ negantis factum per rerum naturã nulla ſit directa probatio, ne falſitas ueritati præiudicet, aut iniquitas præualeat equitati; ſtatuimus, ut tam in ordinario iudicio, quã extraordinario iudex ſemper adhibeat aut publicam, ſi poteſt habere, perſonam, aut duos uiros idoneos, qui fideliter uniuerſa iudicija acta conſcribant, videlicet: citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, & interrogationes, confeſsiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, recuſationes, concluſiones, & cetera, quæ occurrunt competenti ordine conſcribẽda, loca deſignando, tempora & perſonas; & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur ita, quòd originalia penes ſcriptores remaneant, ut ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta cõtentio, per hoc poſsit ueritas declarari, quaten⁹, hoc adhibito moderamine, ſic honeſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quòd per improuidos & iniquos innocentium iuſtitia non lędatur. iudex autem, qui conſtitutionem ipſam neglexerit obſeruare, ſi propter eius negligentiam quid difficultatis emerſerit per ſuperiorem iudicem animaduerſione debita caſtigetur nec pro ipſius præſumatur ꝓceſſu; niſi quatenus in cãa legitimis documentis conſtiterit. Hæc in dicto cap. Probat & ſecundo auctoritate Alphonſi Aluarez in ſuo Speculo utriuſque, in eo. tit. de Tortura. col. 3. in ver. & notarius in actis; qui infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & notarius in actis dicet ſic. talis conſtitutus coram tali iudice ad banchum maleficiorum, lecta de uerbo ad uerbũ confeſsione ſua, interrogatus a dicto iudice, ſic dicit, & confitetur, & confeſſus fuit vt ſ. in ſua confeſsione, ut ꝑ ordinem, continetur, qui reſpondit, ꝙ ſic, & ſic debet ſcribi in actis; aliàs non credatur iudici, ut in c. quoniam contra falſam, extra de probat: & teſtes nõ ſunt adhibendi confeſsioni; cum actis ſine teſtibus ſit credendum arg. C. de donat. l. in donationibus: ſed tutius eſt, ꝙ adhibeantur duo teſtes ſaltem, ut in l. ubi numerus. ff. de teſtibus: ſed bene ſtabitur actis factis coram iudice per notarium in ſecreto, & ſine teſtibus, ut in c. in omni negotio, extra de teſtibus & not. Azo: in rub. C. de quæſtio. & ita de conſuetudine generali obſeruatur, quæ uicem legis obtinet l. de quibus. §. inueterata. ff. de legi. Hæc omnia Alphonſus Aluarez ubi ſupra.

An tortura poſsit reiterari pro eodem facto, & quando. Cap. VII.

Confeſſio facta per tormenta repetita quando ſit nulla. concl. 6.

Tortus ſem. inſufficienter poterit rurſus tor-

queri

queri primo pro eodem facto ſupervenientibus nouis indicijs, aut ſi fuiſſet repertus in mendacio, ut in concl. 1. Secundo ſi prima tortura fuiſſet leuiter data, habito reſpectu ad indicia præcedentia probata, vt in concl. 2. Tertio ſi poſt torturam negat delictū confeſſum in tortura, vt in cõcl: 3. Quarto, ut manifeſtet mandantem fieri maleficium factum per ipſum, & ſocios ſi contra eos aliqualiter conſtet. ut in concluſione 4,

Iudex quid faciet, ſi tortus ſufficienter erat homo ſceleſtus, & ſemper negauit, et maxima contra illum eſt fama. concl. 5.

Iudex quid faciet, ſi uelit ſæpius pro eodem crimine aliquem torquere. concl. 6.

CVm ſæpe contingat Iudices pro eodem facto ſæpius torquere aliquem; iccirco in pręſenti capitulo quæritur, an hoc liceat iudici: cui ambiguitati ſatisfiet nonnullis concluſionibus infraſcriptis, videlicet.

PRIMA CONCLVSIO.

TOrtus ſemel ſufficienter pro eodē facto poterit rurſus torqueri, ſupervenictibus indicijs nouis; aut ſi reperiretur in mēdatio; non autem ſi ſuperueniſſent probationes ſuper eodē īdicio, pro quo fuerat reus tortus. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in l. vnius. §. reus, in principio. ff. de quæſtio. ubi infraſcripta habentur, videlicet: reus euidentioribus argumentis oppreſſus repeti in quæſtionem poteſt, maxime ſi in tormenta animū corpuſque durauerit. hæc in d. l. & in l. repeti. ff. eod. infraſcripta habentur, uidelicet: repeti quæſtionem poſſe diui Fratres reſcripſerunt. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Pan. n. in c. cum in contemplatione, extra de reg. iur. colum. 2. in ver. 1. quæritur, ubi infraſcriptis verbis pręſenti ſe ſubſcripſit concluſioni, videlicet: ſept. quæritur, nūquid quæſtio ſemel habita poſſit reiterari ſuper eodem facto. cōmuniter diſtinguitur, quòd aut oriuntur noua indicia: puta reperitur iſte in mēdatio, uel alia indicia ſuperueniunt aliunde: & tunc poteſt repeti quæſtio. hæc ille: cuius ſentētiæ aſtipulatur Alphōſus Aluarez in ſuo Speculo utriuſque iuris. col. 6. in fi. ver. conſideret autem iudex, & ſubſequentibus nonnullis, ubi ſupra, infraſcriptis uerbis vtens videlicet: conſideret autem iudex in q̄ſtione repetenda quomodo tortus in animi, & corporis fortitudine perdurauerit, ut ff. de quæſt. l. in vnius §. reus ff. de quæſt. ſed in iſta quæſtione tu diſtingue aut tortus ex primis indicijs fuit competenter, & ſcienter tortus aut leuiter, & minus competenter, & ſufficienter. Primo caſu ſi fuit ſufficienter tortus, & nihil confeſſus eſt; tunc non poteſt repeti, niſi ſuperueniant noua indicia ualidiora primis; & tunc repetuntur tormenta per tex. in l. unius §. 1. ff. de quæſtio: ſi uero non fuit ſufficienter tortus, ſecundum qualitatem indiciorum cōtra eum repertorum, ſed leuiter fuit tortus; tunc dicas, quòd poteſt repeti in tormentis, etiam nouis indicijs non ſuperuenientibus. ita dixit Bal. in l. 2. C. quorum appella. nō recipi. in 1. col. ubi ipſe dicit. quæro quid ſi quis fuit tortus, ſed leuiter. reſpondeo: iſte nō habetur pro torto, ſicut leuis febricula non dicitur febris, ut ff. de ędili. edi. l. ob quæ vitia. §. fi. tormentum enim ꝓprie dicitur magnus dolor corporis, vel magna afflictio, ut notat Io. And. in c. cum in contemplatione, extra de reg. iur. & in multis locis, & in eadē l. & col. dicit Bal. quòd ſi tormenta ſunt plene impoſita nō poſſunt repeti. ſi autem non ſunt plene impoſita, poſſunt repeti: ſed ex nouis indicijs poſſunt. quæ autem ſunt plene impoſita, ſiue moderate, & quæ non, indicis diſcreti arbitrio committitur, & conſilio diſcretorum uirorū ſibi aſtantium. ff. de adul. l. ſi poſt §. quæſtioni. iſta uerba Baldi

ſunt

l. unius. ff. d. q̄ſt. — l. repeti. ff. d. q̄ſt. — Pan. — Alphō. Aluarez

ſunt aurea, multűq. memoriȩ commẽdanda:& ibi ẽt dicit, ꝙ non poteſt dari certa doctrina, quæ indicia ſint ſufficiẽtia ad torturam, & quæ non. ideo religioni iudicis committitur,& vide Bar. in l.unius.§.1. ff. de quæſtio.ubi ipſe dicit, ꝙ ſi reus in prima tortura nihil dixit, poterit iterum torqueri ex nouis indicijs; ibi vide per eum. & in finalibus uerbis dicit, quod quãdo propter tormenta non confitetur reus, tunc durat in tormentis animus, & corpus. nota bene iſta uerba, quia ita itelligitur tex. in d.l. unius, in §.reus, ibi, maxime ſi in tormentis animus corpuſque durauerit.& Io.And.in c.cum in cõtemplatione, extra de reg. iur. ad finem dicit: videtur, quòd ſemel tortus iterum poſsit torqueri. & dicit Odofred. repetitionẽ tormentorum poſſe fieri, ſi noua emergant indicia. alij ſimpliciter dicunt ꝓpter omnem nouam coniecturam, quæ procedat ex dicto rei. & in effectu nihil aliud dicit Io. And. in materia repetitionis torturæ. & uide de hoc Ange.in tract maleficiorum, & in ver.fama publica, ver. tertio quæro; & uide etiam addictionatorem Auguſtinum, qui bene loquitur ſemper, & uide Bonifaciű Vitellinum in rubri. Quæ indicia debeant præcedere torturam, in ver. ſed quid, & in principio ultimæ col. idem Alphonſus infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & notabit circa materiã repetitionis torturæ, quòd ſecunda indicia, per quæ quis repetitur in tortura, uel alijs tormentis, debent eſſe diuerſi generis a primis indicijs, vide Bar. in l. unius, in principio. ff. de quæſt. & uide Hipp. in l. repeti. & uide eum in pract. ſua in 3. colum. Hæc omnia Alphonſus ubi ſupra. cuius quidem omnia uerba adamuſsim hic retuli: quoniam mihi uiſa fuere memoriȩ cõmendanda pro deciſione omnium ambiguitatum, quæ occurrere poſſunt circa ueritatem prȩſentis cõcluſionis. Præſenti quoq; concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarus in ſua pract. cri. lib.5. §. fin. quæſt.64. in ver. vltimo uidendű eſt, ubi innumerã copiã Doct. noſtram ſequentium concluſionem affert: immo & practicã ipſam hodiernam aſſerit eſſe conformem cõcluſioni noſtræ.

Quãdo dicatur reus in tormentis durare.

SECVNDA CONCLVSIO.

Tortura non debet repeti; niſi quãdo leuiter fuiſſet prima data, habito reſpectu ad indicia præcedentia ꝓbata contra tortum ſemel leuiter; neque debet repeti facto, propter quod quis fuiſſet tortus, ſi alia noua indicia non ſuperuenerint; niſi iudex proteſtatus fuiſſet, deponi reum a tortura animo iterum torquendi; & hoc in actis ſcribi faciat ab actuario; & probabitur quoque in vltima concluſione præſentis capituli. Hæc concluſio licet fuerit implicite probata per adductas leges, ac Doctorum uota in præcedenti cõcluſione: tamen probabitur hic quoque auctoritate Doctorum. Pan. enim in c.cum in cõtẽplatione, extra de reg. iur. col 2. in ver. ſeptimo quæritur, noſtram concluſionem amplectitur, infraſcriptiſque uerbis illi aſtipulatur, videlicet: ſeptimo quæritur, numquid quæſtio ſemel habita pro eodem facto, repeti poſsit; cõiter diſtinguitur, ꝙ aut oriuntur noua indicia: puta, reperitur iſte in mẽdacio, uel alia indicia aliunde ſupueniunt; & tunc põt repeti ꝗ lio; aut nulla indicia de nouo ſuperueniűt, & non debent repeti, & l.unius. ff. de q̃ſtio. Hæc Pan. Alph. Aluar. in tractatu ꝑdicto in prima cõcluſione. col.6. in ver. ſed ad propoſitű noſtrum, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: interrogatione facta reo in tortura, ſeruatis ſeruãdis, vt dictum eſt, ſi tortus nihil dixit, quid faciendum eſt? nűquid ipſa q̃ſtio repeti poterit? Dic, ꝙ nõ ſm̃ Gand. in Rub. de q̃ſt. in ver. item quæro, intellige, ſine nouis indicijs. & allegat Gãd. ad hoc. ff. de verb. ſignifi. l. boues. §. hoc ſermone, & ff. pro ſocio l. ſocius ꝓ filia. § nec prior; aſſeſſores tñ honoris auidi hoc nõ ſeruant: immo quotidie quæſtiones repetuut

Quid faciet iudex qui poſt torturã uel let iterũ reũ torquere.

Pan.

Tortus ſemel repertus ĩ mendacio dẽt iterũ torqueri.

Alphon. Aluarez

tũt ſine nouis indicijs; quia pñt defenſari per tex. in corpore Authen. ut iudices ſine quoq; ſuffragio. §. oportet, ibi, iudices torquebunt fures, & non prius quieſcant. Hæc omnia dictus Alphonſus vbi ſupra, cui quamdoctiſsime, & libentiſsime aſtipulatur Iul. Clar. optimus practichiſta criminalis in ſua practica criminali lib. 5. quæſtio. 64. in uerbo, ultimo uidendum.

TERTIA CONCLVSIO.

TOrtura dẽt repeti in eo, qui in tortura cõfeſſus ſuum crimen, præcedentibus indicijs debitis cõtra ipſum, deductus ad bancũ iudicij ad ratificandum, negat ſe commiſiſſe huiuſmodi crimen, dicendo ſe confeſſum fuiſſe illud metu tormẽtorum, quibus cruciabatur in tortura. Hæc concl. ꝓbatur auctoritate dicti Alph. Alua. ubi ſ. col. 8. in fine ĩ ver. & uide Ang. de Peru. vbi infrĩs utitur verbis, vc3: & Hipp. de Marſilijs in practica ſua in §. qm̃, in princip. ſequitur opinionem cõem, & dicit. Si uero ipſe reus tortus negat ad banchum iuris, & dicit confeſsionẽ, quã fecit in tortura, non eſſe ueram, ſed factam eſſe propter cruciatũ torturę; an iudex poſſit de nouo torquere. & cõis concluſio eſt, & uera; ꝙ uigore dictæ primę confeſsionis poſsit reus repeti in tormentis ad perſeuerandum in ſua prima confeſsione; quia ex prima cõfeſsione remanet ſemiplena probatio, ut uoluit Glo. ſm̃ Bal. in d. l. 2. C. de cuſto. reorum; & vide Salic. in d. l. ſecunda, & uide Bar. ĩ l. unius. §. 1. ff. de q̃ſt. ubi in iſto puncto ſic diſtinguit. qñque apparent contra reũ indicia leuia, nõ multũ manifeſta; & non repetiĩ tortura. ſed ſi apparent indicia manifeſta, & euidẽtiora, & multũ urgentia; tunc põt repeti. & Salic. in d. l. 2. allegat Bar ad iſtud propoſitũ: ſed Bar. loquitur de reo torto, qui nihil in tormentis cõfeſſus fuit; & ex prima ſua cõfeſsione remanet ſemiplena probatio. & uide ad iſtud propoſitum Inno. in c. per inquiſitionem, ex̃. de elect. ſed ſi ipſe reus reuocans talẽ confeſsionem, poterit probare contrarium, ut p Bal. in l. bonæ fidei. C. de rebus creditis, ut ipſe dicit, ꝙ ex prima confeſsione remanet ſemiplena probatio. Et ꝙ poſsit repeti ex prima ſuã confeſsione, uide Ang. in tract. maleficiorũ, in ver. comparuerunt dicti inq̃ſiti; & uide Additionat. ubi concludit, ꝙ reus põt repeti. & uide Gandinũ in rub. de q̃ſtionib⁹. ver. ſed pone, ubi dicit, q̃ro cõtra portantes Baldũ ex̃ territorium procediẽ ad torturam, in l. ſi fugitiuus. C. de ſeru. fugit. nũquid aliq̃s confeſſus in tormẽtis, ſi non perſeuerauerit, an talis confeſsio aliq̃d operet, & concludit, ꝙ talis confeſsio nullã plenã, aut ſemiplenã probationẽ producit; ſed de repetitione ĩ tortura nihil loq̃tur. & tu vide Pari. d̃ Put. in tract. de ſindic. ĩ ver. de repetitio. ubi ipſe concludit, ꝙ repetitio fit indiſtinctẽ, cum iudici videbitur, & multa ſup hoc dicit, ibi. Videbis omnino. & Hippolycus de Marſilijs dicit, ſi diceremus, ꝙ cõfeſſus delictũ in tortura, legitimis ꝓcedentibus indicijs poſtea ductus ad banchũ iuris ad ratificandũ, negaret, non poſſet repeti in tormentis, ſequeretur, ꝙ raro, uel numquam punirenẽ rei. & tu adde, ꝙ fruſtra eſſent conditæ legeſ, q̃ circa torturã loquuntur. & cogitabis bene hæc oĩa, dicit Alph Aluar. ubi ſ. & idem Alphonſus ubi ſ. col. 9. in uer. & dicit And. infrĩs uerbis quoque vtitur ad confirmationẽ nr̃ę concluſionis, vc3: & dicit And. de Iſernia in titulo de pace tenenda. §. publice latrones, ꝙ raro accidit, ꝙ ſemel tortus, iterũ repetitus nõ confiteatur. & ibi dicit, ꝙ ſi latro famoſus tortus nihil dicit, iterum torqueet; & tormenta non tibi uideãtur inhumana, & crudelia; q̃a ſine timore torturæ, mũdus nõ poſſet in pace uiuere. & uide Hipp. de Marſ. in d. l. repeti. ff. de q̃ſt. vbi late concludit, ꝙ confeſſus in tormentis, ſi poſtea ad bancum iuris negat, & non vult perſeuerare in ſua confeſsione, ꝙ hoc caſu poterit repeti; niſi ex delicto ueniret imponenda

pœna

pœna pecuniaria: vide per eum ibi in 6.col. Præſenti quoque concluſioni ſeſubſcripſit Iulius Clarus in ſua practica criminali lib.5.§.fin. quæſt.64.in ver. ibi vero reus ductus ad bancum iuris; nec non, & latius in eodem libro in quæſt.21.in ver.ulterius quæritur.

QVARTA CONCLVSIO.

Reus confeſſus delictum poterit ſine nouis indicijs repeti in tormẽtis, ut manifeſtet mãdantem, & ſocios, contra quos fuerant indicia probata. Hæc cõcluſio probatur auctoritate Alphonſi Aluarez vbi ſupra, & colum.9.in ver.& notabis circa materiam torturæ, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & notabis circa materiam torturæ; quòd reus cõfeſſus delictum poteſt ſine nouis indicijs repeti in tormẽtis, ut manifeſtet mandantem. vide de hoc Ang.i l.ſi certus.ff.ad Sylla.& vide Ang. de Are. in tract. maleficiorum in verſi. fama publica, ver.quero aliquis, vbi dicit, quòd confeſſus delictum põt poni in carcerem ſolummodo propter hoc, ut manifeſtet mandantem; & vide Bal. in l.non ideo minus. C. de accuſ.ubi dicit, quòd aſſaſsinus ſine alijs indicijs poteſt torqueri, ut indicet mãdantem. hæc ille. Præſenti quoque concluſioni ſe ſubſcripſit Iul. Cla.in ſua pract.crim. in li.5.§.fi.qſt.64 in uer. ſucceſsiue q̃ro.

QVINTA CONCLVSIO.

IVdex habens hominem ſceleſtum in carcere, contra quem fama laborat, & fuit ſufficienter tortus, & non ſunt noua indicia; tunc iudex uacare debet interrogationibus multis de delicto p̃tenſo, donec induxerit illum ad vacillandum; & ſi uacillauerit, poterit rurſus torquere eum. Hæc concluſio eſt Hipp.de Marſi. Hipp. de Marſi. in practica ſua in §.expedita, quem refert, & ſequitur Al- Alphon. Aluarez phonſus Aluarez ubi ſupra, columna penultima in verſi.& ſi iudex.

SEXTA CONCLVSIO.

COnfeſsio facta per tormenta repetita, quando repeti non poterant, eſt nullius ualoris; quam ſequi nõ poteſt condemnatio. Hæc concluſio eſt Alphonſi ubi ſupra, colum.vlt.in ver.& nota, quòd cõfeſsio facta, ubi infraſcriptis uerbis utitur, videlicet. & nota, ꝙ confeſsio facta per tormenta repetita, quæ repeti non debuerant, eſt nulla; & ex tali confeſsione nõ poteſt ſequi condemnatio per d. l. penult.ff.de quæſtio. & ibi Glo. & uide Hipp. in practica ſua allegantẽ ad hoc Parid. de Puteo i ver. an ꝯfeſsio torti.hæc Alph.ſupraſcript⁹.

SEPTIMA CONCLVSIO.

IVdices poſſunt vti hac cautela, quandò uoluerint iterũ torquere iam tortum, videlicet: quòd in actis ſcribi iubeant, quòd intendunt ſuperſedere illa die in tortura iam cępta, & non perfecte data repetereque poſtea ipſam torturam, ſi, & quoties opus fuerit ad indagandam ueritatem. Hæc concluſio Alphons Aluarez probatur auctoritate Alphonſi Aluarez ubi ſupra.col.9.i ver.& aduerte circa materiam torturę; ubi utitur eiſdem verbis noſtræ concluſionis, illis quoque addendo & infraſcripta uerba, videlicet: quæ cautela ſi [illegible] Parideni de Puteo in tract. de [illegible] in ver. de repetitione torturæ, in l.unius. ff.de quæſtio.ubi habetur, quòd quando tortura nõ eſt ſufficienter data, poterit iterum repeti. hæc ille ubi ſupra.

Quo tempore dari poßit tortura. Cap.VIII.

HAbito ſermone in præcedẽti capitulo de repetitione torturæ, non inmerito uidetur dicẽdum de tempore habili ad torquendum. cui quæſtioni unica tñ ſatisfaciã cõcl.

Vnica

VNICA CONCLVSIO.

IVdex pôt hominẽ pro crimine enormi, etiam diebus feriatis in honorem Dei, torquere; nõ autem in minoribus. Hæc cõcluſio probatur duplici medio.

l.3. C.de epiſcopali audi. Primo p tex. in l.3. C.de epiſcopali audientia, ubi infraſcripta habentur, ve3: Nemo deïceps fortaſsis tardiores aſtatus noſtræ perennitatis expectet. exequantur iudices, qđ indulgere conſueuimus. ubi dies primus paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum; omnium vincula diſſoluantur. Sed ab his ſecernimus eos, a quibus cõtaminari potius gaudia lętitiamque communem, ſi dimittantur, animaduertimus. quis enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? quis non raptorem virginis in ſumma quiete & gaudio communi perſequatur inſtãtius? Nullã accipiat vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos, quadam ſceleris immanitate, non finit. Patiantur tormenta ueneficus, maleficus, adulter, uiolatorque monetæ, homicida; parricidaque, quod fecit, ſemper expectet. reus etiam maieſtatis de domino aduerſus quem talia molitus eſt, ueniam ſperare non debet. His ergo tali ſub aſtrictione damnatis indultum noſtræ ſerenitatis eo præcepti fine concludimus, vt remiſsionem ueniæ crimina, niſi ſemel commiſſa, non habeant; nec in eos liberalitatis Auguſtę referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi, non emendationi potius, quàm conſuetudini deputauerunt. hæc in d.l.

l. Prouinciarũ prę ſides. C. de ferijs. Idẽ probatur in l. prouinciarum præſides. C.de ferijs. ubi hæc habentur, videlicet: prouinciarum præſides moneantur, ut in quæſtionibus latronum, & maxime Iſaurorum, nullum Quadrageſimę tempus, nec uenerabilem Paſchę diem exiſtiment excipiendũ; ne differatur ſcelestorum proditio conſiliorum, quę per latronum tormenta quærenda eſt: cum facillime & in hoc ſummi numinis ſperetur uenia, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur. hæc in d.l.

c.1. de ferijs. Probatur etiam per arg. in c.1. extra de ferijs, ubi infraſcripta habentur, videlicet: omnes dies Dominicos a ueſpera in ueſperam, cũ omni ueneratione decernimus obſeruari, & ab omni illicito opere abſtinere, ut i eis mercatum minime fiat, neque placidum, neque aliqs ad mortem, vel ad pœnam iudicetur; nec ſacramenta, niſi pro pace, uel alia neceſsitate præſtentur. hæc in dicto canone.

c.fi. de ferijs. Idem habetur in c.fi. de ferijs, circa finem; ubi recenſitis multis diebus inductis in honorem Dei, Greg. Papa ix. infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: quibus utique ſollemnibus ferijs, niſi neceſsitas urgeat, uel pietas ſuadeat, uſque adeo cõuenit ab huiuſmodi abſtinere, ut, conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam contingit diebus huiuſmodi pmulgari. hæc in dicto canone. ex cuius verbis elicitur noſtræ cõcluſionis veritas, cum torquere ſceleſtos ſit pium iuxta leges ciuiles adductas.

Auctor. Probatur & ſecũdo auct. Doct.

Glo. Glo. enim in d.cap.1. de ferijs, in ver. ad mortem, huic noſtræ concl. tacite aſtipulatur dicẽs: ad mortem: maxime, qa nec aliqua cauſa tunc tractari debet, niſi pietas hoc ſuadeat, infra eod. c.ult.

Pan. Pan. quoque implicite conſentijt præſenti concluſioni, in c.fi extra de iudic. col.fin. ver. ego puto, ubi infraſcriptis utitur verbis, videlicet: ego puto poſſe dici, quòd executio tali die feriato fieri non debet. allego bonum tex. in c.1. infra eod.tit. de ferijs; ubi patet, quòd talibus ferijs non debet quis adiudicari morti, nec pœnæ, nec debent recipi ſacramenta, nec fieri mercatio, &c. & ſic a multis licitis abſtinetur, ut liberius poſsint homines uacare diuinis, & quia omnis uox præconis debet ceſſare, ut l. dies feſtos. C.eo. ſed ſi executio fieret de facto, teneret, licet cõmitteretur peccatum; quia non eſt actus iudicialis. & ſic concordo hæc dicta; & ſic etiam dico in repetitione teſtium,

ſtium, ut non debeat fieri: facta tamen ualet, ut dico in primis alleg. c.1.& inquantum dixi peccatum committi, ſi fieret executio tali tempore ; dic hoc uerum; niſi immineret aliquod periculum,putafugę: nam poterit ex hac cauſa quis tunc capi , & teneri,& carcerari,ut not.Bar. in pręalle.§.ſi debitorem, in l. ait pretor . ff. de his , qui in fraud. credit. & hoc nota quia non diſcutitur alibi ita clare , & late iſte articulus , ſicut hic . hęc omnia Pan.ubi ſupra . Alphonſus quoque Aluarez in ſuo Speculo utriuſque iuris,in titu. de tortura. colum.6.in ver.& notabis , quòd etiam diebus , infraſcriptis uerbis noſtrę ſe ſubſcripſit concluſioni , videlicet : & notabis , quòd etiam diebus feriatis in honorem Dei , poteſt reus ſubijci torturæ pro crimine enormi . tex. eſt, & ibi Bal.in l.3.C.de epiſcop. audien.& bene facit tex.in l.Prouin.pręſides C.de ferijs. hęc ille . Pręſenti concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarus in ſua pract. crimin. lib. 5. §.fin.queſt.64.in ver.quęro an tortura iferri debeat die feriato.

Quando plures ſunt torquē-di , a quo prius incipiendum erit. Cap.IX.

ADductis adducendis de tēpore , quo tortura poſsit dari reis,non incongruum uiſum fuit ipſis ſubnectere ordinem torquendi, illum complexendo unica concluſione.

VNICA CONCLVSIO ſit hęc.

AB eo incipiēda eſt tortura , qui uel reliqs ſuſpectior , uel debilior, uel turpi nomine magis deturpatus eſt,ut Foraboſco,Spezzacroce,&Zarrafico,& huiuſmodi ; uel qui aliàs ſimile delictū patrauerat.& ſi pater, & filius ſunt culpabiles,magis a filio. & ſic de muliere, & uiro; quia prius a femina . Hęc concluſio eſt Alphonſi Aluarez,ubi ſupra, col.3.in ver.& quòd iudex poſsit deuenire ad torturam ubi infraſcriptis utitur v̄bis,videlicet: & quod iudex poſſit deuenire ad torturam contra teſtes, ultra pręddicta uide Salic. in l.fin.c.de q̄ſtio.& nota,quòd ſi iudex plures inculpatos habet de uno delicto,debet animaduertere , a quo melius ſperat , & citius extrahere ueritatem;& ab illo in torquendo faciat initium.ita Bar.in l.1. ff.de quęſtio.ubi dicit , quòd debemus incipere a ſuſpectiſsimo.ſi uero omnes ſunt ęqualiter ſuſpecti, incipiemus a debiliori, uel ab eo qui uerisimiliter dicet ueritatem. ſed quando non eſt magis uerisimile de uno , quàm de alio; tunc incipiemus a magis ſuſpecto . itē ſi eſt pater, & filius, a filio in conſpectu patris incipiendum eſt; quia magis timet in filium , quam in ſe, ut l.iſti quidem . ff. quòd metus cauſa . item ſi eſt maſculus & femina , a femina ; quia debilior eſt , ut l.filio.C.de off.teſta.& l. deferre.in principio . ff. de iure fiſci . & mulieres ſunt magis loquaces , quàm uiri,ut in Euāgelio,ubi de reſurrectione Domini habetur ; & quia magis inconſtantes ſunt,quàm uiri. argu.l.multis.ff.de ſtat.hom.& habent cor momētaneum & inſtabile.l.filia in orbitate.C. de inofficio:teſta.& c.foras.ex̄.de uerb. ſignifi. & Gandinus in tractatu maleficij.in titu.de quæſtio.dicit , quòd ſagax iudex debet omnia conſiderare in tali caſu,& incipere a minori, & magis debiliori , & a magis ſuſpecto, tamquam a timidiori.& Franc.Bru.in tracta.maleſi.ut refert Hipp. in ſua pract in §.expedita. in col.6.dicit,quòd quando inter torquēdos eſt unus qui habet turpe nomen,ut puta , Foraboſco,Spezza croce, & ſimilia; tūc debet incipere ab illo;quia tale nomē facit indicium iniquitatis contra eum , & reddit ipſum ſuſpectum.ita Io.And.in c.cum in contemplatione, de reg.iur. ideo bonum

Alphon. Aluarez

eſt

eſt habere nomen bonum. de hoc Fel. in proœmio Decretalium. & facit quod uoluit Bal. in l. 2. C. quorum appell. non recipi. ubi dixit, ꝙ bona Phyſognomia prodeſt reo, & mala nocet; ſed ſi vnus eorum commiſit ſimile delictum, pro quo ſunt torquendi, ab illo eſt incipiẽda tortura. de quo per Sali. in l. fin. C. de quæſtio. & uoluit Gandi. in tracta. maleficiorum, in rubri. de præſumptio. & indicijs indubi. & diximus in præſenti regula. hæc omnia Alphonſus qui ſupra ubi ſupra. Præſenti quoque ſe ſubſcripſit cõcluſioni Iul. Cla. in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſtio. 64. in ver. quæro, ſi plures ſint torquendi.

Phiſonomia an proſit.

Cautela ſeruanda in principio cauſæ ab eo, qui timet torqueri iniuſte. Cap. X.

CVm nonnullos iudices more Cocrodrillorum ſitientes ſanguinem humanum reperiri, omnibus acumine intellectus decoratis perſpicuum ſit; non immerito uiſum fuit, in præſenti capitulo eis, qui in principio cauſę timent torqueri iniuſte, conſulere. & hoc capitulum unica tantum concluſione abſoluere placuit.

VNICA CONCLVSIO.

TImentes in principio cauſæ iniuſte torqueri, ſtatim poſtquam carceri fuerint mancipati, debent appellare ad ſuperiorem iudicem: quoniam ſtante hac appellatione, nullatenus iure poterint torqueri. & ſi torquerentur, & faterentur ſuum delictum, non poterint iuridice puniri rõne hmõi extortæ cõfeſsionis. hæc concluſio eſt Alph. Aluar. ubi s. col. 4. in ver. & nota, ꝙ ſi captus; ubi infraſcriptã concluſionem infr is uerbis approbat, vꝫ: & nota, ꝙ ſi captus timet torqueri contra ius, cõſilium eſt, ꝙ appellet: quoniam appellatione præcedente, & ſi aliqua cõfeſsio emanauerit, talis cõfeſsio eſt ipſo iure nulla arg. l. 1. ff. appel lat. pend. nihil innouan. nec in hoc articulo opus eſt, ut iudex appellationis ſuperior ĩhibeat; quia periculoſum eſt. ita Bald. in rub. C. comm. epiſ. ſecundum Ang. in tract. maleſi. in ver. aduertas tamẽ. & uide Bal. in l. ſi quis in prouocatione. C. de appellat. ubi dicit, ꝙ poteſt ab iniuria facti appellari; quia deuoluit totum negotiũ ad Superiorẽ. & dicit Inn. ſecundum ꝙ refert Bal. ꝙ ubi eſt grauamen comminatum; uel quia apparebat reo de intentione iudicis, quòd uolebat eum torquere, a tali intentione appellatur, ne iudex prorumpat in actum. quod nota, & eſt ſpeciale, quando grauamen eſt tale, quòd illatum non poteſt reparari. tene menti. item nota, quòd poteſt appellari ab iniuria temporis, ut ſi iudex exequitur ante tempus. quod nota ſecundum Bal. & notabis ſecundum Inno. in c. cũ ceſſante, extra de appell. ꝙ ſi quis timẽs ne contra ius ad tormẽta ponatur appellet, tunc ſententia eſt ipſo iure nulla: & uide etiam Bal. in rub. in 1. colum. cõminatio, uel epiſtolæ s C. & uide Additionatorem Ange. in l. eo iam allegato. & de iſta appellatione vide Bar. & alios in l. 2. C. de epiſcopali aud. & vide Gandi. in tractat. maleficio. in rub. de quæſtio. in uer. ſed quid de quæſtio. de facto. & uide Hipp. in l. 1. ff. de quęſt. ubi ipſe dicit ad torturam procedi non poteſt, niſi primo pronuncietur per iudicem, deueniendum eſſe ad torturam; & a tali pronunciatione poterit appellari per ipſum reum. Hęc omnia Alphonſus ubi ſupra. cui aſtipulatur Iulius Clarus in ſua pract. cri. lib. 5. §. fin. in ver. ubi nihil obſtet. & in ver. ſequenti incip. ſed quid agendum; qui Doctor adducit multas Doctorum opiniones, ac ritum magnæ curiæ Neapolit. licet ipſe dicat hanc concluſionem non admitti in cur. Mediolanenſi; & quod cauti iudices hoc non pronuncient decreto; ſed tantum, quando uolunt reum ligare ad torquendum.

Alphõſi Aluarez.

Ab iniuria facti & tẽporis põt appell. & h uõi appellõma ximum, qd operabitur.

Iudex indebite aliquem torquens qua pœna ſit plectendus. Cap. XI.

CVm in præcedenti capitulo ſermo ſit habitus de cautela facienda cõtra iudicem, iniuſte torquere uolentem; merito in præſenti loquẽdum erit de pœna, qua venit plectendus iudex, iniuſte aliquẽ torquens. qđ & unica concl. abſoluam, Deo dãte.

VNICA CONCLVSIO.

IVdex aliquem torquens dolo malo, & ſine cauſa, uenit puniendus pœna capitis. ſi uero ſine dolo, ſed cum culpa; tunc uenit puniẽdus iuxta modum culpæ. quapropter debet ita eſſe cautus in torquendo, ut non contingat, ſeu, ut poſt torturam mors non ſequatur; quia ſi fecerit quod debuit arbitrio boni uiri, etiã ſi ſequeretur mors, non erit puniendus ipſe iudex & iccirco debet præcipere actuario adhibito ad torturam, ut ſcribat in actis proceſſus qualitatem, & torturæ quantitatem, omnia particulariter deſcribẽdo ad hoc, ut ſemper apparere poſſit, an interuenerit exceſſus ex parte iudicis. & ita communiter fit, & ſeruatur a prudẽtibus iudicibus in utroque foro. Hæc concluſio eſt Alphonſi Aluarez in lib. inſcripto, Speculum utriuſq; iuris, ſub titulo De tortura, columna ſexta, in principio, in verſi. & ſi ponat aliquem indebite, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet & ſi ponat aliquem indebite ad torturam, tenetur actione iniuriarum pro motu iudicis. vide Bal. in l. 1. C. de pœn. iud. qui male iudic. ſed in l. decuriones. C. de quæſtio. dicit, quòd ſi Poteſtas torqueat aliquem de prioribus, durante off. punitur pœna capitis: & dicit in finalibus uerbis: iſta lex eſt argumentum, quòd de quacumque tortura, quam iudex facit dolo malo, & ſine cauſa, ſit pœna capitis. de hoc tetigi in l. 1. ff. de priuatis carceribus. ita Bal. & Ang. in d. l. decuriones, colligũt, quòd iudex, qui torquet non torquendum, capite punitur. & uide Ange. in l. quicumque. ff. de ſeruis fugitiuis; & uide Io. de Anania de clerico percuſſore; & vide Ang. in tractatu maleficiorum, in ver. fama publica, in ver. tertio quæro. & uide Pari. de Put. in tractat. de ſindic. in c. charta. hæc omnia Alphonſus qui ſupra, ubi ſ. Noſtræ quoq; concl. expreſsius & clarius ſe ſubſcripſit de uerbo ad uerbum Iul. Cla. in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fi. quæſt. 64. in ver. iudex autẽ debet in hac materia torturæ; qui ad hoc adducit nonnullas Doctorũ aliorum auctoritates.

Alphõſi Aluarez.

Iudex an ueniat aliqua pœna multandus, ſi tortus iuſte in tortura moriatur, uel ex tortura debilitatio alicuius mẽbri ſequatur. Cap. XII.

CVm in præcedenti capit. uerbum fuerit factum đ pœna, qua ueniunt iudices plectendi pro tortura iniuſte data; iccirco n. n incongrue ſermo habendus erit nunc de pœna iudicis torquentis iuſte; ex cuius tamen tortura eſt ſecuta rei mors in tortura, uel debilitatio alicuius membri. quam quæſtiunculam abſoluam unica concluſione.

VNICA CONCLVSIO. ſit hæc.

IVdex non eſt puniendus, ſi aliquis torqueretur eius iuſſu, & moreretur in tortura, uel aliquod membrum debilitaretur, niſi excederit modum

cum

cum aliqua culpa: quoniam tunc iuxta modum culpæ puniretur; ſecus ſi caſu fortuito, cum dederit operam rei licitæ. Hæc concluſio probatur auctoritate Alphōſi Aluarez ubi ſupra col. 6. in ver. & quid ſi iuſte, & debite tortus, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & quid ſi iuſte, & debite tortus mortuus eſt ipſe tortus, uel debilitatus aliquo membro. dic quòd iudex non tenetur, niſi exceſſerit modum torturæ. uide de hoc Hipp. de Marſil. in pract. ſua in §. expedita in fine, colum. & ibi dicit, quòd ſi exceſsit modum ex culpa, & nō ex dolo tunc tenetur ſecundum qualitatem culpę; ſi autem exceſsit modum caſu; & tunc nullo modo tenetur, quia dabat operam rei licitæ. & uide Ang. & Salic. in l. Gracchus. ff. de adulter. ſed tu uide Io. de Anania in c. 1. extra de clerico pcuſſore: vbi circa iſtum punctum omnia recompilauit. & uide Ang. ī l. fama publica, in ver. unum quæro. iſtis omnib' ſeruatis reus ponitur ad torturam. & quia multa ſunt genera tormentorum, conſulo tibi, quòd non inuenias noua tormenta contra reos; ſed ſecundum conſuetudinem, & obſeruantiam prædeceſſorum tuorum in tribunali, vbi pes, cōtra delinquentes experiaris torturam; & non ſicut aliqui beſtiales iudices, de quibus loquitur Bal. in l. 1. C. de emendatione ſeruorum, qui inueniunt noua tormenta, & ſcindunt carnes eorum, ut confiteantur. & ſi in talibus tormentis crudelibus, & inſolitis ipſe reus moriatur, iudex debet decapitari ſecundum Bal. ibi de quo loquitur Ang. in l. nemo carcerem. C. de exactionibus trib. lib. 2. ubi dicit: nota tex. contra iudices, qui propter delectationem inueniunt nouam tormentorum ſpeciē. & iudex proprijs manibus poterit torquere reum. ita Io. And. in c. cū in cōtemplatione. extra de reg. iur. per Glo. in c. non liceat 86. diſtinct. ubi epiſcopus poteſt uerberare ſubditos proprijs manibus. & uide etiā Pari. de Put. in tract. de ſindic. in c. charta. & Hipp. de Marſi. in l. 1. ff. de quæſt. in 9. col. enumerat plura genera tormentorum, ubi uidebis per eum. Hæc omnia idem Alphonſus qui ſupra ubi s. Præſenti quoque cōcl. ſe ſubſcripſit Iul. Clarus in ſua pract. crimin. cuius verba retuli in cōcl. ſinica præcedentis capituli.

Torturæ mod' ſeruandus ē iux. morem patrię ubi ē ſpendēda tortura.

Qua forma vti debeant iudices in interrogandis inquiſitis exiſtentibus in tortura.
Cap. XIII.

QVamquā in tractatulis præcedentibus de accuſationibus, denunciationibus, & inquiſitionibus, ſit per me tradita forma interrogandi in iud. tam reos ipſos, quàm teſtes: tamen cum ſit maximi momenti peritia interrogandi tortos eo, quòd ex eius confeſsione emanat, uel abſolutio eius, uel ſolutio pœne ſeu cōdemnatio: iccirco hic referam peroptimā regulam traditam ab Alphonſo Aluarez in ſuo Speculo utriuſque iuris, ſub titulo de tortura. col. 6. ī ver. ſed eſt aduertēdum, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ſed eſt aduertendum, ꝙ inquiſitio, uel quęſtio non ſic eſt faciēda, ut iudex quærat de illo, q̄ eſt in tortura: an Titius fecerit tale homicidiū: ſed generaliter debet interrogare, quis fecerit tale homicidium: alterum enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur, vt ff. de quæſt. l. 1. §. qui quęſtionē. iſta ſunt uerba Azo. in rub. de quæſt. & ſunt uerba dicti tex. tamen adde tu, quòd id continetur in §. in cauſa tributorum, eiuſdem legis. ſequitur modo iſte Alphonſus ubi ſupra. & Hipp. de Marſi. ī lectura ſua dicit ex iſto tex. poteſt iudex maleficiorum colligere practicam examinandi reos accuſatos, uel inquiſitos de aliquo crimine, ut nunquā eis dicat: feciſti tale delictū, puta,

furtum, uel homicidium, uel ſimilia: ſed debet generaliter eos interrogare ſuper delicto commiſſo per eos, de quibus habent indicia contra eos. & ideo cõmunis practica eſt, dicere primo ipſi reo, quãdo debet examinari, ſi ſcit cãm ſuæ detentionis; item ſi intellexit aliquod delictum cõmiſſum in tali loco, uel tali domo, uel ĩ tali perſona; & ſucceſsiue generaliter eum examinare uſque ad perfectam examinationem. & ſi ipſe perſiſtet in negatione, bene poteſt iudex dicere, quomodo neſcis? qa ego habeo talia indicia cõtra te. & nota, quia iſta eſt bona practica. hæc omnia Alphonſus ubi ſupra. quę ſunt omnino memoriæ commendanda a iudicibus, recte fungi exoptãtibus off. ſuo.

Quando quis eſt tortus ſufficienter, & tamen ſemper negauit, quid faciet inde iudex; et an tortus ſuper uno crimine, & confeſſus poſsit interrogari de aliјs; et quid dicẽdum de torto, ac confeſſo id, quod extra iudicium quoque confeſſus fuerit. Cap. XIIII.

Confeſsi de ſe an poſsint interrogari ſuper conſcientias aliorum. concl. 2.

Confeßus proprium delictum extra iudiciũ; & illud rurſus confitens in tortura legitime data, poterit abſque ratificatione condemnari concl. 3.

Iudex quid faciet, ſi reus ſufficienter tortus ſemper negat ſe commiſiſſe aliquod crimen. concl. 1.

VT finem tandem imponere uideamur huic tractatutulo de tortura, in hoc ultimo capitulo nonnullas q̃ breuiſsimas concluſiones ſubnectere operæpretiũ duxi, merito enim non uidebatur fuiſſe illas prætermittendas, cum ſint ſcitu digniſsimæ, & hæ ſunt infraſcriptæ, uidelicet.

PRIMA CONCLVSIO.

IVdex, poſtquam torxit reũ ſufficienter, habito reſpectu ad indicia contra reum probata, & ipſo perſeuerante in negatione, debet concedere terminum ad defenſiones proponẽdas reo, & accuſatori ad producenda alia indicia, ſi qua habuerit cõtra reum: & ſi termino elapſo nihil ꝓduxerit accuſator, reum abſoluet, quia dicitur ſic purgaſſe indicia contra ipſum adducta, ac ſi purã ueritatem dixiſſet, cum cautione fideiuſſoria de ſe præſentando, quoties ad ius uocaretur pro eadem cauſa, ꝓ qua tortus fuerat: debet inſuper hoc caſu iudex facere ſcribere in actis, qualiter tortura fuit moderate adhibita, & indicia purgata; & ſic poſtea relaxare fideiuſſori, ut dictum fuit. Hæc concluſio ueriſsima eſt, & probatur auctoritate Alphonſi Aluarez in Speculo utriuſq; iuris, in titulo de tortura. col. 10. in ver. & ſi reus; ubi dicit hanc concluſionem eſſe de mente Parid. de Puteo. Præſenti concl. ſe ſubſcripſit Iul. Cla. in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fi. in ver. illata reo tortura; ubi adducit et opiniones nonnullorum aliorum Doctorum, idem tenentium. Probatur quoque concluſio præſens conſuetudine, quæ hodie uiget in omni tribunali tum canonico, ſeu eccleſiaſtico, tum ſeculari.

Alphon. Aluarez.

Iul. Cla.

SECVNDA CONCLVSIO.

LIcet in ſequenti tractatulo, capitulo ſecũdo per totum, multa ſint adducta de torto, & cõfeſſo de ſe, an poſſit interrogari de ſocijs: tamen ultra illa ibi adducta, hic adducenda erunt multa notabilia, quibus patebit, præſentem concluſionem, in qua hoc quæritur, maxima diſtinctione indigere. &

quod

quod dico, probatur auctoritate Alphonſi Aluarez vbi ſupra, colum. 9. in ver. & uide Alexandrum poſt Bar. qui Alphonſus multas diſtinctiones refert roboratas auctoritate diuerſorum Doctorum. infraſcriptis enim utitur uerbis, uidelicet: uide Alexand. poſt Bar. in l. repeti. ff. de quæſtio. ubi Bar. ſic diſtinguit. quædam ſunt delicta, quæ committuntur non principaliter in offenſam alicuius ſeu odiū; ſed propter commodum committētium, ut falſare monetam, ſeu fabricare monetam falſam, item lattocinia facere: nam latrones non odio hńt aliquē; ſed diligunt æs alterius. in iſto caſu poſſunt interrogari pro ſocijs. & probatur ī l. diuus. ff. de cuſtod. reorum, & in l. prouinciarum. C. de feri. & in l. fin. C. de maledi. & & mathema. & ita intelligitur. l. fi. ff. ad exhiben. quædam ſunt delicta, quæ cōmittuntur principaliter in alterius iniuriam, & odium. & in iſtis confeſſus de ſe non debet interrogari de alijs, ut ut in l. repeti. & in l. fi. C. de accuſat. fallit in caſu l. ſi prius. ff. ad Syllania. & ratio eſt, quia in delictis, quæ committuntur nō principaliter in alterius iniuriā, magis permittitur iudici inquirere. & uide Hipp. in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quęſtio. ubi tenet opiniōem Bar. & allegat Alex. in conſ. 69. in 2. vol. & canoniſtas in c. 1. de confeſsis, & ibi dicit: multi ſunt caſus, ī quibus admittitur ſocius criminis cōtra ſocium. uide enumeratos eos per Salic. in l. qm̄ liberi. C. de teſtibus. & l. ſi magnum. ff. qui accuſare non poſſunt, & per Specul. in titu. de teſte. §. 1. uerſiculo item, quòd eſt ſocius, &c. & in titu. de accuſatore. §. 1. ver. item repelliitur. Sed in iſta materia notabis, quòd licet acceſſio ſocijs criminis, ſit ſufficiens indicium ad torturam: tamen de per ſe ſola non eſt ſufficiens ad torturam. vide Salic. in l. fin. ad finem. C. de accuſ. & Imo. in cap. 1. de confeſsis, & tenet Gandin. in tract. ſuo in Rubtica de quæſtio. & non creditur ei ſine tortura: vide Salic. ubi ſupra, & uide Alexan. in conſilio 11. volum. primo, & uide Bartol. in lege prima. C. de Summa Trinit. & fide catho. ſed quando crimen non poteſt aliter probari, ſocius criminis admittitur in teſtem. vide Anto. in capitulo, quoniam de teſtibus, & uide de hoc Hippo. in dicto. §. diuus Seuerus. & an tortus confeſſus crimen poſsit interrogari de ſocijs, uide Salic. in lege fin. C. de accuſationib. in ſecunda columna, ubi refert ſupradictam diſtinctionem Barto. & dicit in tali caſu: credo qualitatem perſonarum, & delictorum eſſe ponderandam: nam ſi perſona accuſata eſt ſeruilis conditionis; tunc de mandatoribus, uel ſocijs interrogari poteſt; quia, ut plurimum, tales perſonæ, ut meticuloſæ, ſine ſocijs, inſtigatione, vel mandato, non conſueuerunt grandia delicta cōmittere. accedit textus in leg. quicumque. ff. de ſeruis fugitiuis. ſed ſi perſona eſt liberæ conditionis, & non uilis; tunc in criminibus, quæ regulariter ſine ſocijs non committuntur, credo de ſocijs interrogari poſſe, ut prouincia purgetur, argum. l. congruit. de officio præſidis. & accedant leges, quæ dicunt, latrones interrogari debere de ſocijs, ut l. prouinciarum C. de ferijs, & l. diuus. ff. de cuſtodia reorum. cum enim latrones ſint, qui ſtratas aggrediuntur publicas, ut l. capitalium. §. famoſos. ff. de pęnis; & hi ſoli non ſunt, nec ſine receptatoribus, ideo lex permiſit de eis interrogari, cum ut plurimum ſint ignoti, & occulti. idem poteſt dici de falſantibus monetam, cum plures in eo miniſterio ſint neceſſarij ſocij. item de eo, qui contra principem molitur; quia talia non conſueuerunt ſine ſocijs attentari. & uide ibi Salic. & de modo interrogandi: reſpōdeo cum Glo. in l. prius. ff. ad Syllanianū (& Cy. et dicit) ꝗgn̄aliter, nō deſcēdendo ad ſpeciē noīationis certæ perſone, quia non eſſet īquirere, ſed ſuggerere, qđ fieri nō

debet,ut in l.1.§.quæſtionem.ff.de quæſtion.quod intellige, niſi contra aliquẽ in ſpecie ſit legitima pręſumptio:& uidebis per Salic.in d.l.fi. & interrogatio an debeat fieri cũ tortura, vel ſine tortura, ibi uidebis. & uide Gandi. in titulo de quæſtionibus ĩ ver.primo quęro:ubi diſtinguit:aut tortus confitetur ſimpliciter in alios, & non in ſe, nec in ſuos ſocios; & tũc ſtatur dicto ſuo cum alijs indicijs. ſi autem confitetur de ſe, & de alijs; tunc eſt inuenire regulam, & inſtantiam a regula:nam regulariter confeſſus de ſe non debet interrogari de alijs,& maxime de ſocijs.& ibi enumerat ſex caſus, qui excipiuntur a regula. & poterunt dicti nominati ſubijci tormentis in dictis ſex caſibus exceptuatis; & perſona nominata a torto in alijs caſibus non poterit poni ad tormenta,niſi præcedant alia ſufficientia indicia, etiam ſi ſint malæ famæ, & conditionis: nam inculpatio de eo facta non erit plena probatio, ſed erit aliqua pręſumptio; cum de hoc nõ debuerit interrogari, ut C. de accuſ.l.fin. ff. de quæſt. l. his qui ergo. quod inde ſequitur tamquam factum lege prohibente.non ualuit l. non dubium. C. de legibus: tamen uidi de conſuetudine torqueri,inquit Alphonſus qui ſupra. pro quo facit. ff. de quæſtio.l.1.§.diuus Adrianus,& l.fin. Et ſi tortus confitetur ſe illud furtum feciſſe,non debet interrogari de alijs furtis, ad quæ nulla habemus indicia:ſed de generali conſuetudine Italie ſeruamus contrarium.ita Gandinus vbi ſupra.& vide de hoc Bonifacium Vitell. in tractatu maleficiorum in rubri. Quæ indicia præcedere debent torturam,in ver. ſed quid; ubi concludit,ꝙ ſi quis torquetur ſimpliciter in alios, & non in ſe, ſtatur eius dicto cum alijs indicijs; & ſi torquetur ĩ ſe,uel alios,& cõfiteatur de ſe, & alijs; tunc non ſtatur dicto ſuo de alijs regulariter; quia de proprio crimine confitens,non debet ſcrutari de conſcientia alterius. iſta eſt regula. ff. de quæſtio.l. qui de ſe.& l.fin. C. de accuſa.& ibi ponit aliquas fallacias; ſed ſi dixerit de inimico,nõ ualet talis confeſſio in tortura,etiam in criminibus exceptuatis. ita Hipp. in d.l.repeti.in 6. col. & ibi ẽt dicit; quòd reus confeſſus delictum poteſt, ut iam diximus, ſine nouis indicijs repeti ad tormenta, ut manifeſtet mãdantem. hæc omnia Alphonſus Aluarez ubi ſupra. Attamen pro maiori notitia præſentis concluſionis nõ ſunt obliuioni tradenda, quæ dixit Specul. in prima par. ti.de accuſatore ver.item repellitur. col. 6.ubi infraſcriptis uerbis enarrat ſex caſus exceptuatos, in quibus ſocius criminis admittitur, videlicet: Item repellitur,qui fuit ſocius, & particeps criminis,extra de teſtibus c.ueniens.el 1.& C.eodem.l.quoniam.& l.fin. ff. de quæſtio.l.repeti.§.1.extra de cõfeſsis.c.1.C. de liber.cauſa.l.ſi filium, & C.de epiſ. & cler. l. ſi quem quã ff. ſol. matrimonio.l. uiro, niſi in caſibus.ſ.in ſimonia pro Papatu habendo commiſſa.79.diſtin.c.ſi quis Papa,& in crimine læſę Maieſtatis.15.q.3.c.nemini,& extra de probat.c.1. & cuiuſlibet ſimonię,ubi eſt eadem ratio, extra de ſimonia.c.licet Heli. 15.q.3.c.ſane; & falſę monetę. C.de falſ. mon.l. 1 ff.de cuſtod.reorum. l.diuus; & ſacrilegij.2.q.1.c.in primis,& niſi in mathematicis. C.de male.& mathe.l.fin.& in latronibus;quia unius cõfeſsio contra alium auditur, quantum ad pręſumptionem. C. de fer.l. prouinciarum;& niſi in hęreſi,extra de pſump. c.litteras.hęc omnia Specul.ubi ſupra. Specul.

TERTIA, ET VLTIMA concluſio.

QVando reus extra iudicium confeſſus fuit delictum ſuũ; & poſtea legitimis indicijs pręcedẽtibus in tormentis illudmet delictum confeſſus eſt in tormentis, poteſt abſque ulla ratificatione condemnari. Hæc concluſio pbatur Doctorum auctoritate. dominus enim Felin. in c. olim,extra de reſcript. col. Felinus.

col. 4. in ver. fallit octauo, infraſcriptis vtitur uerbis inter alia, videlicet: & per l. Lucius. ff de cond. & demonſtrat. & ibi Bar. inducit plura alia: dicens tamen, ꝙ cogitur perſeuerare in iud. nam ex dictis extraiudicialibus non damnatur, ut per Glo. in l. ſi filium, & in l. iubemus. C. de liberali cauſa, & ſubdit ſingulariter, ꝙ quando talis confeſsio pręcedit confeſsionem poſtea factam in tormẽtis, non eſt opus, ꝙ ratificetur aliter cõfeſsio facta in tormentis, prout aliàs fit, iux. l. 1. §. diuus, & §. ſi quis vult, ff. de quęſtio. hęc Felin. ubi ſupra. Alphonſus quoq; Aluarez in ſuo Speculo utriuſq; iuris, in titu. de tortura col. penultima, in ver. & aduerte circa materiam, ubi apertioribus uerbis ſe ſubſcripſit pręſenti concluſioni īſcriptis uerbis utens videlicet: & aduerte circa materiã ratificationis, quòd ſi reus extra iudiciũ confeſſus eſt; & poſtea legitimis indicijs pręcedentibus illud quoque delictum confeſſus eſt in tormentis, poteſt abſque ulla ratificatione condemnari. ita Iohannes de Imola in c. at ſi clerici, extra de iudicijs; & clarius dixit Felinus in c. olim, extra de reſcript. & voluit Iaſ. in l magiſtratibus. ff. de iuriſdic. om. iudic. allegat Gloſ. in l. capite quinto. ff. de adulte. & Alex. dixit ibi, quòd licet confeſsioni factę in tormentis non ſtetur, ut in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quęſtio. tamen fallit, quando pręceſſerit confeſſio extra iudicialis, qa geminatio confeſsionis hoc operatur. & uide de hoc Bar. in l. ſimus. ff. de agri. & cenſi. lib. 11. hęc omnia Alphonſus ubi ſupra. Et hęc allata ſufficiant, quo ad pręſens capitulum de hac materia, & concl. de quibus multa dicẽda erunt in ſubſequenti tractatulo de confeſsionibus iudicialibus inſcripto.

De tortura teſtium, uide notata per me infra in ultimo capitulo opuſculi, inſcripti de teſtibus.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. VII. TIT. DE CONFESSIONIBVS

Incipit Tractatus de Confeſsionibus iudicialibus, & extraiudicialibus in foro fori factis.

CVm in præſenti opuſculo gradatim per me habitus ſit ſermo de modo procedendi in iud. per uiam accuſationis, denunciationis, īquiſitionis, exceptionis, & de modo deferendi iuramentum tam reo, q̄ actori, & de purgatione canonica, quæ utique indicenda eſt reo ad purganda indicia, uel famam contra eum ortam, quandocumque ipſe reus interrogatus de ſe negaſſet ſe perpetraſſe obiectū ſibi crimen: merito, meo q. dem iuditio, igitur tractatus de purgat. canonica, & tortura præſens ſubſequitur; eo quòd ipſe reus aliquando uidens ſe nō purgaſſe indicia contra ſe probata in actis, uel timore tormentorum, uel minarum, ſpe miſericordiæ conſequendæ, aut euadere ſperans pœnā ob confeſsionem criminis, infelix confitetur delictum ſuum, vel ut ſaltem poſt tot anguſtias finis imponatur ſuis mœroribus, ac dānis paſsis illucuſque. Quapropter, ut more ſolito, Deo fauente, hanc materiam, notatu dignam dilucidemus, nulluſque iam deinceps locus relinquatur ambiguitatibus, quæ in dies nobis obuiare poſſent circa hanc materiam; iccirco per nonnulla capitula, omnia notabilia perſtringā, in uno quoque illorum nonnullas concluſiones cum ſuis probationibus afferendo.

Confeſsionis iudicialis effectus quis ſit. Cap. I.

Confeſsionis iudicialis effectus quis ſit. concluſione 1. & 2.
In confeſsione iudiciali perſeuerare quis dicatur. concl. 2.
Confeßio facta in tormentis, non præcedentibus debitis indicijs, etiam ratificata extra tormenta eſt nulla. concl. 3.
Confeſsio in criminalibus continens uerum, facta ſponte, eſt ualida. concl. 4.
Confeſsio in criminalibus continens falſum, facta ſponte, non eſt ualida. concl. 5.
Confeſsio iudicialis in criminalibus facta uoluntarie, de cuius ueritate dubitatur, eſt ualida. concl. 6.
Confeſsio, de qua dubitatur, an fuerit facta ſponte, uel coacte, an ſit ualida. concl. 7.
Confeſsio iudicialis facta in iudicio nullo ratione incompetentiæ iudicis, eſt inualida. concl. 8. & 9.
Confeſsio iudicialis quando dicatur facta coram iudice ſedente pro tribunali. concl. 8.
Confeſsio facta ſponte in iudicio uetito, quid mali operetur. concl. 10.
Confeſsio iudicialis extorta a iudice cū promiſsione impunitatis quid operetur. concl. 11. & 12.
Confeſsi de ſe ſuper uno, uel pluribus criminibus quando poterunt interrogari de alijs criminibus. concl. ultima.

PRIMA CONCLVSIO.

COnfeſsionis iudicialis effectus eſt, ut in cauſa criminali contra ſe mota, qui confitetur in iud. pro conuicto habeatur, uenit-

uenitque regulariter puniendus, ſententia mediante. Hæc concluſio probatur dupplici medio. Primo enim per tex. (l. Vnica. C.de cōfeſsis.) in l. vnica. C. de confeſsis, ubi hęc habetur, videlicet: cōfeſſos in iure pro iudicatis haberi placet. quare ſine cauſa (l.1.ff.de cōfeſsis.) deſideras recedi a cōfeſsione tua, cum & ſoluere cogeris. hæc in dicta l. Idem habetur in l. 1. ff. de confeſsis, ubi dicitur: confeſſus pro iudicato eſt, qui quodam modo ſua ſnīa damnatur. & in c. p (c. Per inquiſ. ex. de elect.) inquiſitionem, ex. de elect. ubi Inn. iij. amouit a præpoſitura quadam quēdam clericum de ſe confeſſum ſuper ſimoniam perpetratam obtinēdæ dictæ dignitatis gratia. Probatur quoque per (c.2.ex.d conf.ſſ.) tex. in c. 2. extra de confeſſ. ubi Inn. iij. ſcribens canonicis Bethlehem infraſcriptis utitur uerbis, vc3: cùm ſuper electione Bethlehē Eccleſiæ in R. & P. quæſtio verteretur, & infra: quoniam V. canonicus Bethlehem fuit in iure confeſſus, ꝙ præſtando alterius electioni cōſenſum quingētorum ſaracenorū obligationem receperat, & mediator extitit ſimoniacæ prauitatis; nos quoniam uitium hmōi perſequi uolumus, ut debemus, ipſum per diffinitiuam ſnīam duximus ab oī beneficio, & off. eccl. (l.ſi Confeſſus.ff. de cuſt. reorum.) deponendum. hæc in d. can. tex. quoq; eſt in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtodia reorū, ubi hæc habentur, videlicet: ſi cōfeſſus fuerit reus, donec pronuncietur, in uincula publica coniiciendus eſt. hęc ibi. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorū, (Gloſa.) Glo. enim in d. l. unica, ſubſcribēs ſe nr̄ę concl. in ver. ſoluere, circa mediū, infr̄is utitur uerbis, vc3: de crīali aūt conſtat, ꝙ damnatur poſt cōfeſsionem, ut ff. de cuſtodia reorum. l. ſi confeſſus. hęc Glo. (Glo.) illa. Glo. quoq; in d. l. ſi confeſſus, hoc apertiſsime probat adducendo drīam inter cām ciuilē, & crīalem, infr̄is Vbis utens, vc3: ſi confeſſus habetur pro iudicato, & ſic ꝯ, s. de confeſsis. l. 1. & C. de (Auctor.) ꝯfeſ. l. fi. ſed illa in ciuili; hæc in crīali, ad quod j. de qſt. l. 1. §. ſi quis ultro. hæc illa Glo. q̄ eſt ſummopere notanda pro deciſione ambiguitatum, q̄ pn̄t ꝯcurrere in pn̄ti concl. probāda: maxime cū uerū dicat, eo ꝙ hoc ēt elicitur ex d. §. ſi quis ultro, & ex d. c. 2. ex. de confeſsis s̄. relato; ubi in fine Papa non pronunciauit quēdam ſimoniacum iā ꝯfeſſum, iudicatū, ac condemnatū, at potius infr̄is vſus fuit Vbis, vc3: nos qm̄ uitiū hmōi pſequi uolumus, ut debemus, ipſum p diffinitiuā ſnīam duximus ab oī benef. & off. eccl. deponendū. hæc ubi s̄. & in d. §. ſi qs ultro, ĩſcripta hn̄r, vc3: ſi quis ultro de maleſi. fateat, nō ſemp ei fides habēda eſt. non numq̄. n. aut metu, aut aliqua alia de cā in ſe cōfitet, & extat epiſt. diuorū Fratrū ad Voconiū Saxā, in qua continet liberandū eum, q. in ſe fuerat cōfeſſus, cuius poſt damnationē de innocētia conſtitiſſet. hæc in d §. inter alia. Spec quoq; libētiſsime aſtipulat pn̄ti concl. in 2. par. in tit. de confeſſ. Specul. §. effectus aūt. in ver. nec eſt unq̄, ubi infr̄is uerbis utit, vc3: nec eſt vnq̄ quis in crīali p condemnato habendus; immo neceſſaria eſt ſententia, ut C. de pœnis l. ante ſententiam, C. de cuſtod. reorum. l. ſi quis reus. hæc Specul. ubi ſupra.

SECVNDA CONCLVSIO.

Confeſsio a reo facta in tormētis tā torturæ, quā aliis, ēt famis, & ſitis, p̄cedentib⁹ legitimis indiciis ualida eſt, & tenet; ſi reus pſeuerauerit in ea. & dr̄ qs pſeuerare in confeſſ. qn̄ eā nō reuocat; ſed expſſe ratificat. & ideo cauti aſſeſſores ubi qs eſt confeſſus in tormētis, ducunt eūdem ante tribunal, ut de nouo ſponte confiteat; & tunc talis cōfeſsio eſt pfecta, & ualet. iccirco male faciunt illi aſſeſſores, qui in continenti, poſtquam quis eſt confeſſus in tormentis, reducunt ad tribunal, ut confiteatur: nā talis confeſsio nō ualet ita facta in continenti; quia præſumitur eſſe facta timore tormentorum; & ideo ad hoc, ut confeſſ. facta ualeat, tāquam facta ſponte ad tribunal poſt tormenta, reqritur, ꝙ ante confeſſ. ſeu cōfeſsionis ratificationē, interueniat dies unus, &

una

una nox poſt tormenta; licet tñ confeſſio facta in tormentis facit ſemiplenã probõnẽ, & ſnĩa data ꝯ reũ ꝑtextu confeſſ. factę in tormẽtis ualebit; ſed ab ea poterit confeſſus appellare tãquam ab iniqua, cum nulla dici non poterit. Hæc concluſio colligitur ex nonnullis iuribus, atque Doctorum uotis. ſciendum igitur, ꝙ in l. 1. ff. de quæſtio. in §. diuus Seuerus, & §. quæſtioni, & §. ſi quis ultra, aliqua prædictorum contineantur ſtatuta, ĩ §. diuus Seuerus, enim hæc habentur, uidelicet: diuus Seuerus reſcripſit, confeſsiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere; ſi nulla probatio religionis cognoſcẽtis inſtruat. hæc ibi. & in §. quæſtioni. hæc habentur, uidelicet: quæſtioni fidem nõ ſemper, nec tamen numquam habendã cõſtitutionibus declaratur. etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quę ueritatem fallat: nam plerique patientia, ſiue duritia tormentorũ, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſsit. alij tanta ſunt impatientia, ut in quouis potius mẽtiri, quã pati tormenta uelint. ita fit, ut etiam uario modo fateantur, ut non tantum ſe, uerum etiam alios criminentur. hęc ibi. & in §. ſi quis ultro, nonnulla habẽtur per noſtra concluſione; cuius tenorem retuli in præcedenti concl. Supradictis igitur §. fuit probatum ueram concluſionẽ: ſed non quo ad illam particulam, ſi perſeueret. pro qua eſt notabilis tex. in l. 2. C. de cuſtod. reorum, ubi hæc habenẽ, vc3: ſi q̃s in ea culpa, vel crimine fuerit deprehenſus, quo dignus clauſtris carceris, & cuſtodiæ ſqualore uideatur auditus apud acta, cũ de admiſſo conſtiterit, pœnam carceris ſubſtineat; atque ita poſtmodum eductus apud acta audiatur. ita enim quaſi ſub publico teſtimonio cõmemoratio admiſsi criminis fiet, ut iudicibus immodice ſeuientibus frẽni quædam temperies adhibita uideantur. hæc in d. l. Probatur quoque præſens concluſio, quo ad vltimam particulam eius, per arg. in l. 2. C. quorum appell. non recip. circa finem, ubi infraſcripta habentur, uidelicet. ſicut enim hoc obſeruari diſpoſuimus, æquum eſt, teſtibus productis, inſtrumentiſque prolatis, alijſque argumentis præſtitis, ſi ſententia contra eũ lata ſit; & ipſe qui cõdemnatus eſt, aut minime uoce ſua confeſſus ſit, aut formidine tormentorum territus contra ſe aliquid dixerit, prouocandi licentiã ei non denegari. hæc in d. l. Probatur quoque præſens concluſio Doctorum auctoritate. Glo. enim in d. §. diuus Seuerus noſtræ concluſioni fauet in ver. pro exploratis, breuiter his uerbis, uidelicet: pro exploratis, ideſt, probatis; ſed arg. contra &c. ſoluo, ualet, ſcilicet, confeſsio, ſi perſeueret, ut ibi; aliàs nõ. hæc ibi. Glo. quoq; in d. l. 2. C. de cuſtod. reorum, in ver. conſtiterit inter alia hæc dixit, uidelicet: uel dic conſtiterit non plene; ſed ſemiplene, puta, per confeſſionem, cui non ſtatur, niſi perſeueret. ff. de quæſtio. §. diuus Seuerus, & §. quæſtioni, & §. ſi quis ultro. hæc ibi. Glo. uero in d. l. 2. C. quorum appell. recip. in ver. aliquid dixerit, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: confeſsio ergo in tormentis, ueluti metu tormentorum facta, non nocet, ut hic, & l. 1. ff. de quęſtio. §. diuus Seuerus, niſi perſeuerauerit ſcilicet, extra tormẽta confeſſus, ut in eadem l. §. ſi quis ultro; uel non nocet cõfeſsio, ſcilicet, ſola, niſi probationibus aliquibus adiuuetur, ut hic prima ſeruatur. hæc in d. Gloſa. Specul. quoq; annuere uidetur noſtræ concluſioni in lib. 2. §. 1. in ver. & hoc in ciuili cauſa, ſub titulo de confeſsis; ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: & hoc in ciuili cã; in criminali uero uidetur, quòd confeſſus non ſit condemnandus, niſi aliter contra eum probetur; quia non habetur pro explorato facinore, ut ff. de q̃ſt. l. 1. §. diuus, & §. ſi quis ultro, & §. quæſtioni: ſed illud locum habet in confeſſione pér torturam extorta, in qua cõfitens non perſeuerauit: ſed forte vult contrarium oſtendere; ſed ſi perſeuerauе-

l. 1. ff. de q̃ſtionibus.

l. 2. C. de cuſtod. reorum.

l. 2. C quorum Appell. nõ reci.

rauerit, uel ſine tortura confeſſus eſt; tunc eſt condemnandus, ut ibi, & infra. §. prox. in principio. & ff. de cuſtod. & exibit. reorum l. ſi confeſſus, extra de cōfeſsis, c. cum ſuper elect. hęc ille ubi ſupra, qui in ſupradicto loco in ver. ſecundo non ualet cōfeſsio, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſecundo non ualet confeſsio facta metu mortis, ut extra quod metus cauſa. c. 1. uel cruciatus, 31 q. 2 c. Lotharius, uel tormētorũ, niſi perſeueret quis in confeſsione, ut ſupra, §. 1. ver. & hoc & breuiter nō tenet confeſsio facta per metum & fraudem, uel uim 15. q. 6. c. . hæc omnia Sy cul. ubi ſupra: Lanfrã. Lanfranchus uero in repetitione. c. quoniam contra, extra de probat. in §. confeſsiones. col. 2. in ver. & quarto primo, infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit omnibus membris noſtræ concluſionis, uidelicet: & quarto primo, numquid cōfeſsio, facta in delictis, ualeat, & teneat? reſpondeo aut emanat ſponte, aut coacte, aut dubitanter. Si emanat coacte, ut puta facta in tormētis; præcedētibus legitimis indicijs, talis confeſsio non ualet, neque tenet, & in l. . §. diuus. & §. ſiquis ultro. ff. de q̄ſt. quod eſt uerum, niſi perſeueret in ea. dato, q̄ fuerit facta in tormentis benè ualeret, ita tenet Gl. in l. . C. de cuſtod. reorum, idem ibi Angelus, & ita But. idem etiam Ang. in l. unica. C. de confeſsis. & dicitur, quis perſeuerare in confeſsione, niſi eam reuocet, uel appellet ſecundum Bal. ubi ſupra. & ideo cauti aſſeſſores, ubi quis eſt confeſſus in tormētis, ducunt eundem ante tribunal, ut denuo ſponte confiteatur; & tunc talis cōfeſsio eſt perfecta, & ualet ut in l. 2. C. de cuſtod. reorum. male faciunt illi aſſeſſores, qui in continenti, poſtquam quis eſt confeſſus in tormētis, reducunt ad tribunal, ut confiteatur: talis confeſsio non ualet ita facta in continenti; quia præſumitur adhuc factam eſſe timore tormentorum, ut in l. electa ver. dite iam. ff. ſi certum pet. & ideo ad hoc ut confeſſ. facta ualeat, tāquam facta ſponte ad tribunal poſt tormenta, requiritur, q̄ ante cōfeſsionem interueniat dies, & una nox poſt tormēta. ita dicit ſingulariter Ia. Bu. qđ multum comendat Ang. in d. l. 2. ff. de custo. reorum. dicens, quòd aſſeſſores, qui faciunt contrarium, malefaciunt. hoc idē de perſeuerantia confeſſ. fatetur Alph. Aluarez in ſuo Speculo aureo utriuſq; iuris, ſub titu. de tortura. col. 8. in ver. & ibi quæritur. Bar. in ver. & nota q̄ reus, in ver. & uide Bal & in ver. & uide Gan. & hoc cōfirmat multis auctoritatibus, & etiam ibidem in ver. & quātum erit, & in ver. & uide Ange. in tractatu, & in ver. placide Ang. de Peruſio. aduertendum tamen eſt, quòd licet confeſsio ſit facta in tormentis: tamen facit ſemiplenam probationem. ita dicit ſingulariter Bal. in l. bonę fidei. C. de re. cre. & Glo. ſingularis in l. 2. C. de cuſtod. reorum. Inn. plus dicit, q̄ ſi ſententia foret lata contra reum, prætextu confeſsionis factæ in tormentis, ualebit ſententia: ſed poterit appellari tamquam ab iniqua: cum non poterit dici nulla, ut ex tex. in l. 2. C. quo. app. non reſcin. & ibi Bal. hæc omnia Lanfranchus ubi ſupra. Inſuper memorię ſummopere ſunt cōmendanda, quæ dicit Archid. circa Archid. præſentem cōcluſionem. Sciendum igitur; quòd Archid. in c. 1. de accuſ. in 6. in ver. nota tamen, in raſcriptis ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni uerbis, uidelicet: nota tamen, quòd Azo. dixit, & bene ſecūdum Tan. quòd confeſsio in iure ſemel facta ſponte ſuper criminalibus præiudicat confitenti. ff. de cuſt. & exhi. reor. l. ſi confeſſus, & eſt expreſſum, ſi obijciatur de l. 1. ff. de quæſt. §. diuus, & §. ſi q̄s ultro, ubi dicitur, quòd reorũ confeſsiones pro exploratis criminibus non habentur; dic, q̄ loquitur de confeſsionibus cruciatu extortis. & quare non ſit ſtandum talibus confeſſionibus, ratio eſt in eadem l. §. quæſtioni. & hoc niſi in ea perſeueret poſt tormenta, ut ibi. ſi obijcietur de prædicta Decreta. i, in c. ex litteris, extra de diuort.

uor.dic,quòd ibi dicitur, quòd tali cõfeſsioni ſit ſtãdum. ſed & quod in ſpõte confeſſum ſit ſententia proferenda, patet ex eo,quod legitur, & not.2.q.1. c.nos i quemquam, & 15.q.5.c.presbyter. & quòd poſt perſeuerantiam,quãquam per tormenta extorta confeſsio ſit, damnari poſsit reus confeſſus,euidenter probatur.C.de pœnis l. qui ſententiam. ubi de hoc, & in prædicta l.ſi confeſſus.C.de quæſt.l.fi.ubi de hoc. per quę iura probatur,quòd confeſsio etiã talis cũ perſeuerantia ligat cõfitentẽ; ita quòd perſeuerantiam ſi reuocat,nõ proficit ſibi ſua reuocatio, ut in c. per tuas, extra de probationibus, ubi reuocatio cuiuſdã confeſſionis factæ non irritatur. hæc ille Doctor. cui libentiſſime aſtipulatur Pan. in c. cum in contemplatione, extra de reg.iur. col.2.in uer. ſexto q̃ro,infraſcriptis utens uerbis, videlicet: ſexto quæro de effectu torturæ,numquid ualeat cõfeſſ. in tortura facta. cõmuniter diſtinguitur: uel iſte perſeuerat in confeſsione, uel non. ſi non perſeuerat,non præiudicat;quia non videtur feciſſe metu tormẽtorum, ut l.1.ff.de quæſtionibus. & 15.queſt.6. in c.1 & 31.q.2.c.Lotharius.ſi uero perſeuerat; tunc ſibi præiudicat.& dicitur perſeuerare,quando confitetur iterum ratificando priorem confeſsionem extra locum tormẽtorum, ita ꝙ non videat iſta tormenta: aliàs uidetur facere timore tormentorum. ita uoluit hic Io.And.& Bar.in præalleg.l.1.de quæſt. quod nota: nam eſt contra iudices,qui in continẽti in loco, ubi eſt tormẽtum, faciunt ratificari confeſſ.hęc Pan.ubi ſ. qui, & in c. vltimo,ex̃.de confeſs. col.3. in ver.nota unum caſum, infris quoq; utitur uerbis, vz: dicit tamen ibi Bar. ꝙ nõ quælibet leuis territio facit confeſsiõnẽ uideri factam formidine pœnæ,ſeu tormentorum; ſed dẽt eſſe poſitus in tormentis,uel directus ad ea.idẽ ſecũdum eum ſi eſſet in carcere, in quo multum fame, & frigore affligeretur: nam ẽt formidine tormentorum videretur facta. arg.ff.de iniurijs. l.apud Labeonẽ.§.quæſtionẽ. ff. de vi & ui armo. l. 3. §. ſi quis aũt;ubi vr̃ ſufficere terror armorum:quod no.pro hoc bo.tex.in c. Lotharius pręall.& c.1.quod me.cã;ubi timor mortis, uel cruciatus excuſat a confeſſ. vide ẽt aliam Glo. ualde notabilem,iuncto.c.ex litteris de diuor.quę dicit idem in confeſſ. facta calore iracundię,ut illa non pręiudicet,niſi detur perſeuerantia, ſicut qñ fit in tormẽtis. ſed hic quæro de utili quæſtione ꝑ canoniſtas meta. ſ. qñ dr̃ confitẽs perſeuerare in confeſſ. & ſic timor tormẽtorum excuſet. Bar. in d. §.diuus, dicit hanc quæſtionem ſolui per tex.in l.2.C. de cuſtod.reorum. oportet enim,ut ibi innuitur, ꝙ poſt confeſsionem factam in tormentis reducatur in loco publico iudicij, & ibi coram perſonis publicis, & notario reus confiteatur. quod no.& ita obſeruatur de facto. Hæc procedunt in confeſsione in tormentis;ſed in facta in aliqua cõfeſsione uiolenti dico ſufficere, ꝙ ceſſauerit uiolẽtia,uel calor iracundiæ:tunc enim ſufficit perſeuerantia tacita, uel expreſſa ad hoc: quod not.in d. c.1. hæc oĩa Pan.ubi ſupra. Pñti quoque concluſioni quamluculentiſsime, & libentiſsime ſe ſubſcripſit Iul.Cla.noſtra tempeſtate optimus Practichiſta in ſua pract.crimin.lib.5.§. fin. quæſt. 64. in ver. ceterum ſi reus in tormentis;& duobus alijs ſequentibus uer. ueriſsimam fatetur hanc noſtram ſecundam concluſionem, illam probãdo,non tñ praxi moderna curiarũ,uerum ẽt auctoritate q̃plurimorũ Doct.

Pan.

Perſeuerare ĩ cõfeſſ. qñ quis dicatur.

TERTIA CONCLVSIO.

Confeſsio facta a reo in tormentis, non præcedentibus ſufficientibus indicijs,quamuis ratificata ex̃.tormenta,eſt nullius ualoris, nec ꝑiudicat reo. hæc concluſio probatur duplici modo. Primo per tex. in c.cum in contemplatione,ex̃.de reg.iur.ubi Greg.vij. Variẽſi epõ ſcribens infris uſus fuit uerbis, vide-

c.cum in contemplatione ex.de reg. iur.

videlicet:cum in contemplatione ; & ĩ.
in ipſo cãæ initio non eſt a quæſtionib'
inchoandum . hęc in d.canone,& p rex.
l. 1. ff. d. quæſt. in l.1.ff.de quęſt. in princ.ubi hęc habẽ-
rur, vc3: in criminibus ſcrurandis quę-
ſtio adhiberi ſolet : ſed qñ, uel qu: ten'
id faciendum ſir,uideamus. & non eſſe
incipiendum a tormenris diuus Au-
guſt. conſtituit . hęc ibi . & per arg.in l.
diuus Pius.ff.de quęſt.§.ex quibus cau-
ſis, ubi hęc habent,vc3:ex quibus cau-
ſis quęſtio de ſeruis aduerſus domi-
nos haberi non debet , ex his cauſis ne
quidem interrogationem ualere.hęc in
d.§. ex cuius uerbis liquet,ꝙ confeſsio
facta,non pręmiſsis indicijs, eſt nulla:
qñ luce clarius patet,neminem debere
interrogari in iud. illis non pręmiſsis.
Glo. Probatur & ſecundo Doct. auct. Gloſa
enim in d. l.1.ff.de quęſtionibus,in ver.
& non eſſe , infraſcriptis uerbis noſtrę
ſe ſubſcripſit concluſioni , videlicet :
docet, quando ſit facienda per contra-
rium, dicendo quando non; quia tunc,
cum non ſunt indicia,non facienda eſt.
hæc ibi.& Glo.in l.penult. ff.de quæſt.in
fraſcripris utitur verbis , vc3: q̃ſtionis
habendæ:dic,q̃ſtionis habitæ: quaſi di-
cat confeſſus in tormentis non damnat
vt s̃.l.1.§.diuus: uel id eſt habitæ non p̃-
cedẽte indicio,vt s̃.l.prox.hæc in d.Glo.
Gl.ẽt in l.marirus.ff.de quęſt.in ver.a q̃-
ſtionibus,infraſcripta dixit:a q̃ſtionib'
niſi p̃cedanr indicia ,vt s̃.eo.l. 1.in princ.
Lanfran. hæc in d. Glo. Lamfranchus quoq; nr̃æ
ſe ſubſcribens concluſioni in repetitio-
ne.c.quoniam cõtra, ex̃.de probat. in §.
confeſsiones . colum. 3. in princ. infris
vtitur uerbis , vc3: ſi autem confeſſ. eſt
emanata in tormentis,nullis præcedẽ-
tibus indicijs; tunc eriam ſi cõfeſsio po
ſtea interueniat ſpontanea , non ualet
neque tenet, ſecundum Bal.in l.maritus
Pan. ff. de quæſt. licet Bal. dicat idem ,quod
in primo caſu;& male.hæc ille. cui Pan.
videtur aſtipulari in c. cum in contem-
platione , exrra de reg. iur. colum. 1.in
ver. ſecundo quæritur;ubi infraſcriptis
utitur uerbis , videlicet: ſecundo quæ-
ritur,quando procedendum ſit ad tor-
mentum.ſoluo.dicit Io. And. & cõmu-
niter Doctores,quòd duo requiruntur.
primo, ꝙ ueritas aliter haberi nõ poſ-
ſit: nam tormentum infertur cauſa in-
ueſtigandi ueritatẽ,&in ſubſidiũ iuris,
ut l.diuus Pius.ff.de quęſt.5.q.5.in c.illi,
ubi bonus tex.cum Glo.ſecundo requi-
ritur , ꝙ præcedanr aliqua indicia , ſeu
præſumptiones , uel ſemiplenæ proba-
tiones , nam ſine indicijs non eſt infe-
renda quæſtio, ut hic, & ff.de quæſt.l.ex
libero. hæc Pan. dominus quoque Feli- Felinus.
nus in c.qualiter, & quando el ſecundo
ĩ §.licet.col.3. extra de accuſ.in ver.un-
decimo limita; infraſcriptis uerbis ſe
noſtræ cõcluſioni ſubſcripſit,videlicet:
vndecimo limita,niſi confeſſ.eſſet facta
per torturam factam non præcedenti-
bus indicijs ; quia non ualet ,etiam ſi
ex interuallo.ita probatur ſingulariter
ſecundum unam lecturam Glo.in l.pen.
ff.de quæſt. quod multum not. Inn. in l.
qui in aliena.§.Celſus in fin.ff.de acqui.
hęred.dicens,quòd hoc etiam ſequitur
Gãdinus in ſuis maleficijs . idem tenet
Ang.in l.unica in fine. col. de confeſsis.
& Petrus de Ancha.in c. 2.in 8.colu. de
confeſsis in 6.per tex.in l.diuus §.ex q-
bus , & in l.maritus.§.pen.ff.de quęſtio.
& idem notat dominus Flo.in rub.& in
l.emptorem.ff.de probat.exclamans de
tex. in dicta l. penul. per quem dicit ſe
defendiſſe unum a morte tempore do-
mini Guezzi de Prato . & ideo conſu-
luit Ange. quòd ex inquiſitione inepta
non poteſt quis damnari . & ad hanc
limitarionem uide Baldus in leg. fin.C.
de quęſtio . & Do Maria hic quęſt. 11.
art. 96.& Bal.in l imper.ff.de ſtat.homi.
& Io.de Ana.in capitulo ſecundo, octa
ua columna de cler. percu. hęc Felinus
ubi ſupra.

QVARTA CONCLVSIO.

Confeſsio in criminalibus , conti-
nens uerum, facta ſpõte ualida eſt.

Hęc

Hæc probatur duplici medio. Primo p tex. in l. ſi confeſſus. ff. de custo. reorum, ubi hęc habentur, videlicet: ſi confeſſus fuerit reus, donec de eo pronunciet, in vincula publica conijciendus eſt, hæc in d. l. Probatur quoque multis iurium, atque Doctorum auctoritatibus, quas adduxi in probatione primæ concluſionis præſentis capituli: cum hæ ambæ uideantur coucidere in unam.

QVINTA CONCLVSIO.

Confeſsio in criminalibus, continēs falſum, facta ſponte, nō eſt ualida; immo officio præſidis debet irritari, ac reuocari, quādocumque falſitas comperta fuerit. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in l. 1. §. ſi quis ultro, & §. fin. ff. de quæſtio. nam in d. §. ſi quis, infraſcripta habētur, videlicet: ſi quis ultro de maleficio fateatur, non ſemper ei fides adhibenda eſt. nō nunquā enim, aut metu, aut aliqua alia de cauſa in ſe confitetur. & extat epiſtola diuorum Fratrum ad Voconium Saxam; qua continetur liberandum eū, qui in ſe fuerat confeſſus, cuius, poſt damnationem, de innocētia conſtitiſſet. cuius verba ſunt, videlicet: prudenter, & egregie ratione humanitatis, Saxa chariſsime, in ſe configere, me tu, ad dominum reuertenti ſuſpectus eſſet pſeuerante falſa demonſtratione damnaſti, quæſiturus de conſcijs. quos ęque habere ſe cōmentitus fuerat, ut ad certiorem ipſius de ſe confeſsionem peruenires. nec fruſtra fuit tam prudens conſilium tuum, cum tormentis conſtiterit, neque illos ei cōſcios fuiſſe, & ipſum de ſe temere mentitū. potes itaq; decreti gratiam facere. hæc in d. §. ſed in fin. §. infraſcripta habētur, videlicet; ſed præſes Prouinciæ eum, quem damnauit, reſtituere non poteſt: cum nec pecuniariam ſententiam ſuam reuocare poſsit. quid igitur Principi eum ſcribere oportet, ſi quando ei, qui nocens uidebatur, poſtea ratio innocentiæ conſtiterit. hęc in dicto legis. §. Probatur & ſecundo auct. Lamfran. in repetitione c. quoniam contra: de proba. §. confeſsiones. col. 3. in principio in V. ſecūdo caſu in criminalibus, ubi infraſcriptis uerbis noſtræ concluſioni fauet, videlicet: in ſecundo caſu in criminalibus ſi confeſsio eſt facta ſponte; & tunc aut continet uerū, aut falſum; aut dubitatur. ſi continet uerum, bene pręiudicat talis confeſsio, ut in l ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reorum. ſi cōtinet falſum; & tunc nō ualet: immo poteſt qñcumque reuocari, etiā per officium iudicis, ut in l. 1. §. fi. ff. de quęſtio. hęc omnia ille, cuius dicta faciunt etiam pro præcedenti concluſione.

l. 1. ff. de quæſt.

Lamfrā.

SEXTA CONCLVSIO.

Confeſsio in criminalib⁹ facta uoluntarie, de cuius ueritate dubitatur, ualida erit; quia non eſt præſumēdum, quòd quis contra ſe mentiatur. Hæc cōcluſio probatur duplici medio. Primo enim per arg. in l. fi. C. arbitr. tutel. in §. fin autem, ubi hæc habētur, videlicet: ſin autem inuētario publice facto res pupillares, uel adulti inſcripſerit; & ipſe per huiuſmodi ſcripturā confeſſus fuerit ampliorem quantitatem ſubſtantiæ, non eſſe aliud inſpiciendū; niſi hoc, quod inſcripſerit, & ſecundū vires eiuſdem ſcripturæ patrimonium, vel adulti exigi. neque enim ſic homo ſimplex, immo magis ſtult⁹ inuenitur, ut publico inuentario ſcribi contra ſe aliquid patiatur. hæc in dicto §. Probatur & ſecundo auctoritate Lamfranchi, ubi ſupra, in ver. in dubio autem, ubi infraſcriptis uerbis uritur: in dubio autem præſumitur continere uerū; quia non eſt præſumendum, quòd quis contra ſe mentiatur. arg. in l. fin. C. arbi. tutelæ. hæc ille Doctor.

l. fin. C. de arbitr. tutel.

Lamfrā.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Confeſsio a reo facta de qua dubitatur, an fuerit ſponte, uel coacte

facta

Lamfrã. facta, præſumenda erit facta ſponte, niſi probetur metum fuiſſe illatum, uel minas atroces per iudicem. hæc concl. probatur ueriſſima auctoritate Lamfrãchi vbi ſupra, in ver. tertio caſu; ubi præſenti concl. ſeſubſcripſit eiſdem ſere uerbis, quibus cõſtat hæc concluſio: ſed & addit īfraſcripta, videl cet: & ita intelligitur quod notat Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nun. hæc ille.

OCTAVA CONCLVSIO.

Confeſsio facta in iud. nullo ratione incompetentiæ iudicis, eſt nullius momenti, & non præiudicat confitenti, ut confeſsio iudicialis rite facta; ſed bene, ut extraiudicialis. idem dicetur de confeſsione, facta coram iudice nõ ſedente pro tribunali; quia tũc ipſa faciet ſolum indicium ad torturam. attamen ſi quis confeſſus fuerit corã incompetente iudice, uel competente, omittente tamen aliquid de ordine iudiciario; & ipſe reus non reclamauerit, ſeu coram teſtibus non proteſtatus fuerit, ſe nolle in ipſum conſentire, uel ſibi præiudicari, tenebit confeſsio, ac ſi rite extorta fuiſſet. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in c. at ſi clerici, extra de iudicijs in principio, ubi infraſcripta habentur, videlicet: at ſi clerici coram ſeculari iudice conuicti fuerint, uel confeſsi de crimine, non ſunt propter hoc a ſuo epiſcopo aliquatenus condẽnandi. ſicut enim ſententia a non ſuo iudice lata non tenet; ita & facta confeſsio coram ipſo. hæc in dicto canone in princip. Probatur quoque præſens concluſio per arg. in c. 1. de accuſ. in 6. arguendo a contrario ſenſu. infraſcripta enim ibi habentur, videlicet: poſtquam coram eo, qui contra te ſuper certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus, eadem crimina fuiſti cõfeſſus, fruſtra confeſsionem tuam, quominus puniaris ex ea, put iuſtitia ſuadebit, eo prætextu impugnare cõtendis, quòd ſuper eiſdem criminibus non fueras ante diffamatus; uel quòd p eundem inquiſitorem, capitula, ſuper quibus contra te uolebat inquirere, tibi tradita non fuerunt. hæc in dicto canone. Probatur & ſecũdo auctoritate Doctorum Pan. enim in dicto c. at ſi clerici. col. 2. in ver. nota in ver. ſi uero, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: nota in ver. ſi uero, quòd ad hoc, quòd confeſsio facta ſuper crimine plene præiudicet, oportet, quòd fiat in iud. & in præſentia iudicis ſui. quo caſu plene præiudicat, etiam nullo præcedente proceſſu, arg. hic, & ſingulariter not. in prælleg. c. qualiter, & quando: ad idem induco tex. in c. 1. de accuſ. in 6. & Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reorum, ubi dicit hoc dictum Inn. ij. procedere, quando confeſsio fit principaliter, & propter ſe: tunc enim ualet ſine proceſſu, arg. in illa lege; ſec⁹ ſi fiat incidenter per quandam conſequentiam l. ſi filium. C. de li. cauſa. & hoc dictum Bar. notat pro limitatione illius dicti Inn. quia non ſolet hic allegari. & adduco pro hac limitatione Bar. bonã Glo. in c ex pœnitentibus, diſtinct. 50. in fine, quæ notanter dicit: quòd ſi promouendus confiteretur ſuum crimen, non debet ex hoc puniri: ſed ſolum repelli ab ordinis ſuſceptione; quia ad hoc nõ agebatur. Et aduerte, quòd dicit apud acta in iure, non ſolum quando fit in præſentia iudicis: ſed oportet, quòd iudex ſedeat pro tribunali, ut in l. pen. ff. de iuſt. & iur. uide tex. cum Glo notab. 1. in §. quando autem. & hoc quando cauſa exigit plenam probationem: ſi uero exigit ſemiplenam probationẽ; tunc ſufficit iudicem itinerare per locum iudicij. uide bonum tex. cum Glo. in l. uoluit. ff. de interroga. act. hæc omnia Pan. ubi ſupra. Dominus quoque Felinus in c. qualiter, & quando el ſecundo, extra de accuſat. §. licet autem, colum. ſecunda, in uerſi. ſeptimo limita. infraſcriptis uerbis ſubſcripſit ſe præſenti concluſioni, videlicet: ſeptimo limita.

Marginal notes: c. at ſi cl. ex. de iudicijs. — c. 1. de accuſa. i 6. — Pan. — Quãdo dicatur aliqd fieri apud acta in iure ſeu corã iudice ſedente in tribunali. — Felinus.

mita, niſi cõfeſsio fieret in iudicio, nullo ratione incompetentiæ iudicis; quia tũc talis confeſsio non præiudicat. tex. eſt in c. at ſi clerici, ĩ principio, de iudicijs no. Do. Anto. in repeti. c. noſtra in 43. colum. de cohabit. cleric. & mulierũ, & Bal. in concluſionibus, S. ecu. de confeſſ. & in præludijs ad ſecundum Decre. in 6. colum. & videtur caſus in c. olim. de reſcript. ſecundum lecturam magis communem, ubi confeſsio non tenuit; quia fuit facta coram duobus ex tribus ſimpliciter datis: licet Bal. in hoc teneatur in l. quoties, in vltima colu. C. de iudi. utrum autem iſta confeſsio facta in iudicio, nullo ob incompetentiam iudicis, ualeat, ut extraiudicialis, uel ualeat indicium ad torturam, vide per Inno. in c. per inquiſitione, de elect. & ibi D. Ant. in octaua colum. & per D. Anto. in c. at ſi clerici prææalleg. per Bal. in c. 2. in 1. col. de confeſsis; & in l. vnica circa finem. C. de confeſsis, & ibi Ang. in ultima colum. & Ang. in l. 1. ff. de confeſsis; & Bal. in l. diuus, circa princ. ff. de cuſtod. reorum. hæc Felin. ubi ſupra. Notandum inſuper, quòd Pan. in dicto c. at ſi clerici. colum. 6. in ver. tertio caſu, poſt recitationem fere omnium, quæ dixerat ſupra, in colum. 2. in ver. nota in ver. ſi uero, infraſcripta uerba notabilia addidit, quæ maxime conducunt ad declarationem iſtius concluſionis. dicit enim: oportet ergo, quòd delictũ confiteatur principaliter, & directe, iudice ad hoc ſedente. & intelligo iudicẽ ad hoc ſedere, ſi pro tribunali ſedens interrogauit aliquem de delicto; uel iudice ſedente, aliquis comparuit coram eo, tamquam coram iudice, & principaliter confeſſus eſt ſe commiſiſſe certum delictum, ad hoc l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſta. Hæc Pan. ubi ſupra. Præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarius in ſuã pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 55. in ver. præterea etiam ſi, cum duobus uerbis ſequentibus; qui Doctor ita ſeruari fatetur, & noſtram concluſionem multorum auctoritate Doctorum roborat.

Pan.

Qñ confeſſ. i iicia. dicatur ſctã iudice ſedente, p tribunali.

NONA CONCLVSIO.

Confeſsio facta de crimine a clerico coram iudice ſeculari, illum ad cõfitendum iudicialiter compellente, eſt nulla; nec uigore ipſius poſtmodum tenebitur ipſe clericus coram ſuo eccleſiaſtico iudice uocatus perſiſtere in ea cõfeſsione; nec ex ea ſurgit aliquod indicium ad torturam ſufficiens. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per tex. in c. at ſi clerici, extra de iudi. ubi infraſcripta habentur, videlicet: at ſi clerici coram iudice ſeculari conuicti fuerint, uel confeſsi de crimine, nõ ſunt propter hoc a ſuo epõ aliquatenus condemnandi. ſicut enim ſententia a non ſuo iudice lata non tenet, ita & facta confeſsio coram ipſo. ſi uero coram epiſcopo de criminibus in iure confeſsi ſunt, ſeu legitima probatione conuicti, dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeãt, uel deponi, non immerito ſuſpendendi ſunt a ſuis ordinibus, uel ab altaris miniſterio perpetuo remouendi. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Glo. enim in dicto c. at ſi clerici, in ver. a nõ ſuo iudice, inter alia infraſcriptis utens uerbis, ſe cõcluſioni præſenti ſubſcripſit, videlicet: a non ſuo iudice lata nõ tenet, ut 2. q. 2. c. in primis ver. de perſona. ex eo enim, quòd iſti ex tali cõfeſsione non puniuntur, ſeu ſententia contra eos lata non tenet, colligitur, ꝙ iſti inuiti rapti fuerunt ad iudicium ſeculare. hæc Glo. illa. Pan. quoque quamlibentiſsime noſtræ aſtipulatur concluſioni in dicto c. at ſi clerici. col. 4. in verſi. ego puto; ubi poſt relationem diuerſarum opinionũ infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ego puto, ꝙ ſi talis confeſsio ſit per tractum, & inuitum coram iudice incompetenti; tunc non compelletur perſiſtere in ea, nec ex ea ſurget aliquod indicium ſufficiens ad torturam: pro quo

c. at ſi clerici, ex d iudici. s.

Glo.

Pan.

quo videtur tex. hic ĩ principio iuncto ver. ſi uero: nam ĩ principio dicit, quòd ex hac confeſsione non ſunt aliquatenus condẽnandi. & ſatis in effectu condemnarentur, ſi compellarentur perſiſtere in tali confeſsione, uel ſi ponerentur ad torturam: arg. 2. q. 6. c. non ſolent ver. ante ſententiam. Item ſtatim in ver. ſi uero, dicit illos condemnandos, ſi coram epiſcopo ſuo in iure fuerũt hoc confeſsi. & ſic ſatis aperte innuit nobis quòd ex prima confeſsione non debet iudex procedere ad aliquam pœnam. nec valet ſimilitudo de cõfeſsione extraiudiciali; quia ibi nihil contra ius agitur, nec datur materia uſurpandi iuriſdictionem alterius: ſed quando fit per tractum coram iudice uetito; tunc ius uiolatur, & materia iuriſdictionem eccleſiaſticam uiolandi tribuitur; & præſumptio eſt, quòd fuerit extorta metu; quia laici clericis oppido ſunt infeſti. 2. quæſt. 7. cap. laici, & pro hoc, quod not. in l. imperialem. ff. de prohi. feu. alie. in lib. feu. in verſi. duos proꝫ e medium. hæc omnia Pan. ubi ſupra. qui & in cap. ſi diligẽti, extra de foro competenti, colum. 6. in c. ver. quæro cum Glo. in uer. pertrahant, ubi declarat, quando quis dicatur pertrahere clericum ad iudiciũ ſeculare, infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet: reſpondet quãdo trahitur inuitus. & ideo dicit Specul. in titu. de competen iud. adi. §. 1. verſi. ſed & quoque, quòd ut appareat, ꝙ inuitus ſit tractus debet proteſtari ſe clericum. & non debet coram illo reſpondere, & ſi iudex præcipit, ut rñdeat, rñdebit ſe hoc facere viribus ꝑturæ, ideſt, metu ipſius iudicis: hoc etiam uult hic Io. And. & puto hoc conſilium vtile ad hoc, ut ipſe reus non puniatur, & ut poſsit habere commodum pœnæ. hæc Pan. ubi ſupra.

DECIMA CONCLVSIO.

Confeſsio, facta uolũtarie de crimine in iudicio uetito, licet ſit nulla: tamen ex illa oritur tale urgens indicium, ut poſsit in non prohibito iud. ſupponi torturæ: & deponendi erunt ſi ſunt clerici. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per argum. in capitulo ſi diligenti, extra de foro competenti. §. cum ergo, ubi Inn. tertius ſcribens Archiepiſcopo Piſano infraſcriptis utitur verbis, videlicet: cum ergo ius hoc in Melitan. & Carthag. Cõcilio ſit ſpecialiter promulgatum, ne clerici clericos, relicto ſuo Pontifice, ad iudicia publica (ideſt, ſecularia, ut docent, ac interpretantur Doctores) pertrahant; alioquin cauſam perdant; & a communione habeantur extranei; & tam epiſcopi, quàm diaconi, ſeu quilibet clerici in criminali, ſeu in ciuili negocio, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis ĩdicijs ſe purgare uoluerint, etiam ſi pro eis ſit lata ſentẽtia, locum ſuum amittant. & hoc in criminali actione: in ciuili uero perdãt, quod euicerint, ſit ſuum locum maluerint obtinere. manifeſte patet, ꝙ non ſolum inuiti, ſed etiam uoluntarij paciſci non poſſunt, ut ſecularia iudicia ſubeant: cũ non ſit hoc perſonale beneficium, cui renunciari ualeat, ſed potius toti collegio eccleſiaſtico ſit publice indultum, cui priuatorum pactio derogare non poteſt; nec iuramentum licite ſeruari potuit, quod contra canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo auctoritate Pan. in c. at ſi clerici, extra de iudicijs. col. 4. in ver. ſi uero confeſſ. ubi infraſcripta habẽtur, vcꝫ: ſi uero cõfeſſ. fieret per uoluntarie ibi litigantem; tũc dicerem ex illa confeſſ. ſurgere indiciũ, vt ſupponatur torturę, nõ ꝙ in ueritate confeſſ. ualeat tamꝙ facta in iure; quia in iud. vetito, ut not. in ꝑalleg. c. ſi diligenti ꝑ Doct. in Glo. ſup uer. ſi ꝓ eis: ſed ex quo uolũtarie ibi litigabat, & ſponte cõfeſſus eſt, ſurgit pſumptio nõ modica: nã ex indicijs q s ſupponiĩ torturę, ut not. in l. 3. C. ad l. Iul. ma. ubi Glo. not. dicit, quòd ſufficit unus teſtis, fortius

c. ſi diligẽti. ex. de foro cõpetenti.

Pan.

ſpontanea confeſsio, licet in iud. extito facta. & paulo poſt. & in quarum dixit, ꝙ ſi fuit facta ſponte, ſurgit indicium, vt ſupponatur torturæ, limito, niſi facta fuerit confeſsio calore iracundiæ; quia tunc ad nihilum præiudicat, etiam ſi ſit facta in iud. competenti. uide tex. cum Glo. in c. ex litteris de diuor. non enim lubricum linguæ ad pœnam facile eſt trahendum, ut notanter dicit tex. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. Maieſtatis. item limito, ut compellatur prædicto caſu perſiſtere, quãdo agitur de crimine; ſecus ſi mere ciuiliter. Hæc omnia Pan. ubi ſupra.

VNDECIMA CONCLVSIO.

LIcet multi Doctores teneant, ꝙ cõfeſſ. iudicialis, extorta a iudice cum promiſsione impunitatis, ſi fieret a reo nolente fateri delictum, ſibi præiudicet: qm̃ poſſunt iudices hoc facere ad inueſtigãda crimina, & illa poſtmodum punienda, ne delicta remaneant impunita, tamen mihi non uidetur hoc decere Chriſti fideles iudices, quibus aliquem fallere nõ licet. Hęc concl. probatur duplici medio. Primo auctoritate Iul. Cla. peroptimi practichiſtę noſtris temporibus in ſua pract. crimin. lib. 5 §. fin. q̃ſt. 55. in ver. circa primum dicendum eſt. Probatur & ſecũdo hac ratione, quam adducit dictus Doctor ubi ſupra, his verbis utẽs, videlicet: ſed certe hęc opinio mihi numquam placuit. hoc enim, iudicio meo, eſt illaqueare reũ in fraud, & mẽdacio; quod a quolibet bono viro, pręſertim iudice uero, qui ueritatis amantiſsimus eſſe debet, videtur ſummopere vitandum. neque exemplum Salamonis quidquã facit. longe enim differt fictio ac ſimulatio a mendacio ac deceptione. finſit etiã quandoq; Saluator noſter ſe lõgius ire: Lucæ c. 24. & paulo ante ſinxerat ſe nolle aſcendere ad diem feſtum: & tñ aſcendit. Ioannis. c. 7. non tamen quemquam decepit. aut alicui mẽtitus eſt. Conſulendum igitur reſtat iudicibus, ut ab huiuſmodi promiſsionibus, quantum fieri poteſt, abſtineant, atque alijs iuſtioribus modis ſtudeãt ueritatem delictorum inueníre, pro ut dixit Dynus in tract. de quæſtio. quem refert Paris de Put. de ſind. c. 7. circa principium.

DVODECIMA CONCLVSIO.

LIcet uaria ſit apud Doctores opinio, an iudex qui extorſit confeſsionem iudicialem a reo ſub promiſsione impunitatis, ipſa nõ obſtante, poſsit illum condemnare: tamen ego tranſeo cum peroptimo practichiſta criminali Iul. Cla. in ſua pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 55. in ver. circa ſecundum uero; ubi dicit, opinionem Cyn. eſſe communiorem, dicẽtis poſſe condemnari reũ; Imolæ uero ſententiam æquiorem, dicentis, quod non; maxime ubi is, qui ꝓmiſit impunitatem, poterat illi iure ꝓprio pœnam condonare: ut puta ſi eſſet princeps; uel de huiuſmodi faciendo auctoritatem ab ipſo haberet: ſecus tamen ſi non eſſet huiuſmodi cõditionis; quia neque ipſe reus debuerat illi credere. attamen nunquam pœna ordinaria ſtatuta, & indicta ipſi delicto eſſet ipſi taliter confitenti iniungenda, niſi eſſet etiam alijs indicijs grauatus. Hæc concluſio, ut dixi, Iul. Cla. ubi ſupra auctoritate probatur, & ſupra adductis rationibus.

TERTIADECIMA CONCL. & ultima.

COnfeſsi de ſe ſuper uno, uel pluribus criminibus, de quibus iam pceſſerant indicia, non ſunt interrogandi, ſeu cogendi ad confitenda alia crimina, ſi quæ feciſſent, de quibus contra ipſos nihil fuit probatum in iudicio; licet hodie conſuetudine curiarum indiſtincte interrogentur rei de omnibus: ſecus ſi de circumſtãtijs annexis crimi-

crimini confeſſo. ſed ſi coacti confiterẽtur illa, non uenirent pro ipſis puniendi; niſi alio inchoato proceſſu, in quo deberent probari huiuſmodi crimina cõfeſſa; & poſtea ſequi eorum punitio. Hæc concluſio probatur triplici medio.

c. cũ monaſteriũ ex. de cõfeſſ.

Primo enim per arg. in c. cum monaſterium, extra de cõfeſsis, ubi dicitur nulli pœnæ ſubdendos illos, quos complices ſui criminis quis in iud. confeſſus fuerit; niſi illi infamia illius criminis laborarent. Immo quòd nec de talibus ſint ipſi confeſsi interrogandi. hæc ibi. cuius tenorem uerborum afferam in ſequenti capitulo, in concluſione 1. Si ergo de alijs ipſi confeſsi non ſunt interrogãdi; multo minus de ſe, cum ad hoc & ipſi ordine charitatis teneantur, ne ſe infament. Probatur quoque auctoritate Doctorum, qui referuntur a Dominico Soto in lib. 5. quæſt. 6. de iuſt. & iur. art. 2. col. 6. in ver. enaſcitur autem hinc aliud dubium: utrum, uice uerſa, quando perſona diffamata eſt de uno crimine, interrogari poſsit de alijs occultis. Petrus enim de Palude in 4. diſtinct. 19. q. 4. affirmatiue reſpondet. cuius fundamentum eſt, quòd ratio, ob quam non licet de abditis iudicare, nõ ſumitur ex eo, quòd peccatum ſit occultum; ſed inde, quòd ſecretus ſit peccator; qui ideo per unius delicti confeſsionem detectus interrogari deinceps poteſt, ac debet, an alia commiſerit verum hanc tamen opinionem, & Adrianus, quolibeto ſecundo, Caiet. 2. 2. q. 69. artic. 2. merito confutant. nam expreſſe in canonibus citatis utriuſq; infamia exigitur, ex qua ius acquirendi naſcatur, ſcilicet, tam delicti, quàm delinquentis. eademque eſt ſententia S. Thomæ. 2. 2. q. 70. art. 1. & ratio eſt in comperto: poteſt enim quis adulterij infamia obſcurari, qui tamen circa furtum, aliaque ſcelerum genera, ſerenum habeat nomen. Attamen duobus modis licet conuictum de uno crimine de alio interrogare. uno, quando notũ crimen indicium eſt alterius; ut ſi quis infamatus eſſet, conuictuſque de adulterio, & adulteræ coniux reperiretur in ſuo lecto necatus, interrogari poſſet, an reus eſſet talis homicidij: & ſi quis de homicidio conuictus eſſet, & cadauer nondum inueniretur, interrogari poſſet ſuper ſpolio. ſecundus caſus eſt, quando unum crimen alterius eſt circumſtantia; ut qui de conſuetudine cũ puella conuincitur, iure interrogatur, an ipſam deflorauerit. Hæc omnia Sotus ubi ſupra.

Sotus.

Alphon. Aluarez

Alphonſus quoque Aluarez in ſuo Speculo utriuſque iuris, in titulo de tortura. col. 10. in fin. in uer. & ſi tortus, infraſcriptis vtitur uerbis, videlicet: & ſi tortus confitetur, ſe illud furtum feciſſe, non debet interrogari de alijs furtis, ad quæ nulla habemus indicia. ſed de generali conſuetudine Italiæ quotidie ſeruamus contrarium. ita Gandi. ubi ſupra. & idem Alphonſus ibidẽ. ſed in ver. & notabis addendo, infraſcripta dixit: & notabis addẽdo ad ea, quę ſuperius dicta ſunt, quòd ſi tortus cõfiteatur alia delicta, de quibus indicia non præceſſerunt, ſibi non præiudicat: ſed debet nouus proceſſus inchoari ſecundum Inno. in c. 2. extra de confeſsis. & And de Iſer. in quadam Extrauagan. Hæc Alphonſus Aluarez ubi ſupra.

An confeſſos de crimine proprio poßint tuta conſcientia iudices interrogare de complicibus; & quid operetur talis manifeſtatio complicum. Cap. II.

Confeſſi de ſe regulariter non poſſunt interrogari de complicibus, uel de alijs criminibus, de quibus contra eos non proceſſerunt indicia. concl. 1.

Confitẽs de ſe, licet dicat aliquem alium fuiſſe delicti ſuggeſtorem, nihil probat contra

ipſum regulariter, ſed ſolum ex ipſa confeſſione paratur uia iudici ad inquirendū ſpecialiter contra illum. concl. 2.

Confeſſus de ſe in iudicio recipitur, ut teſtis in defectum aliorum ad faciendam qualē qualem præſumptionem. concl. 3.

Confeſſio facta de ſe quando præiudicat nominato in ipſa. uide in concl. 4. & 5.

Confeſſi de ſe poſſunt interrogari de complicibus. primo in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, ut in concl. 6. & ſecundo in crimine læſæ maieſtatis humanæ, ut in concl. 7. & tertio quando quis eſſet publicus latro, ut in concl. 8. & quarto in crimine falſæ monetæ. & quinto in connexis criminibus, ut in concl. ultima.

ADductis fere omnibus adducēdis pro intellectu, ac deciſione præcedentis q̄ſtionis de effectibus, ſcilicet, conf. a reis factæ in iudicio de proprijs criminibus, una cum neceſſarijs ſcitu pro breui norma ſeruanda a iudicibus eccleſiaſticis in foro iudiciali procedere uolentibus cōtra aliquem per uiam accuſationis, uel aliorum modorum procedendi contra reos; nouiſsime operæpretiū duxi examinare præſentem quæſtionem: quoniam ſæpe contingit ipſos accuſatos confeſſos de ſe interrogari, ac compelli ad detegendos complices criminis. quod uidetur contra charitatis præceptum fieri de non infamando proximū ſuum, ſed diligendo tamquam ſe ipſum. Hāc igitur quæſtionem memoriæ commendandam examinare, ac abſoluere nonnullis concluſionibus, Deo fauente, non me pigebit poſt diſcuſsionem præcedentis quæſt. an cōfeſſus habendus ſit pro conuicto.

PRIMA CONCLVSIO.

COnfeſſi de ſe in iudicio non poſſunt īterrogari de complicibus, aut alijs criminoſis regulariter, de quibus non præceſſerunt indicia ſufficientia, ſeu infamia, aut ſemiplena probatio, iā deducta in iud. & probata in actis; ſed ſi interrogati fuerint ubi nō debuerāt, non faciunt præſumptionem cōtra aliquem, deponēdo contra ipſum, neque ad torturam; ſecus ubi potuiſſent interrogari. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primo. n. per tex. in c. 1. extra de confeſsis, ubi Clemens Papa infraſcriptis uerbis noſtram firmauit cōcluſionem, videlicet: cum ſecundum utriuſq; iuris ſtatuta dę ſe confeſsi ſuper aliorum conſcientijs interrogari non debent, & crimine læſę Maieſtatis excepto, de reatu proprio confitentis periculoſa confeſſ. non eſt aduerſus quemlibet admittenda. Si tamē eos infamia huiuſmodi laborare cognoueris, ſingulis eis adiunctis tribus ſocijs ſui ordinis, purgationem iniungas. hęc in dicto canone. Idem probatur per tex. in c. nemini. 15. q. 3. in quo Iuli⁹ Papa infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: nemini, præterq̄ de crimine læſæ Maieſtatis, de ſe confeſſo ſuper alienum crimen credi oportet: quoniā eius atque omnis rei ꝯfeſsio piculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet nō debet: quia ergo iſta de ſe confitetur ſuper alienum crimen, ei credi non poteſt; ſed contra eum ſua confeſsio interpretanda eſt. hæc in dicto canone; & per tex. in c. ueniens el 1. extra de teſtibus; ubi Alex. iij. infraſcriptis uerbis noſtræ aſtipulatur concluſioni, videlicet: ueniēs ad nos. L. presbyter ſua relatione monſtrauit, quòd ei obiectū fuit, quòd in Eccleſia Deouen. canonicum non habuiſſet ingreſſum; quia promiſiſſet unicuique parrochianorum quinque barillos uini remittere, qui ſacerdoti ibi pro tempore ſeruienti conſueuerant pro beneficio dari. uerum cum duo apparuiſſent, qui iurati depoſuerūt, prædictum presbyterum talem feciſſe promiſsionem, & cū altero illorū pactum illud factū fuiſſe; tu de presbytero, ꝓut ordo rationis exigit, iudicaſti; & nos tuam ſententiā commendamus, eo quòd ille, qui eodē erat

c. 1. ex. de confeſſ.

c. Nemini. 15. q. 3

c. ueniēs el 1. ex. de teſtibus.

erat infectus crimine, inde contra eum
teſtificari non poſſet, nullique de ſe cõ-
feſſo aduerſus alium in eodem crimi-
ne ſit credendum, nec vnius teſtimoniũ
ad condemnationem ſufficit alicuius.
c. Negã-da. q. 9. hæc in dicto canone. & in c. neganda 3.
q. 9. Stephanus Papa cõfirmauit noſtrã
concluſionem infraſcriptis uerbis, vi-
delicet: neganda eſt accuſatis licentia
criminandi, priuſquam ſe crimine, quo
præmuntur, exuerint; quia non eſt cre-
dendum contra alios eorum cõfeſsio-
ni, qui criminibus implicantur; niſi ſe
prius probauerint innocentes: quo-
niam periculoſa eſt, & non debet ad-
mitti rei aduerſus quemcunque pro-
feſsio. hæc inter alia in d. canone. Idem
l. fin. C. d accuſat. apertiſsime probatur per tex. in l. fin. C.
de accuſ. in §. nemo, ubi hęc habentur.
nemo tamen ſibi blandiatur obiectu
cuiuſlibet criminis, de ſe in quæſtio-
ne confeſſus ueniam, ſperans propter
flagitia adiuncti, uel pro communio-
ne criminis conſortium perſonę ſupe-
rioris optans, aut inimici ſupplicio in
ipſa ſupremorum ſuorum ſorte ſatian-
dus, aut eripi ſe poſſe confidens aut
ſtudio, aut priuilegio nominati; cum
ueteris iuris auctoritas de ſe confeſ-
ſos ne interrogari quidem de alio-
rum conſcientia ſinat. nemo igitur de
proprio crimine confitentẽ ſuper con-
ſcientia ſcrutetur aliena. hæc omnia in
dicta l. Probatur quoque per arg. in l.
l. qm̃: li-beri. C. d teſtibus. quoniam liberi C. de teſtibus. dixi per
argum. quoniam re uera ibi non loqui-
tur de confeſsis; ſed tantum, quòd con-
ſcius criminis non debet admitti ad
teſtimonium ferendum; quaſi diceret,
nunquam dictum conſcij, ac participis
criminum debet recipi contra ſocium.
ibi enim infraſcripta uerba habentur,
videlicet: quoniã liberi teſtes ad cau-
ſas poſtulantur alienas, ſi ſocij, & par-
ticipes criminis non dicantur, &c. hæc
enim inter alia ibi habentur. & per ar-
gum. in l. repeti. ff. de quæſt. ubi haben-
tur infraſcripta, videlicet: repeti quæ-
ſtionem poſſe diui Fratres reſcripſerũt.
is, qui de ſe confeſſus eſt in caput alie-
num, nõ torquebitur, ut Diuus Pius re
ſcripſit. hæc ibi: tex. eſt quoque in c. non
eſt credendum, 3. q. 10. ubi Hadrianus
Papa infraſcriptis uerbis roborat præ-
ſentem concluſionem, videlicet. non eſt
credendum contra alios eorum con-
feſsioni, qui criminibus implicantur,
niſi ſe prius probauerint innocentes;
quia periculoſa eſt, & admitti non de-
bet rei aduerſus quemcunque profeſ-
ſio. hæc in dicto canone. Probatur & ſe-
cundo auct. Doct. Glo. enim in d. c. 1. ex- Glo.
tra de confeſſ. in ver. confeſsi, infraſcri-
ptis verbis noſtræ concluſioni ſe ſub-
ſcripſit, videlicet; nulli ergo de ſe confeſ
ſo ſuper crimine aliorum creditur; ſic
infra de teſtibus. c. ueniens, & 15. q. 3. c.
nemini, & 3. q. 9. negando, & C. de ac-
cuſ. l. fin. & hoc generale eſt pręterquam
in crimine læſæ Maieſtatis. hæc illa Glo.
inter alia. Glo. quoque in dicto c. nemi-
ni, in ver. credi, infraſcriptis utitur uer-
bis, videlicet: præiudicatur tamen alte-
ri ex tali confeſsione in tantum, quòd
ei indicitur purgatio, ut extra de adul-
te. cap. ſignificaſti. quod uerum eſt ſi
laboret infamia; aliàs non, ut extra de
purgat. canonica, cap. nos inter alios, &
extra de confeſsis, cap. cum monaſte-
rium. hæc omnia d. Glo. Pan. quoque ſe Pan.
ſubſcripſit noſtræ concluſioni in dicto
cap. 1. extra de confeſsis, in multis lo-
cis ibidem. & primo in verſi. ex hoc, co-
lumna 1. ubi infraſcriptis utitur uerbis,
videlicet: ex hoc nota limitationem ad
id, quod dicitur, unum teſtem facere
indicium ad torturam, ut notat Glo. in Indiciũ ad tortu-
l. 3. C. ad l. Iul. notat Bar. in l. maritus. ff. rã quale requira-
de quæſtio. Illud enim procedit in teſte tur.
integro. ſecus videtur in eo, qui ali-
qua exceptione poteſt repelli: pro hoc
bonus textus ſecundum unam lectu-
ram, quam ſentit ibi Glo. fin. ff. de quæ-
ſtio. lege maritus. & nota hoc procede-
re, etiam ſi confitens crimen proprium
ſit presbyter, ut hic. fortius ſi eſſet
malæ famæ, & uitæ, uel non tantæ
dignitatis. adde tu, quòd pro hoc

notabis, quæ attuli in præced. libello, titu. de tortura cap. 5. concl 1. ubi agitur de ſpeciebus torturæ, & ſic concordabis Pan. dicentem, depoſitionem unius teſtis non integri non facere indicium ad torturã. intellige tu ad plenam torturam; ſcilicet ad primum gradũ torturæ, ut ſupra probaui. ſequitur Pan. ubi ſupra: nota ſecundo aliam regulam utriuſque iuris, quòd confitens propriũ delictum nõ debet interrogari de alijs criminoſis; quia confeſsio talis eſt periculoſa, cum ſint criminoſi. hæc Pan. ubi ſupra. qui, & ibidem col. 2. in verſi. Glo. tamen iſta in fine limitat prædicta, ubi infraſcriptis utitur verbis, quæ, cũ ſint omnia memoriæ commendanda ꝓ deciſione omnium fere ambiguitatum, quæ poſſent occurrere, illa referã partim hic de uerbo ad uerbum, partim in ſequentibus concluſionibus. hic uero adducam ſententias Doctorum ab ipſo relatas circa præſentem cõcluſionem, una cum ſua ſententia. quo ad præſentem concluſionem, infraſcriptis igitur utitur verbis, videlicet: Glo. tamen iſta in fine limitat, prædicta dicens, ꝙ iſtis, qui de ſe confitentur, creditur, nõ quantum ad conuincendum; ſed quantum ad præſumptionem: vnde ſi adſint aliæ præſumptiones, ualent; aliàs per ſe non ſufficerent. ſed aduerte diligenter, quia hæc limitatio Glo. poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd limitet regulam. Secũdo, quòd limitet exceptiones. & ſecundum relationem uarius ſurgit itellectus. ſi enim limitat regulam, ſenſus eſt, quòd iſtis de ſe confeſsis non creditur regulariter, quo ad cõuincendum; ſed quo ad præſumptionem ſic. ſi uero limitat caſus exceptos, ſenſus eſt, ut regulariter iſtis non credatur in aliquo: ſed in caſibus exceptis creditur, quo ad præſumptionẽ, non quo ad conuincendum. hunc ultimum intellectum ſentit Glo. in d. c. nemini, & facit ibi tex. & hic, dum indiſtincte dicit confeſsiones talium nõ eſſe contra alios admittẽdas; nec debere interrogari de aliorum cõſcientijs: quaſi dicat, ut iſti differant inter ſe, quòd neque interrogari debent de alijs; nec ſi confitentur ſine interrogatione, eorũ confeſsio eſt contra alios admittenda: & per conſequẽs videtur, quòd regulariter nullam fidẽ talis cõfeſsio faciat: ſed in caſibus exceptis inducat præſumptionem. Quid dicendum? quidam dicunt, ut refert hic Hoſt. quòd priuſquam de ſe confiteantur, poſſunt de alijs interrogari, & eis creditur: poſtea uero nõ, ut hic. hoc reprobat Hoſt. per l. prius. ff. ad Syll. ubi in caſu ſpeciali prius familia interrogatur de ſe, an interfecerit dominum; & poſtea interrogatur de alijs. ipſe uero Hoſt. dicit, quòd interrogari poſsunt ad iudicis inſtructionem, non quòd eis credatur, ut dicit Glo. uel interrogantur contra infamatum: ſed de occultis non interrogantur, de accuſ. c. qualiter & c. inquiſitionis. & ſic loquitur hic. & cum hac opinione tranſit Io. And. Glo. iuris ciuilis in l. fin. C de accuſ. facit regulam, quòd reus de aliorum conſciẽtijs interrogari non debet. fallit ſecundum eum propter inmanitatem criminis. Primus eſt. C. de fer. l. Prouinciarum. Secundus de falſ. mone. l. 1. Tertius ff. de cuſtodia reorum. l. diuus Adrian⁹ §. item alius. ff. ad exhiben. l. fi. C. de male. & Matth. l. fi. & facit ad idem. l. 1. C. de cuſtod. reorum & notabiliter dicit Glo. in d. l. fi. quòd in his caſibus non debet interrogari, niſi aliqua præcedat præſumptio, ut C. de ſequeſt. l. 1. item dicit, quòd eius reſponſio non erit plena ꝓbatio, ſed aliqua præſumptio. & nota bene hæc ultima duo dicta, videlicet: Primo, quòd in caſibus nõ fit interrogatio, niſi pręcedat aliqua pręſumptio. Secundo, quòd etiam in caſibus ſpecialibus non reſultat ex confeſsione plena probatio, ſed tantum præſumptio. Cy. in dicta l. fin. videtur tranſire cum opinione Glo. ſed quærit ultra Glo. qd? ſi áliquis fuit interrogatus de crimine aliorum, & reſpondit. numquid ſua cõfeſsio præiudicat? & refert quoſdam,

Auctor.

quos

quos ipſe ſequitur diſtinguentes , an debuerit interrogari,an non . ſi debuit interrogari,quia eſt de caſibus ſpecialibus ; tunc non præiudicat plene : ſed facit aliquam præſumptionẽ , ita quòd locus eſt quæſtioni per tormenta. ſi nõ debuit interrogari; tunc nõ facit talem præſumptionem,quòd locus ſit tormẽtis. & refert Pe. intellexiſſe indiſtinctè, quòd talis confeſsio inducit talem præſumptionem,quòd locus ſit tormentis. ſed præcedens ſententia Cy.videtur rationabilior. Bar. in d.l.fi.ſimiliter tranſiuit cum Glo.ſed in l.repeti.ff.de quęſt. impugnat dictum Gloſę dicens,leue eſſe dicere hoc fallit: quaſi uelit dicere, reddenda eſt ratio fallentiæ. vnde uolens ipſe in hoc dare theoricam dicit, quòd q̃dam ſunt delicta,quę non committuntur principaliter in offenſam , uel odium alicuius ; ſed propter commodum committentium,ut falſare ſeu fabricare monetam; item, & latrocinia facere (nam latrones non oderunt aliquẽ;) ſed diligunt æs alterius. & iſto caſu poteſt iterrogari de ſocijs,vt l.diuus ff de ſer.& l.fi.C.de Ma. & Matthę.& ita dicit ſe intelligere. l. qui vlt. in fin ff.de pę.& l.fi.ff.ad exhiben.quędam ſunt delicta , quæ committuntur principaliter in odium aliorum . & in iſtis confeſſus de ſe non debet interrogari de alijs, ut d.l. repeti. & d l.fin.C.de accuſ.fallit ſecundum eum in caſu dictę l.prius.ex p̃dictis infert, quòd fures poſſunt interrogari de ſocijs , & receptatoribus , & ſimilibus,arg.d.l.diuus.Ratio prędictorum ſecundum eum eſt ; quia quando delictum committitur in alterius iniuriam,eſt qui alios delinquentes poteſt accuſare: ſed non ita in delictis,quę nõ committũtur principaliter in alterius iniuriam . ideo magis permittitur iudici inquirere in iſtis , quàm in alijs. & nota bene hanc theoricam Bart. quę eſt ſatis ęqua,& debuit excepiſſe alium caſum , ſcilicet , crimen læſę Maieſtatis : nam illud committitur in odium Principis: & tamen interrogatur de ſocijs, arg.hic,& c.fin.15 q.3.ſed Bar.non proſequitur, quid ſi interrogatur,ubi non debuit interrogari?item obſtat diſtinctioni ſuę,quod legitur, & notatur in c. quoniam,de teſtibus.vnde proſequendo totam materiam facio duo membra. Primum nũquid de ſe cõfeſſus debeat de alijs interrogari. Secundũ,q.d? ſi interrogat,vel ſine interrogatione de ſocijs r̃ndet.qualem probationem facit illa confeſsio? venio ad primum: quod ſubdiuido . aut enim quęritur,numq d debeat interrogari ex officio iudicis, maxime torquendo criminoſum . hęc omnia Pan. ubi ſupra . qui & ibidem. colum.3. in ver.ſecundo caſu,infraſcriptis utitur verbis, videlicet:ſecũdo caſu,numquid debeat a iudice interrogari , ſatis poteſt teneri theorica Bart. pręallegata in d.l. repeti.Secũdo membro principali, ſi interrogatur , uel reſpondeat ſine interrogatione,ſatis poteſt ſubſtineri illa opinio , quę placuit Cy. ut in caſibus,in quibus potuit interrogari faciat pręſumptionem ſufficientem ad torturam.arg. hic,dum excipit crimen lęſę Maieſtatis.vnde dicẽdum in alijs exceptionibus,prout ſentit hic Glo. in alijs vero orietur quędã præſumptio : ſed non tanta ; quòd ſufficiat ad torturam.quòd oriatur aliqua præſumptio,etiam ſi non debuit interrogari, facit Glo. in c.interrogatum.2. q.5.& c.ſignificaſti,de adult. & notatur per Bar.in l.maritus.ff.de quæſ.& quòd non ſufficiat ad torturam,facit optime iſte tex. inducendo , prout ſupra induxi in primo notabili. 121 Hæc omnia Pan. ubi ſupra. Hoſtien. quoque in Summa, ſub titulo de confeſsis.in § qualiter intelligatur hęc regula. colum.4.in fine in ver.item dico contra ſe, ibi dixit, quia ſi contra alium confiteatur , non obeſt ei,contra quem fit confeſsio , & in col. ſequenti in ver.hoc in ciuilibus,ubi inter alia infraſcriptis vtitur verbis , videlicet : multo fortius in criminalibus locum habent,infra de adulterijs,c. ſignificaſti:ubi enim non debet quęri de aliorum

Pan. proſequitur exponens ſua ſententiam

aliorum conſcientijs. C. de accuſ. l. fin. hæc ille ubi ſupra. Probatur & tertio præſens concluſio, ultra innumeras rationes adductas a directoribus prædictæ, & hac ratione, quæ talis reddi poteſt, videlicet: cũ de iure diuino unuſquiſque teneatur, quantum in ſe eſt, occultum fratris peccatum non detegere; & eum, qui hoc agit, & complices peccare mortaliter, nulli dubium eſt. ergo patet, iudices nõ poſſe de iure eo gere aliquem reum de ſe confeſſum ad propalanda occulta fratrum etiam complicum occultorũ crimina, ut peroptime quoque ſentijt teſtatuſque eſt exclamando contra iudices noſtræ tẽpeſtatis ipſe Hoſt. ĩ ſua Summa, ubi ſupra, col. 7. in fine, infraſcriptis utẽs uerbis, videlicet: in alijs ergo, niſi exceptis (de quibus iam paulo ante mẽtionem fecerat, quæ crimina ego in ſubſequentibus concluſionibus adducam) his criminibus nõ debet quis de aliorum conſcientijs interrogari; aliorum dico occultorum. ſed iudices noſtri tẽporis contra hoc uſurpando, temere præſumentes de caſibus ſpecialibus faciunt generalem regulam, indifferenter quærentes, ut peccata, & delicta vẽdere poſsint. & ſic reciprocant ordinẽ occultorum. ideo dixi, quia ſi alij infamati eſſent, tũc etiam a criminoſis poteſt inquiri, infra de accuſ. c. qualiter el 1. ad finem. hæc Hoſt. ubi ſupra. cuius ſanctiſsimam ſententiam amplexatus fuit poſtmodum Dominicus de Soto ĩ lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. ſexta art. 2. col. 6. in ver. at quis. ex huius quæſtiunculæ reſponſione facile alterius ſolutio colligitur, videlicet: utrum ille, qui ꝓpriũ faſſus eſt crimen, licite poſsit de complicibus interrogari, qui nulla infamia læſi ſunt. nam & ſi parti affirmatiuę patrocinetur: ex his tamen, quę dicta sũt, conſequitur negatiua: quin uero expreſſa eſt iuris determinatio, ut in c. cũ monaſterium, de confeſsis, & in c. ueniens de teſtibus, & 15. q. 3. c. nemini, & C. de accuſ. l. fin. & ff. de quæſt. l. repeti, quibus locis cauetur, ne confeſsi de ſe ſuper aliorum conſcientias interrogẽtur, crimine læſæ Maieſtatis excepto, quo comprehenditur & hereſeos impietas: tametſi alios etiam Bar. ſuper eadem l. repeti, excipiat, ut publicos latrones, & eos qui falſam monetam cudunt. de his autem ſatis illic a nobis. & eadem regula, quam nuperrime ſtatuimus, hic ſimiliter locum habet, videlicet, ꝙ liceat reum interrogare de complicibus; quando ipſe teneretur accuſare; nempe ad obuiandum futuro malo in damnum reipublicæ, uel pernitiẽ tertiæ perſonæ, non aũt ad uendicandũ prætetitum. Scio equidem contrariam vigere conſuetudinem: neſcio tamen ex quo orta ſit iure. profecto in cõſcientia interrogatus parere non cogitur, vt Caiet. ait in ſuis opuſculiſ 16. reſp. quæſt. 5. ſed tñ abſit, ut qui tacere licite põt, mendaciũ dicat, ut illic inſinuat. hæc ille ubi ſ. Sed pro deciſione iſtius quæſtionis. ſ. in tali caſu an mentiri liceat, uel an poſsit amphibologice reſpõdere ipſe reus, vide, quę dixi in c. 6. fol. ubi examinaui, an accuſatus teneatur fateri delictum ſuum, concl. 3. libri primi, titulo de accuſ. Doctor quoque Nouarrẽſis in ſua Sũma, c. 18. numero 58. & 59. q̃ libentiſsime aſtipulatur pñti concluſioni; ꝓ qua ẽt adducit prędicta iura per nos adducta, additque in dicto num. 59. ꝙ de complicibus non debet fieri interrogatio, etiam in caſibus in iure expreſsis, nominatim, ſed generaliter; aliás iudex peccaret: immo etiam in dictis caſibus, quando contra eos nulla adeſt præſumptio, aut infamia. hæc ille ubi ſ. Præſenti concluſioni ſe quoque ſubſcripſit Iulius Clarius in ſua practica criminali lib. 5. §. fin. quæſt. 21. in ver. dictum ſocij criminis.

Auctor.

Auctor. Hoſt.

Nauarrẽſis.

SECVNDA CONCLVSIO.

Regulariter ad dictũ confitentis crimen proprium non debet alter ſubijci

bijci torturæ: licet dicatur ab ipſo confitente, illum fuiſſe ſuggeſtorem, uel ſocium delicti: ſed tantum ad inquirendum ſpecialiter contra ipſum confeſſum, ſeu nominatum in confeſsione; & ſi reus ſua ſponte confeſſus fuiſſet ſocios; niſi ille talis repertus fuiſſet, quia tūc neque faciet de per ſe indicium ad torturam; quia aliàs, etiam in caſibus exceptis, non faciet indicium ad torturam de per ſe ſine alia ſuſpicione. & ita quotidie ſeruatur: licet in criminibus exceptis leuior ſuſpicio ſufficeret, non tamen in alijs. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. in c. 1. ex. de confeſſ. ubi Clemens Papa infraſcriptis verbis noſtram roborat concluſionem, videlicet: cum monaſterium, & infra. eos, quorū ſuggeſtione ſcelus homicidij ſe presbyter perpetraſſe proponit, niſi alijs modis uerum eſſe conſtiterit, nulli cenſemus pęne ſubdēdos: cum ſecundum utriuſque iuris ſtatuta de ſe confeſsi ſuper aliorum conſcientijs interrogari non debent. Hęc in dicto canone. Probatur & ſecūdo auctoritate Pan. ultra adductas auctoritates Doctorum in præcedēti concl. quæ implicite hāc probant etiam. Pan. enim in d. c. cum monaſterium col. 1. in ver. nota primo, infraſcriptis utitur verbis, vz: nota primo, ꝙ regulariter ad dictū confitentis crimen proprium non dēt alter ſubijci torturæ; licet dicatur fuiſſe ſuggeſtor, uel ſocius delicti. & optime ad hoc facit hæc littera in arg. dum dicit nulli penæ ſubdēdos, & c. pondera enim illam dictionē vniuerſalem negatiuā, nulli: tortura enim eſt pœna non modica. hinc eſt, ꝙ d iure ciuili poteſt appellari a iudice eam decernente; licet aliàs ab interlocutoria non appelletur, lante ſententiam. ff. de appell. re. canonizata 2. q. 6. c. ante ſententiam. Probatur & tertio ratione adducta in præcedenti concl. Probatur inſuper auctoritate Iulij Clarij in ſua pract. crimin. li. 5. §. fin. quæſt. 21. in ver. retenta igitur & ī verſ. ſcias tamen. & verſ. ſequentibus, ubi

c. 1. ex. d confeſſ.

Pan.

Auctor.

breuiter inter alia probat noſtram cōcluſionem colligendā fore, quando iudex interrogauerit poſt rei confeſsionem, ſcilicet dicendo, quomodo occiderit; & ipſe dicat, quòd tali die; & ipſe, & Petrus, & tali modo illum occiderunt; quia tunc regulariter tātum aperitur uia iudici ad inquirēdum ſpecialiter contra nominatum; etiam ſi illuc uſq; nihil contra ipſum probatum fuiſſet; quia talis uocatio habebitur loco denunciationis tantum.

TERTIA CONCLVSIO.

Confeſſus de ſe in iud. pōt regulariter recipi, ut teſtis ī defectum aliorum, ad faciēdum aliqualē pręſumptionem, maxime ſi agatur de crimine ciuiliter tm̄: licet idem dicendum ſit hodie ex cōſuetudine curiarum, ſi agatur criminaliter. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per tex. in c. qm̄, ex. de teſtibus, ubi infraſcripta habentur, vz: quoniam aliqua nobis de perſona Epiphanij presbyteri ſunt facinora nuntiata, neceſſe eſt, vt diligentius perſcruteris; & ſeu mulieres cum qbus peregiſſe dicitur, ſeu alios, quos de cauſa ſcire aliquid ſenſeris, huc feſtines adducere, quatenus eccleſiaſtica diſtrictione liquide poſsint, quæ uera ſunt, aperiri. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo auct. Doct. Glo. enim in d. c. quoniam in ver. cum quibus, circa finem, infraſcriptis uerbis præſenti ſe ſubſcripſit concluſioni, vz: & ſic videtur, ꝙ ſocij criminum admittantur. ꝯ infra eo. c. ueniens, & ſupra de confeſſ. c. 1. hic non recipiuntur ſocij ad plenam probationem, ſed ad præſumptionem tm̄, ſicut ſerui qnque ad præſumptionē recipiuntur, 4. q. 3. §. item ſerui. hæc Glo. Pan. quoque facet noſtræ concluſioni in dicto c. 1. extra de confeſsis. colum. tertia, in verſi. 1. caſu dico, quòd confeſſus, ut teſtis, recipi poteſt in defectum aliorum ad faciendam talem qualem pſumptionem, max. ſi agitur de cri-

c. qm̄ ex. de teſt. bus.

Glo.

Pan.

crimine ciuiliter. de hoc eſt tex. iuncta Glo. in c. quoniam de teſtibus. & eam ſequitur Inn. ibi in quadam lectura. ad idem quod in c. ueniens el 1. eo. titu. facit Glo. in c. 1. de teſtibus, in 6 in ver. ad teſtimonium. & hoc regulariter. hęc oĩa Pan. idem dicit Glo. dicta in c. 1. de teſti. in 6. infraſcriptis utens verbis, videlicet: ad teſtimonium. nota quòd ad præſumptionem faciendam bene admittuntur; ſed non ad probationem. hæc Glo. illa. quod Pan. quoque affirmauit in c. quoniam de teſti. in ver. nota, & tene menti, infraſcriptis uerbis, videlicet: nota, & tene menti hanc lecturam, quòd ſocij criminis, & fortius criminoſi, qui fuerunt ſocij, admittuntur in teſtes ad faciēdam præſumptionem. hoc intelligo uerum, quando agitur ciuiliter, ut hic agebatur: ſi autem ageretur criminaliter, dic, ut dixi in c. 1. ſupra de confeſsis. hæc ille. Probatur quoque præſens concl. practica ipſa curiarum noſtra tempeſtate, & auctoritate Iulij Clarij in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 21. in ver. ſucceſsiue q̃ro, in ver. ſed quid in criminib', in ver. & ex hac concl. Probatur & hac ratione: quoniam ſi per ſe talis confeſsio, ac alterius nominatio in tortura faceret indicium ad torturam, ſequeretur inde hoc abſurdiſsimum; quòd quamfacillime uiri probi torturæ ſubijcerentur ſine indicijs ueris; ſed ſolum nominatione infamium; quos forſan ipſi ob bonum Reipublicę procurādum tradiderunt curiæ; vel eorum flagitijs participes eſſe noluerunt, uirtutis amore.

Glo.

Pan.

Iul. Cla.

Auctor.

QVARTA CONCLVSIO.

DVo ſocij criminis, confeſsi de ſe, ſi deponant cōtra aliquem, tamquā ſibi ſocium criminis, licet ex tali depoſitione non dicantur cōuicti de crimine: tamen ex ipſa orietur indicium ad torturam cōtra taliter nominatum; etiam ſi fuiſſent forſan ſingulares ipſi taliter confeſsi in ſuis dictis. Hæc concluſio ꝓbatur practica ipſa curiarum utiuſque fori, necnon auctoritate Iulij Clarij, ubi ſupra. §. ſed pone, quòd non unus tantum.

QVINTA CONCLVSIO.

COnfeſſo de ſe in iud. etiā ſi vt teſtis iudicio aſtaſlet, non eſt credendum in cauſa criminali criminaliter mota; niſi cum iuramento, ſiue quādo ad torturam ligatur, ſiue ante ipſam: de quo uult teſtari: & talem nominationem ille talis confeſſus confirmet in tormentis; quia tunc talis denominatio faciet aliqualem præſumptionem, ut ſupra fuit probatum. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. apertiſsimum in c. ueniens. el 1. extra de teſti. cuius uerba retuli in concluſionis primæ præſentis capituli probatione, & inſuper per tex. in c. 1. de teſti. in 6. ubi habentur infraſcripta ſtatuta per Gregorium nonum in concilio generali Lugdunenſi, videlicet: mediatores, per quos ſcelus ſimoniæ plerūque cōmittitur, ad teſtimonium contra ſceleris eiuſdem auctores in deteſtationem criminis admittuntur; ſi non agatur criminaliter; ſed ciuiliter, & emolumentum exinde non fuerint aſſecuti, hæc in dicto canone. Probatur quoque & ſecundo per auctoritates Doctorum adductas in cōcl. 1. cum idem implicite ibi probetur; immo & explicite; ac peroptime per Iuliū Clarum ubi ſupra, in verſi. quæro numquid, & ſequenti

c. veniēs el 1. ex. d teſtibus.

c. 1. d teſti. in 6.

SEXTA CONCLVSIO.

COnfeſsi de ſe in iud. de crimine læſæ Maieſtatis Diuinę. i. in crimine hęreſis, poſſunt interrogari de complicibus criminis huiuſmodi. hæc concluſio probatˀ duplici medio. Primo enim per arg. in c. in fidei fauorem. de hæret. in 6. ubi Alexander quartus ſcribens Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, infra-

c. in fidei fauorē. de hęreticis in 6.

ſraſcriptis uerbis uſus fuit, videlicet: in fidei fauorem concedimus, ut in negotio inquiſitionis hęreticæ prauitatis excommunicati, & participes, uel ſocij criminis ad teſtimonium admittãtur, prêſertim in ꝓbationum aliarum defectum contra hæreticos, fautores, receptatores, & defenſores eorum; ſi ex veriſimilibus coniecturis, ut ex numero teſtium, & perſonarum tam deponentium, quàm eorum, cõtra quos deponitur, qualitate, ac alijs circumſtantijs, ſic teſtificantes falſa non dicere ꝓſumantur. hęc in dicto canone. Probatur & ſecundo per Glo. in d. c. & Archid. qui ambo Doctores nihil noui adducunt ibidem, cum clarus ſit tex. & infra. hęc conclusio cum concluſionibus ſubſequẽtibus probabit auctoritate aliorum Doctorum in ultima concluſione iſtius capituli. iccirco alia non adducam hic.

SEPTIMA CONCLVSIO.

COnfeſſus de ſe ſuper crimine lęſę maieſtatis humanę poteſt interrogari ſuper aliorũ conſcientijs. hęc concluſio probatur duplici medio. Primo c. 1. d cõ feſſis. enim per tex. in c. 1. extra de confeſsis, iam per me relatum de uerbo ad uerbum in cõcluſione prima pręſentis ca- c. ſi quis. 6. q. 1. pituli, & per arg. in c. ſi quis 6. q. 1. §. ſane; ubi hęc habentur, videlicet: ſane ſi quis ex his in exordio inirę factionis, ſtudio uerę laudis accenſus, ipſe prodiderit factionem, & prêmio a nobis, & honore ipſe decorabitur: is uero, qui uſus fuerit factione, ſi ſera (tamen incognita) adhuc conciliorum arcana patefecerit, abſolutione tamen, ac uenia dignus habebitur. hęc ibi. cuius uerba habentur quoque in §. ſane l. quiſquis cũ militibus. C. ad l. Iul. Maieſt. Proba- c. nemini 15. q. 3 tur quoque pręſens concl. per tex. in c. nemini 15. q. 3. relatum ſupra, in concl. 1. pręſentis capituli. Et probatur ſecundo pręſens concluſio per Doctores in dictis iuribus, cum ipſius ueritas ſit luce clarior.

OCTAVA CONCLVSIO.

PVblicus latro, confeſſus de ſe, poteſt interrogari de ſocijs. hęc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per arg. in l. prouinciarum. C. de ferijs, l. prouinciarum. C. de fer. ubi infraſcripta habentur, videlicet: Prouinciarum prêſides moneantur, ut in quęſtionibus latronum, & maxime Iſaurorũ, nullum Quadrageſimę tempus, nec uenerabilem Paſchę diem exiſtiment excipiendum, ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per latronum tormenta quęrenda eſt: cum facillime, & in hoc Summi numinis ſperetur uenia, per quod multorũ ſalus. & incolumitas procuratur. hęc in d. l. Probatur & ſecundo auctoritate Glo. in d. l. in ver. Paſchę, ubi infraſcripta Glo. intulit, videlicet: hoc ſpeciale in latronibus de Iſauria, qui perfidiores erãt: nam & in eo, quod ſcrutantur ſuper conſcientia aliena, eſt ſimiliter hic ſpeciale: nam regulariter contra, ut infra l. fin. C. de accuſ. Glo. quoque in c. 1. extra de confeſsis, hęc ait in ver. confeſsi. itẽ auditur confeſſ. unius latronis aduerſus & contra alu. m. C. de Ferijs. l. prouinciarum.

NONA CONCLVSIO.

COnfeſsi de ſe, falſificantes monetã, poſſunt interrogari de complicibus, ac conſcijs delicti. hęc concluſio ꝓbatur duplici medio. Primo per tex. l. 1. C. de falſa moneta apertiſsimum in l. 1. C. de falſa moneta; ubi hęc habentur, videlicet: quoniam nonnulli monetarij adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercent, cuncti cognoſcant neceſsitatem ſibi incumbere huiuſmodi homines inquirẽdi, ut inueſtigati tradantur iudici, facti conſcios per tormenta illico prodituri, ac ſic dignis ſupplicijs addicendi. hęc in dictę legis. §. 1. in his omnibus: caſibus exceptis concordant fere omnes

Docto-

Glo. Doctores ſuper dicta iura.& Glo.in c.1. extra de confeſsis, & ibi Pan.& Glo.in
Hoſt. c.fin.C.de accuſ. & Hoſt.in ſua Summa, ſub titu.de confeſsis.§.qualiter intelligatur hæc regula, in ver. excipiuntur tñ. Attamen eſt memoriæ commendandum quod dicit dicta Glo. in l.fin.C.de
Pan accuſ.in ver. conſcientia,in fine; & Pan. in d.c.1.de confeſsis, in ver.fallit ſecundum eam; ubi dicit: notabiliter dicit Glo in d. l. fin. ꝙ his caſibus non debet interrogari, niſi aliqua præcedat præſumptio, ut in l.1.C.de ſequeſtratione: item dicit, quòd eius reſpõſio non erit plena probatio;ſed tãtum præſumptio. hæc Pan.idem fere dixit Glo. in d c.1.extra de confeſsis,in ver.confeſsi,in fine, poſt enumerationem caſuum exceptorum,infraſcriptis uerbis utens, videlicet:iſtis,qui de ſe confitentur,creditur non quantum ad conuincendum, ſed quantum ad præſumptionem: vnde ſi adſunt aliæ preſumptiones ualent:aliàs per ſe non ſufficerent.hæc in dicta Glo. Commendandum ſummopere eſt inſu
Pan. per,quod Pan.in c.1.de confeſsis.col.3. in ver.ſecundo membro princ.dicit,infraſcriptis uerbis utens, videlicet:ſi interrogat, uel reſpondeat ſine interrogatione, poteſt ſuſtineri illa opinio, quæ placuit Cy.ut in caſibus,in quibus potuit interrogari,faciat præſumptionem ſufficientem ad torturam,arg.hic, dum excipit crimen læſę Maieſtatis:vnde dicendum in alijs exceptionibus, vt ſentit hic Glo. in alijs uero orietur quędam preſumptio;ſed nõ tanta,quæ ſufficiat ad torturam. &,ꝙ oriatur aliqua preſumptio etiam ſi non debuit interrogari,facit Glo. in c. interrogatum.2. q.5.& c.ſignificaſti de adult.& not.per Bar.in l maritus.ff.de quęſt.& ꝙ nõ ſufficiat ad torturã, facit optime iſte tex. in lucendo, prout ſupra induxi in primo notabili. hęc ille. ex cuius dictis,& prędictorum Doctorũ habemus, quòd etiam quando huiuſmodi poſſunt interrogari,non plene probant,ſi confiteantur contra ſocios; niſi pręceſſerit

Confeſſ. cõplicis uni' nõ facit indiciũ ad torturã cõtra cõplices alios, niſi in crimine læſæ maieſtatis.

aliqua præſumptio;licet in huiuſmodi caſibus talis confeſsio faciat pręſumptionem ad torturam;licet non in alijs Hoſt.
caſibus, quamuis inducat aliquam pręſumptionem. Hoſt. enim,ubi ſupra,in ver.uerum licet,noſtro epilogo ſummopere fauet, infraſcriptis uerbis utens, videlicet: uerum in prędictis caſibus dixerim de aliorum conſcientijs poſſe quęri;non tamen dixi,quòd reſponſiones probationem faciant; ideoque,niſi per alios conuincantur, uel ipſimet uocati confiteantur, non condemnabũtur; cum in his ꝓbationes exigantur, luce clariores. 5. q. 6.c.Epiphanium.C. de probat.l.ult.2.q.1.c.nos in quemquã. Per participes autem criminis non poteſt quis cõuinci. & hoc exaudias quo ad pœnam ordinariam imponendam, ſcilicet, quando accuſatur quis; ſecus, ſi ex officio procedit iudex ad multam extraordinariam indicẽdam; quia tũc leuiores probationes ſufficiunt. hęc omnia Hoſt.ubi ſupra.

DECIMA, ET VLTIMA conclusio.

CONſeſsũ de ſe poterit iudex interrogare de cõplice ac criminis participe in connexis, quando conſtat de uno connexorum. Hęc cõcluſio probatur triplici medio.Primo enim per arg. in c.cum ſit,extra de ætate, & qual. or- c. cũ ſit. ex. de ętate,&qualit.ordi.
di. ubi Inn. iiij. in Conſilio generali infraſcriptis uſus fuit uerbis,videlicet:cũ ſit ars artium regimen animarum, diſtricte pręcipimus,ut epiſcopi promouendos in ſacerdotes diligenter inſtruant, & informent, per ſe ipſos, uel per alios idoneos uiros ſuper diuinis officijs, eccleſiaſticiſque ſacramentis, qualiter ea ualeant rite celebrare: qm̃ ſi de cetero rudes, & ignaros ordinare præſumpſerit (quod quidem facile poterit deprehẽdi) & ordinatores, & ordinatos ultioni graui decernimus ſubiacere. hæc in dicto canonis principio. Probatur quoque auctoritate Hoſt.in ſua Summa,in tit.de confeſsis, Hoſt.
§.qua-

§. qualiter ĩtelligatur. col. 6. in ver. item fallit in connexis, ubi infraſcriptis utitur verbis, videlicet: item fallit in connexis: nam ex quo conſtat de uno connexorum, & de alio uidetur conſtare: nã ſi conſtet aliquem male ordinatum, conſtat, ꝙ ordinator male ordinauit; & ꝑ conſequẽs pœna dignus eſt, ſupra de ęta. & qua. ordi. c. cum ſit. hæc Hoſt.

An confeſſio rei de crimine, facta extra iudicium, ipſi præiudicet. Cap. IIII.

Confeſſio de aliquo crimine extraiudicialis facta regulariter non præiudicat, quo ad ipſum condemnandum. concl. 1.
Ex confeſſione extraiudiciali oritur indicium ad torturã contra confeſſum. concl. 2. & 3.
Confeſſio extraiudicialis de crimine facta coram multitudine hominum, quaſi per iactãtiam plene probat ad ipſum puniendum extraordinarie. concl. 4.

DIgeſto ſermone in primo, & ſecundo cã. præſentis tractatuli de effectu cõfeſſionis iudicialis tam contra confitentes, quã contra eos, qui complices fuerunt, ac ſocij confitentium reorum; merito in præſenti capitulo nouiſsimo erit uerbum faciendum de notabili illa quæſtione; in qua quæritur, an confeſsio, extra iudicium facta de crimine, præiudicet ipſi confitenti. Et ut more ſolito breuiloquio conſulam, procedam in examinanda hac quæſtione per nonnullas concluſiones; ut omnia notabilia adducenda in ipſis ueriſsima eſſe palam fiat lectori, ueritatem curioſe, & laudabiliter indaganti.

PRIMA CONCLVSIO.

COnfeſsio de aliquo crimine, ab aliquo facta extra iudicium, regulariter non præiudicat confitenti, quo ad ipſum ſtatim condemnandum, ſed tãtum ad torquẽdum: cum nec hoc faciat de per ſe confeſsio iudicialis; maxime cum probatur illam factam fuiſſe per errorem; ſecus ſi non per errorem, facit tamen indicium ad ipſum torquendum. hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per argum. in cap. fin. extra de confeſsis; ubi Gregorius nonus ſcribens iudici Viterbienſi, infra- c. fi. ex. d cõfeſſis.
ſcriptis uerbis uſus fuit, videlicet: ex parte Abbatis, & conuentus monaſterij. S. M. fuit propoſitum, quòd cum inter ipſos ex parte una, & V. nomine ſuæ uxoris ex altera coram te quæſtio uerteretur; Iconomus Monaſterij memorati quædam per errorem facti fuit in iure confeſſus, ex quibus timet ſibi præiudicium generari. cum igitur negocio nondum finito nemini noceat error facti, mandamus; quatenus ſi de huiuſmodi potuerit errore docere, prouideas, ut nullum ſibi præiudicium generetur. hæc in dicto canone. ex quo poterit elici argumentum a fortiori ſic: ſi confeſsio in iudicio facta Auctor.
aliquando non præiudicat confitenti, a fortiori non præiudicabit confeſsio extraiudicialis. Probatur quoque idem & apertius per tex. in cap. de hoc autem, extra de ſimonia, ubi Alexander c. de hoc aũt ex d ſimonia.
Papa ſcribẽs Toletano Archiepiſcopo infraſcriptis uſus fuit uerbis, videlicet: de hoc aũt, ꝙ epũs Exonien. Archid. beneficium, & cuidam clerico ante electionem ſuam prioratum dr̃ promiſiſſe, ut uterque conſentiret eidem, tuę prudẽtiæ reſpondemus; ꝙ ſi manifeſtum eſt eundem Archid. & clericũ ob cauſam illam promiſſa recepiſſe, aut ex inde confeſsi fuerunt in iure, uel legitime cõuicti, ab altaris miniſterio ſunt ꝑpetuo deponẽdi. hæc in illo canone. ex cuius ṽbis clare elicitur Summum Pont. tacite aſſeruiſſe, non puniendos fore eos, qui confeſsi fuiſſent ſuum crimen, forſan ex͂. iudicium; cum dicat tm̃ puniendos confeſſos in iure, uel ↄuictos.

qua-

quapropter ſubintulit ibidem: ſi uero id manifeſtum eſt, ſubaudi per famam, vel confeſsionem ſuam extraiudicialem; nec inde conuicti, ſeu confeſsi fuerint; ſed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici. hæc ibi. Probatur & ſecundo præſens conclusio auctoritate Doctorum. Glo. enim in dicto c. fin. in ver. in iure cõfeſſus: in numerãdo caſus, iu quibus confeſſio præiudicat, in ver. item in iud. infraſcriptis utitur verbis, videlicet: item in iud. & coram ſuo iudice; aliàs non præiudicat, vt ſupra, de iudicijs, c. at ſi clerici. hæc ibi. & in d. c. de hoc Glo. in ver. cõfeſsi fuerint in iure; aliàs confeſſ. extra iudicium non præiudicat; de hoc not. ſupra de confeſſ. c. ultimo. Pan. quoque tacite tenendo dictum Gloſæ prædictæ, noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni in d c. fin. colum. 4. in ver. qvinto requiritur, & in ver. ſequẽti, ubi infraſcriptis uerbis uſus fuit, videlicet: quinto adducit differentias inter confeſsionem factam in iud. & inter confeſsionẽ factam extra iudicium: de quo per me habebitur uerbum in vlt. c. præſentis tractatuli. Dominus uero Felinus in c. olim, extra de reſcript. calum. 2. in ver. eſt igitur regula, infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit explicite noſtræ concluſioni, videlicet: eſt igitur regula, quòd cõfeſsio extraiudicialis in criminibus non præiudicat. & ita expreſſe ſentit Glo. 2. & ibi omnes ſcribentes in d. c. de hoc de ſimonia, ſicut nec in ciuilibus, in Glo. de fide inſtrum. c. ſi cautio. & iſtã regulam præſupponunt alij infra allegandi. hæc ille. Pan. quoque hoc ſentit in d. c. de hoc, in ver. in Glo. in ver. confeſsi, ubi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: in Glo. in ver. confeſsi ubi, extra iudicium non præiudicat, ſcilicet, ad plenum: producit tamen indicium ualidum ad ſupponendũ confeſſum torturę, ut no. Glo. & Doctores in l. capite quinto ff. de adult. Hæc Pan. ubi ſupra.

Glo.
Pan.
Felinus.
Pan.

SECVNDA CONCLVSIO, & prima fallentia.

Confeſsio extraiudicialis facta, de crimine præiudicat confitenti, quo ad ſupponendum ipſum torturę, in iudicium accerſitum, ac in ipſo conſtitutum: quoniam ex inde poterit torqueri, etiam ſi reuocaſſet huiuſmodi confeſsionem. hęc regulariter: licet fallat in uno caſu, qui eſt, ubi agitur de crimine ciuiliter. Hæc concluſio probatur Doctorum auctoritate. Pan. enim in c. de hoc, extra de ſimonia, cuius uerba adducta per me in præcedenti concluſione fuere, circa primam fallentiam præſentis concluſionis in c. olim, extra de reſcrip. col. 4. in ver. hic autem iſte, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: hic autem iſte non fuit torturæ ſuppoſitus; quia non agebatur de crimine criminaliter. & ex hoc potes colligere aliam limitationem adnot. in d l. capite quinto. hęc ille ubi ſupra. & idem Pan. ſe ſubſcribens noſtræ concluſioni infraſcriptis uerbis utitur in c. ſi quis de gradu, extra de purgatione cano. in ver. in 2. Glo. ibi in iud. videlicet: ſi uero extra iudicium confitetur; tunc poteſt ſubijci torturæ, ut not. Bar. & Glo. in l. capite quinto. ff. de adult. hęc Pan. Dominus quoque Felinus in d. c. olim, de reſcriptis colum. 2. in ver. fallit primo, infraſcriptis uerbis ſe præſenti cõcluſioni ſubſcripſit, videlicet: fallit primo, quo ad effectum ponendi confeſſum ad torturam: Rota de cõfeſsis prima in nouis. Abbas in c. ſi quis de gradu, extra de purg. cano. Angelus in l. 1. ultima colum. C. de purgat. canon. Angelus in l. 1. ultima colum. C. de confeſſis, Bal. in l unico, 6. colum. C. de confeſſ. Butrius in c. tuam, penul. colum. de cohabit. clericorum & mul. Hoſt. & Abb. in c. quàm ſit graue. extra de exceſsibus prælat. Abb. in d. c. de hoc, Bal. in l. clarum. C. de auctorit. præſt. Bar. in l. quoniam de infamibus. & l. capite quinto. ff. de adult. Butrius, & Abbas in c. dixit

Pan.
Felinus.

xit Rota.de ſupplen.neglig.præla.communis opinio ſecundum Imo.ibi, Excipe tres caſus. Primus ubi agitur de crimine ciuiliter, Abbas hic in ultima columna, ibi. hic autem iſte per iſtum tex. Secundus, niſi confeſſus reuocet poſtea confeſsionem in iudicio, Bal.in d.l.unica pen.columna.C.de confeſſ.vnde facit cautum torquēdum, quòd reuocet confeſsionem ſuam, & impedit torturam; nec habet probare errorem; quia tenuit, quo ad aliquod præiudicium iudicij, ſed ſolum ad iudicium facti. Tertius caſus eſt, niſi confitens ſit clericus, quia requiritur infamia, ut poſsit torqueri, propter famoſum, & ſingulare dictum Abbatis antiqui in capitulo grauis, de depoſito, & Iohā. Aud.in capitulo cum in contemplatione, de reg. iur.& ſequitur Ana.in cap. 1. in octaua columna, de clerico percuſſore. tamen de hoc aliter dicit Abb. in dicto c. grauis, quem ſequor. hęc omnia dominus Felinus ubi ſupra. Attamen hunc ultimum caſum examinatū reperies optime in præcedenti tractatulo de tortura cap. 4. concl. 6. Et licet aliqui ex prædictis Doctoribus dixerint, quòd huiuſmodi confeſsio, ſi fuiſſet reuocata, nō efficeret indicium ad torturam, tamen nequaquam hoc communiter eſt uerum; eo maxime, qa de conſuetudine ēt confeſsio reuocata facit indicium ad torturam: nam ſi ſola reuocatio confeſsionis ſufficeret ad nocandum indicium ortum ex tali confeſsione, numquam eſſet locus cōmuni opinioni, eo ꝙ patet, quòd propter hoc deueniatur ad torturam, quia reuocatur confeſsio: quoniam, ſi non reuocaretur, ſed confirmaretur a reo, non ueniret torquendus, ſed tantum puniendus. Hæc Iul.Cla.in ſua practica crimin.lib.5.§. fin. quæſt.21.in ver.confeſsio extraiudicialis, & in quæſt.55.in ver.unum tamē ſcias in hoc propoſito.

TERTIA CONCLVSIO.

Confeſsio extraiudicialis facta ab aliquo, licet in cauſa ciuili, uel criminali ciuiliter mota, præſente parte, ualeat, ut probatoria, & diffinitoria: tamen in cauſa criminali criminaliter mota regulariter operatur tantùm ad inducendum confeſſum ipſum ad torturam: cum tātum faciat indicium ad torturam. Hæc concluſio probatur duplici medio. primo auctoritate Doctorum. & ſecūdo rationibus ab ipſis adductis: licet prima fronte uideantur Doctores ſummopere inter ſe alterari circa præſentē concluſionem. Quapropter ſciendum, ꝙ Pan. in c. at ſi clerici. colum. 5. in verſi. ſi uero confeſsio habuit ſua ſubſtantialia, ut quia præſente, &c. tunc valebit, ut probatoria, & diffinitoria, ſicut dicimus in ciuili l. Publia. ff. depoſiti. nō enim apparet ratio, quare non debeat ualere, ut in ciuili; cū agatur tantum de præiudicio confitētis. & ſic procedit dictum Ia. de Are. & hoc videtur voluiſſe Inno. in præalleg. c. per inquiſitionem. dicit enim ibi, ꝙ talis confeſsio extra iud. etiam ualet ad punitionem, dummodo non coram inhibito iudice ille talis fecerit confeſſionem; & etiam eſt neceſſe, ꝙ cõfeſsio ſit cauſa expreſſa, licet extra iudicium, ut in præalleg. l. generaliter, & aliæ ſollemnitates, vt 3.q.19.§. ſi debitum: per quæ verba aperte ſentit, & vult, ꝙ debent interuenire ſollemnitates, & ſic etiam partis præſentia, quæ de ſollemnitate requiritur ad ualiditatem confeſsionis. l. certum. §. ſi abſente. de confeſſ. & ex hoc habes notabile dictum Inn. ſic intellectum, & concordatum cū d. Ia. de Aretio & reducitur ad concordiam cum dicto Innocentij in princip. alleg. c. quam ſit: ut intelligatur, quando confeſsio non habuit ſua ſubſtantialia. & etiā ibi ſatis colligitur: & hæc bene nota; quia ſæpe & ſępe de hoc dubitaui. hæc Pan. ubi ſ. qui idem confirmat in c. olim ex litteris, ex. de reſcrip. col. 4. in ver. ſed ego ſaluo dictum Inn. ubi infraſcriptis vtitur verbis, vz; ſed dictum Inno. ego ſaluo, cum confeſſ. facta de crimine extra iudicium habet

omnia ſubſtantialia, vt quia confitetur ſpecifice, & pñte parte, quæ poſtmodũ accuſat: ut puta ſi in pñtia mariti quis fuerit confeſſus adulteraſſe uxorem: nã tunc iſta cõfeſsio plene probat, ſicut in ciuilibus: arg. in l. generaliter. C. de non nu. pe. qa quod quis dilucida uoce, &c. ut infra de probat. c. per tuas. & tene mẽti illud dictum ita intellectum, quia non ſolet ita allegari, & plene examino in c. at ſi clerici, extra de iudicijs: ſed ubi confeſsio non haberet ſua ſubſtãtialia, poteſt confitens ſubijci torturæ. & in hoc caſu intellige Glo. & Bar. in l. capite quinto. ff de adult. hic autẽ iſte non fuit torturæ ſuppoſitus; quia non agebatur de crimine criminaliter. hæc

Felinus. omnia Pan. ubi ſupra. dñs uero Felinus in d. c. olim, colum. 3. in ver. fallit tertio, contrariam ſententiam ſecutus fuit, infraſcriptis utẽs verbis, videlicet: fallit tertio, niſi confeſsio extraiudicialis fiat pñte parte, quia probat crimẽ: Abbas hic, & in c. at ſi clerici, in principio 7. colum. ibi, quare, quem effectum de iudicijs, ſicut ualet in ciuili l. certum §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. l. Publia. ff. de poſiti. ſic intelligit Inno. in c. per inquiſitionem, de elect. ſed dominus meus de Aretio in d. c. at ſi clerici, octaua columna tenet cõtrarium, quia Bar. in d. l. capite quinto, & in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reo. & in l. fin. ff. de quæſt. & Sali. in l. fin. 5. col. C de quæſt. tenẽt, ꝙ faciat ſolum indicium ad torturam. & licet pars recipiat confeſsiones ſuper crimine, tarendum eſt, ꝙ iſta confeſsio ꝓbabit crimen, ſi agatur ciuiliter de ipſo per ipſum. §. ſi quis abſente: ſed ſi criminaliter ad uindictam publicam, tũc pñtia partis nihil operabitur: monetur, quia acta in crimine, ubi agitur ciuiliter de ipſo crimine, non faciunt fidẽ in iud. criminali. late Bar. in l. 2. §. hoo edicto. ff. uti bonorum raptorum, & ꝑ noſtros de teſtibus c. cauſam. fortius erit dicendum idem in confeſsione extraiudiciali: vnde quãtum ad rem publicam iſta cõfeſsio videtur facta parte abſente. & licet ipſe fateatur, quòd nomine reipublicæ poteſt acceptari: tñ hoc non procedit ſimpliciter per ea, quæ dixi in præcedenti fallentia. pro iſta opinione etiam facit qđ notat Bal. in c. 1. §. ſi enim quid ſit inueſtitura, ꝙ per confeſsionem factam a teſte extra iudicium non cõuincitur teſtis de falſo, ſi poſtea contrarium dicat in iud. & per Doctores in c. cum cauſa de teſtibus contra Bar. in l. eos. ff. de falſis. adde Bald. in l. quoniam, parum ante fin. ibi Et aduerte. ff. de his, qui not. infam. ubi dicit, quòd in criminalibus iudicijs confeſsio extra iudicium non operatur plus, ſi ſit facta pñte parte, quàm abſente; quia utrobique ualet indiciũ ad torturam per dictam l. capite quinto: ſed in ciuilibus cauſis etiam ſi oriatur ex crimine, ex quo ciuiliter agitur confeſsio facta præſente parte, facit plenam fidem: abſente uero aduerſario facit ſimplex indicium ſecundum eum. præterea non videtur bona æquiparatio cõfeſsionis in ciuilibus ad confeſsionem in criminalibus. patet ex triplici inſtantia. Primo quia in ciuilibus cõfeſſus habetur pro condemnato. l. vnico. C. de confeſſ. ſed nõ in criminalibus. Bar. in l. 1. ff. de confeſsis per l. perinde. ff. ad l. Aquiliam. & notat Abb. hic, ſecundo confeſſus in ciuilibus non appellat, 2. q. 6. c. quicunque: ſed in criminalibus bene appellat. c. cum ſpeciali. §. porro de appell. 2. q. 6. ſunt quorum. tertio confeſsio extraiudicialis in ciuilibus facit ſemiplenam probationẽ, Abbas in c. cum dilectus de ſucceſ. ab inteſt. Bal. in l. in bonæfidei. 3. col. ibi, modo quæro de uiua uoce. C. de rebus credit. Bu. in c. fin. octaua col. de iureiuran. immo & Abb. in d. c. ſi cautio. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. cum concord. tamen in criminalibus non facit niſi indicium ad torturam, ut dictum fuit: de quo tamen infra in octaua fallentia dicetur quoque. ſi tamen ageret de crimine ciuiliter, confeſsio iudicialis præſente parte bene præiudicaret,

Abb.

Abb. hic, & Bal. in l. quoniam. hæc Felinus. Specul. uero loquẽs de noſtra cõcluſione in par. 2. titu. de confeſs. in §. nunc uidendum reſtat, col. 2. in uer. nunc dicendum reſtat, infraſcriptis utitur uerbis, vꝫ: nunc dicendum reſtat, quid iuris eſt, ſi cõfeſsio fiat extra iud. & hic opus eſt ſubdiſtinctione: nam aut fit ſuper crimine, aut in cã pecuniaria: ſi q. dem quis confitetur crimen extra iud. uel coram non ſuo iudice, non nocet ei, extra de iudicijs, c. at ſi clerici; quia nullus puniendus eſt, niſi per uiam iuris, quæ triplex eſt, ut extra de accuſ. c. ſuper his, &c. qualiter, & quando el ſecũdo; & confeſsio facta coram nõ ſuo iudice nõ præiudicat, ſupra §. prox. ver. 5. & hoc uerum eſt; niſi crimen eſſet alias notorium, extra de accuſ. c. euidentia. 2. q. 1. c. manifeſta; uel niſi ex huiuſmodi confeſsione ortum eſſet ſcandalum, uel infamia; quia tunc punitur confitens, ſaltem extraordinarie, de exceſſibus prælat. c. quam ſit graue: & de cõfeſsis. c. cum ſuper; quia priuat omnibus beneficijs habitis, ut ibi, & ẽt habendis: quod dic ſecundũ Papam prout not. extra de elect. c. per inquiſitionem. hæc omnia Specul. & peroptime. poſſunt ergo oẽs tres ſupraſcriptæ opiniones, Deo dãte, meo quidẽ iud. quã facillime concordari inſimul interpretando ſententiam Pan. fuiſſe de cã criminali mota ciuiliter, eo potiſsimum, ꝙ ipſe Pan. ad ſuæ opinionis confirmationem adducit tex. in c. per tuas, extra de probat. ubi habetur ſermo de quadam cõcubina cuiuſdam hominis, quæ iam confeſſa fuerat illi, & alij, quendã infantulum ſuſcepiſſe a dicto ſuo concubinario; & poſt multos annos uolens illi nuptui tradere quandam cõſanguineam ſui concubinarij, dixit ſe non ſuſcepiſſe prædictum infantulum iam adoleſcentem factum a dicto concubinario. de quo Summus Pontifex dixit ſtandum primæ confeſsioni extraiudiciali, & iſti iudiciali. attamen quomodocumque ſit, me ſuſcribo ſententijs dominorum Specul. & Felini roboratis multis Doctorum, ac rationum auctoritatibus.

QVARTA CONCLVSIO.

Confeſsio extraiudicialis de crimine facta coram magna quantitate hominum, quaſi per iactantiam, quoniam trãſit in notorium, plene probat, ſaltem quo ad incurrendam pœnam ex. ordinariam. & nr̃a concl. uerificatur tam in crimine ſic cõfeſſo (quod eſt notorium) quemadmodum in crimine, de quo quis gloriatur. Hac concl. probatꝰ triplici medio. Primo per tex. in c. euidẽtia, ex. de accuſ. ubi ĩſcripta hñr, vꝫ: euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris, & ꝑ tex. in c. quãm ſit graue, ex. de exceſſ. plat. ubi Inno. iij. nr̃am confirmauit concluſionem infris verbis, vꝫ: quã ſit graue crimen in clericis, cũ maleſecerint, gloriari, nullus ſanę mẽtis ignorat. accepimus ſane, ꝙ cũ R. Deſien. P. filiam ſuã euidã I. tradiderit in uxorẽ, P. Diac. non erubuit publicẽ confiteri ſe mulierem ꝑdictam carnaliter cognouiſſe: vñ factum eſt, ꝙ uir eã ad ꝓpria remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoq; mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de pręmiſsis, appellatione ceſſante, prædictũ clericũ ab off. & benefi. ſuſpendere non poſtponas, compellens uirum, ut uxorẽ ſuam recipiat, eiq; ſicut iuſtum eſt, officium exhibeat maritale. hæc in d. c. Probatur quoque præſens concluſio & ſecundo auct. Doct. Glo. enim in dicto c. quam ſit graue, circa finem, ver. publice, infraſcriptis utiꝰ uerbis, vꝫ: vñ iſte non deponitur; ſed ſuſpenditur: & ex illa cõfeſſ. nõ punitur, niſi occaſionaliter; ſed pp ſcandalũ, & infamiam ortã inter mulierem, & uirum, qui pp hoc eã expulit, ſuſpendit; alias non fuiſſet ſuſpẽſus pp talẽ cõfeſſ. hęc in d. Glo. & Glo. in. d. c. euidentia. in ver. clamore, infraſcriptis utitur uerbis, vꝫ: clamore. i. nõ indiget aliquo, ꝓponẽte accuſationẽ, q a

c. Euidẽtia. ex. de accuſat.

Glo.

factum ſe oſtendit argum. ff. de integ. reſtit.l. prima, in confeſſum enim nullæ ſunt partes iudicis. ff.ad l.Aquiliam. l. perinde; niſi quo ad ſententiam tantum. & q̃ in iudicio publicantur, nõ requirunt accuſationem, aut etiam probationem.ff.de adulte.l.prima. §. ſi publico, & C. de teſtibus, l. nullum. ſic in quocumque notorio tantum ſententia eſt neceſſaria. hæc Glo. ubi ſupra. Specul. dominus Specul.quoque noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni in titu. de confeſsionibus; cuius uerba retuli in prę cedenti concluſione. Panor.quoque in d.c.olim. ex litteris, extra d̕ reſcrip.col. 3. circa finem, in ver.quarta ſolutio, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: quarta ſolutio fuit quorumdam dicentium, quòd hæc cõfeſsio facta emanauit extra iudicium. ex qua ſolutione no. q̃ confeſsio facta de crimine extra iudicium non ſufficit, ut quis puniatur de crimine, in iudicio: poſſet tamẽ puniri extra ordinem, ſi tranſiret ſpecificum nomen delicti; vt quia aliquis gloriatur de crimine extra iudicium: nã tunc poteſt puniri, non tamquam reus delicti confeſſati; ſed tamquam maledicus. & mali gloriator. & hoc eſt notabile dictum Innocentij in capitulo quã ſit graue, extra de exceſsibus prælat. & probat ibi textus. & hæc tenebis menti. hæc Pan. ubi ſupra. dominus quo- Felinus. que Felinus in dicto capitulo olim. de reſcrip. columna tertia in verſi. fallit quarto, infraſcriptis uerbis noſtrę concluſioni ſe ſubſcripſit, videlicet; fallit quarto, niſi confeſsio extraiudicialis de crimine fiat corã magna quantitate perſonarum; quia tranſit in notorium, & probat Bu. in capitulo veſtrã. columna 43. extra de cohabitatione cleri.& mu. dicens: tene hoc, quòd confeſsio iudicialis de crimine habet alterum, & alterum effectum ſecundum qualitatem perſonarum, coram quibus fit & idem Butrius in dicto capitulo per inquiſitionem, de elect. 10. columna, ibi, Si fuerit facta corã magna quantitate. Hæc omnia Felinus ubi ſupra.

Quæ differentia ſit inter confeßionem factam de crimine a reo in iudicio, ab ea, quæ facta fuit extra iudicium. Capitulũ. IIII.

CVm in præcedenti capitulo, uerbum ſit factum de confeſsione extraiudiciali; merito ſequitur ſermo de differentia inter confeſsionem iudicialem, & extraiudicialem. Et licet ex adductis concluſionibus in capitulo primo, ſecundo, & tertio præſentis tractatus poſſet ueritas elici: tamen, ut lectori conſulam, breuiter hic afferam quæcumque de hoc Panor. adducit in cap. ult. colum. quar Pan. ta, in verſiculo nota, quia duas differentias tacite ſentit Glo. inter confeſsionem iudicialem, & extraiudicialem. ſ. quòd in iudiciali non eſt neceſſe exprimi cauſam; item non eſt neceſſe, vt aliter probetur: ſed in extraiudiciali cauſa debet exprimi, & per teſtes probari vltimo, ut iſta probetur, & illa quæ fit in iudicio non ſatis eſt rationabilis, quia facta in iudicio redduntur notoria, de verborum ſignificatio. & capitulo olim. Hoc intelligo, niſi tractu temporis negaretur confeſsio; quo caſu deberet probari, ſicut videmus in ſententia, in capitulo ſicut, de re iudi. & in quolibet notorio actus tranſeuntis iux. not. pro Glo. in capitulo manifeſta. ſecunda quæſt. prima. Sed quo ad primum, ut in iudiciali nõ ſit neceſſe cauſam exprimere, Io. And. in add. Specul. in tit. de confeſsis. §. videndũ in princ.

intelli-

intelligit, quòd confeſsio facta in iud. ſine cauſa effectualiter obligat; qa cogitur confitens ad cauſam exprimendam: quod non eſt in extraiudiciali, qa ibi non eſt qui compellat ad cauſam exprimendam. Cy. quem ſequitur hic Do. An. indiſtincte tenet, in iud. ualere confeſsionem ſine cauſa quia in iud. quaſi contrahitur l. 3. ff. de pecu. & ſic talis confeſsio inducit, quòd non eſt in extraiudiciali. & hoc ponit in l. generaliter. C. de non num. pec. allegat. l. voluit. §. quòd ait. ff. de inter act. & ff. de confeſsis per totum: nam ſecundum Do. Ant. confeſsio in iudicio, facta uidetur deliberate, & non per errorem: ad hoc. ff. de confeſſ. l. qui Sticum. quod ſatis placet, arg. hic, ubi allegans errorem in iudicio tenetur probare. & adde quod legitur, & not. in c. ſi cautio, extra de fide inſtrum. hæc omnia Pan. ubi ſupra: quæ iure optimo ſunt memoriæ commendanda.

Finis tractatus de confeſsionibus extraiudicialibus.

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN CAP. Opuſculi de Teſtibus.

Qui teſtes non ſint admittendi in cauſa criminali criminaliter mota contra clericos Cap. I.

Prima concluſio.

OMnes, qui non debent admitti ad accuſandos clericos ceteraſque perſonas eccleſiaſticas, non erũt admittẽdi ad teſtificandum contra eos in cauſa criminali criminaliter mota. hæc concluſio licet probabitur triplici medio: tamen hodie uſu non recipitur: & merito &c. vide.

Secunda concluſio.

Illi in teſtem non ſunt admittendi non q̃ aliquid receperunt pro expenſis neceſſarijs in eundo ad locum iudicij pro teſtimonio ferendo: ſed qui receperunt pretium tantum pro teſtimonio, ferendo, uel non ferendo; uel ipſis promiſſum fuit; & ob hoc falſum teſtimonium tulerunt; uel fuerunt inſtructi. & hæc exceptio tam ante, quã poſt ſententiam, poterit produci.

Tertia concluſio.

Teſtis in ſua depoſitione utens uerbis obſcuris, uel loquens confuſe, non eſt admittendus, niſi rurſus interrogatus in iudicio claris vtatur verbis. & q̃uis hoc poſsit agere iudex: tamen ad hoc non teneſ rurſus cogere teſtes, &c.

Quarta concluſio.

Teſtes deponentes de credulitate, non de ſcientia, non ſunt admittendi regulariter; licet in caſibus hic infra expreſsis faciant fidem.

Quinta concluſio.

Teſtis deponens per uerbum Credo, uel de auditu; & huiuſmodi credulitas eſt proxima ſenſui, per quem percipitur ueritas, ualebit teſtimonium tale. & idem dicendum quando teſtis addit dicto uerbo Credo, aliquod aliud certum. &c. uide.

Sexta concluſio.

Teſtes uarij, & in dictis ſuis uacillãtes, non admittuntur ad aliquid probandum. &c. uide.

Septima concluſio.

Dicto teſtis deponentis in iudicio cum iuramento aliquid, quod aduerſatur illi, quod extraiudicialiter dixit ſine iuramento, ſtandum erit potius. & cetera vide.

Octaua concluſio.

Si teſtis depoſuit unum cum iuramento in iudicio; & deinde illud dictũ reuocauit extra iudicium, licet in articulo mortis conſtitutus; ſtandum erit primo dicto.

Nona concluſio.

Quando teſtis in uno iudicio depo-

nit

nit contrarium eius, quod depoſuerat in alio iudicio, in hoc caſu, &c.

Decima concluſio.

Depoſitio facta in iudicio nullo aliquã de cauſã a teſte, qui poſtmodum contrarium depoſuit in iudicio uero, irritatur; & ſtandum erit ſecundæ depoſitioni.

Vndecima concluſio.

Teſtis in primo iudicio iux. formam iuris examinatus, reſpondens ſe nihil ſcire, ſi deinde in ſecundo iudicio deponat ad ueritatem facti, nihil probat.

Duodecima concluſio.

Quando uero teſtis in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas contraria teſtimonia depoſuit, maxima diſtinctione nobis erit utendum: & erit hæc uidelicet. &c. uide.

Tertiadecima concluſio.

Quando uero teſtis deponit contrarium in diuerſis examinibus; tunc erit hanc diſtinctionem amplectẽdam, videlicet: &c.

Quartadecima concluſio.

Si uero ipſemet teſtis dixerit, ſe uelle dictum primum ſuum corrigere, erit taliter diſtinguẽdum: nã aut teſtis, &c.

Quintadecima concluſio.

Si uero non ipſe teſtis petierit examinari; ſed pars: tunc quoque erit ſic dicendum, quòd pars quæ, &c.

Sextadecima concluſio.

Quando teſtis primo loco depoſuit per uerbum Credo; & ſecundo, per uerbum aſſertiuum ueritatis, ſtandum erit ſecundo dicto.

Decimaſeptima concluſio.

Si teſtis de directo non contrarietur ſuæ primæ depoſitioni; ſed negat ita ſe depoſuiſſe, ut a notario ſcriptum reperitur; tunc erit hac diſtinctione utẽdum, videlicet. &c.

Decimaoctaua concluſio.

Qui fuit alias teſtis in cauſa criminali criminaliter mota, poterit repelli tamquam inimicus a teſtimonio ferendo, ſi uoluntarie teſtificatus fuiſſet contra eundem; ſecus ſi coacte.

Decimanona concluſio.

Teſtis teſtificans amore, odio, uel commodo, ſiue timore priuato, & immoderato, non eſt admittendus.

Vigeſima concluſio.

Laici non ſunt admittendi ad teſtificandum contra clericos, ad plenam probationem ſaltem; niſi in caſibus exceptis, uel quando delictum clerici eſſet notorium: ſed regulariter laicorum teſtificationes huiuſmodi faciunt indicium ad torturam contra clericos; vel ſaltem, vt puniantur pœna extraordinaria: ſecus, ſi laicus teſtificaretur in fauorem clerici, etiã in dicta cauſa. ſciendũ inſuper, ꝙ quãmuis inhabiles ad teſtificandum reddantur habiles ad defenſam: tñ non ad plenam probõnem.

Vigeſimaprima concluſio.

In criminali cauſa criminaliter mota in teſtem is non debet admitti, qui in alio iudicio iſtituta accuſatione criminali contra ipſum conuictus extitit, vel confeſſus; uel ſi per exceptionem exinde conuincatur; aut grauata ſit eius opinio, &c.

Vigeſimaſecunda concluſio.
Periuri non ſunt admittendi ad teſtimonium ferendum, ut probaui.

Quãdo, & quales teſtes poſſunt compelli ad teſtificandum in cauſa criminali criminaliter mota. C. II.

Prima concluſio.
Teſtes in cauſa criminali criminaliter mota non ſunt cogendi, ſecundum canones, ſed tantum monendi: hodie tamen omnes coguntur, niſi ſint priuilegiati. & ſic ſeruatur in utriſque curijs in practica.

Secunda concluſio.
In cauſa ciuili teſtes ſunt prius monendi a iudice, ut deponant: ſed ſi noluerit gratia, timore, vel odio, vbi aliàs haberi non poſsint alij, ſunt compellẽdi ipſi: tamen ſibi ſunt reficiendæ expẽſæ in ſtando in loco iudicij, &c.

Tertia concluſio.
In cauſa criminali criminaliter mota teſtes illi ſunt compellendi per cenſuram eccleſiaſticam, ſine quorum teſtimonio ueritas elici non poteſt: licet iudex, &c. vide.

Quarta & ultima concluſio.
In cauſa criminali criminaliter mota, ubi agitur ad pœnam ſanguinis, cogi non poſſunt clerici ad teſtificãdum pro accuſatore; licet pro reo.

An aliquis teneatur ſub pœna lethalis culpæ ad teſtificãdũ. Ca. III.

Prima concluſio.
Quicumque a legitimo iudice ſecũdum formam iuris aſciſcitur in teſtem, tenetur teſtimoniũ ferre, ac dicere veritatem de interrogatis a iudice, ſecũdũ formã iuris, ſub pęna lethalis culpę.

Secunda concluſio.
Teſtis ĩterrogatus a iudice, forma iuris non ſeruata, id eſt, quando contra delinquentem non præceſſerunt infamia, &c.

Tertia concluſio.
Omnes tenentur, etiam nõ interrogati, ſeu vocati auctoritate Superioris ad teſtificãdum, teſtificari, ut liberetur innocens a periculis, inique oblatis ab accuſatore.

Quarta & ultima concluſio.
Extra caſum neceſsitatis liberandi miſerum ab iniuria, uel aliqua pœna, per ipſum iniuſte incurrenda; uel Rempublicã a periculo: ſed ſolum cauſa cõdemnandi reũ, nemo tenetur ſua ſponte offerre ſe in teſtem; niſi iuridice cõpulſus ſecundum ordinem iuris: licet ex nõ ſpõtanea acceſsione, ſeu ſui oblatione ad teſtificandum, accuſator non probans delata crimina teneatur puniẽdus pœna talionis.

Quo teſtium numero probentur delicta in foro fori, & quid operetur huiuſmodi probatio. Cap. IIII.

Prima ergo concluſio ſit hæc.
Ad probandum aliquod delictum ſufficiunt duo teſtes, omni exceptione maiores in omnibus, quæ ſunt de ſubſtantia facti.

Secunda concluſio.
Teſtes ſingulares non probãt unum actum indiuiduum, ſeu ſpecificum, ut puta, aliquẽ cõmiſiſſe uſuram, &c. vide.

De teſtium falſitate, & pœna ipſis infligenda de iure canonico. Cap. V.

Prima concluſio.
Vnuſquiſque dicitur falſus, & tenetur de falſo, non ſolum qui ueritatem, quam fateri tenetur, negat; uerum etiã & qui ueritatem occultat.

Secunda concluſio.
Puniendus uenit falſus teſtis, infraſcripto modo, videlicet: aut cauſa non eſt finita; aut eſt finita: ſi non eſt finita, &c. uide.

Tertia concluſio.
Quando teſtis deponit falſum in cã, in

in qua agitur ciuiliter; tunc cõdemnabitur ad reſtituendum omne intereſſe, quod parti læſæ dedit.

Quarta concluſio.

Teſtis, qui falſum depoſuit, debet puniri pœna falſi; licet ſua depoſitio non fuerit ſortita ſuum effectum: puta, ſi ex aliquo alio facto non ualuit; uel quia aduerſarius melius probauit; & ſic iudex non fuerit ſecutus dictum huius falſi teſtis.

Quinta concluſio.

Clericus, in teſtificando deponẽs falſum deponendus eſt; & in monaſterio detrudendus.

De teſtium tortura. Cap. VI.

Prima concluſio.

Teſtis infamis, ſiue infamia facti, ſiue iuris, ſiue ciuilis, ſiue canonici, depoſitio nihil probat ſine tortura: cum tortura uero probat contra reum, ac ſi non fuiſſet infamis; quia tortura purgat defectum, ac inhabilitatem huiuſmodi teſtis. idem dicendum de notato aliquo crimine.

Secunda concluſio.

Teſtis deponens contra ſocium criminis, cum ipſe ex propria confeſſione effectus ſit infamis, non faciet fidem, ut teſtis legitimus; niſi ſe purget per torturam: ac per hoc eius depoſitio debet confirmari per torturam.

Tertia concluſio.

Teſtis uarius ſeu uacillans, etiam ſi ſit clericus, non facit fidem in iudicio; niſi depoſitionem ſuam confirmet in tortura, ſi ſit clericus, illata a ſuo Ordinario; licet ſi ſit in dignitate cõſtitutus, nõ torquebitur, niſi in caſibus exceptis

Quarta concluſio.

Teſtis, qui unum dixit extra iudiciũ, & aliud in iudicio, eſt torquendus, ut tortura confirmet alterã ex his depoſitionibus ueram: alias ſua depoſitio nulla erit.

Quinta concluſio.

Teſtis uilis, & ignobilis, ut faciat fidem, ſtandum erit arbitrio iudicis, qui conſideratis conſiderandis in eo qualitatibus, ſi ei uidebitur, ipſum torquebit; alias non licet in omnem euentum: non tamen tanta tribuitur ei fides, ac ſi non fuiſſet. cætera uide.

Sexta concluſio.

Teſtes qui delicto interfuerunt; & tamen dicunt, ſe nihil de delinquentibus ſcire, ueniunt torquendi, non omnes: ſed neq; tantum duo uel tres ex illis qui interfuerunt; ſed etiam multo plures: præſertim quãdo omnes ſunt ſuſpecti, quòd uerum dicere nolint. attamẽ modus torturæ, & numerus torquendorum relinquitur arbitrio iudicis; dummodo nõ ita grauiter torqueantur teſtes, ſicut ueniunt torquendi rei cris.

Septima & ultima concluſio.

Teſtibus, qui examinandi ſunt in proceſſu informatiuo ad indagationẽ ueritatis, & torquendi, quia nolunt deponere, non eſt exibenda copia indiciorum, & proceſſus: quoniam ſi aliàs fieret, deſtruerentur mille proceſſus: cũ neque ſit danda reo, cum ſumus in generali inquiſitione. & ita ſeruatur in practica. & c. uide infra.

Finis.

PRACTICA CAN. CRIMIN.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. VIII. TIT. DE TESTIBVS.

Ex quibus fides teſtium cõtra infraſcriptos diminuitur, videlicet; contra clericos ſeculares, & regulares in cauſa criminali criminaliter mota, Cap. I.

Teſtes eſſe non poſſunt contra perſonas eccleſiaſticas, qui de iure communi non admittuntur ad ipſos accuſandos. concl. 1.

Teſtificari non permittitur ijs, qui pro teſtimonio ferendo ſolum, & non pro ſuo inter eſſe recipiuntur. concl. 2.

Teſtis monitus, ut per uerba congrua loquatur, admittitur concl. 2.

Teſtis ratione ſolum amicitiæ immoderatæ, repellitur. concl. 2.

Teſtis utens uerbis obſcuris non admittitur, niſi poſtmodum rurſus interrogatus ſe declarat. concl. 3.

Teſtium probatio, & productio quando admittenda poſt publicationem proceſſus. concl. 3.

Teſtes deponẽtes de credulitate, quando erũt admittendi. concl. 4. & 5.

Teſtis ruſtici depoſitio per verbum Scio, & poſtea per uerbum Credo. an ſit ual. dã. concl. 5.

Teſtes uarij, & uacillantes an fidem faciãt. concl. 6.

Teſtis quando dicatur ſibimet contradicere. concl. 6.

Teſtis deponẽs primo unum, & poſtea aliud, dicens ſe erraſſe, an probet. concl. 6.

Teſtis, in iudicio contrarium deponens illi, quod extra iudicium dixerat, an probet. concl. 7.

Teſtis uarius in eodem iudicio, uel in diuerſis, an probet. concl. 8. & 9.

Teſtis depoſitio quando plene non probat, uide a concl. 10. uſque in finem capituli.

Teſtes laici contra clericos in cauſa criminali criminaliter mota plene non probant; licet faciant indicium ad torturam. & hoc quo ad pœnam illis ordinariam imponendam. concl. 20.

Habito ſermone in præcedẽtibus opuſculis, de modo procedendi in iudicio eccleſiaſtico, in cauſa criminali criminaliter mota contra perſonas eccleſiaſticas, per uiam accuſationis, denunciationis, inquiſitionis, exceptionis; ac de modo deferendi reo iuramentum, vel actori; & de purgatione canonica indicenda; & de tortura reorum; ac confeſsione iudiciali, & extraiudiciali: merito in præſenti opuſculo erit uerbum faciẽdum de teſtibus. Quod quidẽ opuſculum diuidetur in aliquot capitula; & ipſa capitula decorabuntur nonnullis concluſionibus more ſolito, vt inde luce clarius veritas elucefcat. Et primo, uerbum erit faciendum de qualitate teſtium non admittendorum in cauſa criminali criminaliter mota cõtra perſonas eccleſiaſticas: certiorem reddẽdo tamen lectorem, quòd de hoc ultra adducta in c. 2. opuſculi de accuſationibus, hic nonnulla ſpecialiter tradentur in materia hac de teſtibus, ut infraſcriptis concluſionibus patebit.

PRIMA CONCLVSIO.

OMnes, qui non debent de iure cõmuni admitti ad accuſandos clericos cæteraſque perſonas eccleſiaſticas, non etiunt admittendi ad teſtificãdum contrà eos in cauſa criminali criminaliter mota. Hæc concluſio licet ꝓbabitur triplici medio: tamē hodie uſu non recipitur: cum omnes indiſtinctè admittantur ad accuſationem clericorum, ut fuit probatum in concluſione fin. cap. 2. tractatus de accuſationibus. quod nullatenus uerum eſt in admiſsione ad teſtimonium ferendum: cū ex teſtium depoſitione ſequatur condemnatio; non autem ex accuſatione, conſiderata per ſe tantum, ut patet ad ſenſum. Probatur tamen hæc concl. primo per tex. in c. de cetero, extra de teſtibus, ubi Alexander tertius infraſcriptis utitur verbis, videlicet: de cetero laicos in accuſationem, uel teſtimoniū contra clericum in cauſa criminali non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonū manifeſtius edocet; niſi forte ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequantur nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed accuſationem poſſunt admitti. hæc ibi. ex cuius uerbis eliciūt Doctores, quòd accuſator, & teſtis, quo ad ſubiectam materiam de admittendis, uel non, contra perſonas eccleſiaſticas, æquiparantur. Idem probatur per argum. in c. fin. extra de teſtibus, & atteſt. ubi Greg. nonus, loquens de admittendis teſtibus in cauſa criminali, æquiparat admittendos ad teſtificandum admittēdis ad accuſandum, & ad ordinum ſuſceptionem, infraſcriptis verbis utens, videlicet: non debet q̄s in criminibus, niſi forſan in exceptis, ad teſtificandum admitti, pendente accuſatione de crimine contra ipſum: cū etiam accuſati; niſi prius ſe ꝓbauerint innocētes; ab accuſatione, et ſuſceptione ordinum repellantur. hæc in dicto canone. idem videtur probari per tex. in c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. ubi accuſare, &

c. de cetero, ex. de teſtib.

c. fin. ex. de teſtib.

c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 3.

teſtificari comparantur a Fabiano Papa infraſcriptis uerbis ibi utente, videlicet: ipſi Apoſtoli, & eorū ſucceſſores ſtatuerunt, ut ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui eiuſdem ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt. hæc ibi. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Gloſa enim in d. c. non debet, quod eſt finale, extra de teſtibus in ver. ex hac Decretali, infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit noſtræ cõcluſioni, videlicet: ex hac Decretali patet, quòd teſtimonium in criminali, accuſatio, & ordinum ſuſceptio, pari paſſu incedunt. hæc Gl. illa: cui concordat Gl. in d. c. ipſi Apoſtoli 2. q. 7. in ver. nec eſſe, infraſcriptis verbis, vз. ex his duobus capit. colligitur, ꝙ hæc tria accuſatio, teſtimoniū, & ordo pari paſſu ambulant; ut quicunque non admittitur ad unum, nec ad reliquum. hæc Gloſſa illa ubi ſupra. Specul. quoque in lib. 3. in titu. de accuſatione; in §. tertio uidendum occurrit, in ver. & nota: infraſcriptis utitur uerbis, confirmando noſtrā concluſionem, videlicet: & nota, quòd accuſatio, ordo, & teſtimonium paribus paſsibus ambulant; & qui non admittuntur ad unum, nec ad reliquum: quod plene dic, ut not. 2. q. 7. c. ipſi Apoſtoli, & extra de teſtibus. c. fin. hæc iſte vbi ſupra. Pan. quoque aſtipulatur noſtræ concluſioni in c. licet Heli. extra de ſimonia, ubi infraſcripis utitur vbi ſupra, in colum. 3. ver. ultimo collige, videlicet: ultimo collige, quòd facilius admittitur accuſator, quā teſtis; quia non eſt tantum præiudicium in accuſatoribus, ſicut in teſtibus; quia crimina probantur per teſtes, & non per accuſatores. unde de iure ciuili non reperitur cautum, quòd inimicus non poſſit accuſare, ut dixi in c. 1. ſupra de accuſ. ſed ſic, quòd a teſtimonio repellatur, ut in Authent. ſi dicatur. C. de teſtibus. hæc Pan. Sed quoniam in hoc omnes concordant, alias Doctorum ſententias referre non curabo, ne tędio afficiam pium lectorem. Probatur ergo, & ter-

Glo.

Glo.

Specul.

Pan.

& tertio præſens concluſio ratione adducta a Pan. ubi ſupra, & p me hic adducta.

SECVNDA CONCLVSIO.

NOn illi in teſtes nō ſunt admittēdi, qui aliquid receperūt pro expenſis neceſſarijs in eundo ad locum iudicij pro teſtimonio ferēdo; ſed qui receperunt pretium pro teſtimonio tātum ferendo, vel non ferendo; uel quòd ipſis promiſſum fuit, & ob hoc falſum teſtimonium tulerunt; uel fuerunt inſtructi. & hæc exceptio tam ante ſententiam, quàm poſt, poterit produci. ſunt autem admittendi, qui prece fuerunt inducti ad deponendum teſtimonium uerum. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per argum. in c. concuſsionis. 1.q.1. ubi hęc habentur, vz: concuſsionis iudicium publicum nō eſt, ſed ſi ideo pecuniā qs accepit, quòd crimen minatus ſit; poteſt iudiciū publicū eſſe ex ſenatuscōſultis, quæ pęna legis Corneliæ teneri iubent, qui in accuſationē innocentium coierint, quiue ob accuſandum, uel non accuſandum, denūtiandūue teſtimonium pecuniam accicipiunt. hæc in dicto cap. & notandū, ꝙ notanter dixi per argumētum: cum clare noſtra concluſio per dictum tex. non probetur, licet illius veritas eliciatur ex ipſo eo, quòd ibi puniri mandantur huiuſmodi teſtes. quòd utique non fieret niſi hoc illicitum eſſet & contra iura: cū clare pateat; quidquid contra iura fit irritū eſſe, atque ad nihilum redigendū. tex. eſt quoque in c. licet, extra de probat. §. poſt hoc; in quo Inn. tertius infraſcriptis utitur verbis, videlicet: poſt hoc idem obiecit in teſtes prædictos, quòd corrupti falſa dixiſſent: vnde quia talis exceptio nō ſolum ante; ſed etiam poſt ſētētiam poteſt opponi; licet nonnulli crederent per malitiam oppoſitā, &c. hęc ibi. vnde patet huiuſmodi exceptio rationabilis, & admittenda; ac per cōſequens, quòd illa probata nō ſint huiuſmodi teſtes admittendi. Idem probatur per tex. in c. 1. extra de teſtibus, & atteſt. ex concilio Maticenſi, ubi hæc habentur, videlicet: placuit ſecundo conuentui, vt teſtes non conducantur pretio; & vt quicumque idonei, & fideles in teſtimonium aſſumantur; ac nullus teſtimonium dicat; niſi ieiunus. hęc in dicto canone. & in c. ſi quis teſtibus. 4.q.3. §. finali in ver. ſed ſi liquidis probationibus, datione, vel promiſsione pecuniarū, eos corruptos eſſe oſtenderit, eam etiam allegationem integrā ei ſeruari oportet. hæc ibi. & in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus, infraſcripta habentur pro præſenti concluſione, videlicet: ſi quis teſtibus vſus fuerit, idēq; teſtes aduerſus eum in alia lite pducantur. non licebit ei perſonas excipere; niſi oſtenderit inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt: non adimenda, ſcilicet, ei licentia ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere. Sed & ſi liquidis probationibus, donatione, uel promiſsione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit; etiā eam allegationem integram ei ſeruari præcipimus. Hæc ibi. & in c. ſicut, extra de teſtibus, Alexander tertius ſcribens Beluacenſi epiſcopo infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ſicut nobis eſt intimatum, quidam, accepta pecunia, de parentela inter virum, & vxorem exibent iuramentā, per quæ inter ipſos ſententia diuortij promulgatur. poſtea vero priuatim nullam inter eos conſanguinitatis lineam aſſerentes, ſe corruptos dicūt teſtimonium perhibuiſſe falſitatis. Super quo taliter reſpōdemus; quòd ſi vir, & vxor, aut alter eorū ad ſecunda vota trāſiuerit, teſtibus de periurio, & adulterio, vno pluribusue, quibus cauſam dederunt, pœnitentia indicatur: ſi vero ad ſecunda vota idem vir, & vxor nō migrauerint, diligenter inquirendi ſunt coram quibus corruptio interceſsit: & ſi tales exibeantur, per quos poſsit prædictę corruptionis veri-

Auctor.

ca. licet. ex. de pbat.

c. 1. ex. de teſtibus.

c. ſi quis teſtibus. 4.q.3.

l. ſi qs teſtibus. C. de teſtib.

c. ſicut, ex. de teſtibus.

veritas comprobari, recepto eorum
teſtimonio eſt ſententia reuocanda.nõ
enim teſtimonium prædictorum, cum
periuri ſint, eſt in hoc aliquatenus ad-
mittendum. hæc in dicto canone. Pro-
batur & ſecũdo præſens concluſio au-
Specul. ctoritate Doctorum. Specul.enim in li-
bro 1.titu. de teſtibus.§.opponitur au-
tem.colum.18. in ver. item opponitur,
noſtram concluſionem amplectẽdo,in-
fraſcriptis vtitur verbis,videlicet:item
opponitur teſti, quòd recepit a quo-
cumque pretium, vel preces pro teſti-
monio ferendo, uel non ferendo,uel ei
promiſſum fuit; & ob hoc falſum te-
ſtimonium tulit, vel fuit inſtructus:vn-
de dictum eius non valet. C. eod.l ſi q̃s
Glo. teſtibus. in fine.hæc ille vbi ſupra.Glo-
ſa quoque in d.cap.1.extra de teſtibus,
in ver. pretio, infraſcriptis vtitur ver-
bis pro noſtra cõcluſio. videlicet:quo-
rum teſtimonium non valet; quia præ-
tio ſunt corrupti. 4. q.3.§.item in crimi
nali & ſup.de probat c.licet.& infra eo.
Pan. c.ſicut.hæc Glo. ubi ſupra. Pan.quoque
noſtrę concluſioni fauens,infraſcriptis
utitur verbis in dicto c.1.extra de te-
ſtibus, in notabili primo,videlicet:no-
ta primo ibi,pretio, &c. nihil enim di-
cit de prece:ergo argue ſecũdum Hoſt.,
quòd preces interuenire poſſunt dum-
modo ceſſet corruptio:quo caſu loqui-
tur infra eo.c.quoties. Nota bene hoc
dictum;quoniam licite rogatur quis,vt
teſtimonium phibeat ueritati. ex quo
argue, quòd teſtis productus a parte
ſine alia citatione, non poteſt tamquã
ſe ingerens & ſuſpectus recuſari; quia
precibus partis producẽtis potuit in-
duci, vt hic.& nota bene. & ſic reperi
cõcluſiſſe Domi. de Ro. deciſione 36.&
aliquid ſubijciam in c. ſequen. Quare
autem preces, & non pretium interue-
nire poſſunt, dic quòd citius corrum-
pitur precio teſtis, quàm precibus: ci-
to enim (dicit canon) violatur iuſtitia
auro: habetur in c. pauper 11.q.3. hæc
omnia Pan.ubi ſupra.qui & ibidẽ pau-
lo clarius aſtipulatur præſenti cõclu-

ſioni, in colum. 2. in ver. quæro,quid ſi
teſtes pretio fuerunt inducti? reſpon-
det Glo.2. teſtimonium non ualere;q̃a
corrupti ſunt. & dic, quòd poſſunt ac-
cuſari de falſo. l.1. ff.de fal.notat Bar.l.
diuus.ff.de reg.iur.vide quod dixi in c.
licet ſupra, titulo pximo.& nota,quòd
alio non probato præſumitur corru-
ptus: & intelligo iſtum tex. de pecunia
non recipienda pro actu teſtificandi.
debet enim dictum teſtis eſſe gratuitũ.
14.q.5.c.non ſane:nã pro expenſis fien-
dis in ueniendo, ſtando, redeundo,li- Teſtis ꝓ teſtimonio ferẽdo rõne
cite datur pecunia:de quo dic, ut in c. intereſſe oĩs paſſi aliq̃d poteſt acc. pere.
ſtatutum,in fine,de reſcriptis lib.6.hæc ca.ſtatutum:d̃ reſcr.ptis in 6.
omnia Pan.ubi ſupra.ſed notandum,q̃
in dicto c.ſtatutum,in fine,infraſcriptis
uerbis vſus fuit Bonifacius octauus, vi
delicet: pro ferẽdo quoq; teſtimonio,
prætextu cuius aliqui alios fraudulen-
ter interdum a iudicibus vocari pro-
curãt, vt eos laboribus, & expenſis fa-
tigent,aut extorqueãt aliquid ab eiſ-
dem,nullum vllatenus conuocet; niſi
quando conditio, & ſtatus cauſæ req-
rent:ſed nec tunc;niſi a producente cõ-
petẽtes vocato pro teſtimonio,uenien
do,ſtãdo,& redeundo,faciat miniſtra-
ri expenſas. hæc in dicto canone.domi
nus Felinus quoque concluſioni præ- Felinus.
ſenti ſe ſubſcripſit in d.c.1 extra de te-
ſtibus,in principio, infraſcriptis utens
uerbis,videlicet: nota textum ibi,Pre-
tio,quòd corruptio per pretium inha- Teſtis monitus ut p uerba congrua loq̃tur non d̃r ſuſpectus,uel ſubornatus. idẽ dicendũ de teſte nõ citato, tñ rogato a parte,ſe p̃ntante examini iudicis.
bilitat teſtem. & procedit etiam ſi fiat,
vt uerum dicat: vnde etiam verum di-
cendo non euitat pœnam falſi.l.1.& ibi
Bar.ff.de falſis. & paulo poſt ait, & põ-
derat hoc dominus Abbas in tex. in
uerbo Pretio,quia non dicet prece. ex
quo infert, quòd teſtis rogatus,ut te-
ſtificetur, non dicitur corruptus: & ita
intelligit. c. quoties, infra eo. bene fa-
cit, quòd notat Bal.in c.licet ſup.titulo
proximo 1. de probat. dum dicit teſtẽ
nõ dici ſubornatum, ſi fuit rogatus,vel
monitus,ut per uerba congrua loque-
retur: ex his etiam infert Dominus Ab
bas, quòd teſtis non citatus, ſed pro-
ductus

ductus a parte non dicitur ſuſpectus. & limita iſtum tex. quo ad pretium;niſi teſtis reciperet expenſas, quas facit in eundo,& redeundo cauſa teſtificandi, ſecundum omnes hic per c. ſtatutū. in fine de reſcriptis in 6. & l.qm̄ liberi. C de teſtibus. idem dicit Bal.hic,ſi aliquid daretur teſti in recompenſationem operarum ,quas perdit. & ſubdit Bal.hic, quòd in cauſa inquiſitionis,in qua non eſt pars , ſatisfaciat reſpublica de mandato iudicis per l. Nauariorum. C. de nauiculis . lib. 11. vnde hoc mādabitur maſſario communi ſecundum ipſum. & ſi teſtis itinerans ad teſtificandum ſpoliatur a latronibus, nō recuperat damnum a producente de rigore iuſtitiæ : ſed de curialitate bene poſſet producens emendare damnum , nec infringitur teſtimonium ſecundum Bal.hic , allegat.l.inter cauſas. §.non omnia.ff.mandat.quæ omnia intellige , dummodo in iſtis refectionibus expenſarum , vel damnorum concurrat ſcientia iudicis, ne fieret fraus huic Decretali ſecundum Hoſt.& dominum Ant. hic. ſubdit etiam Bal. hic, quòd teſtis per amicitiam non repellitur,niſi ſit immoderata, per l. ſciēdum. ff.de uſuris: quod erit in arbitrio iudicis ſecundum ipſum . Hæc omnia Felinus ubi ſupra . Probatur & tertio præſens concluſio hac ratione: cum maximum nocumentum oriatur ex falſa teſtificatione , & quamfacillime poſſint pretio duci teſtes ad deponendum falſum; merito fuit in Eccleſia ſancta hoc prohibitum ,ne tam actor , quā reus in huiuſmodi mala inciderent,abſq; culpa alterius eorum.

Teſtis p amicitiā nō repellitur,niſi illa eſſet īmoderata. Auctor.

TERTIA CONCLVSIO.

Teſtis in ſua depoſitione utens verbis obſcuris , vel loquens confuſe non eſt admittendus; niſi rurſus interrogatus in iudicio claris utatur verbis. Et quāuis hoc poſſit agere iudex: tamen ad hoc non tenetur rurſus cogere teſtes ad declarandum dicta eorum obſcura , nō tantum ſi procedit ex officio, uerumetiam ad inſtātiam partis ; quia tunc timeretur de ſubornatione teſtium. Quapropter in hoc maxime prodeſt habere iudicem propitium:quoniam ſi huiuſmodi teſtes non interrogauerit, nulli iniuriam irrogabit; cum ad hoc non teneatur aliquo iure . & ſic poterit reum abſoluerē auctoritate tex. in capitulo,cum partium ſunt obſcura , de regulis iur. in 6. in tali enim caſu potius pro reo, quàm pro actore erit iudicandum;cum probent contra producētem. rurſus,ſi uoluerit alias interrogare, nulli iniuriam faciet,cum hoc poſſit ad animi ſui claritatem; quia graue eſt ſuper re incerta certam dare ſententiam . Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per argum. in capitulo ſi teſtes, §. in teſtibus conſiderandum, quarta quæſt. tertia, ubi hæc habentur, videlicet: in teſtibus conſiderandum , qui ſimpliciter teſtimonium dicant: utrum vnum eundemque meditatum ſermonē afferant;an ad ea,quæ interrogātur ex tempore ueriſimilia reſpondeāt.hæc in dicto canone . & clarius in capitulo cum clamor , extra de teſtibus, ubi Gregorius nonus infraſcriptis verbis confirmat noſtram concluſionem , videlicet : cum clamor ualidus contra Acherotin. epiſcopum de ſimonia , & alijs criminibus aſcendiſſet, Meſiten. & Ruben . epiſcopis dedimus in mandatis , ut ſupra ueritatem inquirerent diligenter:& infra.verum quia apertis atteſtationibus . l. G. ſuper ſimonia ita depoſuere confuſe , quòd ex dictis eorum nō poteſt ueritas declarari ; mandamus, quatenus examinetis eoſdem iterum diligenter ; & tam eorum,quā illorū, quos receperitis, teſtificata ſub ſigillis ueſtris nobis fideliter referatis. hæc in dicto canone . & ultimo probatur per tex. in capitulo contra eum de reg. iur. in ſexto,ubi hæc habentur,videlicet: contra eum, qui legem dicere

ca. ſi teſtes.4.q. 3.

c.cū clamor, ex. d teſtib.

potuit

potuit, apertius eſt interpretatio facienda. Probatur præſens concluſio & ſecundò auctoritate Doctorum. Glo. enim in dicto capitulo, cum clamor. in ver. confuſe, poſt nōnulla, infraſcriptis verbis noſtræ præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit, videlicet: dicas quòd iudex ex officio ſuo hoc facere debet; & præcipue hic, ubi agebatur ex officio iudicis per inquiſitionem; non ad petitionem alicuius, ſed ad clamorem & famam, infra de colluſionibus, capitulo vltimo, quòd eſt pars iſtius: & maxime in crimine ſimoniæ, de quo fiebat hic inquiſitio. & ideo obſcure dixit: Iterum examinetur teſtis, & declaret ſiue interpretetur dictum ſuum; quia in ambigua oratione ſpectatur ſententia eius, qui eam protulit. ff. de reg ius. l. in ambiguis orationibus: & qualitcrcumque poteſt iudex inquirere veritatem, inquirere debet, 30. quæſt. 5. capitulo iudicantem. & ante publicationem, & poſt, quandocumque viſum fuerit iudici, poteſt interrogare. ff. de inter. act. l. ubicumque. & infra extra de fide inſtrument. capit. cum Iohannes, verſic. fin. & quia publicæ utilitatis eſt, ne crimina maneāt impunita: infra, extra de ſentent. excommun. capit. ut famæ, circa finem, ne ad malitias quiſque proſiliat. C. de pœnis l. ſi operis. & magna ratio eſt, ob maleficia pœnas ſolui. ff. de fideiuſ. l. ſi a reo. §. id quod: vnde talis confuſio debuit declarari. hæc d. Gloſa. Glo. quoq; tacite noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni, in capitulo contra eum, de regulis iuris, in ſexto, in verſi. ſi uero in probationibus, infraſcriptis uerbis, videlicet: ſi uero in probationibus ſit ambiguum, interpretamur contra producentem, ut in capitulo per tuas, extra de conditio. appoſ. hæc illa Glo. Specul. quoque in prima parte titu. de teſtib. colum. decimaquinta, in ver. item quòd teſtis obſcure, præſenti concluſioni infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit, videlicet: item quòd teſtis obſcure, uel confuſe dixit, quarta quæſt. tertia, verſ. in teſtibus, el ſecundo: unde non ualet, niſi iterum deponat, & dictum ſuum declaret: quod facere poteſt, extra eodem capitulo cum clamor, extra de teſtibus cogen. c. præterea: claritas enim approbatur in Auth. de teſta. hæc ille.

Specul.

Pan.

Panor. quoque in dicto capit. cum clamor, columna ſecunda, amplectendo præſentem concluſionem, infraſcriptis utitur verbis, videlicet: nota quòd obſcurum dictum habetur pro non dicto, quo ad iuris effectum. & in verſi. contra hoc, infraſcripta dicit: contra hoc & contra tex. videtur enim quòd duplici ex capite non debuerunt teſtes iterum examinari. primo, quia ſi obſcure depoſuerant, fienda erat interpretatio contra eum, qui illos produxit, ut in capit. in præſentia, extra de probationib. & in reg. contra eum, de regulis iur. in ſexto. ſecundo, quia eſt timor ſubornationis poſt publicationem, ut in capit. fraternitatis, ſupra eo. Sol. Glo. ſecunda, antequam attingat ſolutionem, in contrarium opponit de l. ſi quis intentione. ff. de iudi. ubi ſit interpretatio in fauorem proponentis; & non ſoluit: ſed illud procedit in actore, in eo quod dixit in principio cauſæ. & declara latius ad intellectum illius leg. ut dixi in c. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpol. ſed attingendo ſolutionem principalis quæſtionis, dicit Gloſa, quòd iſtud, quod hic dicitur, procedit, quando iudex mouetur ex officio ſuo, non ad inſtantiam partis; & præcipue cum procedit per inquiſitionem, vt hic procedebat: & maxime in crimine ſimoniæ: nā iudex pōt interrogare quandocumque ſibi uiſum fuerit. 3. q. 5. c. iudicantem. & l. ubicumque. ff. de inter. act. nota bene hanc Gloſam; vult enim iudicem poſſe ex officio ſuo teſtes obſcure deponentes interrogare; etiam ubi proceſsit inter partes. & idem notat Glo. in c. in præſentia, de probat. in cap. per tuas, ſupra eod. vide Glo. 30. q. 5. cap. iudicantem. & in hoc, pro-

prodeſt multum habere iudicem fauorabilem: nam iudex poteſt ſine iniuria alicuius teſtes obſcure deponētes, iterum non interrogare, & abſoluere reum,per regulam in c. cum iura partium ſunt obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori,de reg.iur.in 6.& per dictum c.in præſentia. item pōt interrogare ad animi ſui claritatem;quia graue eſt ſuper re incerta certam ferre ſententiam. 11. q. 3.cap.graue:& c. iudicantes: ſed ad petitionem partis nō tenetur hoc facere; quia timetur de ſubornatione; niſi in caſibus, in quibus dixi i c.per tuas,ſupra eo.& uide quod notat Inn. in c. cum Iohānes,de fi.inſtr. dicit tamen hic ſingulariter Inn. quòd etiam ad petitionem partis poſt publicationem poſſunt teſtes de nouo recipi,non ad declarandum dicta aliorum obſcura; ſed ad confirmandum priorē probationem ipſius producentis. ponit exemplum. Per duos teſtes probaui me emiſſe tali die tale quid. aduerſarius probat me alibi fuiſſe illa die, q̄ in loco celebrati contractus. poſſum ego poſt publicationē alios producere ad confirmandum priorum dicta, ſcilicet, quòd eadem die fui præſens, & emi; quia non eſt timor ſubornationis propter probationem: nec debet mihi imputari, quare prius non probaui; q̄a poteram confidere de mea priori probatione: vnde ſatis cum iuramento de malitia debeo admitti.hæc Pan.vbi ſupra. Felinus quoque noſtræ fauet concluſioni in d.c.cum clamor,extra de teſtibus: nam in principio ipſius.c.infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: nota, quòd obſcurum dictum teſtis habetur pro non dicto; & teſtis propter nimiā obſcuritatem dicitur uacillare. & hinc eſt,quòd uerbum teſtis ambiguum interpretatur contra producentem,ut in c.in præſentia.extra de Probat. & vide Archid.poſt Glo. in c.graue 35.q.9.ubi dicit, quòd teſtes qui dubie, uel confuſe dixerunt,poſſunt iterate produci, ut dicta ſua ualeāt declarare; quia obſcure dictum habetur pro non dicto. & dicit Bar. in l.repeti.ff.de quæſtionibus, quòd iudex poteſt repetere teſtē, ut dictum ſuum declaret, uel reddat rationem dicti: & vide D. Ant. in c.fin. in 9. colum. infra de iureiur. ubi dicit, quòd teſtes,deponentes ſuper mutuo, ſed non ſuper quantitate mutui non probant; quia nimis obſcure deponūt; niſi per alios teſtes probaretur,aduerſarium antea ex modico interuallo pe tijſſe x.mutuo: & dicit Bar. in l. ea quæ commendandi. ff. de cōtrahen.emp.q̄ teſtis, qui loquitur malitioſe, & obſcure tenetur tamquam falſarius. hæc ille ubi ſupra. qui ibidem, ſed in ver.in eadem Glo.infraſcriptis utitur uerbis, videlicet,in eadem Glo.in fine nota bene, extra Glo. quòd iudex officio ſuo poteſt repetere teſtem,etiam poſt publicationem, ut declaret dictum ſuum obſcurum: licet hoc facere nō teneatur ad partis petitionem. idem tenet Glo. & ibi ſcribentes in c.per tuas,ſupra eo. & Glo. i.in §. quia uero,in Auth. de teſtibus.& procedit hoc nō ſolum in criminalibus; ſed etiam in ciuilibus ſecūdum Gloſas prædictas. & ita etiam, ubi proceſſum eſt inter partes, poteſt iudex repetere. quod ualde not. Imo.& D.Abbas hic, dicentes in hoc multum prodeſſe habere iudicem fauorabilem: nam iſte poteſt ex ſe ea; ad quæ parte petente non tenetur: quia in parte timetur ſubornatio, & conſiderant iſti dum Glo. hic loquitur in criminali,utitur uerbo Præcipue, uolens etiam per hoc in ciuili idē eſſe.hæc ille ubi ſupra, Probatur & tertio præſens concluſio hac ratione,videlicet:cum omnes Doctores, immo & nonnulla iura aſſerant in cauſa criminali ad aliquem cōdemnandum oportere,ut adſint clariſsimę probationes;merito ergo reijciendi,& non admittendi ſunt teſtes deponentes contra aliquem obſcure,ut in concluſione dixi.

Nota caſū,i quo poſt publicationem proceſſus debet admitti probatio ac teſtiū productio.

Auctor.

QVAR-

QVARTA CONCLVSIO.

TEſtes deponentes de credulitate, non de ſcientia, ad aliquid probandum, non ſunt admittendi regulariter; niſi addijciant cauſam ac originem ſuæ credulitatis. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo c.relatū. 5.q.2. enim per argumentum.in cap.relatum. 5. q. 2. ubi Damaſus Papa infraſcriptis uerbis confirmauit noſtram concluſionem, videlicet: vnde canonica patrum inſtituta non ſemel, ſed ſæpiſsime clamant, nec accuſationem, nec teſtimonium nulla per ſcripta poſſe ꝓferri, nec de alijs negotijs, quicumque teſtimonium dicant; niſi de his, quæ ſub eorum præſentia acta eſſe noſcuntur. hæc omnia inter alia habentur in dicto canone. ex cuius uerbis patet ac elicitur no- Auctor. ſtræ concluſionis ueritas; cum prohibeat canon iſte aliquod teſtimonium recipi, niſi eorum, qui affuerunt rei illi, de qua interrogatur: ac per conſequens de illis tantum quis ferre teſtimonium ualidum poterit; nõ autem de quibus tantum aliqualem credulitatē habent; cū credulitas non ſit uera ſciētia, quæ in teſte reqritur neceſſario. tex. l. teſtiū. ff. de teſtibus. quoque not. eſt in l.teſtium facilitatem ff.de teſtibus; ubi inter alia hæc habētur, videlicet: uelitque uiles, & forſitan redemptos teſtes ſuper huiuſmodi ſolutione producere; niſi quinque teſtes idonei, & ſummæ atq; integræ opinionis præſto fuerint ſolutioni celebratæ; hique cum ſacramēti religione depoſuerint ſub præſentia ſua, debitum eſſe ſolutū. hæc ex illa lege. ex cuius uerbis Auctor. luce clarius liquet noſtram concluſionem probari a fortiori arguendo: qm̄ ſi non erunt admittendi teſtes, niſi de uiſu, in cauſa mere ciuili, quāto magis non erunt admittendi teſtes de credulitate in cauſa criminali mere (de qua ſemper eſt meus ſermo in tota pſenti practica) cum multa permittantur fieri in cā ciuili, quæ non pñt permitti in cā criminali eo, ꝙ maius detrimentū partibus infertur in cā criminali, quàm ciuili. Probatur & ſecundo auct. Doct. Specul. enim in prima par. tit.de teſte.§. Specul. opponitur aūt col.17 in ver.item, ꝙ depoſuit de credulitate, infraſcriptis verbis nr̄æ concluſioni ſe ſubſcripſit, vc3: item, ꝙ depoſuit de credulitate, nō de ſcientia: vñ non ualet, ut in prædicto c. relatū, & prędicta l.teſtium, ubi de hoc; quia non ualet teſtimonium de alieno Pan. auditu. hæc ille. Panormit. quoque in c.quoties, extra de teſtibus, colum.2. in verſic. admittitur hoc teſtimonium, inter alia infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: regulariter aūt non ualet teſtimonium de auditu, uel de credulitate: vñ ſic non dr̄ uerus teſtis, ut notat Glo. in l.in ſumma. §. item Labeo. ff.de aqu. pul. ar. hæc ille. Lanfrancus quoque in Lamfrā. repetitione c.quoniam contra ex̄.de ꝓbat.§.confeſsiones.col.9.in ver.item nō eſt prætermittendum, infraſcriptis uerbis nr̄æ ſe ſubſcripſit concluſioni, vc3: item non eſt prætermittendū aliud ſingulare, ꝙ licet teſtimonium de credulitate non ualeat, ut notatur in l.teſtium, C.de teſtibus: tamē, &c. hęc ille. cui aſtipulatur Fel. in c. quoties, extra de te- Felinus ſtibus. col. 2. in ver. Gloſa fin. ubi inter alia infraſcriptis utitur verbis, vc3: eſt enim regulariter uerum, ꝙ non ualet teſtimonium teſtis de credulitate deponentis, quia deponere dēt de his, quę certitudinaliter nouit, p c.relatum, ibi Acta. 5.q.2. & c.teſtes ibi Et nouerunt. 3.q.8. & l. teſtium, & ibi Glo. incipiens ſic ergo. C. de teſtibus. notat Specul. in tit.de teſte.§.opponitur. in 9.col.ver.itē depoſuit de credulitate; & dn̄s Ant. in c.cum ad ſedem, in tertia col.S̄.de reſtitutione ſpoliat. vñ ſi teſtis productus ad probandum mutuū, dicat ſe credere mutuum fuiſſe factum, non probat ſecundum Imo. poſt alios hic: & ideo dicit Ang. in Auth. de hæred. & falc.§. hinc nobis.in 3.col.ver.2.nota, ꝙ teſtes debent teſtificari ſic eſſe, uel non eſſe: non aūt ſe credere, uel non credere per

illum textũ. Quã regulam amplia primo tex.eodem,qđ notat Bal.in l.2uenti culã, in 8.col.ver. ex pdictis infero.C.de epis, & cler. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis dicat Scio,qa credo, nihil ꝓbat; qa credulitas ſtat ſimul cum oppoſita ueritate; & poſsibile eſt, ꝙ teſtis credit: tñ non eſt uerũ.not. in d. l.tutela c.de in integrum reſt.l.minorum ſm ipſum.Secundo amplia ex eo, qđ not.Bal.in l.ſiue poſsidẽtis in 4.col.ver.ſed qro.c. de probat.ubi dicit, ꝙ ſi teſtis dicit, ſe pro certo credere,nõ probat,ẽt pſumptiue;niſi adijciat originem credulitatis; allegat.c.3. loco,& c.litteris ĩ.de pręſum.& qđ not. in l.diem ꝓfferre.§.ſi plures.ff.đ arbitris, Tertio amplia ex eo,qđ not.D.Ant.ĩ c.1. ĩ.de appell.ubi dicit nõ ualere conſuetudinẽ,ꝙ teſtib. deponẽtibus đ credulitate,plene credat, eo caſu quo aliàs nõ crederet.& facit,qđ dictũ fuit in c.2. ſ.de probat.hæc dñs Fel. Probat & tertio pñs cõcluſ. rõnib9 iã adductis in relatione opin. Doct. ſupra adductorum.

QVINTA CONCLVSIO.

TEſtis deponẽtis p uerbũ Credo,uel de auditu; ſi hmõi credulitas eſt ꝓxima ſenſui, p quem pcipitur ueritas, ualebit teſtimonium tale. & idẽ dicendum, qñ teſtis addit dicto Ṽbo Credo aliquod aliud certũ, ut puta, dicendo credo Fran.interfeciſſe Petrũ. & iterrogatus quomodo hoc credit, dicat, qa interfuit, & uidit Frãciſcum occidentẽ Petrũ talib9 armis,&c. qa teſtis reddẽs rõnẽ dicti ſui fidẽ facit: ſecus ſi remota a tali ſenſu. exẽpli primi. ſi dicit teſtis ſe uidiſſe nudũ cũ nuda in eodẽ loco. p qđ credit eos adulteriũ cõmiſiſſe: talis n.probat. aliud exemplũ.And.teſtis dicit,ꝙ talis puer fuit natus ĩ domo talis. & ex hoc credit, ꝙ ſit filius illius uiri,q inhabita t illã domũ.exemplum ſecũdi, qñ credulitas eſt remota a ſenſu, p quẽ ueritas pcipitur.dicit teſtis,ꝙ uidit uirũ, & mulierem confabulantes;& ꝙ ex hoc credit, ꝙ ſe cognoſcant carnaliter; vel,ꝙ vidit aliquem de ſero cũ armis;& ex hoc credit,ꝙ interfecit illũ,q repertus fuit mortuus đ mane.certe talis teſtis nõ probat.oportet ergo, ꝙ illa credulitas eliciat ex actibus, ex qb9 hoies cõiter aliquid factum fuiſſe pſumunt, & ueriſimiliter credunt.Hæc concl.probatur duplici medio, vc3: Primo.n.pñs cõcl.qño ad primum membrum ipſius, probatur per arg. in c. Præterea, ex̃.de teſtibus; vbi Cœleſtinus tertius infris uerbis uſus fuit,vc3:præterea, cũ quis accuſatur aliquam cognouiſſe: an ſint teſtes interrogãdi de uiſu; aut ſola uiciniæ fama ſufficiat; uel ſi iuratis teſtibus ſit credendum, qui ſe carnalis copulæ conſcios eſſe fatentur; ſed de uiſu nihil affirmant: reſpondemus, quòd ſi teſtimonium conueniens de uiſu reddatur, uel ẽt de auditu,& præſumptionem uiolentam fama conſentiens ſubminiſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragentur; ſtandum eſt teſtimonio iuratorum.etiam circumſpectus iudex atque diſcretus motum animi ſui ex argum.& teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe compererit,confirmabit:hæc in dicto canone. cuius auctoritate videtur probari concl. quo ad primum exemplum primi membri. ſed quo ad ſecũdum exemplũ primi mẽbri, dico illud probari apertiſsime per tex.in l.ſi uicinis C. de nuptijs,ubi hæc habeutur,videlicet: ſi uicinis, uel alijs ſcientibus, uxorem pro creãdorum liberorum cã domi habuiſti, & ex eo matrimonio filia ſuſcepta eſt;quamuis neque nuptiales tabulæ, neque ad natam filiam pertinentes factæ ſunt; nõ ideo minus ueritas matrimonij, aut ſuſceptæ, ſuam habent poteſtatem.hæc in d.lege. Idem quoque probatur per tex. in l. filium.ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris; ubi infraſcripta habentur,videlicet: filium eum diffinimus, qui ex uiro, & uxore eius naſcitur: ſed ſi fingamus abſuiſſe maritum,uerbi gratia, pet decenniũ;& reuerſum anniculum inueniſſe in domo ſua; placet nobis Iuliani ſententia; hũc

c. præterea,ex.đ teſtibu.

l.uicinis C.de nuptijs.

l.filium. ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris.

non eſſe mariti filium. non tamen ferē-
dum Iulianus ait eum, qui cum uxò-
re ſua aſsidue moratus nolit filium
agnoſcere, quaſi non ſuum: ſed uide-
tur mihi (quod & Scæuola probat) ſi
conſtat maritum aliquādiu cum uxo-
re non concubuiſſe, infirmitate inter-
ueniente, uel alia cauſa; ueluti ſi ea ua-
letudine paterfamilias fuit, ut genera-
re non poſſet, hunc qui in domo natus
eſt (licet uicinis ſcientibus) filium non
eſſe. hæc in d. lege Probatur quoque
noſtra concluſio & ſecundo auctorita-
Glo. te Doctorum: Glo. enim in dicto c. præ-
terea de teſtibus, in verſi. conſcios, prę-
ſenti concluſioni ſe ſubſcripſit infra-
ſcriptis verbis, videlicet: conſcios. ſed
quomodo ſunt conſcij, n. ſi uiderint?
quia forte ab eo audierunt. 22. quæſt. 5.
cap. hoc videtur: uel quia uiderunt ſo-
lum cum ſola in lecto, uel nudum cum
nuda; ſed non uiderunt eos carnali-
ter commiſceri infra de præſumptio-
nibus capitulo tertio loco. & ideo di-
cit, Et de uiſu nihil affirmat. hæc illa
Gloſa ubi ſupra, quæ ibidem. Sed in
verſi. auditu, infraſcriptis utitur uer-
bis, videlicet: auditu, quia forſan te-
ſtes diſtabant tenui pariete a commi-
ſcentibus, audiendo eos ſimul com-
miſceri; ſed non uidebant. & poſt non
nulla, dicta Gloſa utitur infraſcriptis
verbis, uidelicet: vel ſimpliciter po-
teſt intelligi, cum vxor accuſat mari-
tum de adulterio ad tori ſeparationē,
dicens eum aliquam cognouiſſe. & hoc
uidetur uerius. utroque iſtorum caſuū
uidetur ſatis probari adulterium per
huiuſmodi teſtimonium de auditu, q̃a
audiebant eos commiſceri iuxta te-
nuem parietem. & ſi fama publica con-
ſentiat, & alia adminicula ſuffragen-
tur, prout ſequitur in littera ipſius tex-
tus, ſatis intelligitur eſſe probatum;
quia omnia iſta faciunt probationem
ſufficientem: infra de præſumpt. cap.
litteris, & c. tertio loco. Ex his autem
omnibus iudex confirmabit motum
animi ſui, ſupra, de denunt. cap. in prę-
ſentia, & quarta quęſt. tertia cap. ſi te-
ſtes. hęc omnia Glo. illa. Specul. quoque
noſtrę fauet concl. in titu. de teſte. co-
lum. 17. in ver. item, quòd depoſuit de
credulitate; ubi inter alia infraſcriptis
utitur verbis, videlicet: quandoque
autem admittitur deponēs de credu-
litate, ut extra de purgat. cano. & ubi-
cumque admittitur teſtimonium de
auditu. hęc ille ubi ſupra. Lanfranchus Lanfrā.
quoque in repetitione c. quoniam con-
tra, extra de probat. colum. 9. in ver. itē
non eſt prætermittendum, infraſcriptis
verbis ſe noſtrę ſubſcripſit concluſioni,
videlicet: item non eſt prętermitten-
dum aliud ſingulare, quòd licet te-
ſtimonium de credulitate non ualeat,
ut not. in l teſtium. C. de teſtibus: tamē
ſi uerbo Credo adijciatur uerbum Be-
ne, uel æquipollens, puta, Firmiter, ta-
le dictum ſuſtinetur, & ualet. uerbi
gratia: talis teſtis dicat, ego credo be-
ne, ꝙ mutuauit, & ſic de alijs. iſtud eſt
dictum ſingulare Baldi in l. 1. C. de fal.
cā adic. lega. hęc ille ubi ſ. qui ibidē; ſed
in §. teſtium. col. 4. in verſi. ꝑterea infrīs
utitur verbis, vz: prǽterea ſciendū eſt,
ꝙ teſtis, q̃ deponit ꝑ uerbum, Credo,
deinde ſubiungit rōnem concludentē,
ꝓbat: vñ ſi teſtis īterrogat' ſup mutuo,
dixit: credo, ꝙ mutuauit: & interroga-
tus quomodo ſcit; rñdit: erā pñs; dictū
ſuum ualet. ita tenet Bal. in l. datam ſ.
alleg. & in l couenticulum. C. de epiſ. &
cler. & ideo ſit cautus examinator te-
ſtium: cū videt teſtem ꝓductum ꝑ par-
tē aduerſam, interroget ꝑ collegam ſuū
examinatorē, ſi teſtis deponat ꝑ uerbū
Credo; niſi examinator, cōtra quem ꝓ
ducuntur teſtes, dicat non curo, ꝙ fiat
aliud interrogam. ſibi, quia ſatis bene
deponit: nam teſtimoniū de credulita-
te regulariter non ualet, ut in l. teſtium.
C. de teſtibus; niſi tale dictum ſuſtinea-
tur ꝑ concludentem rōnem, ut ſ. dixi. &
regulariter dēt attendere rōnem dicti
teſtis ipſe; non dictum tm̄. vñ ſi dictum
non concludit, & ratio ſic; ualet dictum
ſuum, ut in exemplo ꝑmiſſo: ſed contra,

non valet.exemplum:ſi dicat teſtis,uerum eſt, ꝙ Titius mutuauit X. Seio, & interrogatus quomodo ſcit? reſpōdit, quia audiui; dictum ſuum nō ualet,q̄a iſta ſunt uerba ſingularia Bal. in l.conuenticulam. C. de epiſcop. & cler. Aduertendum eſt,ꝙ dictum teſtis dēt cōcludere neceſſario, ut in l. non hoc,C. vnde cog. quod intellige ſecūdum Bar. neceſſario,uel præſumptiue,uel ex pręſumptione iuris.ita not. in l. 1.ff.ſi certū petatur: nam ſi producatur teſtis ſuper paupertate, aut diuitijs,& talē eſſe pauperem,uel diuitem teſtis depoſuerit; & interrogatus poſtea de ratione, rūdit, hōc ſe ſcire, quia ſunt uicini: ualet dictum; ſuum quod concludit, præſumptiue ex iuris præſumptione ſecundum Bar.tubi ſupra, item Bal. in l.2.C.qū fiſ.uel priua.idem tenet quoq; Ang.in Auth. de hære.& fal. col.1.præſumitur enim uicinus ſcire facta uicini ſui, & eius conditionem, ut in l.ſi vicinus. C.de nup.Et ſi dicatur;teſtis debet deponere de his, quæ percepit per ſenſum corporis,ut in l.teſtimonium.C.de teſtibus; in propoſito aūt non deponit per ſenſum corporis,rūdeo,ꝙ ſatis eſt, ꝙ teſtis deponat tale quid, per quod peruenitur ad ſenſum corporis ex p̄ſumptione iuris: ita dicit Bar.in l.1.ff.ſi cer. peta.modo ſic eſt,ꝙ ſi teſtis reddat rōnem ſui dicti in hunc modum,vc3:ſum vicinus.inde p̄ſumitur iſtum uicinū debere ſcire factum ſui uicini, uel conditionem per ſenſum corporis,vc3:p ſenſum viſus,& per conuerſationē.hęc oīa ille Doctor. cuius dicta iccirco hic attuli, qm̄ meo quidem iud. ſummopere conducūt,non tm̄ ad ꝓbationem p̄ntis concl. verūetiam ad deciſionem oīum ambiguitatū,q̄ in hac materia occurrere poſſent. Sed memoriæ eſt quoq; cōmendandū, ꝙ dr̄ in additione in margine dictæ repetitionis Lanfranci ubi ſ.in ver. vicini: adde tamen, quòd non habitantes,& partem conuerſantes nō arguunt in loco ſcientiam habuiſſe; & ſecundum Bar.& Socinum in conſil.51. colum.2.in prima par.hęc ibi.Pan.quoque libentiſſime præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit in c.quoties, ex. de teſtibus.col. 2.in ver.ſed quæro gn̄aliter inter alia:ubi infr̄is uſus fuit uerbis, vc3: & concl.eſt hæc,ꝙ ubi credulitas eſt ꝓxima ſenſui,per quem percipitur ueritas ualebit teſtimonium tale; ſecus ſi remota a tali ſenſu.hæc ille:qui ibidem poſt exempla a me adducta in p̄nti cōcluſione infraſcriptis utitur uerbis,vc3 oportet ergo, quòd illa credulitas eliciatur ex actibus, ex quibus homines communiter aliquid pręſumunt;& uериſimiliter credunt;ſicut in ſimili notat Bar. in infamia probanda:ut ad hoc,ꝙ probat, requiratur,ꝙ ex ueriſimilibus coniecturis procedat:aliās poſſunt dici uoces uanæ populi,& uana credulitas, de qua non curatur, ut in c.Oſius, de elect. notat Bar.in l. d̄ minore.§.tormenta. ff. de quæſt. facit quod not.Inn. in c. cum oporteat. de accuſ. Et credo, quòd in his caſibus, in quibus ualet teſtimonium de credulitate, ſit etiam neceſſe, ut deponatur de credulitate, quia ex quo non deponit directe ſuper ipſo facto, ſed ſuper ſtrictis coniecturis, debet adijcere de credulitate; argum. optimum hic, & in dicto c. licet ex quadam, & capitulo litteris de pręſump. & capitulo præterea: & hoc diligenter nota. admittitur etiam hoc teſtimonium de credulitate ubicumque admittitur teſtimonium de auditu, ut hic, & in dicto capit. licet ex quadam. Hæc ille ubi ſupra. qui ut magis declararet materiam præſentis concluſionis, enucleat nobis duos hos terminos, videlicet: credulitatem & ſcientiam. & hoc facit ubi ſupra columna tertia in ver.ego puto dictum,infraſcriptis uerbis utens, videlicet: ego puto hoc dictum domini Antonij procedere largo modo capiendo Credere: ſed ſtricte capiendo ſecundum ſuam ueram naturam ſeu proprium ſignificatum, puto,quòd ſuper eodem non poſſunt concurrere

Pan.

Credulitas 7 quo differat a ſcientia

ſine

ſcire, & credere, & quòd in ſic dicente ſit quædam contrarietas: nam ſcientia in his, quæ ſunt facti, habetur, quando illa capimus ſecundum proprium ſenſum, ut qa uidimus, uel guſtamus, &c. & iſta ſcientia requiritur in teſte, ut in d.c.teſtes.3.q.9. credulitas uero cauſatur ex coniecturis: & ſic ibi non eſt uera ſcientia, vt notat Bar. in l.admonendi. ff. de iureiur. & dixi plene in c. litteras, de iuramen. cal. nam credulitas eſt ſicut mediũ inter ſcientiam, & neſcientiam, quæ ſunt extrema, ut not. in dicta l.admonẽdi. ſcire ergo ſe habet ad certum; credere ad dubium. facit. c. firmiter credimus de ſum. Trin. & ſi. cat. non poſſunt ergo cõcurrere in eodem facto qa ſi credo, eſcludo ueram ſcientiã, et credulitatem. & ſic ſi teſtis in fine dicit ſe credere, uidetur inferre uelle, ꝙ non habet indubitatã ſcientiam de his, quę dixit. & hoc ẽ forte qđ uoluerũt Spec. & Io. And. in locis prææalleg. ſed quia teſtes rudes non capiunt iſtas ſubtilitates; & ſæpe dicũt ſe credere illud quod ſciunt; & quia largo modo credere inferri poteſt ad ſcientiam, ut d. c. cum olim. ſatis poſſet ex quadam ęquitate tolerari dictum. D. Ant. quòd ſi prius reddiderit ueram cauſam ſcientię, non inficiatur primum dictum, ſi poſtea dixerit ſe credere. argum. optimum ex his, quæ leg. & not. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de uerborum obligat. per Glo. & Bar. ubi ait, uerba ruſticorũ capiuntur groſſo modo, ut diſpoſitio ualeat: & hoc diligenter nota. hæc omnia Pan. Ioan. And. quoque in additione ad Specul. in titu. de teſte colum 17. in ver. ubi de hoc, ſubſcripſit ſe noſtræ concluſioni, infraſcriptis uerbis, uidelicet: ubi de hoc in Glo. ſic ergo & ibi plenius per Cy. in ver. 9. in qua ponit dictum Iacobi de Are. diſtinguens, an credulitas ſit prox. & coniuncta ſenſui, per quem ueritas percipitur; & tunc ꝓbat: an ſeparata; & tunc non probat. Secundum patet: primum exemplificatur per Decretalem. c. præterea eo. tit. &

Teſtis ruſtici dpoſitio facta p uerbũ ſcio licet poſtea dicat p uerbũ credo poterit admitti.

Io. And.

per Decret. c. litteras, de præſumptionibus, & per l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. ad idem l. antepen. C. de plagiarijs. hæc ille ubi ſupra. dominus quoque Felinus noſtræ etiam aſtipulatur cõcluſioni in c. inquiſitionis. §. quęſiuiſti, extra de accuſ. colum. 1. in ver. & concluſio eſt, ubi infraſcriptis utitur uerbis inter alia, uidelicet: & concluſio eſt, quòd ubi credulitas eſt proxima ſenſui, per quem percipitur ueritas, ualet teſtimonium: ſecus ſi ſit remota a tali ſenſu. exemplum primi: teſtis dixit ſe uidiſſe nudam cum nudo, &c. hæc ille ubi ſupra. qui & enumerat omnia exempla per me adducta ſupra in probatione concluſionis, & in ipſamet cõcluſione, una cum iuribus iam adductis per me hic. & poſt prædicta infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: & nota accurate, quòd ſi teſtis deponit de credulitate; & ſubiungit rationem cõcludentem, ꝓbat. ita colligitur expreſſe ex dicto Baldi in l. nullum. C. de teſtibus. quod etiam repetit in l. data opera in 14. colum. C. qui accu. non poſſ. & ideo cautus debet eſſe examinans, ut ſemper petat de ratione. ſit enim cautus faciens interrogatoria, ſuper quibus teſtes partis aduerſæ debẽt examinari, ut articulet. quòd ſi teſtis dixerit ſe neſcire, uel credere, nõ interrogetur ulterius, nec examinetur. & iſtis adde Bal. in l. poſſidetis, in quarta col. ver. ſed quæro. C de probat. ubi dicit, quòd teſtis qui dicit ſe credere pro certo, nõ probat pręſumptiue, niſi adijciat originem iſtius credulitatis, & ſenſum. allegat. c. tertio loco. & c. litteris de p̄ſump. item vide Bal. in l. ſolam in ver. 9. C. de teſtib. ubi dicit, quòd uerbum Credo, cui adijcitur aliqua congrua ratio, non deſtruit teſtimonium: ita dicit eſſe tex. not. in d. c. litteris, & c. tertio loco. Item vide Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. in 3. colum. ver. 5. oppono. C. de iuramento cal. ubi poſt Glo. dicit, quòd ſi teſtis dicit ſe credere illud, quod prius per ueritatem affirmauerat, per hoc nõ euaneſcit

Felinus.

neſcit teſtimonium: quod eſt notandũ ſecundum eum: item uide Bar.in conſi. incip. Bannucius Petri; ubi dicit,quòd teſtes deponentes quem occidiſſe ad ſui defenſionem, probant; licet deponant per uerbũ Credo.Item adde Paulum de Liaza ĩ rubrica de teſtibus, ubi tractat hanc materiam, & inter alia in ver.idem de eo,dicit, quòd ualet teſtimonium eius, qui indncit ſecundum artem ſuam de credulitate. item adde D.Ant.in cap.1. de app. ubi dicit ualere conſuetudinem, quòd teſtibus deponentibus de credulitate plene credatur, eo caſu quo aliter non probarenr. Item adde.D.Ant.in c.vnico, de ſeruti. ubi dicit per illum tex. quòd in his,quę non poſſunt ſcire,niſi per credulitatem ſi teſtis dicit:Scio quantum poſſum,uel quãtum humana fragilitas cognoſcere finit, probat.hæc ille Doctor ubi ſupra,qui & ibidem multas alias Doctorum ſententias adducit, idem confirmantes; quas non referam hic;tum,qa illas iam retuli in relatione reliquarũ opinionum iam ſupradictarum de ver bo ad verbum; tum etiam,ne tędio afficiam pium lectorem: quem certiorẽ reddo, eundem. D. Felinum fere omnia eadem retuliſſe in c. quoties, extra de teſtibus. col. 2. incipiendo a ver. fin. ipſius colum. incip.modo iſtam ſecundam limita primo.& hęc adduxiſſe ſatis ſit pro præſenti concl. probanda.

SEXTA CONCLVSIO.

TEſtes uarij, & in ſuis dictis uacillantes non admittuntur ad probãdum aliquid; immo ueniunt puniendi. quãdo quis dicatur uacillare, uide infra notata in præſenti concl.Hæc concl. probatur duplici medio.Primo enim p tex. quãapertiſsimum.in c. cum Eccleſia Sutrina, extra de cauſa poſſ. & propriet.ubi Inn. iij.ſcribens archiepiſcopo, & canonicis Sutrinis noſtram approbaſſe cõcluſionem luce clarius patet eo, ꝙ uſus ſit infraſcriptis uerbis,in

c.cũ ecc. Sutr. ex. de c. uſa poſſ. & propr.

§ nos igitur,videlicet:qm̃ deprehendimus teſtes ueſtros uarios extitiſſe, atque aduerſus fidem atteſtationis ſuæ coram Auditoribus uacillaſſe;& ꝙ negatiuam quodammodo aſtruere ſatagebant; probare uolentes ius electionis ita ad uos ſpectare, ꝙ ad aduerſarios minime pertineret: ꝑ teſtes uero aduerſæ partis fuit ſufficienter oſtenſum,ꝙ in trium epõrum electionibus,ď quibus præmiſſum eſt,clerici pñtes affuerint, & uocem habuerint eligendi; præmiſſam electionem factam eis contradicentibus, & exclusis, decreuimus irritandam.hæc in dicto canone. & per arg.in c.ſuper his,ex̃.de pœnis,ubi Inn. iij.infris uſus eſt uerbis,vcʒ:ſuper his, de quibus nos conſulere uoluiſti, & ĩ. clericus aũt, qui pro eo, ꝙ uariauerat, & uacillauerat coram uobis, de mãdato nr̃o captus eſt & detentus, infamiã nõ incurrit. hæc in dicto canone.ex cuius uerbis luce clarius elicitur nõ fuiſſe admiſſum illius clerici teſtimonium ꝑp uacillationem, eo ꝙ utique nõ fuiſſet punitus,ſi eius teſtimonium fuiſſet admiſſum, ut clarius dicit Glo.quã referam ĩ. loco ſuo in hac eadem concl. Probatur quoq; pñs concl per tex. in l. in teſtibus aũt.ff.de teſtibus.vbi hæc habentur,vcʒ:in teſtibus aũt fides,dignitas,mores,grauitas,examinanda eſt;& ideo teſtes, q aduerſus fidem teſtationis ſuæ uacillant,audiendi nõ ſunt.Hæc in d.lege.Probatur & ſecũdo pñs concl. auct. Doct. Glo.n.in d.c.cum Eccl. ex̃.de cã poſſ. in ver. vacillaſſet, nr̃æ concl.ſe ſubſcribendo infris utitur verbis, vcʒ: vacillaſſet: hoc ſolum ſufficeret ad repellendos teſtes, & ꝙ dixit uarios extitiſſe, ut 3.q.9.c.pura.& ĩ.de pœnis c. ſuper his. hæc Glo. vbi ſ.Glo. quoq; in d. c. ſuper his aſtipulatur nr̃æ concl. in ver.uariauerat,infris uerbis, vcʒ:uariauerat;& ideo non fuerat ei credendum 4.q.3.qui falſo,& Glo.in d.l.in teſtibus. in ver. aduerſus fidem, conſentit pñti concluſioni infris uerbis, vcʒ:cum.n.dicunt ſibi cõtrarium, ſemetipſos exclu-

c. ſuper. his,ex.d pœnis.

l.in teſtibus aũt. ff. de teſtibus.

Glo.

Glo.

Glo.

dunt

dunt. hæc Glo. illa. Specul. quoq; nſæ fauet concl. in prima par. tit. ð teſte. §. opponitur aũt, col. 21. in ver. item ꝙ teſtes ſunt uarij; ubi intr̃is utitur verbis, vcʒ: item ꝙ teſtes ſunt uarij, & in ſuis dictis uacillantes, ex̃. de cã poſſ. & propriet. c. cum Eccleſia, & de pœnis. c. ſuper his, ex̃. de eccleſiaſticis benef. c. vnico. q. 9. c. pura. ff. eo. l. 1. in princ. & l. qui falſa, & l. teſtium. 4. q. 3. ver. qui falſo, & ĩ. ver. ꝙ falſo. & ĩ. §. nunc tractandum ver. conſiderare, uel ꝙ teſtis titubauit, ſeu dubitauit: vñ non ualet eius dictum; quia titubans pro ignorante habetur. C. de de conditio: indebiti. l. fin. ff. de liber. exhiben. l. 3. §. is uero qui patrem ſe dicit, arg. ff. de reg. iur. l. nõ debent. §. in re obſcura. & nota, ꝙ teſtis dr̃ uarians, cum, nulla cã aſsignata, dicit contrariũ eius, quod primo dixit, ex̃. de tempor. ordi. c. dilectus. tunc uero ſibi ipſi ꝯdicit, qñ duo incompoſsibilia dicit; ut ſi primo dixit ꝯctum fuiſſe Romæ tali die celebratũ; poſtea dicit ſe illa die fuiſſe Narbon. vacillat aũt qui timendo & dubitando uarie loquitur. ff. de fal. l. eos qm̃. ff. de teſtibus. l. 2. & l. q falſa, q̃ eſt 4. q. 3. & teſtimonium talis non ualet; immo ipſe teſtis punitur. C. de teſtibus. l. nullũ ſm̃ Papam. uel dic ſm̃ Vincẽtium, ꝙ variat, qui confitetur unum, & poſtea cõtrarium: uacillat prout ĩ. dicetur, ut in præadducta. l. quam falſa. qñque ẽt quis uariat, & uacillat, ut ex̃. de pœnis. c. ſuper his. quid? ſi dicit vidi hic; immo ibi. rñdeo, ualet ff. de hæredi. iuſtitu. l. ſi ita. ſed ſi tertio addit, immo ibi, & redit ad primũ dictum, vr̃ uacillare ſm̃ Vincent. ut notatur, ex̃. de elect. c. ſcriptum, & in præced. c. dilectus: & ſic non ualet, ut ſ. Iac. Bal. dixit, ꝙ ſi poſtq̃ depoſuit, dicit ſe male dixiſſe, & aliter dicit; ꝙ nec primo, nec ſecundo dicto credetur. idem dicit Accur. ſi cum aliqua parte fuerit locutus. alij ſtant ſecundo dicto. ff. de queſt. l. repeti. ff. de manu. teſt. l. Stichus. ff. de hæred. inſtitu. l. ſi ita ſcriptũ, nam poſteriora derogarẽt prioribus, ex̃. de reſcript. c. ceterum. Tertij ſtant priori; quia præſumitur, ꝙ corruptus uariauerit. ego uero dico, ſecundos bene dicere, ſi teſtis uidens ſe erraſſe, incõtinenti, & priuſq̃ parti loquatur, vel ſm̃ alios ante aperturam, ſe correxit, ex̃. ð teſtibus. c. fraternitatis. tertij uero bene dicũt, ſi correctione ſuæ interpoſuit interuallum, uel parti locutus eſt, ex̃. de teſtib⁹ cogen. c. præterea. Hæc oĩa Speculator ubi ſ. Probatur pñs concl. & tertio hac rõne, vcʒ: cũ probationes in cã criali criminaliter mota eſſe debeãt luce meridiana clariores, ut ſæpe probatum fuit; & depoſitio teſtis uacillantis ſit obſcuriſsima eo, ꝙ duo fere ꝯria (uel ſaltẽ dubitatiue) deponit, ſuũ dictũ uariando in modo deponendi. merito igitur dr̃ talẽ uacillationẽ irritum facere effectũ hmõi teſtimonij. Et qm̃ quotidiana eſt hæc q̃ſtio, & paulũ intricata; iccirco adamuſsim ipſam examinare p infras cõcluſiones ſtudebo; maxime cũ ð ipſa uaria ſit Doct. opin. ego uero cõmuniori adhærens illã adducã.

Teſtis qñ dicatur ſibimet contradicere.

Teſtis qñ dicatur uacillare.

Teſtis q depoſuit unum & poſtea aliud dicẽs ſe erraſſe in primo dicto an aliquid ꝓbet.

Auctor.

SEPTIMA CONCLVSIO.

DIcto teſtis deponentis in iudicio cum iuramento aliquid, quod aduerſatur illi, qð ex̃iudicialiter dixit ſine iuram. ſtandũ erit potius, q̃ illi, qð dixit ex̃iudicialiter. & licet proprie loquẽdo nõ dicat̃ uacillaſſe in dicto ſuo: tñ eius depoſitio debilitata cõprobat̃ cum non eadẽ fides oĩo habenda ſit ei, acſi ꝯrium non dixiſſet ex̃. iudiciũ; licet faciat aliqualẽ fidẽ: immo & ex hoc poterit torqueri. ſi uero ex̃. iud. dixiſſet cũ iur̃o aliquid, ꝙ aduerſat illi, quod dixit in iud. cũ iuram. eſſet puniẽdus de periurio, & poterit torqueri, ut ꝯfiteat̃, qð eorũ dictoꝝ ſit uerius. Hæc concl. ꝓbat̃ auct. Iul. Cla. in ſua pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 53. in ver. primus caſus eſt, & quæſt. 25. in verſi. ſed pone, ubi dicit hanc eſſe communiorem ac ueriorem opinionem, cui & ipſe adhæret, referendo innumeras fere Doct. auct. quas breuitati ſtudens hic non referam.

OCTAVA CONCLVSIO.

SI teſtis depoſuit unum in iudicio cũ iuramento, & deinde illud dictum reuocauit extra iudicium; licet in articulo mortis conſtitutus, ſtandum erit primo dicto. Hęc concluſio probatur auctoritate Iul. Clarij in ſua pract. crimin. lib 5. §. fin. quæſt. 53. in ver. ſecūdus caſus eſt; ubi probat hanc concluſionem roborari communi opinione Doctorum, quorum aliquos ibi citat.

Iul. Cla.

NONA CONCLVSIO.

QVando teſtis in uno iudicio depoſuit contrarium eius, quod depoſuerat in alio iudicio; in hoc caſu, cum in utroque iurauerit, uenit puniendus tamquam falſarius. Et licet quo ad ualiditatem uniuscuiuſque iſtarum duarum depoſitionum variæ ſit opiniones Doctorum: tamen diſtinguendum nobis erit tali pacto, videlicet: quòd aut ſumus in caſibus, in quibus etiã liber homo nõ admittitur ad teſtificandum ſine tortura; & tũc hmõi teſtis eſſet torquẽdus, & illi dicto in iudicio poſtmodum ſtandum eſſet, in quo magis perſeuerauit in tortura, confitendo illud verius; licet in iudicio alio contrarium dixiſſet: ſi uero legitime ſemel depoſuiſſet in ciuili iudicio, licet deinde illud reuocaret in tormentis, ſtandum eſſet primo dicto; etiam ſi fuiſſet primũ dictum confirmatum cum tortura. Regulariter autem, quãdo teſtis reuocat primum dictum in alio iudicio ſiue ciuili ſiue criminali, ſtatur primo dicto. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim auctoritate Iulij Clarij ubi ſupra, in ver. tertius eſt caſus; qui ad hoc adducit auctoritatem quoque aliorum Doctorum. Probatur & ſecundo hac ratione: cum enim ex primo dicto iudiciali, & iurato quæſitum ſit ius parti, non debet illud ab ea ſine eius culpa, & facto auferri.

Iul. Cla.

Auctor.

DECIMA CONCLVSIO.

DEpoſitio facta in iudicio nullo aliqua de cauſa, a teſte qui poſtmodum contrarium depoſuit in iudicio uero, irritatur, & ſtandum erit ſecundæ depoſitioni. Hæc Iulius Clarius ubi ſupra, in eod. ver. tertius caſus in fine.

VNDECIMA CONCLVSIO.

TEſtis, qui in primo iudicio iux. formam iuris examinatus reſpondit, ſe nihil ſcire; ſi deinde in ſecundo iudicio deponat de ueritate facti, nihil probat. Et hęc eſt communis omnium Doctorum opinio, nemine diſcrepante, ut docet Iul. Cla. ubi ſupra in ver. ſed quid ſi teſtis.

Iul. Cla.

DVODECIMA CONCLVSIO.

QVando uero teſtis in eadem inſtãtia, & inter eaſdem perſonas contraria teſtimonia depoſuit, maxima diſtinctione nobis erit utendum; & erit hæc, videlicet: aut teſtis eſt ſibi contrarius in eadem depoſitione; aut in alia depoſitione contradicit primæ depoſitioni. ſi primo: & tũc aut hoc facit teſtis cum iuſta cauſa correctionis ſuæ primæ depoſitionis; aut non: ſi primo, teſtis probat; ſi ſecundo, depoſitio eius nihil probat. Hæc concluſio probatur auctoritate Iul. Clarij ubi ſupra, in ver. quartus eſt caſus.

Iul. Cla.

TERTIADECIMA CONCL.

QVando uero teſtis deponit cõtrarium in diuerſis examinibus; tunc erit hæc diſtinctio amplectẽda, videlicet: aut teſtis deponit contrariũ ſecundo loco, non dicendo in ſpecie ſe erraſſe in prima depoſitione; ſed ſimpliciter loquendo: & tunc, aut primum dictum compatitur ſecundo, & e contra, & poterit concordari: aut non. ſi ſecundum dictum compatiatur primo.

mo, probabit eius dictum; quia erit dicendum contrariũ tãtùm quo ad quid nominis; non autem quo ad quid rei: ſi ſecundo, teſtimonium non ualebit. Hæc concluſio eſt Iul. Cla. dicentis hanc eſſe communem opinionem ubi ſupra.

Iul. Cla.

QVARTADECIMA CONCL.

SI uero ipſemet teſtis dixerit, ſe uelle primum dictum ſuum corrigere, erit taliter diſtinguendum: nam aut teſtis vult hoc facere incontinenti, id eſt, antequam alloquatur partem; & erit admittendus, quia hoc concedendum eſt vbi talis conſuetudo ſeruatur: quoniã non ubiq; locorum hoc ſeruatur; cum Mediolani huiuſmodi teſtis dicens ſe erraſſe, uel falſum depoſuiſſe in primo examine, ponitur in tormentis; & ſolet poſtmodum attendi illa depoſitio, quã cõfirmat in tortura; & punitur de periurio. & huiuſmodi teſti non adhibebitur eadem fides, quæ adhibetur depoſitioni teſtis integri: quoniam non faciet indicium ad torturam contra aliquem de per ſe ſine alijs adminiculis; licet bene faciat indicium ad inquirendum. & hæc eſt communis opinio. neque quãdo teſtis torquetur pro reuocatione primæ depoſitionis citatur pars, cuius intereſt, iux. cõſuetudinem hodiernam curiarũ criminalium; licet ex hoc ſibi magnum præiudicium generari contingat: quamuis re uera in huiuſmodi reuocationibus multum ſit tribuendum arbitrio iudicis, qui conſiderare poterit ex illis depoſitionibus contrarijs, quæ uideatur magis uerisimilis, & cum qua concurrãt plura adminicula; & illi adhęrere debebit iudex, præſertim ubi adeſſet aliqua ſuſpitio ſubornationis, ut quotidie contingere uidemus in practica. Si uero teſtis uelit corrigere dictum ſuum ex interuallo, non auditur: ſed tamquam periurus, & falſarius puniri debet. & in hoc omnes Doctores concordant. Hæc concluſio probatur quoque practica ipſa curiarum, & auctoritate Iul. Clarij ubi ſupra.

Nõ citatur pars cuius intereſt qñ teſtis uenit torquendus pro confirmatione dicti ſui.

Iul. Cla.

QVINTADECIMA CONCL.

SI vero non ipſe teſtis petierit iterum examinari, ſed pars; tunc quoq; erit ſic dicendum: q aut pars, quę hoc petit eſt illa, cõtra quam teſtis depoſuit; aut non. ſi primo, nullatenus eſt hoc indulgendum ipſi parti: quoniam probabiliter timetur de ſubornatione ipſi teſti facta ad reuocandũ dictum ſuum contra dictam partem, pro qua teſtificatus fuit antea. ſi ſecundo, tunc omnino eſt hoc concedendũ, cum nõ timeatur de ſubornatione. attamẽ ſi teſtis poſtmodum reuocaſſet depoſitionem factam in partis fauorem, ipſi reuocationi ſeu contrariæ depoſitioni ultimo loco factæ erit ſtandum; quia uidetur pars renunciaſſe primæ depoſitioni ſibi propitiæ; & ſibi imputet, ſi contrariũ contingiſſet fieri per ſequentem depoſitionem. Hæc concluſio probatur auctoritate Iul. Cla. ubi ſupra in fine fere dicti ver. quartus caſus eſt.

Iul. Cla.

DECIMASEXTA CONCL.

QVando teſtis qui primo loco depoſuit per uerbum Credo, & ſecũdo per uerbum aſſertiuum ueritatis, ſtandum erit ſecundo dicto. Hæc concluſio eſt cõmuniter approbata a Doctoribus, ut docet Iul. Cla. ubi ſupra, in ver. unum etiam uolo. & probatur hac ratione: quoniam, experiẽtia teſte, patet, quòd ille, qui heri credebat aliq. d, poſtea melius recordatur memor effectus rei recolat ſe utique uidiſſe, uel audiſſe pro certo.

Auctor.

DECIMASEPTIMA CONCL.

SI teſtis de directo non contrarietur ſuæ primæ depoſitioni; ſed negat ſe ita depoſuiſſe, ut a notario ſcriptũ reperitur; tunc erit hac diſtinctione utẽ-

dum

dum, videlicet: ꝙ aut tractatur de puniendo teſtem de falſo; & hoc caſu nõ credit teſti: aut tractatur, cui plus credendum ſit, an notario, qui dicit teſtẽ depoſuiſſe, ut ſcriptum eſt, an uero teſti id negãti; & tunc creditur plus notario. hæc concluſio eſt communiter a Doctoribus approbata, vt docet Iulius Cla. ubi ſupra in ver. quintus eſt caſus. qui Doctor docet cautelam ſeruandã, vt dirimantur huiuſmodi cõtrouerſię, dicens: ad euitandas tamen oẽs contrauerſias bonum eſſet, quòd iudices aſsiſterẽt notarijs recipientibus dicta teſtium: nam eo caſu nõ auditur teſtis poſtea dicens, ſe non ita depoſuiſſe, ut ſcriptum eſt a notario pręſente iudice: immo ſi contrarium poſtea deponat, poteſt etiam de falſo puniri. & hęc omnia bene nota, quia frequentiſsime cõtingũt. Hæc Doct. ille. At ego animaduertens difficillime hoc poſſe ſeruari propter frequẽtiſsimas occupationes iudicum, cõſulo ipſis notarijs, quod & ego dum examinaſſem quoſdam olim ſeruaui. poſſunt, inquam, ipſis controuerſijs occurrere notarij, ſi dum teſtis examinatus poſt unamquamq; ipſius depoſitionem circa unumquemq; articulum ipſi teſti relegat ſui ipſius depoſitionem; & poſtquam ipſe teſtis depoſuit ſuper oẽs articulos, ac reſpondit ſingulis interrogationibus ipſi teſti factis a notario, ſeu actuario examinãti, ipſe actuarius cõpellat teſtem ſe manu propria ſubſcribere ſuæ ipſius depoſitioni, infrãs verbis, vc3: ego talis d tali ſupraſcripta omnia depoſui, in cuius fidem, poſtquã ſingula eorum mihi fuiſſent recitata de uerbo ad uerbum, manu ꝓpria me ſubſcripſi. Sed ſi teſtis neſciret ſcribere, prædictæ depoſitioni præmittat ſignum crucis manu ꝓpria talis de tali ſcribere neſcientis, ut dixit; qui illud fecit, poſtquam ſibi ſingula contenta in ſua depoſitione enarrata fuerunt. & ſic meo iudicio non poterit teſtis negare ſe omnia non depoſuiſſe, cum per ſuam ſubſcriptionem luce clarius pateat, ꝙ omnia depoſita a ſe ante ſui ſubſcriptionẽ audita fuere de uerbo ad uerbum, &c. de qua forma ſubſcriptionis dixi quoque in capit. ſecundo libelli de delatione iuramenti.

Iul. Cla.

DECIMAOCTAVA CONCL.

QVi fuit aliàs teſtis in cauſa criminali criminaliter mota, poterit repelli tamquam inimicus a teſtimonio ferendo, ſi uoluntarie teſtificatus fuiſſet cõtra eundem; ſecus ſi coacte. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per argumentum in c. meminimus, extra de accuſat. ubi in §. fi. hæc ſtatuit Alexander iij. Papa, videlicet: quia uero te non decet in hac parte appellationi eiuſdem. H. deferre: cum idem illius manifeſtus fuerit inimicus; & contra eã teſtimonium tulerit. hæc ibi. Probatur inſuper pręſens noſtra concluſio & ſecundo Doctorum auctoritate. Sed antequam ad Doctorum uota deueniamus ſciẽdum, quòd in §. item in criminali. 4. q. 3. infraſcripta habentur, videlicet: in criminali cauſa produci teſtis non poteſt, qui antea in eum reum teſtimonium dixerit. hæc in d. §. Glo. etiam finalis noſtræ quoq; aſtipulatur concl. in d. c. meminimus, infraſcriptis verbis utens, vc3: tulerit teſtimonium. & forſan ſuper eadem cauſa, uel in alia conſimili, alio ipſam accuſante, ob hoc ſolum pſumeretur inimicus, ſupra eo. cum P. & 4. q. 3. §. item in criminali. hæc Glo Specul. quoque noſtræ aſtipulatur concl. in prima par. titu. de teſte. §. opponitur autem, col. 22. in ver. item, ꝙ in alia cauſa criminali, ubi hæc habentur ab ipſo, vc3: item, ꝙ in alia cauſa criminali contra me teſtimonium tulit: vnde nunc non debet admitti in iſta; quia pſumitur inimicus: ut ex. de accuſ. c. meminimus. & c. cum P. ff. de teſt. l. producti. & 4. q. 3. §. item in crial. reſp. 1. hæc Spec. Pan. uero nr̃æ fauet concl. primo in d. c. cũ P. in 1. col. ver. nota primo, ubi infra-

Memini mus, ex. d accuſ.

§. item i crimina li. 4. q. 3.

Glo.

Specul.

Pan.

infraſcriptis utitur uerbis, vc3: nota primo, ꝙ uolens teſtificari contra aliquem in cā criminali præſumitur eius inimicus; & pp hoc pōt poſtea ab eius accuſatione repelli. ex quo infero, ꝙ ex tali teſtificatione, ſeu ex conatu ipſius teſtificationis oritur inimicitia capitalis: nam aliàs nō repelleretur ab accuſatione, ut dixi in d. c. repellātur. hæc Pan. ubi ſ. qui poſtmodum in d. c. meminimus. in ver. in Glo. fin. in fine ibi Et ob hoc ſolum, &c. infrïs utitur uerbis, vc3: nota bene Glo, iuncto textu, ꝙ ex ſola teſtificatione in cauſa criminali teſtis præſumitur inimicus; & pōt in alio iudicio tamquam inimicus repelli. & ſic facit, ꝙ ad contrahendum inimicitiam non debet attendi, an præceſſerit cauſa iuſta, uel iniuſta: ſed an potuit prouocare animum ad inimicitiam, de quo dixi in c. repellantur, & c. cum P. ſ. eo. & intelligit Hoſt. hoc procedere, qñ ſe obtulit teſtimonio ſine coactione, ſeu ſponte uenit; ſecus ſi requiſitus; quia tunc mandato iudicis paruit; & bonum obedientiæ excuſat ab omni calumnia, & ſuſpicione 23. q. 1. c. quid culpatur, ſ. de temp. ordi. c. ad aures. §. 1. & in hoc non repellitur. & idem tenui in c. cum P. ſ. eo. & tene menti hoc dictũ Hoſt. hæc omnia Pan. vbi ſ. qui peroptimam quoq; theoricam tradit de hoc in d. c. cum P. in fine, infraſcriptis uerbis utens, vc3: & ideo in hac materia concludo, ꝙ aut teſtis inuitus perhibuit teſtimoniũ in cā criminali; & non pōt repelli, ut inimicus in illa cā, uel in alia: aut ipſe ſponte uenit ad ferendum teſtimonium; & tunc præſumo eum inimicum, arg. in l. quæ oïa. ff. de procu. facit c. cum in tua deſponſ. & hoc caſu intelligo iſtum tex. quem ad hoc nota, ut ſingularem; & maxime qñ frater accu-

Felinus. ſabat. hæc Pan. ubi ſ. dñs Fel. quoque vr̃ cōſentiſſe nr̃æ concl. quaſi tacite utēs verbis Pan. ſ. allatis. infrïs. n. utitur uerbis. ī d. c. meminimus, ex̃. de accuſ. col. 2. in ver. extra Glo. vc3: ex̃. Gl. qñ pp teſtimonium quis repellit, dixi. in c. cum P. ſ. eo. non obſtat, qđ dicit hic Petrus de Ancharano, tenens indiſtincte, ꝙ ex oī teſtimonio oriatur inimicitia; quia nō eſt uerum: & ipſe dicit, ꝙ Doct. concludit caſum illicitum, ut intelligatur in teſte, qui ultro ſe offert; quia huic non adhibetur fides, per Bar. in l. poſt legatũ. §. his uero. ff. quibus, ut indignis; q̃a Doct. intelligunt ēt in eo, qui reducitur aperte; & ita intelligunt c. cum P. ſ. eo. ī ver. addn̄ct is. adde Specul. in tit. de teſte in 14 col. V̄. itē ꝙ in aliqua alia; ubi Specul. firmat, ꝙ pp teſtimonium nunq̄ teſtis iterum repellatur tamq̄ inimic⁹. ad iura, q̄ allegant in ɔ̄tium, rñdet duobus modis, quia locuntur in teſte, qui uult teſtificari in cā publicatis atteſtationib⁹; uel in eo, q̄ tulit malũ teſtimoniũ, uel falsũ. ſed in hoc tene cōem opinionē; q̄a iſta reg. ſol diuinat. ad l. producī. ff. de teſtibus. Hæc Fel. vbi ſupra.

DECIMANONA CONCL.

TEſtis teſtificans amore, odio, uel commodo, ſiue timore priuato, & immoderato, non eſt admittendus. Hęc cōcl. probatur duplici medio. Primo p arg. in c. quoties, ex̃. de teſtibus; ubi in ter alia Eugeni⁹ tertius infrïs fuit uſus uerbis, vc3: probatio aūt teſtiũ dēt fieri duplici iuram. ut iurent ſe nō priuato odio, neq; amicitia, neq; pro aliquo cōmodo, quod habuerint, uel quod habent, uel habituri ſunt, ad hoc iurandũ inductos. hæc in dicto canone. ex cuius V̄bis elicitur luce clarius, ꝙ ſi quis teſtificatur odio &c. non erit admittēdus: qñ aliàs non requireret tale quid in teſte, ut iuret ſe non teſtari odio, &c. Probatur quoq; p tex. in §. teſtiũ fides. 4. q. 3. in fine ubi infra habent, vc3: & pp cām, ꝙ neq; lucri, neq; gratiæ neq; inimicitiæ cāa ſit, admittendus eſt. Hæc in d. §. & in l. eos teſtes. C. de teſtibus; ubi hæc habent, videlicet: eos teſtes ad ueritatem iuuandam adhiberi oportet, q̄ omni gratię, & poteſtatui fidē religioni iudiciarię debitam poſſint pponere. hęc

cap. quoties. ex. d teſtib.

Auctor.

§. teſtiũ fides. 4. q. 3.

l. eos teſtes. C. d teſtibus.

hæc in d.lege.Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Glo.enim in dicta l.eos teſtes in ver. & potentatui,infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & potētatui,id eſt,ſubditi.ff.eo.l.idonei,ubi dicitur idoneus non eſt cui poteſt obtēperari. hæc Glo.illa.Specul.uero aſtipulatur noſtræ concluſioni in prima par.ſub titu.de teſte. §. opponitur autē colum.25.in ver.item, quòd amore;ubi infraſcriptis utitur verbis,videlicet:itē quòd amore,odio, uel cōmodo, uel timore depoſuit, extra eo. c. quoties,& de teſtib. cogen.c.cum contra, & c.ſequenti, & c.ſuper eo.4.q.3.§.teſtium.C. eo.l.eos.& ſupra eo.§.in princ.hæc Specul.vbi ſupra. Pan.quoque in d. c. quoties, colum. 1. in ver. nota ibi Priuato odio, &c. quod non omne odium repellit a teſtimonio; ſed priuatum tantum;ſecus ergo in publico.nam duplex eſt odiū. quoddam eſt priuatum;aliud eſt publicum. priuatum eſt ſecundum Io.And.familiare, & carnale.publicum cū odio habetur quis, quia peccator. allegat.86.diſt.c. odio. Et ſic videtur,ꝙ licite habemus odio peccatores: & ꝓ hoc illud Pſalmiſtæ, Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. tex.tamen in d. c. odio uidetur innuere contrariū. dicit enim: odio habeātur peccata, & non homines, ſed corripiantur. ad idē c.duo iſta nomina. 23.q.4.ſed poteſt dici, quòd non ſunt habendi odio, ut eis ob hoc noceamus;ſed odiendi propter peccata eorum: hoc tamen ſpectat ad Theologos.&quod ſupra dixi de odio, idem dic de amicitia: eſt enim duplex (dicunt hic Doctores,) quædā carnalis, quæ corruptionem inducit; & de iſta intelligit iſte tex. ad hoc c. parentela, 35.q.6 quædam charitatiua. & hęc non impedit teſtem.de quo in Specul.eo.tit. in princip. Hoc probo: nam ſecūdum legem diuinam debemus diligere proximum ſicut noſmetipſos: & Chriſtus dixit in Euāgelio: nemo maiorem charitatem habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Non debet ergo quis repelli a teſtimonio, adimplendo legem diuinam. & proprie charitatiua amicitia eſt, quando diligimus proximum,non propter aliquas utilitates noſtras,non propter ſperanda beneficia, uel accepta, non propter affinitatem, uel cōſanguinitatem; ſed propter hoc tātum,quòd eſt noſtræ naturæ particeps uirtuoſus. uide bonum tex.in §. proximo. de pęniten.diſt.2. item dico, quòd amicitia carnalis non repellit ex toto;ſed minus creditur,uel parum ſecundum qualitatem, & quantitatem amicitiæ,de quo uide bonam Glo. in c. in litteris infra eo.& per Cy.in l.eos.C. eo.& per Io.And.in Specul.in loco pręallegato. adde not. in c. repellantur dę accuſ.& 3. q. 5. in ſumma & c. 1. & hoc nota, & tene menti. hæc oīa Pan.ubi ſupra. Felinus quoque aſtipulatur noſtrę cōcluſioni in dicto c. quoties, col. 2.in uer. nota 5.ubi infraſcriptis utitur verbis, uidelicet: nota quinto ibi Amicitia,quòd propter amicitiam teſtis inhabilitatur: ad idem tex.in §.item teſtiū.in uer.uel amicus q. 3.& Glo.3.q.5. in ſumma, quaſi in medio, & Specul.in titu. de teſte. in principio. dicit tamen Cy.l.eos. C.de teſti.quòd amicitia non repellit ex toto teſtem, ſed tanta fides ei non adhibetur. & ſequitur Io. And. in Specul. ubi ſupra, & D. Ant. Imo. & D.Abbas hic,& dicit Bal.in dicta l.eos, quòd hoc nomen amicitię non eſt nomen expulſiuum a teſtimonio; & dicit eſſe caſum expreſſum in l.ſciendum. ff. de uſuris. & dicit. D. Flo.in l.3.in princ. ff.de teſt.ſe putare,quòd nulla amicitia repellat teſtem, ſed detrahit bene de fide ſecundum qualitatem amicitię. Sed tamen credo propter immoderatam amicitiam poſſe teſtem ex toto repelli: & ita tenet Specul.ubi ſupra,& Bal.in c. 1.ſupra eo, & ibi retuli: & ita credo ſentire Glo. in c.inſinuāte.in ver. familiarem ſupra de officio delegati: & ita expreſſe conſuluit Ro.conſi.405. incipien. quęro propoſita. nec uideo ratio-

Glo. Specul. Pan. Felinus.

rationem differentiæ, quare familiaritas, affectio ad cauſam, & his ſimilia; de quibus in c. inſuper, & c. in litteris infra eo. repellant teſtem: & ideo immenſa amicitia &c. hæc omnia Felinus ubi ſupra.

VIGESIMA CONCLVSIO.

Laici non ſunt admittendi ad teſtificandum in cauſa criminali criminaliter mota contra clericos, ad plenā probationem ſaltem; niſi in caſibus exceptis; uel quando delictum clerici eſſet notorium. ſed regulariter laicorum teſtificationes huiuſmodi faciunt indicium ad torturam contra clericos, uel ſaltem, ut puniantur pœna extraordinaria; ſecus, ſi laicus teſtificaretur in fauorem clerici, etiam in dicta cauſa, uel contra ipſum in cauſa criminali ciuiliter mota, uel in criminibus exceptis, in quibus oēs admittuntur. inſuper ſciendum, quòd quamuis inhabiles ad teſtificandum reddantur habiles ad defenſam: tamen non ad plenam probationem. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per tex. apertiſ-
c. de cetero, ex. de teſtib. ſimum in c. de cetero, extra de teſt. vbi Alexāder tertius Papa ſcribens Salernitano Archiepiſcopo, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: de cetero laicos in accuſationem, uel teſtimonium cōtra clericum in criminali cauſa nō eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet; niſi forte ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequātur: nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt
Specul. admitti. hæc in dicto canone. Probatur & ſecūdo Doctorum auctoritate. Spec. enim in primo lib. ſub titulo de teſte. §. opponitur autem. colum. 26. in verſi. tē, quòd eſt laicus, infraſcriptis Vbis noſtræ aſtipulatur concluſioni, videlicet: item, quòd eſt laicus, qui non admittitur contra clericum in criminali cauſa.
Pan. hæc ille ubi ſupra. Pan. quoque noſtræ conſentijt concluſioni in dicto c. de cetero colum. 2. in verſic. & quamquam Doctores; ubi ipſe Panormitanus multa notabilia de hac concluſione adducens, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & quamquam Doctores alicubi non tangant (quod meminerim) ego tamen ſoleo limitare hoc cap. qñ delictum, de quo cleric⁹ accuſatur, fuit commiſſum in loco, in quo eſt clericorum copia. quid. n. ſi, in uilla, ubi eſſet unus clericus, fuiſſet commiſſum? certe impoſsibile eſſet hoc caſu probare delictum. & ſic intelligendo hunc tex. indiſtincte, remanebit impunitum, & dabitur clerico materia delinquēdi. quare intellige, quòd tūc admittuntur laici in defectum ad teſtimonium: nam ex hac cauſa admittuntur aliàs inhabiles, ut probatur in c. fin. infra. tit. prox. facit. c. veniens in fine, infra eod. Adde, quòd ibi hæc habentur, videlicet: quia uero, quę in Capitulo aguntur, nō facile poſſunt, niſi per canonicos ipſos probari; uolumus, ut ad cautelam abſoluatis eoſdem, ut uocati ad teſtimonium libere ualeant pro utraque parte teſtari. hæc in dicto canone. Sequitur Panormit. vide bonum tex. iuncta Glo. ī uer. & ſi tres, ſupra de elect. c. cum dilecti: ſaltem quādo ex numero, & qualitate teſtium non ſit pręſumptio, quòd uelint dicere falſum, ut in ſimili dicit tex. in c. in fidei fauorem de hæret. lib. 6. & ubi non poteſt haberi uera probatio, admittitur præſumptiua, ut in cap. præterea, infra eo. & in c. tertio loco, & c. litteris, infra de præſumpt. cum ſimilibus. multum tamen facit in contrariū l. proſpexit. ff. qui & a quibus. ſufficit enim ita ſcriptum eſſe. 6. q. 3. c. ſcitote; ſed reſpondeo, cum hęc materia teſtiū reperiatur a iure limitata modo prædicto, debemus & nos in caſu noſtro ſic limitare. arg. l. non poſſunt. ff. de legi. & c. cum dilecta, extra de confirmat. utili, uel inutil. Et ineptum eſt regulam non fallere, ubi ratio naturalis ſuadet, ut eſt tex. iuncta Glo. nota. in Authen. ut ma. debi. & facit l. ſcire oportet. §.

ſufficit. ff. de excuſ. tu. ubi tex. arguit ex naturali iuſtitia. Secundo limito hoc c. ut non procedat, quando delictum clerici dicitur notorium: tunc etiam laicos admitterem ad teſtimonium: textũ adduco not. in c. cum dilectis, extra de purgat. cano. Tertio limito, ut laici regulariter non admittantur, ſcilicet, ad plenam probationem faciẽdam: ſed ad indicium faciendum ſic, ſaltem, ut ſubijciantur torturę, arg. in l. capite quinto. cum ibi not. per Bar. ff. de adulter. & ibi Glo. & in l. quero in fine. ff. de ędil. edi. & quod not. in capitulo primo ſupra, de probat. & ſentit Innocentius in capitulo quoniam, ſupra eodem: Quartam limitationem ſentit hic Hoſt. ut procedat, quando agitur de crimine criminaliter, ut prędixi; ſecus ſi ciuiliter per capitulum tertiũ, ſupra eodem. & hoc dico procedere, etiam ſi agatur ad priuationem beneficij: nam & tunc dicitur agi ciuiliter, per capitulũ tertiũ, ſupra eodem & in capitulo per tuas, infra de ſimonia: quia proprie accuſatio ad depoſitionem ab ordine tẽdit, ut in capitulo qualiter, & quando, el ſecundo, extra de accuſat. & pro hac limitatione eſt bonus tex. infra, eodem capitulo tam in litteris. Item ſi agatur per uiam inquiſitionis, uel denunciationis, argum. in capitulo tam litteris, & c. quoniam, ſupra eod. ſentit hoc Federicus conſil. 23. & facit, quia his caſibus non agitur ad pœnam naturalem delicti, vt dicto c. qualiter & quando. Quintam limitationem ſentit Glo. 2. hic ut admittantur laici in exceptis criminibus; ſed tu reſpectu accuſationis clericorum dic, ut plene not. & legit in c. cum P. de accuſ. & 2. quęſt. 1. c. in primis. & 2. q. 7. c. in ſumma. reſpectu uero teſtimonij an admittãtur laici contra clericos in exceptis criminibus, dic, ut plene legitur, & not. in c. per tuas, el primo, infra de ſimonia: vide c. in fidei fauorem, de hæreticis in 6. hęc omnia Pan. ubi ſupra. dom inus aut. m Felinus in dicto capitulo de cetero multa notatu digna affert de nr̃a concluſione, quę omittere uiſum minime fuit mihi; cum ipſa uideantur limitare ac quodam modo interpretari adducta a Pan. in ſecunda. ergo colum. in uer. ſed credo, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed credo, quòd difficile iſta limitatio obtineretur; quia non ualet ſimpliciter conſequentia. ueritas aliter haberi non poteſt: ergo teſtis inhabilis efficitur. ſed iſtud eſt ſolum in his, quæ de ſui natura ab alijs ſciri nequeunt: & notant ſingulariter Do. Ant. & Imo. in cap. tertio loco ſuperioris tituli, & ibi dixi in quarto notabili ſeu in colum. 2. in ver. in tex. ibi fratres. adde, quòd Felinus ibi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: in textu, ibi Fratres ad perhibẽdum teſtimonium nota, quòd de geſtis in Capitulo ſtatur dicto illorum de Capitulo: & confirma, ut in Glo. 2. & ab his, quæ adducam in cap. ueniens, el ſecundo in ultimo notabili infra titu. proximo. Sed iſtud, quòd ubi materia aliter probari non poteſt, teſtis ex toto non integer efficiatur integer, intellige ſane; ſecundum Dom. Anto. & Imo hic; quando ex natura facti alij teſtes adeſſe non poſſunt, ut in exemplo iſtius litteræ, & conſenſu. C. de repudi. ſed ſi potuiſſent alij adeſſe, quãuis non adfuiſſent, propter hoc non efficiuntur idonei aliàs inhabiles, qui fuerunt: quaſi materia aliter probari non poſsit: ne ſequatur abſurdum quòd ubi ſolum inhabiles aliquid ſciant, illi ſemper admittantur: quod bene nota, & per iſtum tex. dicit hic Bal. ſe de facto pluries conſuluiſſe, quòd ubi tractatur de intereſſe collegij, ut collegij, non ut ſingulorum, illi de collegio ſemper ſunt idonei teſtes: unde infert, quòd fratres prædicatores poſſunt eſſe teſtes teſtamenti, in quo relinquitur Eccleſiæ Fratrum. & idem, ſi eſt quæſtio de nemore, cuius fructus uendũtur per ipſam Vniuerſitatem, & non ſunt deputa-

Teſtis nõ integer ex toto qñ officiatur integer.

putati ad uſum hominum, & iumentorum nullæ: & idem, ubicumque non eſt burſale intereſſe. & adde tex. in capitulo inſuper, infra de teſtibus; ubi hæc materia apertius ponetur. hæc omnia Felinus in dicto capitulo tertio loco. Sequitur modo in dicto capitulo de cetero, ubi ſupra. & eſt textus melior de iure in capitulo In litteris, infra eod. & hoc modo obſtat d. lex; cap. quia loquitur in cauſa adulterij, in qua domeſtici admittuntur; lege conſenſu. C. de repudijs; & in caſu capituli fin. infra titu. ſecundo non apparet, quòd ageretur criminaliter. unde licet in quibuſdam cauſis ciuilibus uideatur admitti teſtis inhabilis in ſubſidium, ut hic per Dom. Abbatem: tamen in criminali lex canonica adeo reſiſtit, ne laici teſtificentur contra clericos, quòd non uidetur iſte caſus poſſe de nouo induci ex ſola auctoritate Dom. Abbatis; contra quem etiam facit, quod dicit Bart. in lege fin. ff. de in litem iurando; ubi dicit, quòd licet contra doloſum, cum agitur ciuiliter, data difficultate probationis, fiat probatio per iuramentum, non tamen cum agitur criminaliter; & cum dubitatur ne crimina remaneant impunita. reſponde ex tex. in lege abſentem, in principio. ff. de pœnis; ubi hæc habentur, uidelicet: abſentem in criminibus damnari non debere Diuus Adrianus Iulio Frontoni reſcripſit: ſed nec de ſuſpectionibus debere aliquem damnari diuus Traianus Aufidio Seuero reſcripſit. Satius. n. dicebat eſſe impunitum relinqui facinus nocenti, quàm innocentem damnari. hæc in dicta lege. ſequitur Felinus ubi ſupra. Reſponde aliter, quòd ipſi laici poterunt eum accuſare ciuiliter, ut moueatur a beneficio, quia poſſent: ſed plene limita in capitulo ex parte, ſupra eodem. & diceretur agi ciuiliter, capitulo per tuam de ſimonia; & ſic non remanebit crimen impunitum. Limita ſecundo iſtum tex. ut non procedat, quando delictum clerici dicitur notorium ſecundum Do. Abbatem hic per tex. optimum in capitulo cum dilectis, ad finem, infra de purgatione canonica. adde tu, quòd in dicto capitulo hæc habentur inter alia ſtatuta ab Innocentio tertio, videlicet: dicitur enim, quòd crimen eiuſdem presbyteri uſque adeo publicum fuerat, & notorium, quòd nullius inficiationi locus penitus exiſtebat: ut pote cuius uniuerſæ uiciniæ populus teſtis erat: & tamen ibidem præmittitur, quòd eidem presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo, ſi poſſet, ſuper infamia præmiſſorum criminum canonice ſe purgaret: cum nimirum, ſi crimen notorium exiſtebat, non erat illi indicenda purgatio; ſed in eum condemnationis ſententia promulganda. hæc in dicto canone inter alia. Sequitur modo Felinus ubi ſupra, ibi, Cuius uniuerſæ uiciniæ populus teſtis erat. & illum textum notat etiam Dominus Abbas ibi Et plenius, in capitulo, Cum non ab homine in octaua columna, ſupra de iudic. ubi omnino uide. facit quod notat Dominus Antonius in capitulo ex parte, in quinta columna, ſupra eodem; ubi etiam ſic limitat iſtum textum, quo ad accuſationem: & pro hoc, quia in notorio non requiritur ordo iuris, capitulo ad noſtram el tertio, de iureiurando. ad idem facit quod notat Dom. Ant. poſt Iohannẽ Andream in capitulo tam litteris, in ultima columna, infra eodem; ubi dicit, quòd laici ſunt idonei teſtes ad probandum famam contra clericum. Limita tertio, ut regulariter laici hoc caſu non admittantur, quantum ad effectum plenę probãnis: ſed ad indiciũ ſic, ut ſaltẽ clericus ſubijciatur torturæ

turæ ſecundum Do. Abbatem hic allegat notata per Glo. in l. capite quinto. ff.de adulter. & tex.in l.quæro. in fine.ff. de ædi.edic.& quod notat Inn.in cap.1. ſupra de probat.& in c.quoniam,ſupra eo. ubi hoc optime ſentit:& bene facit, quod notat Bar. in l. fin.in fi.ff.de in litem iurando ; ubi dicit, quòd quando priuilegiata probatio plene probat in ciuilibus,facit indicium ad torturam: ſed clarum eſt, quòd in ciuilibus teſtimonium laicorum plene probat contra clericum:ergo &c. & quamuis Do. meus hic teneat contrarium, quia laici prohibentur teſtificari hoc caſu propter reuerentiam in c.laicos, & c.laici. 2. q. 7. vnde non facit talis teſtis indicium, ſecundum Bar. in l.1.§.diuus, & Glo.in l.1.C.eod.& Bar. in l.maritus.ff. de quæſt. tamen tranſeo cum domino Abb.propter doctrinam Inno.in c.cum dilecti.de accuſa.cum concordan.quas aliàs ibi dedi: quia non eſt ſimpliciter uerum,quòd reuerentia impediat,quo ad indicium,ut per Bal.in l.ſeruos.C.de quæſt. maxime per dictam l. quæro in fine: & poſito, quòd ita eſſet,non puto reuerentiam debêdam clerico per laicum eſſe ſimilem reuerentiæ ſerui in dominum per c. qualis in fine. 8. q.1.Limita quarto, niſi laicus teſtificatus in caſu huius capituli produceretur pro clerico; quia pro ipſo teſtificari poſſet. ita probat Glo. in c. clerici. 81. diſt. de qua dixi in c.tertio loco ſuperiori,tit.i. bene facit contra catholicum. poteſt tamen dici, produci a catholico in fauorem ipſius: facit quod notat Glo. & Bar.in l.lege Iulia, & in l.inuiti.ff.de teſtibus: ad idem Gl.in cap.in decem.18. q. 2. quæ incipit:dicit per illum tex. quòd clericus poteſt ſe probare innocẽtem, etiam per mulieres. & pro hac limitatione eſt caſus in terminis in c. peruenit, el ſecundo in ti. 1:ſecundum communem lecturam, quòd ibi ageretur criminaliter.Limita quinto,niſi ageretur de crimine ciuiliter ſecũdum Hoſt. & Do. Abbatem hic per c. tertio loco

Laicus in fauorem clerici in cã criali criẽaliter mota poterit teſtificari.

ſupra eo. & c.tam litteris, infra eo.etiã ſi agatur ad priuationem beneficij; quia non eſt cauſa criminalis.c. per tuas. el primo,de ſimonia. & idem ſi per uiam inquiſitionis, uel denunciationis,arg. d.c.tam litteris,ſecundum ipſos, & Feder.conſi. 23.incip.Titius electus, ubi ſemper uide. quamuis aliud ſenſerit Archi.in c.quia iuſta.5.q.6. Limita ſexto, niſi accuſatio crialis, ſeu teſtimonia eſſent ſuper criminibus exceptis ſecundum Glo.& omnes hic.& iſtud,quo ad accuſationem, declaratur plene per Glo. & Doctores in c. cum P. infra de accuſat.& Gl.2.q.7.in ſumma, & reſpectu teſtimonij,ut in c.per tuas.el primo ĩ tex.& Glo.extra de ſimonia.Hæc omnia Felinus ubi ſupra. enumerationem uero caſuum exceptorum reperies ſupra in tractatu de accuſationibus c. 2. concl. 2. multa alia notatu digniſsima inuenies in dicto tractatu de hac materia. ubi permultas ibidem adductas concluſiones reperies, quid ſentiendũ de admiſsione laicorum, & clericorum infamium ad accuſationem aliorum clericorum: quas omnes memoriæ cõmendabis; cum ſummopere expediat tibi illas notare, etiam in hac materia teſtium admittendorum, eo, quòd ut ibi probaui,quo ad hoc,accuſatores,& teſtes parificentur de iure communi: licet contrarium ſeruetur in practica hodie in curijs utriuſque fori, ſcilicet, eccleſiaſtici,& ſecularis,quo ad admiſſionem accuſatorum: quamuis nihil ſit immutatum ab uſu curiarum,quo ad ipſos teſtes, ut per adducta, & adducenda hic in ſequentibus capitulis & concluſionibus patuit, & patebit. & hac adduxiſſe ſufficiat ad probationẽ præſentis concluſionis: cui quoque ſe ſubſcripſit Iulius Clarus in ſua practica criminali lib. 5.§.fin. queſt.24.in ver. preterea quæro, & in ver. ſciendum eſt tamen: qui ad hoc multas Doctorum auctoritates adducit,additque ſic ſeruari in Mediolanenſibus curijs. & quo ad admittendos etiam inhabiles ad defen-

Auctor.

defenſam, dicit Iulius, ſupra in dicta quæſtio. in verſic. item ſcias, quòd admittuntur; non autem ad plenam probationem: ſed hoc relinquitur iudicio iudicis ponderantis omnes circunſtãtias perſonæ, & depoſitionis. Idem Folerius in ſua Practica canonica criminali cap. 30. in ver. & licet regulariter. idem Iohan. Bernardinus in ſua Pract. can. crim. cap. 120. per totum.

VIGESIMAPRIMA CONCL.

IN criminali cauſa, criminaliter mota, in teſtem is non debet admitti, qui in alio iudicio inſtituta accuſatione contra ipſum de graui crimine depoſitione digno conuictus extitit, uel confeſſus: uel ſi per exceptionem exinde cõuincatur; & ſecum non fuiſſet diſpenſatum, licet in ipſo non perſeueret aut grauata ſit eius opinio, pro eo, quòd aliquando fuit tali modo repulſus in iudicio; quamuis hoc caſu nõ excludetur in ciuili: idẽ prorſus erit dicendũ de eo, qui in quolibet mortali cõtinuo perſeuerat: puta concubinatus; uel frequentato (puta) adulterio perſeuerat: non autem idem dicendum erit de eo, qui cõuincetur cõmiſiſſe aliquod peccatum mortale non cõtinuum, uel frequentatum, de quo fuiſſet emendatus, vel diſpẽſationem obtinuiſſet, poſt aliquod crimen graue, in quo non perſeuerat; quia tunc eius teſtimonium admitteretur tñ. attamen teſtis cui opponitur crimen ad inualidãdũ eius teſtimonium, nõ poterit excipere poſt modum contra dictum opponẽtem exceptione etiam criminis ad effectum, ut fruſtetur ſuo effectu dicta illius oppoſitio prima, ſeu exceptio criminis in iudicio adducta, ut docet Pan. cuius uerba infra adducentur: quamuis non negetur teſtem hmõi poſſe defendere ſuam famam contra opponentem. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per tex. apertiſsimum in c. teſtimonium §. in criminali, ex. de teſtib*.

ca. teſtimonium, ex. de teſtib.

ubi infraſcriptis uerbis Greg. nonus confirmauit ueritatem nræ concl. videlicet: in criminali autem, ſi in alio iudicio inſtituta accuſatione contra ipſum de crimine conuictus extitit, uel confeſſus; uel ſi p exceptionem exinde cõuincatur; aut grauata ſit eius opinio p eo, ꝙ quandoque fuit tali modo repulſus (quamuis hoc caſu non excludetur in cã ciuili) põt a teſtimonio, licet egerit pœnitentiam repelli hæc in d. §. & in eo. c. teſtimonium, in principio hæc habentur, videlicet: teſtimonium eius cui ab aduerſa parte opponit crimen, merito reprobatur in criminali cauſa ſeu ciuili, ſi in ipſo crimine perſeueret. hæc in d. c. principio, qđ iuxta nrãm cõcluſionem interpretatur Felin. ut infra; immo & Pan. ipſe; licet non audeat negare, quod ſibi vr̃ mirabile dictu, ꝙ poſt mortale commiſſum, & deletum p pœnitẽtiam, non ſit admittendus hmõi teſtis: quãuis ſibi uideat̃ ęquius, ut admitteretur: attamen poterunt concordari ipſe Pan. & Glo. ſequens eo modo quo utitur Felinus, & Iul. Cla. de quib* ſ. in hac eadẽ concl. Nihilominus ſciendum, ꝙ Glo. in d. c. teſtimonium. in ver. confeſſus, infraſcriptis utitur uerbis, vcȝ: qui. n. in iudicio condemnatus fuit de crimine, ſufficit ad hoc, ut a teſtimonio repellatur in cauſa criminali: licet egerit pęnitentiam; nec neceſſe eſt, ut amplius conuincatur, ut hic patet; nec talis admittitur ad purgationem alicuius, infra de purgat. cano. c. conſtitutus, ſic & infra de except. c. denique §. 1. ubi repellitur a teſtimonio qui conuictus fuit de crimine, uel confeſſus: uel intellige. §. illum ſecundum iſtam Decretalem, ut repellatur in criminali cã, ſi egit pœnitentiam: ſi non egit, repellatur ẽt in ciuili, ſi in crĩe perſeuerat, ut ſ. diximus. hæc Glo. ubi ſ. quæ & inferius in ver. opinio, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ſic patet, ꝙ ſi opinio alicuius grauata eſt, ad teſtimonium admitti non debet in cauſa criminali, cum ſine omni infamia debeat eſſe teſtis in

Gloſa.

ſra de except. c. denique & 2. q.7.c. teſtes, & præcipue in cauſa criminali, ut hic: nec etiam tales admittẽdi ſunt ad honores. 81. diſt. c. tantis; & infra de accu.c.omnipotẽs,& ĩ eo. c.ult.& paulo poſt ſubinfert Glo. eſt arg.ex hac littera, φ res ſiue ſnīa inter alios acta facit fidẽ in alio iudicio, ſic 24.q.1 c.ſubdiac. ſed hoc ſolum, φ in alio iudicio repulſus fuit, non ſufficit, ut in alio repellatur: ſed inde orta ipſum repellit. aliàs iterũ oporteret crimen probari ad hoc ut repelleretur. hæc Glo.ibi:q̃ in ver.fin. d. c. teſtimonium inter alia hæc notatu digna dicit, vc3: ſed nũquid teſtis, cui obijcit crimen, põt obijcere, φ obijciẽs ſit criminoſus. arg.φ ſic.2.q.7.c.ſi hæretiens; quia tales litigatores digni ſunt talibus teſtibus. C.de hæret.l.penult.dico, φ non põt, quia iſte cãm ſuam proſequitur, & nemo prohibetur a proſecutione iuris ſui, licet ſit criminoſus, ut 4.q.6.c.omnib. niſi eſſet excõicatus, uel talis, cui eſſet forum interdictum, uel in famis, cui actus legitimi ſunt interdicti. hæc illa Glo. Probatur quoque pñs concl. auctorita. Specul. in titu.de teſte §. opponitur aũt col. 26. in ver.item, φ non eſt probatæ vitæ; ubi infr̃is uerbis utitur, vc3: item, φ non eſt probatæ uitę, uel opinionis: nec bonæ cõuerſationis; nec eſt ſine ſuſpicione, neq; ſine macula manifeſta; ſed multa mala ð eo dicuntur, & eſt criminoſus, ex̃.de foro cõpetẽti.c. licet ex̃.de teſtibus.c.teſtimonium.& c.ſuper eo. in Auth.eo.§. qa ita & § quarta C.ad l.Fal. Auth.ſed cũ teſtator. hęc ille. ex cuius V̾bis liquet implicite concl. ueritas: cum enumeret excepta crimina, q̃ teſtibus opponi pñt. Pan. uero explicite in d.c.teſtimonium, col.2 in uer.nota pulchrum tex.ubi infraſcriptis uerbis nr̃æ concl. ſe ſubſcripſit, vc3: nota pulchrum tex.& menti tenendum, φ emendatus de crīe non remanet omnino integer: vñ non reſtituitur priſtinæ p̃ſumptioni naturæ, qua quilibet p̃ſumitur bonus, ut in c.fi.de p̃ſumpt. ſed in factis arduuiorib⁹ remanet p̃ſumptio ꝯ. uides.n.hic.quòd emẽdatus, licet p̃ſumatur idoneus in cauſa ciuili, non tamẽ in cã criminali. non ergo p̃ſumitur innocens, & integer actu: aliàs ſibi fides adhiberetur, ẽt in cauſa criminali: ad hoc bonum tex.in c.forus in fine de verborum ſignifi. adde tu, φ. in fine dicti c.infraſcripta habent, vc3: teſtes aũt conſiderantur cõditione, natura, & uita: cõditione, ſi liber, non ſeruus: nam ſæpe ſeruus metu dominãtis teſtimonium ſupprimit ueritati: natura, ſi uir, non fœmina: nam uarium, & mutabile ſemper fœmina producit: uita, ſi innocẽs, & integer actu, nam ſi uita bona defuerit, fide carebit. nõ enim põt iuſtitia cum ſcelerato homine habere comercium. hæc oīa Greg. Papa in d.§. ſeqtur. modo Pan. ubi ſ̃. ex his habes limitare c.ferrum diſt. 50. ubi dr̃, φ poſt pœnitentiam non debet inſpici, quod fuit per regulã ſemel malus. lib.6. nam non præſumitur bonus, uel malus uſquequaque, ſaltem ut admittatur ad actus legitimos & publicos. & notã bene, quòd non p̃figitur hic aliquod tp̃s; ſed ſufficit p̃bare, quòd aliàs fuit criminoſus, uel confeſſus, uel cõuictus de crimine. ex quo infertur, quòd pactio pœnitẽtiæ, ẽt cum interuallo, ſeu lapſus magni temporis, non ſufficit, ut purgetur ex toto p̃ſumptio contra eũ, ex delicto orta: alibi tñ tex. videtur notabiliter innuere, quòd triẽnalis tpis teſtimonium ſufficit ad argumẽtum uirtutis, & ut p̃ſumat bonę uitæ in Auth. de mona.§. humana autem natura. hæc Pan. ubi ſupra. qui ibidem, in ver.nota ultimo, infra notabilia ſubintulit, videlicet: nota ult. quòd dicitur qs emẽdatus de crimine, cum de illo egit pœnitẽtiam. hoc probat finis capituli, exponendo tacite principium, vbi fuit facta mẽtio de emendatione: uenit enim aduerſatiue ad principium; quaſi dicat licet is, qui egit pœnitentiam, cum ſit emendatus, admittatur in ciuili, non tñ in criminali. unde dicit hic Io.And.ſuper ver. perſeuerat, quòd perſeuerare dicitur

Teſtis ob crimẽ repulſus an poſſit cõtra te pellentẽ ſe obijcere aliud crimen, & ſic p ipſum illũ repulſã inualida re.

Specul.

Pan.

c forus d uerborũ ſignifi.

Quę conſiderãda erũt circa perſonam teſtium.

Sufficit probare, φ qs aliqñ fuerit criminoſus ut repellatur a teſtimonio i cã criali criãliter, nota in foro ecc.

quis dicatur emendatus d crimine.

dicitur quis in delicto,ex quo non egit pœnitentiam,vel egit ſimulatam, & ad vomitum redijt. hæc Panor. vbi ſupra. qui ibidem in col.2.in uerſ. circa quem quæro,infraſcriptis ualde notabilibus uerbis utitur, uidelicet : circa quem quæro, an omne peccatum repellat a teſtimonio. Abbas hic,cum quo tranſit hic Io. Andr.referendo ſentit, quòd omne peccatum mortale ſufficit : ſic enim exponit uerbum Crimen, quod hic in principio ponitur;& remittit Io. And.pro differentia inter crimen,delictum, & peccatum ad Glo. in reg. Peccatum, lib.6. & ad l.1.C.ſi aduerſ. delictum:uide bonum tex.81.diſt.cap.1.ubi dicitur, quòd crimen eſt graue peccatum, accuſatione & dãnatione digniſſimum. Alanus & Vincentius in c.ſuper eo, cum quibus tranſit ibi Io. And. dicunt referendo, quòd crimen debet eſſe tale, quòd a promotione repellat; & cum eo non fuerit diſpenſatum. & hanc opinionem, vt nõ ſufficiat quodlibet crimen,tenet Paulus hic,ut refert D. Ant. quẽ ſequi ipſemet uidetur: inhærent autem iſti opinioni Ala.& Vincent. & facit ſecundum eos,quia text. iſte facit mentionem de crimine, & nõ de peccato: item mendax, qui eſt in peccato,teſtificatur:allegant ſupra eo. cap.3:ſed melius allegarent c. inquiſitionis in uer. & an fides,infra de accuſ. ergo non omne peccatum repellit. D. Card.inſtat tandem concluditque, ꝙ cum de iure ciuili non repellatur teſtis propter crimen,niſi ſit de eo damnatus ſupra eo. cap. nec damnatus de quolibet crimine repellitur; ſed tantum,quãdo damnatus eſt in iudicio publico.ff. eo.l.3.& 4.q.3.§.item l.Iulia, in quo dãnatus ſit infamis.ff. de Publi.iudi. l.infamem & ff.de his qui not.infa. l.Athletas.§.calumniator: de iure autem canonico non expedit, quòd ſit damnatus: ſed ſufficit,quòd nunc probetur crimẽ ſupra eod. cap. ſuper eod. Et hic nec in alio ſecundum eum reperimus receſſum a iure ciuili.Remanet ergo ius ciuile ſaluum in alio,ut nõ excipere ſufficiat de quolibet crimine, niſi ſit tale, de quo poſsit accuſari in iudicio publico. Sed aduerte, quod hoc dictum ſentit hic Inn.& latius proſequitur.vult enim in effectu de crimine,quod nõ irrogat infamiam condemnato, non poſſit excipi contra uolentem accuſare, uel teſtificari contra laicum,ſed contra clericum ſic; quia ex quo crimen eſt tale,quod impedit promoueri ad ſacerdotium,non poteſt teſtificari, uel accuſare ſacerdotem;facit 2.q.7. c.ipſi apoſtoli.& ſi hæc forent uera,eſſet maxima reſtrictio ad iſtum text. ſed ego credo, quod de mente iuris canonici fuit repellere quemlibet perſeuerantem in quocumque peccato mortali, ut ſentit Abbas. nam peccatum mortale poteſt dici peccatum graue,cum pro eo,ſi nõ datur pœnitentia,Deus puniat æternaliter perpetuo igne,ut in §.alias ea demum 25.diſt. probatur etiam in §. criminis.eadem diſt.in fine,ubi peccatum mortale, licet non ſit de grauioribus, appellatur criminale. dicit enim,quòd peccatum ueniale efficitur criminale ex conſuetudine & continuatione.adde tu;diſpoſitiue item credo, quod perſeuerantia in quolibet peccato mortali excludit quem a promotione,arg. diſt. cap.fin.eſt enim ſpecies, ſeu præſumptio cuiuſdam hæreſis perſeuerare in peccato mortali. habet enim eum Eccleſia quaſi pro infideli,cum non uelit acquieſcere præceptis Eccleſiæ 8. q.1. c.ſciendum.& 81.diſt.cap. ſi qui presbyteri: nã ueniale efficitur mortale,ſi datur in eo perſeuerantia, ut ſupra dixi. adde tu hũc Doctorem uelle dicere, veniale continuatum effici mortale diſpoſitiue, qa diſponit nos ad mortale; & non, ꝙ de per ſe efficiatur mortale, quia hoc eſſet falſum, & contra cõem Theolog. ſententiam, fortius mortale multum aggrauatur ex perſeuerantia. item uidetur hoc probari in cap. forus, in fine, de uerb. ſignificatio. nam ut ibi clare colligitur in idonei

Perſeuerãs i peccato mortali quecũq; põt repelli a teſtimonio ferẽdo.

Auctor Pan.

Auctor. Pctũ ueniale effici mor. quõ itelligatur.

Pan. c foꝛ⁹ ex. de uerb. ſignif.

tate teſtificandi ſolum inſpicitur inno-
centia, & integritas uitæ;non autē pu-
blicitas criminis: dicit enim ibi textus
pulcherrimus (& penitus theoricam
ꝑriam docet) ꝗ ſi bona vita defuerit in
teſte,fide carebit : non.n.pōt iuſtitia cū
ſcelerato homine habere commerciū.
ad idem.2.q.7.c.non pōt; ubi dr̄, quod
nō pōt hominibus eſſe fidelis, qui Deo
extitit infidelis:quod contingit ex per
ſeuerantia in peccato mortali. item de
iure canonico omne peccatum pōt di-
ci publicum: ut notat Glo.in c.1.& 2.de
collu.deteg.& 2.q.3.§.Præuaricator . Si
aūt peccatum fuit momentaneum,licet
mortale,ex quo nō perſeuerauerit diu
in illo,ſatis pōt dici,quo ad hoc, ut ha-
beat locum.§.in criali:nō ſufficit quod-
cumq; peccatum mortale ; ſed dēt eſſe
de grauioribus;quia tex. in illo.§.refe-
rendo eum ad principium loquitur, qñ
fuit aliàs conuictus,cōfeſſus,uel repul-
ſus, quia perſeuerabat in crimine . ubi
aūt non ꝓbatur perſeuerantia,non ag-
grauatur tm̄ peccatum ; quinimo ,non
amittit nomen iuſti is , qui ſtatim ſur-
rexit, ut in c.ſeptics. de pęniten. diſt.3.
& ſuper illo uerbo In criminali, eſt po-
ſita illa Glo. Inn. Glo.tamen nota. in c.
ipſi apoſtoli 2. q. 7. dicit , quòd ex quo
quis ſemel incidit in peccatum morta-
le ,non admittitur amplius ad teſtimo-
nium in cauſa criminali,quātumcum-
que ſit emendatus . & facit iſte tex. in
penultimo caſu.& forte hoc verius;ſed
primum ęquius. hanc opinionem præ-
dictam ſatis ſentit hic Hoſt. dum dicit,
quòd temerarium iuramentum repel-
lit a teſtimonio , ſi iurantem non pęni-
tuit:& tamen nō eſt crimen publicum ,
nec de grauioribus peccatis , ut colli-
gitur ex textu, & Glo.22.q.4.c.qui ſa-
cramento. hoc idem ſentit Inn. in c.in-
timauit, ſupra eo. ad idem bonus tex.
maxime iuncta. Glo.quæ eſt in ver. cō-
pellendi.6.q 1.c.illi qui, cum c.præ cedē
ti:nam perſeuerans in peccato m ortali
notatur infamia canonica,& rep elli de
bet ēt ab accuſatione , ut in iuri bus ꝑ-

Fidelis non eſt Deo,qui hominibus non eſt fidelis.

Peccator qñ retineat nomē iuſti.

Aequus ē dicere, ꝙ tm̄ ꝑſeuerantia i mortali repellat,vt docet hic Pan. tñ.

allegatis.Non obſtat.c.inquiſitionis ꝑ-
allegatum , quia non eſt ſibi mortale.
dicebat enim illud, ut teſtificando eui-
taret inimicitias . item & melius,illud
eſt in odium ipſius teſtis , qui uolebat
ſe ſubtrahere a teſtimonio , dicendo
falſo ſe eſſe inimicum alterius par-
tis :& ſi diceremus contrarium, qui-
libet homo poſſet hoc modo ſe ſub-
trahere a teſtimonio . facit quod di-
cit Innocentius in capitulo intimauit
ſupra eo. Et paulo poſt idem Pan.ſub-
infert infraſcripta , videlicet : conclu-
do ergo , quòd in foro canonico ſer-
uabitur quod ſtatim dixi tam contra
clericos ,ꝙ̃ contra laicos . hæc Panor,
ubi ſupra , qui ibidem col. nona , in
verſi. ſextus caſus , quamapertiſsimis
uerbis infraſcriptis noſtræ ſe. rurſus
ſubſcripſit concluſioni , videlicet : ſex-
tus caſus,quando numquam de crimi-
ne fuit accuſatus : ſed nunc per exce-
ptionem poteſt conuinci , & ſufficit ad
repellendum : & intellige , ut ſupra, ſi
etiam nunc eſſet de crimine emenda-
tus : & ſic ponat aliquid ſpeciale , cum
agitur criminaliter : nam ſi perſeuera-
ret , repelleretur etiam in ciuili , & ſic
eſſemus in primo caſu . Et nota hoc,qa
ualde eſt durum , ut ſemel delinquens
quātumcumque ſit emendatus,rema-
neat ſuſpicioſus , ut non admittatur
in teſtem in cauſa criminali:puto,quòd
ſi intraſſet poſtmodum religionem,ſu-
blata eſſet omnis cauſa ſuſpicionis per
tex.notabilem in capitulo fin. & penul-
timo,decimanona quęſt.ultima;ubi di-
citur , quòd non licet parentibus filios
factos monachos exhæredare , quam-
uis,dum eſſent in ſeculo, inciderint in
cauſam ingratitudinis. facit dicta Au-
then. de monachis verſi. humana . hæc
Panormitanus ubi ſupra . qui etiam Pan.
in dicto capit. teſtimonium . colum-
na ultima in verſi. ultimo Glo. adducit
deciſionē pulcherrimæ quæſtionis, in-
fraſcriptis uerbis utens, videlicet:ulti-
mo Gloſa quærit,an teſtis, cui crimen
obijcitur,poſsit repellere obijcientem.

exce-

exceptione ſeu replicatione criminis. & tandem concludit, & bene; quòd non quia obijciens ſe defendit, ideo non poteſt repelli prætextu criminis. nec obſtat. c perſonas ſupra eod. de quo Glo. opponit, & non ſoluit: nam ibi ſimilitudo morbi, id eſt, criminis, repellit teſtes: non autem partem obijcientem cõtra teſtem. ſed nota aliam rationem huius Gloſæ dum dicit, quòd contra teſtem non agit directe; ſed potius cõtra partem, ne utatur illius teſtimonio. & idem Inn. in c. uerum de foro cõpet. facit enim hoc ad multa. Primo, quòd ſi crimen obijcitur contra clericum teſtẽ in foro ciuili, poſsit de hoc cognoſcere iudex ſecularis. Secundo, adduco dictum Iohannis And. ſuper tex. dicit enim; quòd huic teſti, contra quem obijciuntur crimina, non ſunt capitula tradenda, ut not. infra de purgat. cano. c. inter. Tertio facit pro opinione Io. & Phil. qui dicũt, quòd probare poſſum teſtes meos honeſtós, quos aduerſarius dixit, & probauit malæ famæ. allegat. 3. q. 3. c. de indicijs, quod not. ſupra eod. c. ex tenore. quod placet; quia, ut prædixi, potius iſte ſe defendit contra exceptionem aduerſarij, quàm aliũ defendat. numquid autem ipſe teſtis poſsit aſſumere defenſionem, & probare ſe innocentem, dicunt Iohannes Vinc. & Phili, quòd ſic, ne fama ipſius grauetur; ſicut poteſt oſtendere ſe liberum per chartã manumiſsionis in Authen. eo. tit. §. ſi uero dicatur. & hoc placet: nam licet directe non excipiatur contra teſtem, ut ſupra dixi: tamen indirecte læditur eius opinio, ut probatur hic in tex. quia ſi ſemel fuit repulſus, ſemper poteſt repelli in criminali. ideo poteſt pro ſuo intereſſe aſſumere defenſionem. facit optime in ſimili. la ſententia. ff. de appell. hæc omnia. Pan. ubi ſupra. cuius uerba iccirco attuli, quia uidentur peroptime concluſionem probare, ac omnia, quæ ponderanda in ipſa occurrũt. Dominus quoque Felinus ĩ dicto c. teſtimonium noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni qui quã doctiſsime arguit pro & contra; & tãdem hæc dicit in ver. & cum iſtis tranſeo: qui concludit primo, dummodo mortale ſit continuatum: non autem ſi eſſet tranſitorium: & ſecundo, quòd hoc procedit de iure canonico; non autem ciuili; niſi eſſemus in terris Eccleſiæ; quia in hoc caſu in utroque foro eſſet iudicandum ſecundum canones. hæc ille. qui ibidem in ver. ſed potes. infraſcriptis uerbis utitur, uidelicet: ſed pro concordia potes dicere, quòd aut crimen ſimpliciter commiſſum eſt ualde graue, id eſt, quod repellat a promotione, & cum eo non fuerit diſpenſatum; & tunc ex ſolo reatu non ſecuta penitentia ſatis habetur pro perſeuerato per reſpectum ad emẽdationem. & ita procedat prima opinio, quę dixit, quòd poſt quodcumque mortale, quòd poteſt probari, nõ admittitur teſtis: ſi uero non eſt ualde graue, procedit regula ſupra adducta, quòd pro quocumque mortali continuato quis repellatur a teſtimonio. Hęc omnia ex Felino ubi ſupra. qui dicit ita intelligendum fore dictum canonem in dicto c. teſtimonium, ſecundum Do. Abbatem antiquum, & Imo. & alios. quapropter, ne tædio afficiam lectorem, illa rurſus hic non repetam. Animaduertendum inſuper, quòd omnia uerba allata in concluſione præſenti probantur uera; tum auctoritate dicti canonis in dicto c. teſtimonium; tum etiam prędictorum Doctorum in dicto cap. quorum ſingula uerba non attuli; ſed illa tm̃, q̃ maioris momenti uidebantur ad rem noſtram facere, gratia breuitatis. Præſenti quoq; concluſioni ſe ſubſcripſit Iulius Clarius in ſua practica crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 24. in ver. quæro numquid conſtitutus in peccato mortali; ubi noſtram concluſionem roborat quoque auctoritate aliorum Doctorũ. concludit breuiter, quòd omne peccatum mortale cõtinuatum repellit, puta concubinatus, uel. fre-

Marginalia: Teſtis repulſus exceptione criminiſ nõ poterit repellere, & irritare hmõi repulsã probãdo repulſam tem ipſũ eſſe criminoſũ. — Iudex ſecularis qñ põt cognoſcere de crĩe clerici. — Teſtis poteſt ſe tuẽdo ꝓbare ſe eſſe bonæ famæ. — Teſtis repulſus tamq̃ criminoſus ſemper poterit repelli ĩ cã crĩali criminaliter mota. — Felinus. — Auctor. — Iul. Cla.

quentatum puta, adulterium. ſi uero eſt momentaneum, uel tranſitorium repellitur in foro eccleſiaſtico; non autē laicali. & ita communiter tenetur, ut ait Felinus in c. inquiſitioni, extra de accuſat. attamen ubi pęnituerit de peccato, poterit admitti; quia amplius non dicitur in crimine conſtitutus: & in dubio erit præſumendum, quòd pænituerit. ſed ſi ſemel quis eſſet conuictus de crimine inſtituta accuſatione, licet fuerit emendatus, tamen non admittetur ad teſtificandum in cauſa criminali. hęc ille: cuius opinio omnino intelligenda erit ſecundum opinionem Felini ſupra, relatam. Nouiſsime memorię ſunt comendanda, quę dicit Specul. in titu. de teſti. §. opponitur autem. colum. fin. in uer. item in cauſa criminali, ubi hanc tradidit doctrinam, uidelicet: in cauſa criminali repellitur in multis caſibus, quos dixi ſupra in titu. de accuſatione ver. item, quòd aliàs ei crimen, &c. & ſequentibus. accuſatio enim, teſtimonium, & ordo, quo ad hęc, paribus paſſibus ambulant. 4. queſt. 3. cap. 1. quod dic, ut notatur. 2. queſt. 7. c. ipſi apoſtoli. hęc ille. Quapropter optime lector reliquas exceptiones opponēdas teſtibus require in tractatu de accuſ. in cap. 2. de non admittendis ad accuſationem clericorum per torum, & ſequentibus.

VIGESIMASECVNDA CONCL.

PEriuri, & ſollicitantes ad periurium non ſunt admittendi ad teſtimoniū ferendum; ſi de hoc fuerint conuicti, uel poſsint conuinci. Hęc concluſio licet fuerit implicite probata in concluſione tertia cap 2. colum. 2. titu. de accuſat. & explicite per c. infames. 6. q. 1. & per Doctores in dicta concl. & in præcedenti concl. 21. præſentis capituli: tñ apertius illi fauet tex. in c. quicunque. 6. q. 1. qui eſt Fabiani Papæ: cuius tenorem de uerbo ad uerbū retuli in concl. 7. cap. 1. lib 3. titu. de inquiſ. eſt & alius tex. peroptimus in c. ſi quis conuictus. 22. q. 5. cuius tenorem retuli ſupra in lib. 3. tit. de inquiſitionibus cap. 7. concluſio. 7. colum. 2.

Quando, & quales teſtes poſſunt compelli ad teſtificandum in cauſa criminali criminaliter mota. Cap. II.

Teſtes de iure communi in cauſa criminali criminaliter mota non poſſunt regulariter compelli: licet hodie ex conſuetudine omnes compellantur; niſi ſpecialiter fuerint priuilegiati. concl. 1.

Teſtes tam in cauſa ciuili, quàm criminali compelluntur, ſi ſe ſubtrahūt gratia, odio, uel amore a teſtificando. concl. 2.

Teſtes compelluntur, ne ueritas occultetur. concl. 2.

Teſtis nolens iurare damnando iuramentum, eſt puniendus, ut hæreticus, ubi ſupra.

Teſtis priuilegiatus compellitur, aliis probationibus deficientibus. concl. 2.

Teſtificari nolens in cā criali non pręſumitur corruptus; ſecus in cauſa ciuili. concl. 2.

Teſtes ſunt cōpellendi per cenſurā eccl. quādo aliàs ueritas haberi non poſſit. concl. 3.

Teſtium nomina quando non ſunt publicanda, niſi ſeparatim ab eorum depoſitionibus. concl. 3.

Teſtibus dicentibus, aliàs ueritatē poſſe probari quàm eorum teſtimonio. & parte aduerſa hoc negante, cui incumbet probatio. concl. 3.

Teſtes an poſſint compelli, ſi ex eorum teſtimonio graue eis damnum generaretur. concl. 3.

Teſtificari non poſſunt clerici in cauſa ſanguinis pro actore, (licet pro reo) & ad hoc compelli a iudice. concl. ultima.

CVm in præcedenti capitulo nōnulla notatu digna ex cerpta p me fuerint tum ex iuribus, tum etiam ex doctorib' circa exceptiones opponendas in iudicio, ut inde ad nihilum redigatur depoſitio teſtium; merito in præſenti capitulo examinā-

dum

dum fore operæpretium duxi de com-
pulſione teſtium in cã criminali crimi-
naliter mota eo, ꝙ ſepe cõtingeret cri-
mina impunita remanere poſſe defe-
ctu teſtium depoſitionis, quæ ad ipſa
cohercenda eſt neceſſaria, ut cognitio
de ptãte cogendi teſtes iuridica: quã
facillime iudices poſsint fungi ſuo mu
nere meritorie. Et ut facilius ac breui⁹
procedam, uiſum fuit, more ſolito pro-
cedendo, p nonnullas clariſsimas con-
cluſiones, hanc materiam de cogendis
teſtibus, abſoluere, Diuina ope fratus.

PRIMA CONCLVSIO.

TEſtes regulariter in cauſa crimina-
li criminaliter mota non ſunt co-
gendi ſecundum canones ſeu de iure
canonico; ſed tantum monendi: hodie
tamen omnes coguntur, niſi ſint pri-
uilegiati; & ſic ſeruatur in utriſque cu-
rijs in practica. q uero ſint priuilegiati
reliquis concluſionibus dicam. Hęc cõ-
cluſio probatur triplici medio. Primo
c. ex parte A. presbyt. ex. de teſtib. & atteſt. enim per tex. in c. ex parte A presbyte
ri, extra de teſti. & atteſt. in § fi. ubi Eu-
genius tertius ſcribens R. Herforder.
epiſcopo, & Abbati Sard. infraſcriptis
uerbis noſtram cõfirmauit concluſio-
nem, vcʒ: teſtes aũt, ſi quos idem. A. in
ſuę aſſertionis teſtimonium inuocaue-
rit, curetis monere, ut coram uobis ſu
per his perhibeant teſtimonium ueri-
tati. hæc in dicto canone. Probatur &
Glo. ſecundo Doctorum auctoritate. Glo.
enim fin. in d. c. ex parte. A. noſtræ concl.
aſtipulatur infraſcriptis uerbis, vcʒ:
monere. arg. quòd in crimine non ſunt
cogendi teſtes etiã in excipiendo. hæc
Specul. Glo. Specul. quoque id fatetur in titulo
de teſtibus cogendis col. 2. in verbo in
crĩalibus aũt, ubi infr̃is utitur uerbis,
vcʒ: in crĩalibus autem ſm̃ canones nõ
ſunt teſtes cogendi; ſed monendi, ut ex̃.
eo. c. ex parte A. in fine. quod qualiter
intelligatur plene traditur de teſtibus
Iul. Cla. cogendis c. dilectorum. Probatur quo-
que auct. Iul. Cla. nouiſsime ſcribentis
nr̃a tempeſtate & hoc dicit in ſua pra-
ctica crim. §. fin. li. 5. q. 24. in uer. ſucceſ-
ſiue uideamus; ubi adducit Follerium
quoq; in ſua pract. cano. crim. noſtram Felinus.
concluſionem confirmantem nu. 34. in
fine. & ꝙ hodie indiſtincte cogũtur te-
ſtes, tam in ciuilibus, quàm criminali-
bus cauſis, niſi eſſent priuilegiati, pro-
bant ambo Doctores.

SECVNDA CONCLVSIO.

IN cauſa ciuili teſtes ſunt prius mo-
nendi a iudice ut deponãt: ſed ſi no-
luerint, gratia, timore, uel odio, & ubi
aliàs ueritas haberi nõ poſsit, ſunt cõ-
pellendi: tñ ſibi ſunt reficiendæ expen-
ſæ in ſtando in loco iudicij & eundo, &
redeundo in loco iudicij, quo profecti
fuerant pro teſtimonio ferendo, ut in
c. ſtatutum. §. fin. de reſcriptis in 6. cu-
ius uerba ĩ. referunt. idẽ dicẽdum in cã
crĩali, qñ odio gr̃a &c. & qa pñt cogi, ut
ꝓbatum fuit p adductas auct. in concl.
3. pñtis cap. ſunt cogendi. hæc concl. ꝓ-
batur p tex. in c. 1. ex̃. de teſt. cogen. vbi c. 1. ex. de teſtibus cogen.
infr̃a habent̃, vcʒ: cãm matrimonij, q̃ in
ter M. mulierẽ, & filiũ R. uertitur, com-
miſimus iudicibus terminandã; ideoq;
mandamus: quatenus teſtes ab altera
partiũ in ſuæ aſſertionis teſtimoniũ in
uocatos, ne ueritatẽ occultent, diligen
tius moneas, & inducas. ſi aũt odio, uel
gr̃a uel timore ſe ſubtrahãt, eos ad ferẽ
dũ teſtimoniũ corã p̃fatis iudicib⁹, uel
nuncio, quẽ ad hoc miſerit, eccl. diſtri-
ctione cõpellas. Hæc in d. can Probatur
quoq; p arg. in c. cum ſuper cã eo. ti. ubi c. cum ſuper ca, ex. de teſtib. cogen.
infr̃a habent̃, vcʒ: cum ſup cã, q̃ uertit̃
inter Præneſtin. epũm, & Sub. Abbatem
ſit teſtimoniũ ueſtrũ neceſſariũ; manda
mus quatenus phibitur teſtimoniũ ue-
ritati, Apoſt. uos conſpectui pñtetis. Si
uero nõ ueneritis, ſciatis uos ab off. &
benef. eccl. Apoſt. auct. ſuſpẽſos: & ſi nec
ſic ueneritis, excom. ſñiam & depoſitio
nis poteritis formidare. hæc in d. can.
ex cuius V̄bis elicit̃ luce clarius arg. a Auctor.
ↄ̃rio ſenſu taliter: cum. n. ibi caueatur,
ꝙ cum ſit teſtimoniũ alicui⁹ neceſſariũ
cõpellat̃: ſed qm̃ nullius teſtimoniũ eſt
neceſſariũ, ubi reperitur aliud teſtimo-
niũ æquiualens: ergo patet concl. pro-

bari dictum text.in d.c.cũ ſuper cauſa. c. ceterũ ex.de teſtib. cog. idem probatur per tex.in c.ceterum,eo tit.vbi infraſcripta habentur,videlicet: ceterum, ꝙ ſuper conſanguinitate cogendus ſit teſtis perhiberi teſtimoniũ veritati,non dubitatur a nobis: cum id tam ius ſcriptum approbet,quàm conſuetudo actibus vtentium approbata; ſi ipſum cõſtiterit odio, vel gratia ueritatem ſupprimere. hæc in dicto canone.idem probatur per tex.in cap. ſuper c. ſup his ex.de teſtib. cog. his eod.ti. vbi infraſcriptis verbis vſus fuit Inn. III. ſcribens Priori S.Fridiani, & magiſtro P. canonico Piſano,videlicet:ſuper his.& infra.ceterum volumus & mandamus, vt ſuper inquiſitionis articulis,tam de fama electi,quàm litteris contra eum, ſub nomine longe maioris,& ſanioris partis Capituli d'ſtinatis,cogatis teſtes, qui nominati fuerint, perhibere teſtimonium veritati. hæc in dicto canone.Et idem probatur c. dilect. ex.de teſtib. cog. per tex. in c. dilectorum,eod. titu. vbi Honorius III.ſcribens Abbati S.Eugenij magiſtroG. canonico Senenſi,infraſcriptis uerbis noſtram approbat concluſionem,videlicet: dilectorum filiorũ Vulterani Capituli ex una parte, & Epiſcopi Vulterani ex altera;procuratoribus ex altera parte conſtitutis.& infra.teſtes qui fuerint nominati, præterquam præter ſuper criminibus, ſi ſe gratia, uel timore ſubtraxerint, uel odio,per cenſuram eccleſiaſticam cogatis ueritati teſtimoniũ perhibere. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo præſens concluſio doctorum auctoritate canoniſtarum. Gloſa enim in dicto Ne ueritas occultetur, teſtes cõpelluntur cap. cauſam matrimonij infraſcriptis uerbis præſenti ſe ſubſcripſit concluſioni, uidelicet: cauſam matrimonij occultent, ſic 14. quæſt.2. capit.quamquam. hæc eſt enim cauſa, quare teſtes compelluntur; ne ueritas occultetur: & qui peccatum occultat, peccatum committit 11.q.3.c.quiſque:ideo- c. qſquis 11.q.3. que compellitur:adde tu, quòd in dicto capit. quiſquis,refertur ſententia Diui Auguſtini infraſcripta dicentis,videlicet: quiſquis metu cuiuſlibet Poteſtatis veritatem occultat,iram Dei ſuper ſe prouocat; quia magis timet hominem,quàm Deum.& poſt pauca. vterque reus eſt,& qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia ille prodeſſe non uult; & iſte nocere deſiderat. hæc in dicto canone. ſequitur Glo. ubi ſupra Gratia uel timore. tunc enim teſtes ſunt compellendi:alias non uidetur, ꝙ compelli debeant, infra eod. ſuper eo.ex eo.n., ꝙ non uult ferre teſtimonium,præſumitur contra ipſum:unde dico illum ſtatim compellendum,niſi conſtaret,per alios ꝙ bene poſſet veritas comprobari.hæc omnia dictaGoſa,ubi ſ. Glo. quoq; in d.c.ceterum,noſtræ concl. infris uerbis aſtipulatur in verſ.ipſum conſtiterit, uidelicet:ubi & quis probabit,iam dictum eſt; quia eo ipſo,ꝙ monitus non uult teſtificari,præſumitur contra ipſum, ut ſtatim compellatur. nec eſt alia neceſſaria probatio; Sed hæc leuis præſũptio ſufficit.ar gum.ff.de peti.gere.l.ſi quis libertatem §.plane.Et eadem Glo.in verſ. odio,uel gratia, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet:odio,uel gratia, uel timore. timor poteſt referri ad multa. ſiue odio perſonæ uel timore hoc contingat, cõpelli debent,ſupra titu.prox.cap. cõſtitutis, & cap.intimauit;& ſupra eod.capit.peruenit:ſiue etiam odio ſacramenti ipſius, quod quidem tenui religione abhorrent.C.de fi.inſtrum.l.ult.& infra, de ſimonia, capit. & ſi quæſtiones. & tunc fortius debẽt cõpelli. alias ſi nolTeſt.nolens iurare dãnado iurãm eſt puniẽdus tamquam hæreticus. Glo. lent iurare damnando iuramentum, tamquam hæretici debent condemnari,infra de hæret.cap.excommunicamus.§. fin. hæc omnia Glo. ubi ſupra. Gloſa quoque in dicto c. dilectorum, multa de noſtra concluſione adducit. at quoniam nonnulla interpretationẽ recipiunt;iccirco ipſa hic nõ adducam: ſed in relatione Doctorum. Pan. enim Pan. ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni multis in iuribus infraſcriptis,& Primo in c.1. extra de teſtibus cogen.col.3.in fine in ver.

Teſtis ꝛt priuile-giat' cō pellitur alijs pro bationi-bus defi cientib.

ver. ex omnibus prædictis, ubi infrās uti-tur uerbis, vcʒ. ex oibus prædictis poſ-ſūt elici tres concluſ. Prima ꝙ priui-legium ſuper teſtimonio non ferendo conceſſum ceſſat deficientibus alijs ꝓ-bationibus, ſiue ſint laici, ſiue clerici. Secunda concluſio, quòd in cauſis ci-uilibus præſumitur quis corruptus, ſi requiſitus teſtificari recuſat. & ad hoc compelli poteſt, & contra eum inqui-ri de corruptione; niſi alia in contra-rium præſumptio ſubſit. Tertia cōclu-ſio, in criminalibus cauſis teſtes non compelluntur, niſi alijs probationibus deficientibus. nec præſumitur corru-ptio, ſi quis teſtificari recuſat; niſi ali-ter probatur quo caſu fiat compulſio: licet aliter ueritas probari poſsit. hæc concluſio probatur in c. ſuper eo: iun-cto c. peruenit el ſecundo eod. titulo. de iure uero ciuili aliud uidetur, de quo uide tex. cum ibi notatis, infra eod. cap. ſuper eo. in fine. hęc Pan. ubi ſupra. qui & in c. 2. eo. tit. infraſcriptis utitur uer-bis in colum. 1. ver. not. prrmo, videli-cet: nota primo, quòd ubi teſtimonium eſt neceſſarium, non præmittitur mo-nitio; ſed a principio poteſt teſtibus mandari, ut ueniant, etiam ſi ſint pre-sbyteri: ut hic iuncta ſupraſcriptione. Et nota, quòd teſtes poſſunt compelli ire ad curiam Romanam de longinqs partibus, expenſis tamen producentis, ut in c. ſtatutum prope finem, videlicet: in §. penultimo. de reſcriptis lib. 6. Ad-de tu quòd hęc ibi habentur, videlicet: pro ferendo quoque teſtimonio, præ-teſtu cuius aliqui alios fraudulenter interdum a iudicibus vocari procurāt, ut eos laboribus, & expenſis fatigent, aut extorqueāt aliquid ab eiſdem: nul-lum ullatenus conuocent; niſi quando conditio, & ſtatus cauſę requirent; ſed nec tunc, niſi a producente competē-tes uocato pro teſtimonio, ueniendo, ſtando, & redeundo, faciat miniſtrari expenſas. hæc in dicto canone. ſequi-tur Pan. ubi ſupra, & 4. q. 3. uenturis. hæc Pā. ubi ſupra. Inſuper idem Pan. in

Nolēs te ſtificari in cā cri minali ñ pręſumi tur cor-ptus, ſe-cus in cā ciuili.

Pan.

c. ſtatutū de reſcri ptus in 6.

Pan.

dicto cap. dilectorum, poſt enumera-tionem multarum opinionum Docto-rum ac diſtinctionum in colum. 3. in fi-ne, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet unde puto de iure canonico ſic dicen-dum, quòd in cauſa ciuili teſtes primo ſunt monendi; & ſi requiſiti teſtificari nolunt, ſunt cogendi; quia præſumitur, quòd timore, uel gratia, &c. niſi ſint priuilegiati, uel niſi alia præſumptio hanc elidat. hoc uerum, niſi alię pro-bationes deficiant; quia tunc indi-ſtincte omnes ſunt compellendi. hoc declara, ut dixi in dicto c. 1. ſuper eod. hæc Pan. ubi ſupra. cui aſtipulatur cō-firmans noſtram concluſionem Iulius Clarus in ſua practica crimin. lib. 5. §. fin. quęſt. 24. in ver. ſucceſsiue uidea-mus. Iul. Cla.

TERTIA CONCLVSIO.

IN cauſa criminali criminaliter mota teſtes illi ſunt compellendi per cen-ſuram eccleſiaſticam, ſine quorum te-ſtimonio ueritas elici non poteſt; licet debeat iudex elaborare, ut aliunde ue ritas habeatur, quàm per teſtes, qui ex priuilegio compelli non poſſunt. & ubi maximum periculum immineret teſti-bus; tunc etiam ſunt compellendi: ta-men iudex non debet eos publicare ſigillati cū propria depoſitione ſed cō fuſe, ut non poſsit cognoſci depoſitio uniuſcuiuſque teſtis in ſpecie: cum ne-mo debeat puniri ſine cauſa propria eo, quòd maximæ inimicitiæ contra-huntur; cum quis deponit contra ali-quem in cauſa capitali. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per tex. in c. peruenit el primo, extra de teſtibus cogendis, vbi infraſcripta ha-bentur, uidelicet: peruenit ad Audien-tiam noſtram, quòd cum I. Prior S. Lau-rentij coram te fuiſſet de ſimoniæ & a-dulterij crimine accuſatus, quendam qui contra eum ducendus erat in teſti monium, adſtrinxit, ut non deponeret contra ipſum & infra: Nos igitur attē-

Teſtium noīa qñ nō ſunt publicā-da, niſi ſeparatī ab eorū dpoſitio nibus.

c. perue-nit el. 1. ex. de te-ſtib. cog.

probare. allegatur contra actorem. Primo, quod ipſe probet, quia ipſe dicit: ergo &c. de renunt. c. ſuper hoc. Nã ſi diceremus, q teſti incumberet onus probandi, eſſet res in magno circuitu; ſi quilibet teſtis haberet hoc probare. In contrarium allegatur; quia dicit per alium hoc poſſe liquere; excipit: probet ergo ipſe. ff. de probat. l. in exceptionibus, & l. 1. ff. de except. facit. c. cum Eccleſia, ex de cau. poſſ. & propr. & ſic tranſit Io. Andr. Io. And. Putat Do. Ant. q in ciuili onus probandi incumbat teſti; quia fundata eſt præſumptiue intentio producentis; niſi teſtis ſit priuilegiatus. In criminalibus vero probat actor; quia oporteret actorem oſtendere cauſam compellendi; quod ſatis placet. & credo poſſe dici, quòd vtroque caſu ſtaretur iuramento ipſius teſtis, an res per alios poſsit probare; quia ſicut producens ſubmittit ſe ſuper principali iuramento ipſius teſtis, ita debet ſe ſubmittere ſuper iſto præambulo. facit quod in ſimili not. in c. dilecto, ſupra titu. prox. Item poſſet capi media via, ut iudex ſummarie informet ſe ſuper hoc. hæc Panormit. ubi ſupra. qui & in dicto c. peruenit el 2. in fine, noſtræ concluſioni infraſcriptis quoque verbis utendo, ſuffragatur, uidelicet: Ego pono quintam lect. ad iſtum tex. quam ſenſit Innocen. ſupra eod. c. 1. poſt princ. quòd loquitur, quando agitur criminaliter; & aliæ probationes deſunt. tunc enim ne crimina remaneant impunita, compelluntur teſtes: & pro hoc tex. ibi Si aliter ueritas &c. & ad tex. ibi De rebus eccleſiaſticis; ſupple maxime; quia idem in alijs, ſed maxime in iſtis, de quibus quærebatur. & ſecundum hãc lecturam habes hic caſum notabilem. Pan. hæc Panormit. ubi ſupra, qui & in c. dilectorum, eod. tit. colum. 4. in princ. in ver. criminali uero, ruſus noſtram amplectitur concluſionem, infraſcriptis uerbis utens, uidelicet: in criminali uero, ſi ueritas aliunde haberi nõ poteſt, dico idem, ut in cap. fina. infra eod. & ſupra eod. cap. peruenit, el 2. Expedit enim Reipublicæ peccata nocentia eſſe notoria, & ut crimina puniantur, ſaltem ad aliorum terrorem. ff. de iniur. l. eum qui nocentem: & infra de ſententia excommunicat. capitulo ut famæ: & ne multis craſſantibus locus ſit exemplo lege Aut. facta. ff. de pœnis: vnde ſaltem Reſpublica eſt conſecutura lucroſam ſententiam, quæ eſt magis fauorabilis, quàm perſona priuata. ff. ſolu. mat. l. c. & quod ibi not. depoſt. prælat. c. bonæ. & puto hoc procedere etiam ſi de crimine excipietur contra teſtes: nam ſi teſtes criminoſi admittantur, cum præſumptio ſit contra eos de falſitate, ut not. ſupra proximo capit. teſtimonium, reus reportabit iniuſte damnoſam ſententiam; & ſic punietur innocens, quod ſonat in abſurdum. Maior enim eſt fauor, ut innocens non puniatur, quàm ut puniatur nocens: nam ut dicit lex abſentem. ff. de pœnis; Sanctius eſt nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem damnare. facit capit. ſacris, extra de ſepulturis. ſi ergo compelluntur teſtes, quando agitur, ut reus puniatur; fortius quando reus certat, ut non iniuſte damnetur. ſi uero adſunt aliæ probationes, tunc non coguntur, niſi coſtet, quòd malitioſe reus ſubtraxerit teſtes, ut in capit. peruenit, ſupra eodem. not. Innocentius in dicto capit. ſuper eo. uel niſi timore aduerſæ partis ſe ſubtrahant, ut in dicto capit. ſuper eo. & quod ibi dixi. Ad hanc diſtinctionem puto reducenda omnia iura, quę obuiare uidentur. ad hoc capitulum poteſt reſponderi, quòd non coſtabat alias probationes deficere; uel ut ſenſit Hoſt. excipiebat hic contra teſtes, & leue præiudicium inferebatur parti ex non compulſione; ſecus ſi magnum, ut prædixi. promptum enim eſt, iura iuribus concordare de electio. capit. cum expediat:

l. abſentem ff. de pœnis. Reus im punitũ relinquere ſanctius eſt q̃ nocentem condẽnare.

Si reus malitioſe ſubtraxerit teſtes tunc ipſi pñt cõpelli.

lib. 6.

lib.6. & per hoc tollitur contrarium, qđ formari poſſet de contrario intellectu huius litteræ, dum innuit, teſtes in criminali non compellendos, etiam ſi ſe ſubtrahant odio, timore, &c. uel uacat hic argum. a contrario; quia iura dicũt cõmuniter in hoc oppoſitum. hæc Pan. ubi ſupra. qui idem aſſerit in c.fin.eod. titu. col.2.in uer. tertio nota; ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nota quòd in criminibus compelluntur teſtes, nõ ſimpliciter; ſed in defectũ aliarum probationum. & nota, quòd ſi ſe ſubtrahant gratia, &c. Hæc omnia ſunt Pan. quæ ſunt ſemper memoriæ commendanda pro deciſione omnium fere ambiguitatum, quæ oriri poſſunt in dies. Dominus quoq; Felinus in dicto c. Peruenit, el ſecundo, noſtræ concluſioni fauet infraſcriptis uerbis, uidelicet: ſi res aliter probari non poſſet, etiã in cauſa criminali compellendi ſunt teſtes. hoc dicitur ſecundum Dom. Abbatem, & bene. & per iſtum tex. in ver. videntibus, inferunt hic Dom. Anto. Imo. & Dom. Abbas ad id, quod dixi in cap. ſuper eo. ſuper ver. interfuerint. in Glo.fin. in fine. putat hic Dom. Abbas & bene, quòd iſte tex. loquitur, quãdo agitur criminaliter, & aliæ probationes deſunt: tunc enim, ne crimina remaneant impunita, compellũtur teſtes. & pro hoc cõſidero iſtum tex. ibi Si aliter, &c. quod non conſideratur in cauſa ciuili; ut dixi in dicto c.ſuper eo. Et inquantũ Inn. & alij reſpondentes incongruitati de qua in Glo. dicunt, quòd iniuria clerici appellatur res eccleſiaſtica; quia intelligitur facta ordini clericali. colligit hic Bal. & ſequitur Dom. Cardinalis (eo nõ allegato) quòd proſecutio iniuriæ clericorum appellatur res eccleſiaſtica. & allegat Bar. in l. 1. §. quę honorandę. ff. quarum rerum actio non datur. & ita Do. ſm̃ Car. uerbũ Res eſt generale comprehendens ius agẽdi: quia eccle. competit actio ratione perſonę lęſę, ut in §. ex his. 11.q.1. & in c.ſuper quibuſdam infra de uerborum

Pan.

Iniuria facta clerico dr̃ res eccl. & quare.

ſignifi. & per Glo. in c. 2. infra de pœnis. hęc ille Do. Felinus. qui & in c. dilectorũ eod. tit. col. 1. in ver. in eadem Glo. in fine multa ſcribuntur hic, &c. limitat noſtram concluſionem, illam aſſerendo ueram, quando maximum periculum non oriretur teſti; ſecus ſi paruum. utitur enim infraſcriptis uerbis ibi, uidelicet: in eadem Glo. in fine multa ſcribuntur hic ultra Glo. in quęſtione iſta. an in cauſa criminali poſsit teſtis cõpelli. de quibus dic, ut per omnes hic, & præſertim Imo, & Do. Abb. & quãuis D. Abbas tenuit in effectu, quòd ſic; quando ueritas aliter ſciri non poteſt: tamen doctrina Bal. hic videtur elegãtior: nam poſt multa dicit pro uera concluſione tenendum, quòd ſit arbitrarium: nam teſtes in criminali compellantur. a ſi teſti imminet magnum periculum, nõ dẽt eum cogere. ſi enim non tenetur teſtificari in prę iudicium coniunctorum in l. Iulia de teſti. multo minus in præiudicium ſui ipſius: fuit enim motiuum Papę hic ſecũdum eum ex quadam ęquitate canonica; quia ex teſtimonio capitali contrahitur capitalis inimicitia. c. cum P. infra de accuſ. quam inimicitiam unuſquiſque ſapiẽs euitat: nec debet ſe opponere periculo pro cauſa aliena. l. ſi quando. C. de teſtibus. l. ſi quis ex ſignatorib⁹. ff. quemad. teſta. aperi. q̃a ordinaria charitas incipit a ſeipſo l. pręſes. C. de ſeruitu. Si autem nõ imminet magnum periculum, tunc debet compelli propter fauorem Reipublicę, ne delicta remaneant impunita per rationes, qua s adducit etiã Do. Abbas. & in materia uide Domi. poſt Archid. in c. ut off. §. uerum de hęretic. in 6. ubi dicunt, quòd in cauſa hęreſis poſſunt teſtes compelli, & ad iſtud quod dicit Bal. de periculo, forte obuiari poſſet ex his, quę not. Domi. poſt Hoſt. in c. 1. de homic. in 6. videlicet quòd tales teſtes non publicentur: & ex hoc remedio tolleretur diſtinctio Bal. quia immo ſemper eſſet locus cõpulſioni, de quo dixi in c. 2. limitatione

Felinus.

Teſtes ñ põt cogi q̃n ex teſtimonij dlatione ſibi generaretur aliquod maximũ dãnũ cor porale aut ſpuã le ſm̃ Felinũ, & Bal. ſed hmõdi opinio ñ eſt ĩ uſu curiarũ hodie ĩmo nr̃a. concl. ut infra circa finem põtis cõcluſ.

ſexta

ſexta ſuper tit. 1. Et de hac materia uide ēt Domi. in c. 1. in princ. in 3. col. de ſen. excom. in 6. & Archi. & Domi. in c. ſuper his, ſupra eo. ubi dixit, ꝙ qñ delictum fuit commiſſum, pendente lite, ne illudatur iuriſdictionis iudiciũ, teſtes compellantur in criminali. quod dicit ibi Do. Car. eſſe ualde notandum ad limitationē opinionis, quæ habet teſtes non eſſe compellendos in criminali. & ex his, quæ dixi ſupra in d. c. 2. non affirmo illud remedium, de quo dixi ſupra, propter tex. in c. fin. de hæretic. in 6. per quem ꝓbatur a ſpeciali, ꝙ in alijs cauſis criminalibus non debent occultari dicta teſtium, uel nomina; quia nimirum tolleretur defenſio rei. & ideo ſequor ſimpliciter doctrinã Baldi. hæc omnia Felinus ubi ſupra. cui cõcordat Nouar. in ſua Summa cap. 4[illegible]. §. de peccatis teſtium num. 50. in ver. 5. nec non Syl. in ſua Summa in verſic. correctio. §. 7. qui indiſtincte dicunt, quando imminet graue periculum ipſi teſti ratione ſuæ depoſitionis, quòd non poterunt compelli: & probant hac ratione, quia Eccleſia ſancta nullum uidetur obligare cum ſcandalo, ut colligitur ex c. officij, extra de pœniten. & remiſſ. attamen, his non obſtantibus, dico concluſionem ueram, etiam quoad ultimam particulam illam, in fine eius additam, videlicet: & ubi maximum periculum, &c. & probo. primo auctoritate Doctorum, & rationis, quæ fuit adducta a Felino ubi ſupra; & ſecundo conſuetudinis iam introductæ in utriſque curijs, ut docet Iulius Clarus in ſua Pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 24. in uer. ſucceſsiue uideamus; ubi poſt enarratãs nõnullas Doctorum opiniones concludit infraſcriptis verbis vtẽs, videlicet: ſed quidquid ſit de iure, hodie indiſtincte ſeruatur, cogi teſtes tã in ciuilibus, quàm in criminalibus ad teſtificandum, ut atteſtatur Follerius in Pract. can. crimin. num. 34. in fine. hæc Iulius vbi ſupra. qui apertius de noſtra concluſione loquens in eadem Pract. quæſt 49. in uer. & hæc quidem concluſio, & in uer. ſubſequenti, ubi inter alia infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: nam regulariter, etiam ſi contra aliquẽ procedatur per uiã inquiſitionis, danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum; nec non & dicta ipſorum teſtium, eo petente, publicanda ſunt ad effectum, ut poſsit ſe ipſum tueri, & ſuas exceptiones proponere aduerſus eorum dicta, & perſonas, ut colligitur ex tex. in c. qualiter & quando el ſecundo §. debet igitur; extra de accuſ. & ita affirmant ſcribentes omnes, & eſt communis opinio. habetq; locum hæc concluſio etiam in crimine hæreſis: nam etiam in cauſa hæreſis danda eſt reo copia indiciorum: non tamen edenda ſunt nomina teſtium, ubi adſit ſuſpicio periculi, forte propter potentiam ipſius inquiſiti, ut dicit Glo in c. fin. in ver. indicijs de hæretic. in ſexto. & ita firmant omnes cõmuniter ſcribentes, ut dicit Paris in conſi. 2. num. 164. lib. 3. & idem eo caſu ſeruandum eſſet in alijs cauſis. & ideo dicit Blanc. in Pract. crimin. num. 80. quòd inoleuit, quòd dentur nomina teſtium cõfuſa, & ſeparata a dictis teſtium ob potentiam reorum, ne poſſint ſcire quid ab unoquoque eorum dictum fuerit: & proximis menſibus ita ſeruauit Senatus in cauſa homicidij. bene uerum eſt, quòd in cauſis hæreſis, cum ſemper credatur graue periculum imminere, ſi nõ teſtibus, ſaltem cauſis fidei; quia pauci libere teſtimonium perhiberent, ſi nominum publicatio fieret; ideo conſuetudine receptũ eſt, ut numquam nomina teſtium publicentur, ut atteſtatur Simancas in tract. de hæretic. cap. 62. num. 9. hæc ille doctiſſ. practich. Sciendum quoque eſt, quòd Dominicus a S. Geminiano ſuper dictum c. fin. in §. iubemus, dicit, quòd ex dicto canone elicitur, quòd in alijs cauſis, quę nõ ſint hæreſis, etiã ubi imminet periculum teſtibus ex nominum ipſorum publicatione, ſemp ſunt nomi-

nomina, & dicta teſtium publicanda. hæc ille, ex cuius uerbis argui poteſt a fortiori noſtram concluſionem ueram; cũ inde non immineat aliqđ periculum ipſis teſtibus. Probatur quoque noſtra concluſio ex intentione Summi Pontificis in dicto c. fin. de hæretic. in 6. qui uoluit conſulere teſtibus, ne damnum aliquod incurrerent: ergo in caſu noſtro idem dicendum; tum, quia peroptime conſultum ipſis, manifeſtando tamen nomina in genere ſeparatim a depoſitione, ut hodie in curijs obſeruari docet Iulius Clarius; tum etiam, quia manifeſtatio nominum neceſſ. eſt ad defenſionem ipſius rei; cum poſsit inde exceptiones, & probationes producere contra ipſos in ſui tutelam. His ergo productis rationibus pro noſtra concluſione, reſpõdeo Syl. & Nauarren. ubi ſup. quòd eorum ſententia nihil contra me facit; tum quia periculum prętẽſum ab ipſis iam excluſi, tradẽdo normam procedendi; tum quia tex. in dicto c. officij, non eſt contra eos, immo uidetur facere pro nobis; cum ibi permittatur celari delictum, ne immineat periculum ipſi reo criminis; & nos idẽ dicimus, nomina manifeſtanda ſaltem confuſe, ut ei, qui pro reo in iudicio habetur, non immineat periculum aliquod ex non ſibi data copia nominum & depoſitionis teſtium, ex qua pendet maxima rei defenſio. Nec inſuper obſtat, quod dixit Bal. & Felinus: quoniã ex dicto c. fin. de hæreticis in ſexto elicitur contrarium, id eſt, ut omnino detur copia nominum in alijs cauſis, quæ non ſunt de hęreſi; cum dicatur ibi: Aliquando in cauſa hæreſis, ceſſante tali periculo, nomina ſunt danda, ſicut fit in alijs cauſis. ex quibus uidetur poſſe elici ipſum textum approbare, quòd in alijs cauſis, etiam ſi immineret huiuſmodi periculum, ſemper nominum teſtium copia erit danda; ut apertiſſime dixit Dominicus in dicto c. finali, & Glo. in ver. iudicijs, adducentes ad hoc textum apertiſsimum in c. qualiter & quando, el ſecundo, extra de accuſat. licet hodie mos introductus nouiſsime in curijs, conſulens imminenti periculo teſtium, a conſuetudine ipſa rationali approbatus, ſtatuat quod dixi in concluſione noſtra. Et ſic ſit ſatiſfactum dictis Doctoribus, conttarium ſentientibus.

QVARTA ET VLT. CONCL.

IN cauſa criminali criminaliter mota, ubi agitur ad pœnam ſanguinis, cogi non poſſunt clerici ad teſtificandum Pro accuſatore, licet pro reo. & hoc modo ſunt interpretadi Doctores dicentes, clericos non cogendos teſtificari in cauſa criminali, ubi agitur ad pœnam ſanguinis. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per arg. in capit. ſententiam, extra ne clerici, uel mo. ubi inter alia hæc habentur, uidelicet: ſententiam ſanguinis nullus clericus dictet, aut proferat; nec ſanguinis uindictam exerceat; aut ubi exerceatur interſit. Si quis autem huiuſmodi occaſione ſtatuti, Eccleſijs uel eccleſiaſticis perſonis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur: nec quiſquam clericus dictet, aut ſcribat litteras pro uindicta ſanguinis diſtinandas: unde in curijs principum hæc ſollicitudo non clericis; ſed laicis committatur. hæc in dicto canonis principio. ex cuius uerbis liquet prohibitum clericis cooperari in pœna ſanguinis humani. ergo arguendo a contrario ſenſu dicetur, ex dicto tex. poſſe elici, quòd poterit cogi clericus ad teſtificandum in cauſa criminali criminaliter mota, pro reo innocente liberando a morte, uel pœna ſanguinis. & ſi diceretur, quòd ex huiuſmodi liberatione forſan ueniret puniendus pœna talionis ipſe actor; dico de hoc non eſſe curandum ipſi teſti; dummodo proteſtaretur ante ſuam depoſitionem ſe teſti-

teſtificari uelle ad liberandum hominem innocentem, & non ad damnandum iniuſtum actorem, ut faciat quod ipſi præcipitur a Deo Opt. max. per Prophetam pſalmographum dicentem: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate; & per Sapientem prouer. capitulo vigeſimooctauo: Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & per Apoſtolum Paulum ad Romanos capitulo primo: Digni ſunt morte non ſolum, qui faciunt: ſed etiam, qui conſentiunt facientibus: ubi Gloſa, conſentire eſt tacere, cum poſsis redarguere; & eadem ratione, cum poſsis teſtificari. Probatur quoque præſens concluſio per argum. in capitulo Prælatis de homicidio; in ſexto; ubi Bonifacius octauus infraſcriptis utitur, videlicet. prælatis; uel clericis, qui de laicis ſuis malefactoribus querelam penes ſecularem iudicem deponentes, petunt emendam ſibi fieri, & prouideri, ne contra eos talia de cetero præſumantur; proteſtando expreſſe, quòd ad uindictam ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, imputari non debet; quamuis aliàs in tali caſu de iure debeat pęna ſanguinis irrogari: ſi iudex mortem illis inferat, iuſtitia exigente; alioquin ſi prælati aut clerici propter metum huiuſmodi, quia iudex ad pęnam ſanguinis poſſet procedere, de ſui malefactoribus taliter conqueri nonauderent; dareť plerifque materia trucidandi eoſdem, & ipſorum bona libere depredandi. hæc in d. canone. ex cuius uerbis elici poterit, meo quidem iudicio, ueritas noſtræ concluſionis, arguendo a fortiori: cum teſtis teſtificando pro liberando innocente (in cauſa criminali criminaliter mota) cum huiuſmodi proteſtatione non ſit ita in cauſa, ut quis pœnę ſanguinis ſubijciatur actor iniuſtus, niſi per accidens: ſecus tamen clericus accuſator, quia uidetur eſſe cauſa per ſe: cum per ſe ſtet quin huiuſmodi diſcrimini ſubijciatur reus, nec ne, eo quòd poterat non accuſare. at de teſte hoc dici non poteſt; immo contrarium: cum, niſi teſtificetur, non tantum, qui nocuit non condemnabitur, quia illum tacere poterit; immo qui innocens eſt, iniuſte condemnabitur. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum, videlicet: Hoſt. in capitulo ſententiam, extra ne clerici, uel mo. & Panormit. in capitulo primo ex de poſtulando: qui omnes tacite hoc ſentiunt eo, quòd expreſſe dicunt clericis in ſacris conſtitutis, & in minoribus licere fungi officio aduocatorum in cauſa criminali criminaliter mota ad uindictam ſanguinis, pro reo tantum, cum proteſtatione, quòd non intendunt ad pœnam talionis contra actorem reo fauęre, ut latius dicam in tractatulo de aduocatis, capitulo primo, concluſione vndecima. Et hæc adducta ſatis ſint pro præſenti concluſione probanda, cum eadem concluſio uideatur plene probata quoque infra in ſequentis capituli concluſione tertia. Sed notandum inſuper, quòd licet hoc negare uideatur Iulius Clarus in ſua Practica criminali, libro quinto §. fin. quæſt. vigeſimaquarta in uerſi. ulterius quæro; ubi dicit, quòd clericus poteſt teſtificari in cauſa criminali: debent tamen clerici abſtinere a teſtificando in talibus cauſis, in quibus ingeratur pęna ſanguinis: nam ex tali teſtificatione, ubi contingat ſequi mortem, aut membri mutilationem, efficiuntur irregulares. hæc ille. cuius opinio quàm facillime poterit concordari cũ noſtra cõcluſ. dicẽdo ipſum locutum fuiſſe de illa teſtificatione, quæ fit a teſte contra reum, & non pro reo; cum inde rei potius ueniãt abſoluendi quàm puniendi.

An

An aliquis teneatur ſub pœna lethalis culpæ ad teſtificandum. Cap. III.

Teſtificari ueritatem omnes tenētur ſub pœna peccati mortalis, qui ad id compelluntur a iudicibus iuris ordine ſeruato. concluſione 1.

Teſtificari ueritatem nemo tenetur, quando interrogatur contra ordinem iuris. concluſione 2.

Teſtificari ueritatem ad liberandum innocentem omnes tenentur, licet non uocati a iudicibus concl. 3. ſed extra hunc caſum nemo tenetur. concl. 4.

HAbito ſermone de coactione teſtium, quādo, ſcilicet, a iudicibus poſsint teſtes cogi ad teſtificandum, tam in cauſa ciuili, quàm criminali, iure optimo uiſum fuit in præſenti capitulo diſſerere ac examinare hanc quæſtionem notatu dignam; qua quæritur, An aliquis teneatur ſub pœna lethalis culpæ ad teſtificādum, tam in cauſa ciuili, quā criminali: & ut more ſolito procedam, hanc materiā abſoluam nonnullis concluſionibus infraſcriptis, ad maiorem utilitatem lectorum: eo quòd ipſæ facilius poſsint deinde memoriæ commendari.

PRIMA CONCLVSIO.

QVicumque a legitimo iudice ſecundum formam iuris in teſtem aſciſcitur, tenetur teſtimonium ferre ac dicere ueritatem de interrogatis a iudice, ſecundum formam iuris, ſub pœna peccati mortalis. Hæc cōcluſio probatur duplici medio. Primo enim auctoritate ſacri Euangelij in quo Dominus loquens de obedientia, præſtanda a nobis noſtris Superiorib' præcepit nobis hoc ſub his uerbis, uidelicet: ſuper cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ & Phariſei: quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt (uidelicet, mala) facere nolite. idem docuit Diuus Paulus dicens: fratres ſubiecti eſtote principibus ueſtris propter Deum, nō tantum bonis, ſed etiam diſcolis. Probatur & ſecundo Doctorū auctoritate .ſ. diui Tho. & nonnullorum aliorum Doctorum. Tho. in 2.2. quæſt. 70. art. 1. in corpore quæſtionis, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: ſed contra eſt, quod Aug. dicit, Qui ueritatem occultat, & qui prodit mendacium, uterque reus eſt, ille, quia prodeſſe non uult; & iſte, quia nocere deſiderat. Reſpondeo dicēdum, quòd in teſtimonio ferendo diſtinguendum eſt: quia aliquādo requiritur teſtimonium alicuius; aliquando non requiritur. Si requiritur teſtimonium alicuius ſubditi auctoritate Superioris, cui in his, quæ ad iuſtitiam pertinent, obedire tenetur, non eſt dubium, quin teneatur teſtimonium ferre in his, in quibus ſecundum ordinem iuris teſtimonium ab eo exigitur: puta in manifeſtis, & in his, de quibus infamia præceſsit. Si autem exigatur ab eo teſtimoniū in alijs; puta, in occultis, & de quibus infamia non præceſsit, non tenetur ad teſtificādum. Hæc S. Tho. ubi ſupra: quem ſequitur Sotus in lib. 5. de iuſt. & iure. q. 7. art. 1. cōcl. 1. infraſcriptis utens uerbis, uidelicet: quicumque a legitimo iudice ſecundum formam iuris in teſtē aſciſcitur, tenetur teſtimoniū ferre: concluſio inde patet, ꝙ illud eſt obediētiæ munus; & obedire quicūq; ſubditus tenetur maioribus ſuis, iuſta præcipientibus. hæc Sot. ubi ſup. qui & ibidem; ſed col. 2. in ver. qui enim ſe fraude, infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: qui enim ſe fraude & dolo ſubduceret, ne uocaretur in teſtem, profecto, ſi ita eſſet proximo ſuum teſtimonium neceſſarium, ut ibi tota pichtaretur cauſa, tunc & grauiter peccaret, & reſtituere teneretur: nam eiuſmodi tunc homo contra iuſtitiam dediſſet alteri damnū & multo peccaret grauius, teneretur q; arctius

Dñs in euang.

Diuus Paulus.

S. Tho.

Sotus.

arctius

arctius reſtituere, ſi falſum diceret teſtimonium; ex quo alter condemnaretur. hæc Sotus ubi ſupra. Et ut breuibus me expediam, dico noſtram cõcluſionem amplexatos fuiſſe oẽs Summulatios, videlicet: Archiepiſcopum Flo. 2. par. titu. 1. c. 18. Syl. eod. ver. §. 8. Tab. in eo. ver. & reliquus cętus Summulariorum, & Nauarren. Doct. in ſuo Manuali c. 25. tit. de ſtatu teſtiũ, nu. 44.

SECVNDA CONCLVSIO.

Teſtis interrogatus a iudice de delictis, forma iuris nõ ſeruata, ideſt, quando contra delinquentem non pceſſerunt infamia, uel ſemiplena probatio, uel indicia ſufficiẽtia, de quibus ſermo fuit habitus in tract. de accuſationibus cap. 6. concluſione tertia, non tenetur propalare delicta occulta huiuſmodi, nec teſtificari; ſed ſi cogeretur iurare, poſſet dicere, illa neſcire, abſque periurij reatu, intelligendo intra ſe, illa ita neſcire, ut dicere teneatur. Hæc concluſio probatur; tum præcepto charitatis, quo tenemur proximos noſtros diligere, ſicuti nos ipſos; tum etiam Doctorũ opinione. S. enim Tho. in 2. 2. quæſt. 70. articulo primo, in corpore quæſt. tacite hanc fouet cõcluſionem, infraſcriptis uerbis utens, videlicet: ſi autem exigatur ab eo teſtimonium in alijs, puta, in occultis, & de quibus infamia non præceſsit, nõ tenetur ad teſtificandum. hæc ille Sanctus. Sotus quoque in li. quinto de iuſtitia, & iure, articulo primo, quæſt. 7. col. prima, in ver. ſecunda concl. idem probat. una cum Doctor Nauar. in ſua Summa cap. 18. titu. non loqueris falſum teſtimonium numero 61. § trigeſimoquarto, qui interrogatus, & in c. 25. ſub titu. de ſtatu teſtium, numero 43. in ver. porro. quorum Doctorum uerba hic non afferam, cum ſupra in prædicto cap. opuſculi de accuſationibus de hoc fuit facta relatio opinionũ eorum, & multorum Doctorum.

TERTIA CONCLVSIO.

Omnes tenentur, etiam nõ interrogati, ſeu uocati auctoritate Superioris ad teſtificandum, teſtificari, ut liberetur innocens a periculis inique oblatis ab accuſatore. Hęc cõcluſio pbatur quoq; pręcepto charitatis, cũ eodem pcepto charitatis unuſquiſq; teneatur proximo ſuo malũ cauere. Probatur quoq; Doct. auct. S. enim Tho. in 2. 2. q. 70. art. primo, in corpore quæſt. infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ſi uero requiratur eius teſtimonium, non auctoritate Superioris, cui obedire tenetur; tunc diſtinguendum eſt: quia ſi teſtimonium requiratur ad liberandum hominem, uel ab iniuſta morte, uel a pęna quacumque, uel a falſa infamia, uel ab iniquo damno; tunc tenetur homo ad teſtificandum: & ſi eius teſtimonium non requiratur, tenetur facere, quod in ſe eſt, ut ueritatem denunciet alicui, qui ad hoc poſſit pdeſſe: dicitur enim in pſalmis: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate; & Prouer. capitulo vigeſimoquarto: Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & Rom. capitulo primo dicitur: Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus: ubi dicit Glo. conſentire eſt tacere, cum poſsis redarguere. hæc S. Tho. cuius uerbis ac ſententiæ omnis cœtus Summulariorum, ac Theologorum conſentit. Sotus quoque noſtram concluſionem probat ueram in libro quinto, quæſt. ſeptima, articulo primo, concluſione tertia; Syl. in eod. verſi. §. octauo, particula ſecunda; Armilla. eod. verſi. §. decimo ſupplementum Piſa. in eod. uer. teſtis tertio §. decimo; Nauarr. Doct. in ſua Summa, in ca. 25. tit. de ſtatu teſtium, nu. 44.

QVARTA ET VLT. CONCL.

Extra caſum neceſsitatis liberandi miſerum ab iniuria, uel aliqua pena

na incurrenda, uel rempublicam a periculo; ſed ſolum cauſa condemnandi reum, nemo tenetur, ſua ſponte, offerre ſe in teſtem; niſi iuridice compulſus, ſecundum ordinem iuris: licet ex non ſponte acceſsione, ſeu ſui oblatione ad teſtificandum, accuſator non probans delata crimina ueniat puniendus pęna talionis. hæc concluſio eſt communis apud Doctores: nam Sanctus Thom. in vigeſimaſecunda quæſt. 70. articulo primo, in corpore quæſt. infraſcriptis uerbis præſentem concluſionem amplectitur, videlicet: ſuper his uero, quæ pertinent ad condemnationem alicuius, non tenetur aliquis ferre teſtimonium, niſi cum a Superiore compellitur ſecundum ordinem iuris; quia ſi circa hoc ueritas occultetur, nulli ex hoc ſpeciale damnum naſcitur; uel ſi immineat periculum accuſatori, non eſt curandum; quia ipſe in hoc periculum ſe ingeſſit: alia autem ratio eſt de reo, cui periculum imminet, eo nolente. hæc omnia S. Tho. ubi ſupra, cui omnes Doctores, & maxime Summularij eod. titu. aſtipulātur. & hæc dicta ſufficiant quo ad præſentem materiam.

Quo numero teſtium probentur delicta in foro fori, & quid operetur huiuſmodi probatio. Cap. IIII.

Teſtes duo, omni exceptione maiores, concordes ſeu conteſtes, probant plene in iudicio aliquod crimen contra aliquem. concluſione prima.

Teſtium diſcordia quando irritet teſtimonium. concl. 2.

Teſtes ſingulares qui dicantur, & an probent. concl. 2.

Teſtes conteſtes qui dicantur. concluſione ſecunda.

Teſtium ſingularitas quotuplex ſit. concluſione 2.

Cum ſermo ſit per me habitus in pręcedenti concluſione de coactione teſtium, ac de obligatione teſtificandi: non immerito videtur hic tractandum de quantitate teſtium, qui deponere habent, vt delicta pro probatis in foro fori habeantur. quapropter in præſenti capitulo id examinabitur nonnullis concluſionibus, more ſolito.

PRIMA ERGO CONCL. ſit hæc.

AD probandum aliquod delictum ſufficiunt duo teſtes, omni exceptione maiores, cōcordes in omnibus, quæ ſunt de ſubſtantia facti. hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim iure diuino. in lib. enim Deuter. capitulo decimoſeptimo, ſcriptum eſt; In ore duorum, uel trium peribit omnis, qui interficiet: & ibidem in capitulo decimonono, dicitur: In ore duorum, uel trium ſtabit omne uerbum. Probatur & ſecundo iure poſitiuo. Hanc enim concluſionem amplexatus eſt Paſcalis Papa; & habetur in capitulo in omni negotio, extra de teſtibus; ubi infraſcripta habentur, videlicet: in omni negotio, principalis perſona, dicens ueritatem de re ſibi nota rectiſsime, habenda eſt pro teſte: cui adhibito uno, efficiuntur duo teſtes. quod parenter oſtendit Dominus cum dicit: ſi peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum: quòd ſi te non audierit, adhibe tecum unum, uel duos teſtes, ut in ore duorum uel trium ſtet omne Vbum. Idem alibi affirmat dicens: ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo; & teſtimonium perhibet de me pater: nam in lege ueſtra ſcriptum eſt, quod duorū hominum teſtimonium uerum eſt, hæc in dicto canone. Idem probatur in capitulo licet, eodem titulo; ubi Alexan-

Deuter. c. 17.

c. in omni negotio, ex. de teſtib. & atteſt.

c. licet, ex. de teſtibus.

xãder tertius infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: licet uniuerſis. & infra: quia nõ eſt licitum alicui Chriſtiano, & multo minus crucis Chriſti inimico, ut cauſæ ſuæ, unius tantum, quaſi legitimo, teſtimonio finem imponat: mãdamus, quatenus ſi inter uos, & quoſdam Iudeos immerſerit quæſtio, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maxime clerici, non minus, quàm duorum, vel trium uirorum, qui ſint probatæ & fidelis conuerſationis, teſtimonium admittatis: iux. illud Dominicum: In ore duorum, uel trium teſtium ſtat omne uerbum; quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures, quàm duos, exigant teſtes: nulla eſt tamen, quæ unius teſtimonio, quamuis legitimo, terminetur. hæc in dicto canone. Probatur & tertio Doctorum auctoritate. S. enim Tho. in ſecunda ſecũdæ quæſt. 70. articulo ſecundo, in corpore quæſtionis, noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni, infraſcriptis uerbis utens, videlicet: reſpondeo dicendum ſecundum Philoſophum in primo, ꝙ hæc certitudo non eſt ſimiliter quærenda in omni materia. in actibus enim humanis, ſuper quibus conſtituuntur iudicia, & exiguntur teſtimonia, non poteſt haberi certitudo demõſtratiua, eo quod ſunt circa contingentia, & uariabilia: & ideo ſufficit probabilis certitudo, quæ, ut in pluribus, ueritatem attingat; etſi in paucioribus a ueritate deficiat. eſt autem probabile, quòd magis ueritatem contineat dictum multorum, quàm dictum unius: & ideo cum reus ſit unus, qui negat, ſed multi teſtes aſſerunt idem cum actore, rationabiliter inſtitutum eſt iure diuino, & humano, quòd dicto teſtium ſtetur. omnis autem multitudo in tribus comprehenditur, ſcilicet, principio, medio, & fine: vnde ſecundum Philoſophum in primo de cælo: omne, & totum in tribus ponimus. ternarius quidem conſtituitur aſſerentium; cum duo teſtes conueniunt cum actore; & ideo requiritur binarius numerus teſtium, uel ad maiorem certitudinem, ut ſit ternarius, qui eſt multitudo perfecta in ipſis teſtibus. vnde & Eccleſiaſtes capitulo quarto dicitur: funiculus triplex difficile rumpitur. Auguſtinus autem ſuper illud Iohannis, octauo capitulo dicit: duorũ hominum teſtimonium uerum eſt. Hæc omnia ille Santus: cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit omnis Theologorum ſcola. Sotus quoque in libro quinto, de iuſtitia & iure, quæſt. ſeptima, articulo ſecundo, noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni, conſentiens S. Thomæ, qui peroptime ubi ſupra, in reſponden. ad ſecund. argum. infraſcriptis notabilibus utitur uerbis, videlicet: ad ſecundum dicendum, quòd diſcordia teſtium in aliquibus principalibus circumſtantijs, quæ uariant ſubſtantiam facti, puta, uel in tempore, uel in loco, uel in perſonis, de quibus principaliter agitur, aufert efficaciam teſtimonij: qui ſi diſcordant in talibus, uidentur ſinguläres eſſe in ſuis teſtimonijs, & de diuerſis loqui: puta ſi unus dicat hoc factum eſſe tali tempore, uel loco; non uidentur de eodem facto loqui: non tamen præiudicatur teſtimonio, ſi unus dicat ſe non recordari; & alius aſſerat determinatum tempus, uel locum. & ſi in talibus omnino diſcordauerint teſtes actoris, & rei, ſi ſint æquales numero, & pares dignitate, ſtatur pro reo; quia facilior debet eſſe iudex ad abſoluendum, quàm ad condemnandum; niſi forte in cauſis fauorabilibus; ſicut eſt cauſa libertatis, & huiuſmodi. ſi uero teſtes eiuſdem partis diſſenſerint, debet iudex ex motu ſui animi pcipere, cui parti ſit ſtandum, uel ex numero teſtium, uel ex dignitate eorum, uel ex fauorabilitate cauſæ, uel ex con-

Sotus.

Quæ diſcordiate ſtium iritettesti moniũ, & q̃ non.

Iudex q̃d faciet ſi teſtes pro utra que parte adducti ſint cõtrarij in dictis ſuis.

conditione negotij, & dictorum. multo autem magis teſtimonium unius repellitur, ſi ſibi ipſi aliquis diſſideat, interrogatus de uiſu, & ſcientia: non autem ſi diſſideat interrogatus de opinione, & fama; quia poteſt ſecundum diuerſa uiſa, & audita diuerſimode motus eſſe ad reſpondendum. Si uero ſit diſcordia teſtimonij in aliquibus circumſtantijs non pertinentibus ad ſubſtantiam facti: puta, ſi tempus fuerit nubiloſum, uel ſerenum; uel ſi domus fuerit picta, aut non, aut aliquid huiuſmodi, talis diſcordia non præiudicat teſtimonio; quia homines non conſueuerunt circa talia multum ſollicitari: vnde facile a memoria elabuntur. quinimo aliqua diſcordia in talibus facit teſtimonium credibilius: vnde Chriſoſtomus dicit ſuper Matth. quia ſi in omnibus concordarent, etiam in minimis, uiderentur ex condicto eundem ſermonem proferre: quod tamen prudentiæ iudicis relinquitur diſcernendum. hæc omnia Sotus ubi ſupra. Probatur quoque per canoniſtas in adductis iuribus, & per Summularios omnes in eo. ver. teſtis.

SECVNDA CONCLVSIO.

TEſtes ſingulares, etiam mille, non probāt unum actum indiuiduum, ac ſpecificum: ut puta, aliquem commiſiſſe uſuram, uel ſodomiam, & huiuſmodi: licet quilibet dicat ſe uidiſſe talem cum tali, tali die; & alius dicat, tali die eundem uidiſſe cum alio; licet huiuſmodi teſtimonia inducant infamiam, ac per tales infamia probetur. ſed ſi quilibet teſtis deponeret ſuper eodem actu continuo; licet modo unus uiderit aut audierit, & paulo poſt alter, ualet teſtimonium. ualet igitur ſingularium teſtium depoſitio ad indicium faciendum ad torturam. & tanto grauior dabitur tortura, quanto plures teſtes ſingulares erunt. non autem ualet eorum depoſitio ad aliquem condemnandum de per ſe pro huiuſmodi crimine, de quo depoſuerunt teſtes ſingulares. Sciendum quoque, quod tunc dicitur agi de probando delicto in ſpecie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter. & hoc caſu ex depoſitione ſingularium teſtium non probatur delictum, ut puta, aliquem eſſe uſurarium, homicidam, & huiuſmodi. & ita in curijs utriuſque fori ſeruatur: cum neque diceretur delictum probatum per teſtes ſingulares cum fama, quo ad ipſum puniendum, ut dixi. tunc uero dicitur agi de probando delicto in genere, quando agitur non de pœna inſligenda; ſed ad alium finem: puta ad excipiendum de adulterio; ad priuationem dotis, uel de alio crimine; ad diminuendam fidem teſtis. & talium quoque depoſitio deſeruit iudici ad actius torquendum huiuſmodi reum, contra quem eſt depoſitio ſingularium teſtium. Hæc concluſio probabitur duplici medio; poſtquam fuerit adducta duorum terminorum declaratio; quorum primus eſt, Qui dicantur teſtes ſingulares. Præmitto ergo, quod illi appellantur teſtes ſingulares, qui deponunt ſuper diuerſis factis, ita quod quilibet eorum eſt ſingularis ex dicto ſuo, reſpectu obiecti tantum, ſcilicet, rei, de qua teſtificantur. dixi Obiecti tantum: quoniam non eſt ſingularis, reſpectu percipiendi: cum ſemper omnes ſimus teſtes ſingulares reſpectu percipiendi; quia ſenſus meus, per quem ego percipio, quæ ex me fiunt, non eſt Franciſci, uel Petri; ſed tantum meus. & idcirco e conuerſo illi dicuntur conteſtes, & non ſingulares teſtes; quando obiectum, ſuper quo deponunt, fuit repræſentatum ſenſibus teſtium eodem tempore: nam tunc uidentur deponere de eodem facto; quia diuerſi-

Teſtes ſingulares, q dicatur, & qd pbēt

Teſt. um ſingularium depoſitio qd operetur.

Teſtes ſingulares, qui dicātur.

Teſtes cōteſtes qui dicātur.

tas temporum poteſt inducere diuerſitatem rerum: & tunc dicuntur teſtes concludere neceſſario, ut in c. in præſentia, extra de probat. hæc omnia Pan. in c. bonæ memoriæ. el 1. extra de elect. Præmitto & ſecundo, quòd ſingularitas teſtium eſt duplex. quædam enim dicitur ſingularitas obſtatiua; & quædam adminiculatiua. Singularitas obſtatiua exemplificatur in teſte qui deponit cõtra depoſitionem alterius teſtis ſingularis; & hæc infringit ac irritũ reddit teſtimonium. Singularitas uero adminiculatiua dicitur illa, qua unus ſingularis teſtis adiuuat depoſitionem alterius; licet idem prorſus non deponat: ut ſi unus teſtis deponat ſe audiſſe Petrum fatentem ſe debere Franc. decẽ aureos: alius uero dicat, ſe uidiſſe numerationem x. aureorum, quos Franciſcus mutuo dedit Petro. His ergo p̃miſsis ſciendum, quòd noſtræ concluſioni innumeri Doct. ſe ſubſcripſerũt; licet nonnulli videãtur aduerſari alijs. attamen, vt clarius innoteſcat ueritas præſentis concluſionis, ſciendum, quòd triplex uaria opinio apparet apud Doctores, quę tamen poterit concordari. Prima enim opinio eſt dicẽtium, quòd teſtes ſingulares non probant, quando adhibẽtur ad probationem certi actus. ſed quando adhibentur ad probationem faciendam in genere: puta, ad ꝓbandam hæreſim, ſingulares teſtes bene probant: ut ſi unus teſtis dicat Franciſcum hæreticum, quia audiuit eum dicentem, non credo in unum Deum; & alius teſtis dicat: ego audiui eum dicentem non credo catholicam Eccleſiam; iſti duo ſingulares teſtes deponentes probant; quia dicuntur conteſtes in genere delicti hæreſis. & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Bal. in c. cũ omnes, extra de conſtit. & in l. actor. C. de probat. & Imola in c. cum oporteat, extra de accuſat. & Iac. de Aret. in l. teſtium. C. de teſtibus. & Iac. But. in d. c. cum oporteat. Secunda Doctorum ſententia eſt dicentium, quòd prima præ-

Pan.

Teſtium ſingularitas quotuplex.

Singularitas obſtatiua qd ſit.

Singularitas adminiculatiua qd ſit.

Prima opinio c. ſ ca n̄ram concl.

Secũda opinio.

dicta opinio ſit falſa. & huic ſe ſubſcripſerunt Io. And. in c. ut officium. §. 1. ſuper ver. teſtium: de hære. in 6. & Ant. de Butrio in c. qualiter, & quando el 2. extra de accuſ. Dominus tamen Felinus in c. licet ex quadam, extra de teſtibus, has concordat ſententias, (ſecundum quod notat Bal. in eodem exemplo) ꝙ ſi inducuntur teſtes ad probandum hæreſim in genere, procedit prima opin. ſi in ſpetie, ſecunda opinio procedet, & uerior erit. Tertia aũt Doct. opin. quæ nihilominus non eſt cõtra ꝓdictas; ſed utens alio medio, talis eſt dicentium, quòd aut teſtes ſingulares teſtantur de aliqua re, quę plures actus habet, & vnã originem, & unam cauſam: aut non. Si primo illa origo ꝓbatur per teſtes ſingulares reſpectu actus: ut puta; quis vult probare iuriſdictionem; & unus dicit ſe uidiſſe talem ſedentem pro tribunali; alius iudicantem in foro; hi tales inſimul probant iuriſdictionem; ſed aliquem actum ſeparatum de per ſe. ſi uero actus ſunt ſeparati; tamen iterati propter expreſſam ſimilitudinem; & tunc teſtes teſtificantes de aliquo uſurario, dicendo, mihi mutuauit ſub uſuris, & alius idem dicat; tales teſtes bene probant infamiam de uſura ex illis actibus: non autem illum uſurarium eſſe; quia nullus actus de per ſe eſt probatus. & idem dicendum de teſtibus, quorum unus dicit ſe uidiſſe Petrum reſuſcitantem mortuum; & alius ſe uidiſſe Petrum ſanantem ægrotum ſola oratione: & ſic etiam ſi eſſent mille teſtes, qui ſimul probant illum uniuerſaliter facientem miracula; fama tantum probatur de miraculis: ſed non probatur hoc uel illud miraculum: ſecus dicitur de actu indiuiduo, ſed cõtinuo: ut puta de iuriſdictionem poſsidente. hæc ſententia elicitur ex Ant. de Butrio in cap. qualiter, & quando. el 2. extra de accuſ. relato per Do. Felinum in c. licet ex quadam, extra de teſtibus, col. penult. in fine. Et quòd hęc ſit uera cõcl. noſtra, probatur quoque per glo. in c.

Fel.' ambas concordat opiniones.

Tertia opinio.

nihilominus. 3. q. 9. in uer. fin. ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicet: quidã dicunt hoc tenere in his, quæ non niſi ſemel committuntur, ut homicidium alicuius. ſed ſi ſæpius aliquid poteſt committi; ibi non nocet temporum diuerſitas. Sed eis obijcitur de Suſanna: at illi reſpondent, quòd ideo fuerunt illi teſtes reprobati; quia dixerũt, quòd in eadem hora, & diuerſis locis commiſſum eſſet adulterium: ſed non poterat committi in eadem hora, & diuerſis locis. & hoc dicunt propter expreſſam ſimilitudinem, nõ propter expreſſam idemtitatem: nã re uera aliud eſt adulterium, quod hodie fit; aliud quod cras; ſed eſt ſimile illi: quod non concedo, cum ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. ſi tamen aliquem actum continuum uiderent aliqui, licet diuerſis horis; uidetur, quòd teſtimonium teneret: vt ſi ſucceſsiue uno foramine uiderunt aliquos fornicari; uel ſi aliqui uolunt teſtari, quòd aliquis excommunicatus celebrauit; & unus audiuit finem miſſæ; alter Principum: in hoc caſu concedo eos teſtari de iure propter continuationem actus: ſicut propter continuationem poſſeſſionis una dicitur præſcriptio; licet facta ſit a diuerſis perſonis, ut decimaſexta quæſt. tertia §. poteſt: ſicut etiam unus dicitur conſulatus; licet diuerſę perſonæ illum exerceant, ut ff. de officio proconſul. l. nemini. item quod ſi conueniant in tempore; ſed diſcordent in officijs: vnus dicit de miſſa; alter de ueſperis: eadem eſt quæſtio. ſi uis probare ſolutionem decimæ; & unus dicit frumentum ſolutum; & alter dicit fabam; ego reſpondeo, quòd non ualet teſtimonium; quia omnes ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares. hæc omnia Glo. illa: ſuper quam Archid. Archid. peroptime noſtræ concluſioni aſtipulatur, infraſcriptis uten uerbis, videlicet: in Glo. quidam ibi In diuerſis lociſ adde dicit Lapus idem de quolibet crimine. & cum dicitur crimen iterari, hoc dicitur propter expreſſam ſimilitudinem, non idemtitatem. Nam aliud adulterium hodie committis cũ iſta, &c. vt in glo. ſequenti. vnde oportet, quòd in quolibet ſint duo teſtes, non diſcordantes in tempore, nec in loco; quia ea tempora, uel loca dicent, quorum unum non eſt pars alterius, nec in altero continetur, ut in die Lunę, die Martis, in domo Petri, in domo Iohãnis. Si autem unus diceret die Lunæ, alius hora tertia; uel unus in domo Petri, alius in camera, ualet teſtimonium; uel ſi unus in menſe, alius diceret in ſeptima. hæc Archidiaconus. diuus quoque Tho. id quoque fatetur, cuius ſententiam in fine S. Tho. præcedentis concluſionis adduxi. Sotus quoque in quinto lib. de iuſtitia Sotus. & iure, quæſt. ſeptima, artic. ſecundo, in reſp. ad primum argum. noſtræ concluſioni aſtipulatur quàm breuibus, & notabilibus uerbis infraſcriptis, uidelicet: ſingulares teſtes non faciunt in iudicio fidem. ſed illi tantum, qui ſunt conteſtes. dicuntur autem ſingulares, quando quiſque ſuum actum ſeorſum conteſtatur; ſed eſt tamen de eorum diſcordia diſtinguendum cum Diuo Tho. nã ſi diſcordant, uel in ſubſtantia actus: puta, quòd unus ait reum percuſsiſſe alapa; alius uerò fuſte; uel in loco aut tempore, quæ ſunt proximæ actionum circumſtantiæ: nempe, quòd unus ait, rem contigiſſe, aut mane, aut domi; alius uero ſero, aut in agro: teſtimonium tunc aut refutatur, aut non ſatis ad ſententiam facere cenſetur. uidentur enim ſingulares eſſe, hoc eſt, de diuerſis actibus loqui; præſertim ſi tamquam certa aſſerant: nam ſi unus dicat ſe non meminiſſe, nõ uſque adeo inficitur eius teſtimoniũ. hæc ille. Noſtram quoq; concluſionem, tamquam ueriſsimam, amplectitur Iulius Clarus, qui peroptimus practichiſta fuit noſtra tẽpeſtate in ſua Practica crimin. libro quinto, §. fin. quæſt. 53. in uer. dixi etiam contra teſtes opponi

poni; ubi doctiſsime noſtram concluſionem ueram probat, adducēdo multas Doctorum auctoritates.

De teſtium falſitate, & pœna ipſis infligenda. Cap. V.

Teſtis falſus quis dicatur. concl. 1.
Teſtis falſus qualiter puniatur. concluſione 2. & 3.
Teſtis, qui falſum depoſuit, cuius tamen falſitas per accidens non nocuit aduerſario, an ueniat puniendus. concl. 4.
Teſtis clericus, deponens falſum, qua pęna ſit puniendus. concl. vltima.

VOlēs finem debitum imponere huic tractatulo đ teſtibus, operępretium duxi, non incongruum fore in preſenti nouiſsimo capitulo me uerbum facere de teſtium falſitate, & pœna ipſis imponenda; ut omnia neceſſario ſcienda in hoc tractatulo adſint: quapropter procedam, more ſolito, per concluſiones nōnullas.

PRIMA ERGO CONCL. ſit hæc.

VNuſquiſque teſtis dicitur falſus, & tenetur de falſo; nō ſolum qui ueritatem, quam fateri tenetur, negat,
Teſtis qñ dicatur falſ'.
uerumetiam & qui ueritatem occultat. Hæc concluſio probatur; & eſt uera, illam intelligendo, quando quis interrogatus ſuper certo articulo dicit ſe nihil ſcire; uel quando iurauit dicere puram & meram ueritatem, & multa ſubticuit: ſecus autem, ubi ſic non iuraſſet, uel non fuiſſet interrogatus; quia tunc non tenetur pœna falſi, ſi nō dixiſſet ueritatem; quia teſtis non debet eſſe uerboſus: ſatis enim eſt, quòd reſpondeat ad interrogata. Hæc concluſ. probatur duplici medio. Attamē aduertendum, quòd in præſenti concl. interpoſui clauſulam illam, videlicet ueritatem quam fateri tenetur; ut excludā ab hac concluſione illos, qui non tenentur fateri ueritatem, etiam iudici interroganti, non ſeruata forma iuris. de quo ſermo copioſus habit' fuit ſupra, in capitulo tertio, concluſione ſecunda præſentis tractatuli. Probatur ergo præſens concluſio primo per tex. apertiſsimum in capitulo primo, extra de crimine falſi; vbi hæc habentur, videlicet: Falſidicus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius. Primum Deo, cuius præſentiam contemnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit: poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. uterque reus eſt, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia & ille prodeſſe non uult; & iſte nocere deſiderat. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate, videlicet: Panormit. in dicto cap. 1. in ver. nota ſecundo, quòd teſtis dicitur; ubi vtitur uerbis eiſdem, quibus uſus fui in concluſione.

c. 1. ex đ crīe falſi

Teſtis falſ' cōtra quos pccet.

Pan.

SECVNDA CONCLVSIO.

PVniendus uenit falſus teſtis infraſcripto modo, vz: aut cā non eſt finita; aut eſt finita. ſi non eſt finita, poterit puniri per ipſum iudicem (non inchoando contra ipſum ꝓceſſum de nouo) ex ordinarie, ſm̄ ꝙ ſibi uidebitur. ſed iſta punitio non tollit punitionem ordinariam, quæ poterit fieri p l. Corneliam, de falſis, ut not. Cy. in l. nullum. C. de teſtibus. & Spec. in titulo de teſt. §. 1. ver. ſed numquid per pęnam. & vide Glo. in cap. presbyteri 5. quæſt. fin. & præalleg. cap. ne quis arbitretur. finita uero cauſa, nō poteſt amplius puniri, quàm ordinarie; quia cum iſta pœna ueniat acceſſorie ad cauſam principalem, & per ſententiam finitum ſit officium iudicis; tollitur hæc poteſtas, ꝗ ueniebat acceſſorie. l. 4. C. de po. & c. cum appellōnibus, de appel. i 6. ſed nec

Teſtis falſ' qua pœna ſit puniendus.

poterit puniri, & accuſari dumtaxat.l. Cornelia. de fal. Hæc concluſio eſt Pan. in dicto c.1.extra de crimine falſi in ℣. in C.lo. 2. hæc tria intendit Imo.& probatur præadductis quoque iuribus.

Pan.

TERTIA CONCLVSIO.

Qvādo teſtis deponit falſum in cā, in qua agitur ciuiliter; tunc condemnabitur ad reſtituēdum omne intereſſe, quod parti læſę dedit. Hęc concluſio probatur auctoritate Pan. in c.1. de crimine falſi. in ver. & ſi quæratur; ubi utitur eiſdem uerbis concluſionis. qui dicit poſtea poſſe accuſari huiuſmodi criminaliter.

Pan.

QVARTA CONCLVSIO.

Teſtis q̄ falſum depoſuit, debet puniri pœna falſi; licet ſua depoſitio non fuerit ſortita ſuum effectum: puta, ſi ex aliquo alio facto non ualuit; uel quia aduerſarius melius probauit: & ſic iudex nō fuerit ſecutus dictum huius falſi teſtis. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo auctoritate Pan. ubi ſupra. Et ſecūdo hac ratione: ratio enim eſt hæc; quia per hoc non releuatur, quin dixerit falſum. & intellige hoc dictum, quando dixiſſet falſum in forma teſtimonij, licet ex aliquo actu, uel facto intrinſeco non ualuerit dictum eius: ſecus autem, ubi non dixiſſet in forma teſtimonij: ut quia ſolum coram notario, non præcedente mandato iudicis: nam tunc non poteſt dici falſus teſtis. hæc etiam dicuntur a Panormit. ubi ſupra.

Pan.

Auctor.

QVINTA CONCLVSIO.

Clericus in teſtificādo deponens falſum, deponendus eſt, & in monaſt. detrudendus ad agendum pœnitentiā. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per tex. in c. Si epiſcopus; diſt.50. ubi hæc habentur, uidelicet: ſi epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, aut cartam falſificauerit, aut falſum teſtimonium dixerit, ab officij honore depoſitus in monaſt. detrudatur; & ibi q̄diu uixerit laicam tantummodo communionem accipiat. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo auctoritate Archidiac. in eodem cap. qui limitat hanc concluſionem dicendo ipſam ueram, ſi agatur de directo contra clericum: per modum accuſationis: ſecus p uiam exceptionis. quę quidem limitatio eſt peroptima, eo quòd Doctores omnes acclamēt minori pęna illos puniendos, contra quos fuerunt probata crimina per uiam denunciationis, inquiſitionis, ac exceptionis, quàm per uiam accuſationis. Pan. quoque huic concluſioni ſe ſubſcripſit in c. 1. extra de crimine falſ. in fine, in uer. item quęro. Attamen de hac pęna uidebis notata per me infra in tractatu de pœnis eccleſiaſticis.

c. ſi eps. diſt. 50

De teſtium tortura. Cap. VII.

Teſtis infamis ſine tortura nihil probat. concl 1.

Teſtis deponens contra ſocium criminis non probat, niſi repurget per torturam. concluſione 2.

Teſtis uarius, uel uacillans nihil probat, niſi illud confirmet in tortura. concl. 3.

Teſtis, qui unum dixit in iudicio, & aliud extra iudicium, erit torquendus. concluſione 4.

Teſtis uilis & ignobilis quando ueniat torquendus, ut faciat fidem. concl. 5.

Teſtes, qui delicto interfuerunt, & negant, erunt torquendi. concl. 6.

Teſtibus, qui examinandi ſunt in proceſſu informatiuo ad indaginem ueritatis, non eſt danda cop.a indiciorum. concluſione ultima.

Cum

CVm in præceden. opuſculi nonnullis capitulis dictũ fuerit, teſtibus nonnullis non fore præſtandam fidẽ in cauſis criminalibus criminaliter motis, niſi tortis; iccirco operæpretium uiſum fuit, poſt nonnullas queſtiones examinatas de materia teſtium, adducere etiam hic nouiſsime nõnulla notatu digna, ad ſciendum qñ teſtes torquendi erunt; ut nihil intactũ pro noſtro captu omittatur. quam q̃ſtionem abſoluere curabo nonnullis ꝯcluſionibus more ſolito, ut illæ maiori cum facilitate memoriæ commendari queant.

PRIMA SIT ERGO CONCLVSIO.

TEſtis infamis, ſiue infamia facti, ſiue iuris ciuilis, ſiue canonici, depoſitio nihil probat ſine tortura: cum tortura uero probat contra reum, ac ſi nõ fuiſſet infamis; quia tortura purgat defectum ac inhabilitatem huiuſmodi teſtis. Idem dicendum de notato aliquo crimine. Hæc concluſio ueriſsima eſt, & probatur tum uſu curiarum, tum auctoritate Iulij Clarij in ſua Pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 25. in principio; ubi dicit eſſe pro huiuſmodi cõcluſione opinionem communem, ut dicit Boſsius in ſua Practica criminali: cui & ipſe aſtipulatur.

SECVNDA CONCLVSIO.

TEſtis deponens contra ſocium criminis, cum ipſe ex propria confeſsione effectus ſit infamis, non faciet fidem, ut teſtis legitimus, niſi ſe purget per torturam: ac per hoc eius depoſitio debet confirmari per torturam. Hæc concluſio ultra illius probationem, adductam in tractatu de cõfeſsionibus iudicialibus, capit. ſecundo, concluſione 2. hic probabitur auctoritate Iulij Clar. ubi ſupra in q̃ſt. 21. in ver. ſcias etiam.

TERTIA CONCLVSIO.

TEſtis uarius ſeu uacillans, etiam ſi ſit clericus, non facit fidem in iudicio; niſi depoſitionem ſuam confirmet in tortura, ſi ſit clericus, illata a ſuo Ordinario: licet ſi ſit in dignitate cõſtitutus, non torquebitur, niſi in caſibus exceptis. Hæc concluſio probatur practica ipſa curiarũ, & auctoritate Iul. Cla. ubi ſupra, quæſt. 25. in ver. item teſtis uarius; ubi adducit ad hoc confirmandum auctoritatem Boſsij: & confirmauit idem in quæſt. 53. in verſi. quartus caſus eſt: & ego tetigi in prædicto tractatulo de confeſsionibus iudicialibus cap. 2. concl. 2. vide ibi. Idem probat de clericis, & de in dignitate conſtitutis, Iulius Clarus ubi ſupra, quæſt. 25. in ver. ſed numquid habet locum etiã in clericis, & in ver. ſequenti Scias tamen.

QVARTA CONCLVSIO.

TEſtis, qui unũ dixit extra iudiciũ, & aliud in iudicio, erit torquẽdus, ut tortura cõfirmet alteram ex his depoſitionibus ueram; ſin aliàs ſua depoſitio nulla erit. Hãc concluſ. multis auctoritatibus Doctorum probat Iulius Clarus, ubi ſupra, quæſt. 25. in ver. ſed pone, quòd teſtis unum dixerit.

QVINTA CONCLVSIO.

TEſtis uilis & ignobilis ut faciat fidem, ſtãdum erit arbitrio iudicis, qui conſideratis conſiderandis in eo qualitatibus, ſi ei uidebitur ipſum torquebit; aliàs non: licet in omnem euentum non tanta tribuitur fides ei, ac ſi non eſſet uilis. Hæc concluſio probatur auctoritate Iulij Clarij ubi ſupra, in ver. ſed quæro.

SEXTA CONCLVSIO.

TEſtes, qui delicto interfuerunt, & tamen dicunt ſe nihil de delinquẽtibus

tibus

tibus ſcire, ueniunt torquendi, non omnes: attamen non tantum duo, uel tres ex illis, qui interfuerunt; ſed etiam multo plures, præſertim quando omnes ſunt ſuſpecti, quòd uerum dicere nolint, ſed modus torturæ, & numerus torquendorum relinquitur arbitrio iudicis; dummodo non ita grauiter torqueantur teſtes, ſicut ueniunt torquendi rei criminis. Hæc concluſio probatur quoque practica ipſa curiarum, & auctoritate Iulij Clarij, ubi ſupra, in ver. torquentur etiam teſtes.

SEPTIMA ET VLTIMA concluſio.

Teſtibus, qui examinandi ſunt in proceſſu informatiuo ad indagationem ueritatis, & torquendi, quia nolunt deponere, non eſt exhibenda copia indiciorum, & proceſſus: quoniam ſi aliàs fieret, deſtruerentur mille proceſſus, cum etiam non ſit danda reo, cum ſumus in generali inquiſitione: & ita ſeruatur in practica. Quando uero teſtis ueniret torquendus propter cauſam, quæ aliunde, quàm ex proceſſu, oriatur, ut puta ex eo, quia ſeruus, uel infamis, uel huiuſmodi; tunc prius ſuper hoc diſputandum, & cognoſcendum; dato etiam illi termino ad deducendum, ſi quid in contrarium habet ad torturam euitandam: licet hodie huiuſmodi diſceptatio de dando illi terminum ad deducendum, ſi quid habet in contrarium, &c. non ſit in uſu: at potius iudices torqueri faciunt teſtes abſque huiuſmodi diſputatione. & hoc tutius erit propter timorem ſubornationis. Hæc concluſio, ut dixi, practica ipſa probatur, & inſuper auctoritate Iulij Clarij ubi ſupra, in uer. ſolet dubitari, &c.

An depoſitio facta a teſte non iurato faciat fidem in iudicio eccleſiaſtico. Capitulum ſeptimum.

Cum apud nonnullos adhuc dubitari percepiſſem de ualore depoſitionis, factę a teſte in iudicio, non præmiſſo iuramento de dicenda ueritate; & ego ſæpe ſæpius dixerim in pced. tractulis, teſtium depoſitiones, non præuio iuramento, eſſe nullius ualoris; iccirco in præſenti cap. ult. operępretium duxi hanc quęſtionem abſoluere, vnica concluſione, quæ talis eſt, videlicet.

VNICA CONCLVSIO.

Depoſitio, facta in iudicio a teſte, quantumcumque religioſo, & in dignitate conſtituto, non præmiſſo iuramento de ueritate dicenda, eſt nullius momenti, & in iudicio nihil probat; nec alteri aliquod præiudicium generat; niſi iuramentum fuiſſet remiſſum a parte illa, contra quam fuit facta huiuſmodi teſtificatio. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per textum in capit. nuper, extra de teſtibus, & atteſt. ubi Honorius tertius Papa interrogatus a Pennenſi epiſcopo reſpondit, infraſcriptis uerbis utens, uidelicet; reſpondemus, quòd nullius teſtimonio, quantumcumque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præiudicium debet credi. Hæc in dicto canone, & in cap. tuis quæſtionibus, extra de teſtibus, infraſcripta habentur, videlicet; monachis uero de ſuis fratribus, & cōuerſis teſtes in cauſis proprijs producere, abſque iuramenti exhibitione, nō poſſunt, niſi forſan a parte remittatur aduerſa. hæc ibi. Probatur quoque præſens cōcluſio per textum in l. iuſiurandum. C. de teſtibus. Probatur, & ſe-

c. Nuper ex. de teſtibus.

c. Tuis q̄ſtionib. ex. de teſtibus.

l. Iuſiurādum. C. de teſtibus.

Specul. cundo Doctorum auctoritate: Specul. enim in prima parte, ſub titulo de teſtium iuramento, in ver. & nota, quòd non ualet, infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: & nota, quòd non ualet teſtimonium a quocumque, etiam religioſo prælato non iurato, ut in c. Nuper. extra de teſtib. hæc ille: cui aſtipulatur Pan. Panor. in prællegatis iuribus: Gloſſæ Glo. quoque id ſentiunt in dictis iuribus; Maran. & Robertus Maran. in ſuo Spec. Aduocatorum, ſub titulo quo ordine teſtes ſunt producendi, numero duodecimo. & nouiſsime noſtræ concluſioni Iul. Cla. aſtipulatur Iulius Clarus in eleganti Practica criminali libro quinto §. fin. quæſt. 45. in ver. ceterum ſi reus. Probatur & tertio hac ratione: cum introductum ſit, iurare eſſe exigendum Auctor. ante teſtificationem, ut compeſcantur, timore periuri, teſtes a mēdacio dicendo in detrimentum aliorum; & unuſquiſque poteſt renunciare iuri ſuo: inde luce clarius patet, vnumquemque teſtem non fidem facere in iudicio ſine iuramento, niſi a parte, ut dictum eſt, remittatur ipſum: ac per conſequens noſtram concluſionem uerisſimā eſſe patet per ſe.

Finis.

INDEX CONCLVSIONVM CONTENTARVM IN CAP.

Lib. IX. Tit. De aduocatis.

Vtrum omnibus liceat officio aduocati fungi. Cap. I.

Prima concluſio.

QVi potentia aduocãdi caret, non põt aduocati off. fungi. ſiue potentia hmõi deſit in ſenſu ĩteriori; quales ſunt furioſi, qui ſanum non habent ſenſum; impuberes qui ipſum integrum & ſolidum non habent; & legum ignari: ſiue potẽtia huiuſmodi deſit in ſenſu exteriori; ſicut ſunt ſurdi aut muti.

Secunda concluſio.

Hæreticus aduocare eſt prohibitus.

Tertia concluſio.

Vnuſquiſq; infidelium arcetur quoque ab off. aduocandi.

Quarta concluſio.

Excommunicati maiori excommunicatione non ſunt admittendi ad fungendum officio aduocatorum.

Quinta concluſio.

Monachi, & reliqui omnes regulares aduocatorum off. fungi nõ poſſunt; niſi ſibi imperetur ab eorum prælatis; & niſi ſimul hoc fiat propter utilitatem monaſterij ſui: non tantum in foro eccleſiaſtico, uerum etiam ſeculari.

Sexta concluſio.

Clerici ſeculares, tam beneficiati in minoribus conſtituti, quàm non beneficiati in ſacris ordinibus cõſtituti, ꝓhibentur aduocatorum munus exequi in negotijs ſecularibus coram ſeculari iudice, exceptis quattuor cauſarum generibus, &c.

Septima concluſio.

Clerici in minoribus conſtituti, non habentes beneficium eccleſiaſticũ poſſunt patrocinari coram iudice ſeculari in cauſis ſecularibus.

Octaua concluſio.

Clerici conſtituti in ſacris, & beneficiati poſſunt eſſe aduocati in iudicio eccleſiaſtico, etiam in negotijs ſecularibus.

Nona concluſio.

In iudicio ſeculari clerici in ſacris, & beneficiati poſſunt officio aduocatorum fungi in negotijs eccleſiaſticis. & quæ dicantur negotia eccl. uide. &c.

Decima concluſio.

Clerici in ſacris conſtituti, non habentes ex redditibus eccleſiaſticis vnde poſſunt ſubſtentari, uel ex bonis paternis, uel alijs, licite poſſint munus aduocatorum exercere, etiã in cauſis ſecularibus ciuilibus, coram iudice ſeculari, ut honeſte uiuere poſſint.

Vndecima concluſio.

Clerici tam in ſacris, quàm in minoribus ordinibus conſtituti, poſſidentes beneficia, & non poſſidentes, non

poſſunt

poſſunt patrocinari in cauſis criminalibus, ubi imponenda uenit pęna ſanguinis, pro parte actoris: pro parte rei uero ſaltę licebit, præmiſſa ſępæ ſæpius proteſtatione, q; non intendunt patrocinari ad uindictam, uel ad pęnam talionis; ſed tantum pro defenſione rei.

Duodecima concluſio.

Clerici prædicti, quãdo illis licet patrocinari in cauſis, licite poſſunt recipere ſalaria in mercedem patrocinij, ut alij aduocati ſeculares, dummodo non eſſent ſalariati de publico.

A quibus abſtinere debeant aduocati. Cap. II.

Prima concluſio.

Aduocatus, ſcienter in iuſtã cauſam defendens, mortaliter peccat, & ad dãni illati reſtitutionẽ ex huiuſmodi defenſione tenetur, tam parti, contra quã litem defendebat, quam parti, cui fauebat; niſi ipſa ſcienter litem iniuſtam obtuliſſet.

Secunda concluſio.

Aduocatus, defendens cauſam iniuſtã ignoranter, credens eſſe iuſtam, non ex culpa ſua, ſed cõfidens in dictis cliẽtuli, non peccat; nec ad reſtituendum tenebitur.

Tertia concluſio.

Aduocatus, defendens cauſam iniuſtam, credens iuſtam ex culpa ſua, puta, &c.

Quarta concluſio.

Aduocatus tenetur ſub præcepto deſerere cauſam iniuſtam, quam putabat ab initio iuſtam. & hoc quam primum innotuerit.

Quinta concluſio.

Aduocatus mortaliter peccat, & ad damnum illatum reſtituẽdum tenetur, ſi indifferẽter omnes cauſas ſibi oblatas tuetur, &c. uide.

Sexta concluſio.

Aduocatus, perficiens quod ſui muneris eſt, & perdens cliẽtulo cauſam, illi non tenebitur ad intereſſe.

Septima concluſio.

Aduocati, docentes clientulos ſuos negare ueritatem, uel pręſentare falſos teſtes, uel inſtrumenta, & huiuſmodi, ultra mortale tenentur ad reſtitutionem, &c.

Octaua concluſio.

Aduocatis licet ſuum patrocinium, legitimo, aut naturali pretio, iux. conſuetudinem regionis, & laboris quantitatem, uendere.

Nona concluſio.

Quidquid aduocati ſumunt ultra iuſtũ pretium, conſiderata laboris quãtitate, & perſonæ conditione, eſt reſtitutioni obnoxium.

Decima concluſio.

Aduocati non ſemper tenentur in cauſis pauperum patrocinari gratis.

Vndecima concluſio.

Aduocati, nõ patrocinantes in cauſis pauperum, quando peccabunt.

Duodecima concluſio.

Aduocati, propter propriam paupertatem, quando excuſabuntur a patrocinando gratis in cauſis pauperum.

Tertiadecima concluſio.

Aduocati, ex decurſu cauſæ animaduertentes cauſam iniuſtam, illam non tãtum deſerere tenentur; uerum etiam ſe exhibere aliquando in teſtes illius iniuſtitiæ in iudicio.

Finis.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. IX. TIT. DE ADVOCATIS.

Utrum omnibus liceat aduocati officio fungi. Cap. I.

CVm in præcedentibus tractatulis, contentis in præſenti opuſculo, uerbum ſit factum de modo procedẽdi in foro eccleſiaſtico; & omnia, quæ uidebantur litteris commendãda, breuiſsimo ſermonis periodo perſtrinxiſſe mihi uideatur, ac in ſimul tacite perſcripſiſſe normam, ſeruandam a iudicibus eccleſiaſticis, procedere uolentibus in ipſo foro, tum per uiam accuſationis, cum denunciationis, inquiſitionis, exceptionis; atque de modo procedẽdi in notorijs criminibus, & contra repertos inflagranti crimine; nec nonnonnulla ſubdiderim de delatiõne iuramenti, & purgatione canonica, de modo procedendi in cauſis expediendis ſimpliciter ſummarie, & de plano, ac in cauſis clericorum regularium, ſeu de modo procedendi contra regulares, de tortura, ac modo torquendi, de confeſsione iudiciali & extraiudiciali, & earum ualore, necnon de teſtibus: iccirco ad perfectionem preſentis opuſculi ſubmittẽre nouiſsime operæpretium duxi nonnulla, notatu digna ac memoriæ cõmendanda, de aduocatis: potiſsime eo quòd in iudicio, tum ſeculari, tum etiam eccleſiaſtico, nõ aſſolent aliæ perſonæ interuenire a prænominatis in omnibus prędictis tractatibus: cum luce clarius liqueat, ac neminem fugiat, quòd quocumque modo procedatur in cauſis eccleſiaſticis, uel ſecularibus, interueniſ iudex, accuſator, accuſatus, ſeu inquiſitus, uel denunciatus, ſeu actor, & reus; necnon teſtes, & aduocati. Ad rem noſtram igitur regrediendo, ut quàmfacillime memoriæ queant commendari adducenda de hac notabili ac ſcitu digna materia, procedendum mihi fore, certiores omnes reddam, nõ tantum more ſolito, per nonnullas cõcluſiones: immo, ut clariori utar ſtylo, illis addam nonnulla argumenta, tam pro parte affirmatiua, quàm negatiua. qua propter primo uidetur dicendum, quòd omnibus indifferenter fas ſit, officio aduocatorum fungi. quod & probari uidetur forma ſyllogiſtica, hoc pacto, videlicet:

Operibus miſericordiæ incumbere, omnibus hominibus, cuiuſcumque conditionis, licet.

At aduocare eſt opus miſericordiæ.

Ergo aduocare hominibus cuiuſcumque conditionis licet.

Maior veriſsima eſt.

Minor probatur: quoniam conſulere bono proximi, connumeratur inter opera miſericordię ſpirituales. &c.

Sed aduocãdo conſulitur bono proximi: ergo

Prætèrea omnes tenentur ex pręcepto charitatis, amare proximum ſuum, illi in neceſſitate opem ferendo,

At omnibus, litem conteſtantibus, indifferenter eſt opus patrocinio: ergo omnes indiſcriminatim tenentur ad officiũ aduocatorum fungendum pro proximis ſuis.

Maior iſtius rationis ueriſsima eſt; & probatur præcepto naturali, & diuino videlicet: Ama proximũ tuum, ſicut te ipſum & alibi. Hæc mando uobis &c.

Minor patet ad ſenſum.

Sed contra eſt tex. in c. infames tertia quæſt. ſeptima, ubi hæc habentur, videlicet:

licet: infames non poſſunt eſſe procuratores, uel patroni cauſarum. Sūt autem tres ordines eorum, qui poſtulare prohibentur: eſt autem poſtulare, deſiderium ſuum, uel amici ſui, in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, uel alterius deſiderio contradicere. nam, ut præmiſimus, non poſtulantium tres ordines ſunt. quidam prohibentur omnia poſtulare, uel propter etatem, ut minores. 17. annis, uel propter caſum, ut ſurdus, qui prorſus non audit. alij prohibentur, ne pro alijs poſtulent, uel propter ſexum, ut feminæ; uel propter caſum, ut utroque lumine orbati; uel propter notam infamiæ turpitudinis, ut hi qui in corpore ſuo muliebria paſsi ſunt; niſi forte ui prædonum, uel hoſtium ſtrupati. prohibētur ſimiliter, qui capitali crimine, uel calumniæ cauſa publici iudicij ſunt damnati; uel qui operas ſuas locauerunt, ut cum beſtijs depugnarent in arena pro alijs poſtulare prohibentur: his perſonis pro ſe allegare permittitur; pro alijs poſtulare prohibetur; niſi forte tutelam impuberum, uel curam adoleſcentium non affectatā, ſed neceſſariam adminiſtrent. pro his enim, quorum curam gerunt, eis poſtulare conceditur alij enim omnes, qui ut infames notantur, niſi pro ſe, & pro certis perſonis poſtulare non poſſunt; niſi in integrum reſtitutionem acceperint. permittitur autē eis poſtulari pro parente, pro patrono, pro patrona, pro liberis etiam ſuis, & parentibus patroni & patronę, pro liberis etiam ſuis, fratribus, & parentibus patroni, & patronæ ſororib⁹, ſocero, ſocru, genero, nuru uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua, ſurdo, prodigo, & adoleſcēte. Item pro his, quibus propter infirmitatem curatores dari ſolent, ut qui negotijs ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt. oēs autem, qui non ſpōte, ſed neceſſario funguntur officio, ſine offenſa poſtulare poſſunt; etiam ſi hi ſunt quibus niſi pro ſe poſtulare permittitur. affinitates uero non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt; ſed præſentes: nurus & generi appellatione, & ſoceri & ſocrus, etiam ulteriores quibus prepoſito pro ſolet accedere, continentur. Arcētur etiam à profeſſione aduocatorum, ſicut in ſecundo libro Codicis, titu. de poſtulando inuenitur, q ſub nomine honorariorum ex ipſis negotijs, quæ tuenda ſuſceperint, emolumentum ſibi certę partis cū graui damno litigatoris, & depredatione poſcentes inueniuntur. itē ſi quis adeo procax fuerit, ut non ratione, ſed probris uerbis putet eſſe certandum, opinionis ſuę immunitionem patietur. Ad q̄ſtionem ergo dicēdā deſcendēdo, illā abſoluā nonnullis concluſionib⁹: illis tñ p̄mittendo declarationē unius termini ſeu ambiguitatis, vz: quotupliciter q̄s ab offic. aliquo repelli ꝯtingat. Quapp ſciendum, qđ dupliciter pōt q̄s ab off. aliquo repelli, vz: aut pp impotentiā, aut pp indicentiā. impotētia. n. excludit ſemp hominē ab exequēdo off. aliquo: indecentia aūt nō ſemp; ſed ſolū, qñ nō adeſt aliqua neceſsitas: qm̄ exiſtente neceſsitate poterit illud offi[illegible] exerceri, iux. reg. iuris: Neceſsitas no[illegible] et legē. his præmiſsis, ad concluſiones adducēdas deſcendendo, prima illarū erit hęc.

PRIMA CONCLVSIO.

QVi potētia aduo[illegible]ādi caret, nō pōt aduocati uti officio: ſiue potentia hmōi deſit ī ſenſu interiori; quales ſunt furioſi, q ſanū non habēt ſenſum, impuberes, q[illegible]m integrū, & ſolidū non habent; & le[illegible]um ignari: aut potentia huiuſmodi deſit in ſenſu exteriori, ſicut ſurdi aut muti. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo auctoritate [illegible]lducti canonis in cap. infames. Se[illegible]dō auct. Doct. ī dicto c. infames, nec no & Soti in lib. 5. de iuſtitia, & iure. q. 8. ar. 2. & omnium Summulariorū in eo. ti. Probat̄ quoq; & tertio hac rōne: qm̄, ut patet ad ſenſū, in aduocato, q uicē gerit oratoris [illegible] ſeu [illegible]oris, requirit [illegible]

ſolum mens ſana, uerumetiam extructa ad diiudicādum rationes adducēdas in iudicio; & potentia ad illas exprimendas.

SECVNDA CONCLVSIO.

HAEreticus aduocare eſt ꝓhibitus. Hæc concluſio probatur primo ꝑ tex. in c. excommunicationis el primo. §. credentes præterea, extra de hæreticis; ubi hæc habentur, videlicet: quòd ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem; nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur: ſi fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur. hæc in dicto §. Probatur & ſecundo auctoritate omnium canoniſtarum in eodem cap.

c. excō. el 1. ex. d hæreti.

TERTIA CONCLVSIO.

VNusquiſque infidelium arcetur ēt a poteſtate aduocandi. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in cap. nemo, uel in foro, de pœniten. diſt. 1. ubi hæc habētur: nemo uel in foro Magnitudinis tuæ, uel in prouincia[illegible]dicio, uel apud quemquam iudicem accedat ad rogaturum conſortiū; niſi ſacroſanctis catholicę religionis fuerit imbutus myſterijs: ſin autem tale aliquid quoquo modo, uel quadam machinatione factū, uel attētatum fuerit, officium quidem Sublimitatis tuæ centum librarum iacturam ꝑ condemnatione ſubſtineat [illegible] hæc in dicto canone. Probatur & [illegible]do auctoritate canoniſtarum ibidem.

c. Nemo uel in foro. diſ. 1.

QVARTA CONCLVSIO.

EXcommunicati maiori excom[illegible]nicatione non ſunt admittēdi ad fungendum officio aduocatorum. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo ꝑ tex. in c. decernimus, de ſentētia excommunicationis in 6. ubi Alexan[illegible]artus Papa infraſcriptis utitur ✝bis, videlicet: decernimus, vt iudices ſeculares, per cenſuram eccleſiaſticam, ab eccleſiaſticis iudicib⁹, canonica monitione præmiſſa; repellere excommunicatos ab agendo, patrocinādo, & teſtificādo in ſuis curijs, & iudicijs compellantur. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum in d. cap. 2.

c. Decernimus. d ſent. excom. 16.

QVINTA CONCLVSIO.

MOnachi, & reliqui omnes regulares; aduocatorum off. fungi non poſſunt; niſi ſibi imperetur ab eorum prelatis; & niſi ſimul hoc fiat propter utilitatem monaſterij ſui, non tantum in foro eccleſiaſtico, ſed etiam ſeculari. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per argum. in c. monachi el ſecundo 16. q. 1. ubi ex conſil. Terragonenſi hęc habent: monachi a monaſterio foras egrediētes, ne aliquod monaſterium eccleſiaſticum præſumāt regere prohibemus; niſi forte cum abbatis imperio: ſimiliter, ut nullus eorum. i. monachorum, forenſis negotij ſuſceptor, uel executor exiſtat; niſi id quoque monaſterij expoſcit utilitas, Abbate ſibi nihilominus imperāte. hęc in dicto canone. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Gloſa enim in dicto c. ver. Abbate, noſtrę concluſioni infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit, videlicet: poteſt ergo monachus eſſe ꝓcurator Eccleſię ſuę de licētia ſui Abbatis; & etiam aliorum, ſupra, eadem q. c. quod vere. Pan. quoque in c. ex parte, extra de poſtulando, in colum. 2. in ver. nota primo, & nonnullis alijs eiuſdem capituli, noſtrę concluſioni aſtipulatur, utens infraſcriptis uerbis, videlicet: nota primo, quòd monachi, & regulares canonici non poſſunt aduocationis officium exercere, neque in foro eccleſiaſtico, neq; ſeculari. & quod dixi de monacho, idem intelligas de omnibus religioſis, qui largo modo poſſunt dici monachi, argum. 16. q. 1. c. 1. nam canon antiquus, qui habet. 16. q. c.

c. monachi. el 2. 16. q. 1.

Glo.

Pan.

mona-

c.monachi,ꝓhibẽs monachis hoc offic. habuit reſpectũ ad religionẽ;nõ aũt ad ordinẽ monachorũ tñ.qđ clare probat hic in eo,ꝙ includit et canonicos regulares:& quia etiam ipſi religioſi ſũt;licet inſeruiant regulæ laxiori, ut dicit tex.in c. quod Dei timorẽ infra đ ſtatu regula.& ex hoc & ex tex.collige notanter,ꝙ conſtitutio fundata ſuper aliqua qualitate,extenditur ad oẽs exiſtentes ſub illa qualitate; licet habeant ex aliquo incidenti noĩa diuerſa:nã,utuides, monachi & canonici habent noĩa diuerſa pp aliqua incidentia:tñ in ſubſtãtia non uariantur; quia pariter ꝓfitentur tria ſubſtãtialia religionis:ideo canõ loquens de monachis,fundãs ſe ſup religione,extẽditur ad canon.reg.quia & ipſi ſunt religioſi.Et ex hoc & ex tex. nota tertio, ꝙ iura loquentia de monachis,habent locũ in canonicis regularibus,qđ tenet Fel. concil 25.niſi cõſtitutio loqueretur de Monachis nigris,uel apponeret aliã qualitatem, per quam neceſſario oporteret reſtrigere ad monachos tñ. qđ ego intelligo in his,ĩ qbus monachi & canonici regulares cõueniunt:ut puta qñ. cõſtitutio emanat reſpectu religionis. & idẽ puto de alijs religioſis cuiuſcumq; ordinis,ut ſ. dixi, ꝙ ubi non poteſt aſsignari diuerſitatis rõ ĩter eos & monachos,ipſi ueniãt appellatione monachorũ: & hoc tenebis menti. facit 12. q. 1. in c. duo ſunt gña.Quarto nota caſũ, in quo mõach⁹ poteſt eſſe aduocat⁹.ſ. cũ expoſcit utilitas monaſterij,& Abbate imperãte.iſta ergo duo ſimul requirunt. ita loquitur canon antiqu⁹ in d. c. monachi. ex ſolo ergo imperio Abbatis,uel ex ſola utilitate monaſterij,nõ põt monach⁹ exercere off.aduocationis,ſed requiritur iſta duo cõiunctim.intelligo, ꝙ illis cõcurrentib⁹ poterit eſſe aduocat⁹,nedum in foro eccl.ſed ẽt ſeculari.facit tex. ſ. ꝓx. & ĩ c. ſed quæro ꝓ declaratione prædicti tex. qualiter capiatur hac utilitas monaſt. certe ſi cauſa eſt mon. hoc eſt indubitatũ ſm oẽs, ꝙ tũc habeat locũ iſte tex.ſed dubitatur,nũqd pp lucrũ applicandũ monaſterio extrinſec⁹ poſſit monach⁹ peritus eſſe aduocatus, abbate imperãte. & olim fuit diſputata hæc quæſt. & ponebatur in terminis in aduocato monacho monaſterij,multũ ęre alieno grauati,utrũ poſſet poſtulare in vtroq; foro, ut de lucro eius mõaſterijũ releuaretur ab onere debitorũ.& uide plene hãc quæſt.p Io.And. in regula in art.in Mercur. & ibi tandem cõcludit nõ eſſe licitũ. dicitur tñ, ꝙ Lap⁹ abbas contrariũ ſeruauit. & ꝓ hoc cõtrario facit notabiliter dictũ Inn.in c.cũ ĩ ex de re iud.ubi dicit,ꝙ monachus põt eſſe procurator, ſeu aduocatus ꝓ amico monaſt. Abbate imperãte;qa in cõſequẽtiã tractatur de utilitate monaſt. quia ꝑ amicos monaſt. ꝓmouetur utilitas ipſius:ꝙ eſt uerbum notabile. primum tñ dictũ uidetur honeſtius & ſecurius:unde crederẽ, ꝙ pro amicis monaſterij poſſet religioſus eſſe aduocat⁹ Superiore imperante, per illud dictũ Inn. Vltimo hoc quæritur, qd intendat iſte tex.dũ dicit,ꝙ religioſi nõ debẽt eſſe ſuſceptores,uel executores forẽſis negocij uel Eccl.Sol. Inn.exponit Vbũ Suſceptores.ſ.aduocati,; & uerbum Executores, id eſt, ꝓcuratores in foro ſeculari, & eccl.niſi ĩ caſu hoc excepto. ſed Hoſt. hoc intelligit magis generaliter: nã cũ iſta ſint uocabula gñalia,dicit, ꝙ oĩa officia iudicialia ſunt eis interdicta, & ꝓ hoc facit 16.q.1.c. de pñtiũ.& ex hoc uř ꝙ nõ debẽt eſſe arbitri, nec aſſumere officiũ iudicandi. & uide de hoc in Spe.ti. de arbi. §.ſeq. V.ſed quæro diligẽter;& ibi Io. And. & in c.pia de except.lib.6.ꝑ Io.And.rãgo in c.quintaual. de iureiur. ubi ẽt põño,nũqd poſsint eſſe arbitratores.adde Glo.notãn dicę preſẽtiũ,quę dicit de abbate, ꝙ abbas ſine alicui⁹ mãdato põt eſſe arbiter, & ꝓcurator. & facit c.ſopitæ , infra de cenſibus. adde ẽt notabile dictũ Inn. in c.unico đ obl.ad. de Rai.in fi.ubi dicit, ꝙ iura q ꝓhibent clericis,ſeu religioſis officiũ ꝓcurationis & ſimilia, loquuntur,qñ indifferen-

Coſtitutio quando poſſit.

Mõach⁹ põt eſſe aduocatus, ubi hoc expoſcit utilit. monaſter.& abbatis cõſẽſus.

Quæ otilita mõ. faciat ut mõach. licite aduocare poſsit.

Pan.

Pan.

ter uolūt exercere hæc officia, ſec⁹ ſi nolūt aſſumere talia officia in una cā tātū; quia hoc ꝓhibere nō fuit de mente canonū, qđ eſt notabile uerbū. & ſequitur Archi. in c. peruenit 86. diſt. ſed colleg. ī c. prox. & in c dilecti de arbi. tenet contrariū, quia hcc cap. loquiť indiſtincte, & forte hoc dř uerius, licet primū æq⁹.

Auctor. Probatur ēt pńs cōcl. & tertio hac rōne uidelicet: cum. n. interdictū non ſit ipſis religioſis aduocatorū officio fungi, niſi rōne uagatiōis ex̄ monaſterium; ac ne tumultibus ſecularium intereſſendo impediātur a cōtemplatione diuinorum: & propter excellentiā eorum ſtatus. at qm, ut docet S. Thom & cōiter reliquus Theologorum cætus, ſummopere expedit & magis meritorium eſt deſcendere ā uitā contemplatiuā ad actiuam ꝓpter charitatem proximorum; eo quod oīm uirtutum fomes, radix, ac prīceps eſt charitas, iux. illud, Charitas operit multitudinem peccatorum; Et ſine charitate nullum opus eſt meritorium: idcirco dico concluſ. ueram, concurrentibus conditionibus ipſius; necnon opinionem Pan. uerisſimam, exiſtentibus conditionibus præadductis ab ipſo in caſu, in quo monaſterium eſſet pauperrimum; etiam ſi non patrocinetur cauſis Eccleſiæ ſuæ.

SEXTA CONCLVSIO.

Clerici ſeculares, tam beneficiati in minoribus conſtituti, quàm non beneficiati in ſacris ordinibus conſtituti, prohibētur aduocatorū munus exequi in negocijs ſecularibus corā ſeculari iudice, exceptis quattuor cāſū generib⁹. Primo. ſ. in cauſis proprijs. Secundo in cauſis coniunctarū pſonarū. tertio ī cauſis ſuar: Eccl. quarto in cauſis miſerabiliū perſonarū, nō habentiū facultatē ꝓprias tuendi cauſas. hæc cōcl probatur triplici medio. Primo. n. p tex. in c. 1. ex̄ de poſtul. ubi ex cōcil. Later. hæc hn̄tur, vz. clerici in ſubdiaconatu, & ſ. in ordinib⁹ quoq; minorib⁹, ſi ſtipēdijs eccl. ſuſtēnt. corā ſeculari iud. aduocati in negotijs ſecularib. fieri nō pſumant; niſi ꝓpriam cām uel eccl. ſuæ fuerint ꝓſecuti aut ꝓ miſerabilibus forte perſonis q̄ proprias cauſas adminiſtrare nō poſſunt. hæc in d. can. idem probatur p tex. in c. ſi. ubi Greg. IX. hæc ſtatuit, vz. cum ſacerdotis ſit nulli nocere, omnib. aūt uelle prodeſſe, non niſi ꝓ ſe ipſo, uel Eccl. ſua, uel ſi neceſsitas immineat, pro perſonis coniunctis, aut miſerabilibus, ſibi licitū eſt poſtulare. Probatur & ſecundo auctorit. Doct. Glo. n. in d. c. 1. tacite nr̄æ cōcl. ſe ſubſcripſit infraſcriptis uerbis in V. ſecularibus, vz. immo opprobrium eſt clericis, ſi ſe peritos forenſiū diſceptationū oſtendere uoluerint. C. de epis & cler. l. repetita, & C. de teſta. l. cōſulta. pro miſerabilibus tn̄ perſonis poſtulari pn̄t ī eo: c. ult. Gl. quoq; in d. c. fin. in V. nocere in fine, infraſcriptis utitur uerbis, vz. & ſic patet, ꝙ ſacerdos aduocare nō debet, nec ſe negotijs ſecularibus immiſcere; niſi pro cā miſerabiliū perſonarum 88. diſt. c. 1. & per totā diſt. hæc illa Glo. quæ ibidē in V. pro ſe ipſo, infraſcriptis utitur V̄bis, vz. ſic quædam ſunt perſonæ, quæ pro ſe tm̄ & pro quibuſdā perſonis poſſunt poſtulare 3. q. 7. §. ſūt autem; ubi habes, quæ perſonæ poſſunt poſtulare, & quæ non. & pro quibus. ſic & ſacerdos ꝓ ſe, & ꝓ quibuſdā alijs perſonis, hic enumeratis, poſtulare pōt; pro Eccl. ſua, & pro perſonis coniūctis: ſed nō indiſtincte, & niſi neceſsitate inſtante: puta quia ſūt minus potētes, uel quia nō poſſunt habere ita bonū aduocatū: & ſic reſtringitur quodā modo ad neceſsitatē, quātū ad cōiunctas perſonas. quæ ſint cōiūctę perſonæ, dř. ff. de ꝓcu. l. ſed hæ pſonæ & 3. q. 7. ſunt aūt V. alij. n. inter quas perſonas ſatis credo intelligēdos cōfratres ſuos eiuſdem Eccl. & ꝓ coniunctis perſonis poſſet etiām litteras impetrari ſine mandato, ſupra de reſcrip. c. nonnulli & c. agere, & ff. de procu. l. Pomponius in fine: dum tn̄ non appareat contraria uolūtas, ut ibi dicit: & pro perſonis miſerabilibus, de qbus habes 87. diſt. per totum, 88. diſt. c. 1. & c. epſ Gubernatiōi

Margin notes: c. 1. ex. d poſtul. — c. ſi. ex. d poſtul. — Glo. — Glo.

& in

& in plurib' alijs cap. ibidē. Probatur ēt pñs concl. auctorit. Pan. in d. c. 1. col. 2. in ṽ. proſequamur ergo. tertiū & quartū, & reliquos in locis ſuis præallegatis; in qbus eſt dictum, ꝙ cōſtitutus in ſacris, non ſacerdos, nō debet eſſe aduocatus in foro ſeculari in negotijs ſecularib'; ſed in iud. eccl. pōt, ut ex tex. hic a contrario ſenſu: & tenēt cōiter Doct. & facit tex. in c. cum pridē, ſ. de pact. idem in iud. ſeculari poteſt eſſe aduocatus ꝓ negocijs eccl. ut probat iſte tex. a ꝯrio ſēſu, ibi in locis ſecularib' ſecus ergo ī eccl. ſm̄ Inn. & dr̄ eccl. negotium. Primo aut rōne pſonæ, ut qa pſona eccl. ſequēdo forū rei, litigat corā ſeculari. idē pōt dici eccleſiaſticū rōne delicti ut qa ꝓ ſacrilegio Eccleſia uoluit cōuenire laicū corā iud. ſeculari, quod pōt, ut in c. cum ſit gñale de for. compe. item poteſt dici Eccleſiaſticum rōne rei de qua agitur, ut quia res eſt Eccl. ſm̄ Hoſt. & bene. nota, quòd iſte clericus poteſt eſſe aduocatus in iud. ſeculari pro perſona Eccl. ibi litigante, uel de delicto, ſeu reb' eccleſiaſticis. ubi ergo litigātes & negocia ſecularia ſunt, debet exiſtens in ſacris omnino abſtinere; niſi in caſibus hic expreſsis. hęc procedunt, ſi conſtitutus in ſacris habet beneficia, ex quibus poteſt ſubſtentari. ſi uero non habet; licet Gloſa hic dicat, ꝙ non poteſt aduocare, ſed debet agere contra Epiſcopū, ut ſibi prouideat, dicit Hoſt. & melius; quòd ſi de facto iſte clericus ageret, qđ ſibi licet ex tali aduocatione ſibi uictū quęrere, arg. c. clericus uictum 91. diſt. & C. de patrib' qui fi. diſtra l. 1. & de obſerua. ieiu. c. conſilium. §. ult. & ſi dicas, qro poteſt agere, cum teneatur Epiſcopus ſibi prouidere? reſpondetur, quòd forte hoc ab Epiſcopo obtinere non poteſt, uel propter impotētiā, uel propter indigētiam Epiſcopi, uel aliam cauſam ut dixi. ſatis hoc placet: nam ſi clericus propter indigentiā licite exercet opus rurale, ut in c. 1. de celeb. miſſ. item licite emit materiam aliquam, ut illam redigat in formam, argu. eorum quæ no. Glo. in c. canonum 14. q. 4. quę Gloſ. dicit, quòd poteſt emere corium, & inde facere ſotulares. fortius ſibi debet licere, aduocationis officium exercere; cū magis conueniat dignitati; & aduocati dicuntur defendere rempublicam, ſicut miles armatæ militiæ, ut in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. ſi uero ē clericus in minoribus conſtitutus, habens beneficia, idem dicendum in iſto, ſicut in conſtituto in ſacris; quia iſti æquipatantur inſimul, ut in textu: aut non habet ſtipendia, ſaltem ſufficientia; & poteſt in utroq; foro, ut in tex. & in Gloſa. hæc procedunt in ciuilibus cauſis; ſed in criminalibus, ubi uenit imponenda pęna ſanguinis, debet clericus omnino abſtinere, ut in cap. ſententiam, ne cler. uel mon. & no. in c. 1. 51. diſt. & hoc indubitanter eum uult eſſe ex parte actoris; quia non poſſet petere reum punire ſiue metu irregularitatis. ex quo agit ad pęnam ſanguinis, quia præſtaret auxilium, ut in cap. ſi quis uiduam 50. diſt. ſed dubium eſt, numquid poſſit eſſe aduocatus pro parte rei. & uidetur primo quòd ſic; quia etiam Eccleſia defendit reos, & pro eis ſupplicat, ne patiantur pęnam mortis, uel membri abſciſsiones, ut in c. nouimus, infra de uerborum ſignif. & 23. q. 5. cap. reos. in contrarium facit, quia forte ꝓpter imperitiam ſuam poſſet aduocatus ſuccumbere; propter aſtutiam, ſeu malitiam poſſet reus iniuſte abſolui: & ſic condemnaretur actor ad pęnam talionis: unde quia lingua eſt minus facilis l. famoſi ff. ad legem Iul. Maieſt. tutius eſt, ut clericus abſtineat, etiam ꝓ parte rei. dicit tamen, quòd ſi omnino reperiretur aduocatus inculpabilis, nō efficeretur irregularis; quia pęna non ueniret ex facto ſuo, ſed iuris diſpoſitione. & multū in hoc inſtāt Hoſt. & Io. And. poſt eū, & tandē cōcludūt, ut abſtineat: & ſi nō uult abſtinere, proteſtetur ſæpe corā iudice, quòd non intendit ad uindictā, uel ad pęnam talionis, ſed ſolū ad defenſionē rei agere: item obti-

Marginal notes: Pan. — Eccl. negot. qua tupliciter accipiatur. Primo ratione pſonę. Secūdo ratione delicti. 3. ratiōe rei d qua agitur. — Clericus in ſacris poterit aduocare ēt ī foro laicali de negotijs ſecularib. ciuilib. ſi aliūde nō habeat unde uiuat. — Pan. — Clericus in ſacris an poſſit aduocare ī cā crimi. ꝓ parte rei — Pan.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Clerici in minoribus conſtituti, non habentes beneficium eccleſiaſticũ, poſſunt patrocinari, etiam in cauſis ſecularibus coram iud. ſeculari. hæc concluſio probatur quoq; triplici medio. Primo auctoritate iurium, & Doctorũ, qui fuerunt adducti in præcedenti concluſione, ſumendo argum. a cont. ſenſu, quod eſt iure fortiſsimum ſecundum canoniſtas; cum ibi mentio fiat de clericis conſtitutis in ſacris & benefic. Probatur & ſecundo auctoritate Pan. hoc dicentis expreſſe, prout retuli in præcedenti concluſione. Probatur & tertio hac ratione: cum enim, remota cauſa, remoueatur effectus cauſę: at cauſa huiuſmodi prohibitionis, factæ clericis in ſacris, fuit ratione excellentiæ ſtatus; & in beneficiatis, fuit ſufficiẽs uictus, miniſtratus illis per Eccleſiam ſanctam ex bonis eccleſiaſticis; quæ ambæ cauſæ ceſſant in clericis, de quibus ſermo habetur in concluſione: ergo, &c. Auctor.

OCTAVA CONCLVSIO.

Clerici conſtituti in ſacris & benefi. poſſunt eſſe aduoc. in iudicio eccleſiaſtico, etiam in negotijs ſecularibus. hæc concluſio probatur duplici medio. & Primo per tex. in c. 1. de poſtulando a me ſup. in concluſione 6 relatum, ſumendo argum. a cont. ſenſu. dicit enim ibi, nõ licere aduocari in iudicio ſecul. & nulla fit mentio de qualitate neg. Probatur & ſecundo auct. Pan. ibidem a me ſupra adducti, qui dicit hanc cõcluſionem cõiter teneri a Doctoribus, & facit tex. in cap. cum pridem, ex. de pactis. c. 1. ex. d poſtulan do.

NONA CONCLVSIO.

IN iudicio ſeculari cler. in ſacris, & benef. poſſunt officio aduoc. fungi in negocijs eccleſiaſticis, & quæ dicuntur benefi. eccleſiaſtica. Hęc concluſio probatur duplici medio. Primo per tex. in dicto c. 1. ſupra adductum arguendo a cõtrario ſenſu: dicitur enim, ibi, non licere in iudicio ſecul. patrocinari in cauſis ſecul. ergo bene in cauſis eccleſiaſticis. Probatur & ſecundo per eundem Pan. cuius uerba retuli in ſexta cõcluſione præſentis capituli. c. 1. ex. d poſtulan do. Auctor. Pan.

DECIMA CONCLVSIO.

Clerici, in ſacris conſtituti, non habentes ex redditibus eccleſiaſticis, ex qbus poſsint ſubſtentari, uel ex bonis paternis, uel alijs, licite poſsũt munus aduocatorum exercere, etiam in cauſis ſecularibus ciuilibus coram iudice ſeculari, ut honeſte uiuere poſsint. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo per argum. in c. clericus uictum, diſt. 91. ubi dicitur clericus uictum, & ueſtitum ſibi artificioſe, uel agricultura, tamen abſque detrimento ſui officij, paret. Probatur quoque & ſecundo per Pan. in c. 1. a me ſupra relato in cõcluſione ſexta, præſentis capituli; & per Hoſt. Probatur & tertio hac ratione. primo: quoniam ſi clericus propter indigentiam licite exercet opus rurale, ut in dicto c. clericus, & in c. 1. extra de celebratione miſſ. ſecũdo ſi licet eis emere corium, ut ſotulares faciãt, id eſt, quoddam genus calciamenti, ut inde uiuant, ut dicit Glo. in c. canonum. 14. q. 4. a fortiori licebit in tali caſu exercere munus aduocationis, quod eſt nobiliſsimum. Probatur & alia ratione: quoniam neceſsitas non habet legem; & hic cõſtitutus eſt in tali neceſsitate. nec obſtare huic cõcluſioni debet Glo. in c. 1. a me adducta ſuperius, in ver. ſtipẽdijs, quæ dicit, quòd neque in tali caſu clericis in ſacris licet aduocare; ſed poſſunt pro neceſſarijs uitæ recurrere ad epiſcopum, qui eos ordinauit, cum, & ille teneatur de uictu, & ueſtitu eis prouidere, ut in c. non liceat, & c. epiſcopus: ſi aliquem, & c. cum ſecundũ extra de præbendis: ad hanc enim ratio- c. cleric. uictum. diſt. 91. Pan. Hoſt. Glo.

tio n: docte & rationabiliter reſpondet Pan.in d.cap.1.de poſtulando,quod verum eſt epiſcopum teneri. ſed ſi forſitā nollet illis opem ferre,vel ſi pro ſua inopia non poſſet; tunc poterit uictum & ueſtitum quęrere fungendo officio aduocationis. concludendo igitur dicitur,clericos in ſacris,non habētes unde uiuant, poſſe etiam in cauſis ſecularibus coram ſeculari iudice patrocinari, ſi non haberent cauſas defendendas in foro eccl. quarum patrocinio ui uere poſsint.

VNDECIMA CONCLVSIO.

CLerici tam in ſacris, quàm in minoribus ordinibus conſtituti, poſsidētes beneficia & nō poſsidentes,nō poſſunt patrocinari in cauſis criminalib', ubi uenit imponenda pœna ſanguinis pro parte actoris;pro parte rei uero ſaltem licebit,præmiſſa ſæpe ſæpius proteſtatione,quòd non intendūt patrocinari ad uindictam, uel ad pœnā talionis, ſed tantum pro defenſione rei. Hęc cōcluſio probatur etiam triplici medio. Primo enim per arg.in c.clericus, ex ne cler. uel mona; ubi Eugenius Papa Cātuarienſi Archiepiſcopo ſcribens, infra ſcriptis utitur uerbis,uidelicet:clericis in ſacris ordinibus conſtitutis,ex concilio Toletano,iudicium ſanguinis agitare nō licet: unde prohibemus,ne aut per ſe trūcationes membrorum faciāt, aut iudicēt inferendas.quòd ſi quis tale quid fecerit,honore priuetur & loco. hæc ibi.& in c. ſentētiam, ex ne clerici, uel mon Inn. III. in concilio generali hæc conſtituit,uidelicet: ſententiā ſanguinis nullus clericus dictet, aut proferat;ſed nec ſanguinis uindictam exerceat,aut ubi exerceatur interſit. ſi quis autem huiuſmodi occaſione ſtatuti,eccleſijs, uel eccleſiaſticis pſonis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium, per cenſuram Eccleſiæ cōpeſcatur: nec qſquā clericus litteras ſcribat aut dictet pro uindicta ſanguinis deſtinādas:unde in curijs principum hæc ſollicitudo non clericis,ſed laicis cōmittatur. hæc in dicto canone. Probatur & ſecundo auctoritate. Hoſt.enim & Iohan.Andr. in dicto c.ſententiam,noſtrę concluſioni ſe ſubſcripſerunt.& Pan.in c.1.extra de poſtulādo: cuius uerba adduximus in concluſ.6.præſentis capituli. vbi dicti Doctores probāt optime noſtram concluſionem,etiam quo ad illam ultimam particulam, uidelicet: pro parte rei uero &c.ibi ergo uide. Probatur & tertio ratione:quoniam ipſi clerici,per patrocinium præſtitum ab eis in cauſa criminali pro actoribus,ſæpe ſæpius in huiuſmodi cauſis reis indicitur pęna ſanguinis; & ipſi inde contraherent irregularitatem; ac p hoc uoluntarie inhabiles redderētur ad ſacra miniſteria exercenda,ad quæ ſemel aſſumpti fuere.quod non ita cōtingeret,pro patrocinio præſtito pro reo; tum quia opus charitatis exercerent; tum quia Eccl.debet intercedere pro reis,etiam a ſe traditis curię ſeculari,ut ab ipſa puniātur citra pęnam ſanguinis,ut in cap. nouimus,extra de uerborum ſignificat.tum quia huiuſmodi aduocati non incurrerēt irregularitatem,ſi ipſi in ſuo officio reperirentur omnino inculpabiles, iuxta ſententiam Pan.pręadductam in dicta 5.concl.cū pęna ſanguinis reus non afficeretur:ſed nec actor deficiens in pbationibus,ratione ſui patrocinij; ſed iuris diſpoſitione. Nec huic cōcl. uidetur aduerſari,quod dicūt aliqui, quòd poſſet contingere, ut ex imperitia ſua poſſet reus ſuccumbere,uel ex malitia ſeu aſtutia ſua poſſet reus iniuſte abſolui; & ſic actor ueniret puniendus pęna talionis: ad hāc enim obiectionem reſponſum fuit: quoniam diximus clericum aduocatū debere ſæpe pteſtari,ſe non patrocinari reo ad uindictā,ſeu pęnā talionis, ſed ſolū ad defenſionē rei. dictū fuit quoq;,Si omnino fuiſſet inculpabilis,utiq; pp magnā peritiā,ac diligētiā ipſi' aduocati,ſeruatā in ſtudēdo & ſcrutādo merita cauſæ huiuſ criminis

c. cleric. ex.ne cl. uel mona.

c.ſnīam, ex.ne c. uel mona.

Hoſt. Io. And. Pan.

Auctor.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Clerici prędicti, quãdo illis licet aduocare, poſſunt licite recipere ſalaria in mercedem patrocinij, ut alij ſeculares aduocati; dummodo nõ eſſent ſalariati de publico. Hæc concluſio probatur duplici medio. & primo auctoritate Inn. & Panormitani in cap. 1. ex. de poſtul. ſupra relata in concl. 6. præſen- Auctor. tis capituli. Probatur & ſecundo ratione iſta: quoniam nemo tenetur ſtipendijs ſuis militare in caſu, quo militare licet ei. His ergo concluſionibus in medium adductis ac probatis, quamfacillima erit reſponſio ad arg adducta pro parte affirmatiua, ad quæ deſtruenda, credo me unica reſponſione tantum indigere.

Ad primum ergo dicendum; quòd non omnia opera miſericordiæ omnes Auctor. decent: immo ſi indocti ad docendum prodirent; & ſtulti ad conſulendum; & inexperti medici ad medẽdum; potius peſtilẽtes homines haberentur, quàm miſericordes (quod patet ad ſẽſum) & pęna digni, quàm præmio. Quapropter iure optimo arbitrati fuere nonnulli ſummorum Pontificum, nonnullos arcẽdos fore a munere aduocationis: licet, de ſui natura, patrocinari indigentibus opus ſit charitatis.

A quibus abſtinere debeant aduocati. Cap. II.

CVM ſermo copioſiſsimus per me ſit habitus in enumerandis ac probãdis ijs, qui merito arcendi eſſent a mũere aduocatorũ exercendo, & qui non: Iccirco, iure optimo, duxi in hoc ſecundo & ultimo capitulo adducere ea, quæ ſunt prohibita ipſis aduocatis; ut facile fas ſit nobis deuenire in cognitionem eorum, quæ ipſis ſunt conceſſa, iuxta Philoſophi doctrinam dicentis, Cõtrariorum eadẽ eſt diſciplina: & alibi, Cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & reliquum. Ad rem noſtram regrediendo ergo, hoc capitulum abſoluam nonnullis concluſionibus.

PRIMA CONCLVSIO.

ADuocatus, ſcienter iniuſtam cauſã defendẽs, mortaliter peccat; & ad damni illati reſtitutionem ex huiuſmodi defenſione tenetur, tam parti, contra quam litem defendebat, quàm parti, cui fauebat; niſi ſcienter obtuliſſet ei cauſam iniuſtam defendendã. hæc cõcluſio probatur triplici medio. Primo per arg. in c. 1. ex̃ de iniurijs, ubi ex li- c. 1. ex. de iniurijs. bro Exho. hæc habẽtur, uidelicet: ſi rixati fuerint homines; & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, uel pugno; & ille mortuus non fuerit: ſi iacuerit in lecto, qui percuſſerit, operas eius & im pẽſas in medio reſtituat. hæc in d. c. ex quibus ṽbis elicitur luce clarius, ꝙ ad damni illati reſtitutionẽ unuſquiſq; tenetur. Videtur quoq; ꝓbari eadẽ cõcl. auctoritate D. Pauli dicentis ad Rom. D. Paul. c. 1. Digni ſunt morte, nõ ſolũ facientes c. 1. iniquitates, at ẽt qui conſentiunt faciẽtibus. hoc etiam teſtatur D. Thomas in D. Tho. 2. 2. q. 71. arti. 3. in corpore quæſt. infris utens uerbis, vc3. ſed cõtra eſt, qd dicitur 2. Paralip. c. 19. impio præbes auxiliũ; & iccirco irã Dñi mereberis. reſpondeo dicendũ, ꝙ illicitũ eſt, alicui cooperari ad malũ faciendũ, ſiue cõſulẽdo, ſiue adiuuãdo, ſiue qualitercũq; cõſentiẽdo, quia cõſilians & coadiuuãs quodã modo ẽ faciẽs. & Apoſt. dicit ad Rõ. c. 1. ꝙ digni ſũt morte nõ ſolũ q̃ faciũt peccatum; ſed etiam qui conſentiũt facientibus: unde & ſupra dictum eſt, ꝙ omnes tales ad reſtitutionem tenẽtur. manifeſtum eſt autem, ꝙ aduocatus & auxilium & conſilium pręſtet ei, cuius cauſa patrocinatur: unde ſi ſcienter iniuſtam cauſam defendit, abſque dubio grauiter peccat; & reſtitutioni tenetur eius dãni, quod contra iuſtitiã incurrit alte-

altera pars. ſi vero ignoranter iniuſtam cauſam defendit, putãs eſſe iuſtam, excuſatur ſecundũ modũ, quo ignorantia excuſari poteſt. hæc dictus Sanctus ubi ſupra: cui aſtipulatur Gabriel Biel, in quarto ſent. diſt. 15. q. 6. concluſione 9. in verſi. nona concluſio, ubi infraſcriptis uerbis utitur, videlicet: nona concluſio: ſi perſonæ in præcedenti concluſione expreſſæ, in actibus ſuis excedũt limites rectitudinis, tenentur ad reſtitutionem damni perſonis per ipſas læſis. ſatis patet hæc concluſio ex prima; quia q damnum infert, tenetur ad ſatisfactionem damni. Poſſunt autem excedere tramitem rectitudinis pluribus modis. primo ſi aduocatus ſeu procurator ſcienter defendit cauſam iniuſtã tunc enim peccat mortaliter; quia illicitum eſt cooperari alicui ad faciendum malum, conſulendo, adiudicando defendendo, aut conſentiendo. Roma. c. 1. digni ſunt morte, non ſolum, qui ea faciunt; ſed etiam qui conſentiunt facientibus. ſe ſi in principio cauſam credit iuſtã, & in proceſſu uideat eã iniuſtam, proſequendo eam, poſtquam nouerit iniuſtam, grauiter peccat: non tamen debet eã prodere, ut iuuet partem oppoſitã, nec ſecreta reuelare: ſed debet eam deſerere, ac clientulo ſuo dicere, quòd non habet iuſtam cauſam, & eum ad cedendum inducere, uel ad componendum cum aduerſario, ſine aduerſarij damno, ut dicit S. Tho. & tenetur talis ad omne damnum, quod altera pars ex ſuo auxilio incurrit; niſi clientulus ſuus obtenta uictoria uellet reſtituere. ſi uero clientulus ſuccumbit, neſciẽs ſuam cauſam iniuſtam, ſeductus per aduocatum, tenetur aduocatus clientulo ſuo in caſu hoc de omnibus expenſis factis in litigando: ſecus ſi dixit clientulo cauſam ſuam fore iniuſtam; & clientulus noluit eam defendere; ſic enim eſt in culpa: tenetur tamẽ parti aduerſæ, ſi eam damnificauit. ſi uero ignorãter iniuſtam cauſam defendit, putans eſſe iuſtam, excuſatur ſecundum modum, quo ignorantia excuſari poteſt, ut dicit Tho. hæc omnia Gabriel ubi ſupra. Sotus quoque præſenti ſe ſubſcripſit concluſioni in lib. 5. de iuſtitia & iure quæſt. 8. art. 3. col. 1. in ver. in cõtrarium autem eſt, ubi infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: in contrarium autem eſt reprehenſio illa 2. paralipo. c. 19. impio præbes auxilium, & idcirco iram Domini merœberis. ad reſponſionem duabus concluſionibus reſpondetur. prior eſt: aduocatus, qui ſciens & prudens iniuſtam cauſam defendit, tum mortaliter contra iuſtitiam peccat, tum perinde ad reſtitutionem tenetur: probatur, quia ad malũ cooperatur, eiuſdem eſt iniquitatis reus, atque ipſe, qui facit, ſecũdum illud Pauli ad Roma. c. 1. digni ſunt morte non ſolum, qui faciunt; ſed etiam qui facientibus conſentiunt. aduocatus autem, & conſilio, & fauore cooperatur ei, qui iniuſtam habet cauſam, quia uero ipſe eſt, qui litẽ nutrit, ergo mortaliter peccat: & perinde cum peccatum ſit cõtra iuſtitiam, nempe contra nocumentum alterius partis, ad reſtitutionem obligatur. Poſterior cõcluſio: qui per ignorãtiam, iniuſtam tuetur cauſam, excuſari pro ratione ignorantiæ poteſt tam a culpa, quàm a reſtitutione. concluſio in omnibus materijs clara eſt: emergit autem ex priori concluſione dubitandi occaſio, de cauſa dubij. hæc Sotus ubi ſupra. Nauarrenſis quoque Doctor in ſua Summa in c. 25. ſub titulo de aduocatis num. 28. & idem aſſerunt omnes reliqui Summularij. Probatur & tertio hac ratione præſens concluſio, quæ eſt talis, videlicet: cooperari enim peccato alterius, peccatum eſt: at quoniã aduocatus conſulendo, & patrocinando iniuſte adiuuat clientulum malum in malo, videlicet, in tuendo iniuſtam cauſam: ergo &c. & quòd teneatur ad damni illati reſtitutionem, probatur: quoniã iure naturali, diuino, & humano quiſquis tenetur ad reſtitutionem damni illati parti contrariæ; non autẽ

clien-

Gabriel biel. Sotus. Nauarr. Auctor.

clientulo, cum ipſe uoluntarie & ſciens dānis huiuſmodi ſe ſubdidit. nec enim poſſunt excuſari ipſi ſi non aſſumunt cauſam iniuſtam ad uincendum, ſed ad differendum tempus ſolutionis, aut ad concordandum, aut ad pacta aliqua ineunda. non poſſunt, inquam, excuſari: quoniam hæc omnia conſtant iniqua eſſe, & contra charitatem proximi, & iuſtitiam; cum ex hoc iniuſte grauetur altera pars in expenſis, & alijs incommodis, quæ ſecum affert litigatio. nec excuſari poſſunt propter conſuetudinem hāc, introductam in ipſis aduocatis, prout patet ad ſenſum; cum illi pręcipue exiſtimētur docti, qui iniuſtas cauſas defendunt: quoniam hæc conſuetudo dicenda eſt potius corruptela, & diabolica inuentio, quàm doctore Chriſtiano digna: cū etiam multę aliæ extēt prauę conſuetudines, quę neque excuſent, ut conſuetudo blaſphemandi, fornicandi, & huiuſmodi.

SECVNDA CONCLVSIO.

Aduocatus, defendens cauſam iniuſtam ignorāter, credens eſſe iuſtam, non ex culpa ſua, ſed confidens in dicto clientuli, non peccat, nec ad aliquid reſtituendū tenebitur. Hęc concluſio probatur duplici medio. Primo (S. Tho.) auctoritate D. Tho. in 2. 2. quęſt. 72. art. 3. in corpore quæſt. ubi hęc habentur, videlicet: ſi autem ignoranter iniuſtam cauſam defendit, putans eſſe iuſtam, excuſatur ſecūdum modum, quo ignorantia excuſari poteſt. hęc ille Sanctus (Sotus.) ibi: qui & ibidem in reſponſione ad ſecundum arg. infraſcriptis utitur uerbis, videlicet: ad ſecundum dico, quòd aduocatus, ſi in principio credit cauſam iuſtam eſſe, & in proceſſu appareat eam eſſe iniuſtam, non debet eam prodere, ut, ſcilicet, aliā partem iuuet, uel ſecreta ſuę cauſę alteri parti reuelet: poteſt tamen, & debet cauſam deſerere; uel eum, cuius cauſam agit, ad cedendum inducere, ſiue ad componendum ſine aduerſarij damno. huic etiam cōcluſioni ſe ſubſcripſerunt Gabriel Biel in quarto ſenten. diſt. 15. q. 6. (Gabriel biel.) Sotus 5. libro quæſt. 8. artic. 3. de iuſt. & iure, Syl. in eodem ver. aduocatus §. 11. (Syl.) & communiter reliquus Summulariorum cætus, ac Nauarrēſis, ubi ſupra, in titu. de aduocatis. Probatur & hac ratione: (Auctor.) quoniam cum nō ſit ipſe in dolo; ſed clientulus falſum ſuggerendo, aduocatus non erit obnoxius, nec peccato, nec reſtitutioni damni illati, ſi, quàmprimū iniuſtitia cauſę appatuiſſet, eā deſeruiſſet; de quo infra latius.

TERTIA CONCLVSIO.

Aduocatus, defendens cauſam iniuſtam, credens iuſtā ex culpa ſua ſupina, quia noluit diligenter inueſtigare merita cauſę a clientulo, & ſcripturas pro clientulo reuoluere, atque ſtudio uacare, peccauit mortaliter, & tenebitur ad damnum illatum, tā parti contrarię, quàm ſuo clientulo; ſi aliàs non conteſtaſſet litem. Hęc concluſio probatur duplici medio Primo auctoritate Doctorum, qui fuerunt adducti ad probationem pręcedentis concluſionis. Et ſecundo probatur concluſionē eſſe ueriſsimam hac rōne, videlicet: (Auctor.) cum unuſquiſque teneatur ſcire, quę ſui muneris ſunt; ac perinde illum eſſe in lata culpa (quę dolo ęquiparatur) ſi per negligentiā cauſam iniuſtam defendit, patet ad ſenſum: ergo, &c.

QVARTA CONCLVSIO.

Aduocatus tenetur ſub pręcepto deſerere cauſā iniuſtam, quam putabat ab initio iuſtam; & hoc, quamprimum ſibi innotuerit quomodocumque cauſę iniuſtitia: ſin autem, mortaliter peccabit, detrimentum afferens proximo contra pręceptum charitatis; ac per hoc ad damni illati reſtitutionem faciendam parti inuoluntarię læſę tenebitur. Hęc concluſio ueriſsima eſt,

& pro-

& probabitur duplici medio, videlicet: auctoritate Doctorum prædictorum ubi ſupra, & ratione. Diuus enim S. Tho. Thomas in 2.2.q.71. articulo tertio, in reſp.ad argum.infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: ad ſecundum dicẽdum, quòd ſi aduocatus in principio credidit cauſam iuſtam eſſe; & poſtea in ꝓceſſu appareat eam eſſe iniuſtam, non debet eam prodere, ſcilicet, ut aliam partem iuuet; uel ſecreta ſuæ cauſæ alteri parti reuelare.poteſt tamen,& dẽt dictam cauſam deſerere,uel eum,cuius cauſam agit, ad cedendum inducere, ſiue ad componendum ſine aduerſarij damno.hęc ille Santus:cui aſtipulantur omnes Doctores,adducti in præcedenti concluſione.Probatur & ſecundo hac Auctor. ratione.rõ uero hæc eſt:quoniam ſicut q a princ.ſcienter defendit cãm iniuſtã, peccat mortaliter,& ad damni reſtitutionẽ tenetur;ſic hic aduocatus,de quo ſit ſermo; cum ſit eadẽ rõ.in utroque.

QVINTA CONCLVSIO.

ADuocatus mortaliter peccat, & ad damnum illatũ parti reſtituendum tenetur; ſi indifferenter omnes cauſas ſibi oblatas ad defendendum accipiat,nolẽs de iuſtitia illarum prius examinare, ſi exinde alicui inferatur damnum. Hæc concluſio probatur auctoritate omnium fere Doctorum, & præcipue Cardinalis Caietani in ſua Caiet.in Summa. Summula in ver. aduocatus. Probatur & ſecundo hac ratione:cum illum mortaliter peccare apud Doctores eſt in Auctor. confeſſo, qui per ſe non ſtat, quin peccet mortaliter,amando periculum, & illud non euitando: ſic per conſequens aduocati, indifferenter omnes cauſas accipiendo,dici poſſunt per ſe non ſtare, quin peccent mortaliter,defendẽdo cauſas iniuſtas.

SEXTA CONCLVSIO.

ADuocatus, qui non neglexit ſcrutari merita cauſæ, ac ſup ipſa ſtudere; ſed omnia alia ad ſuum munus ſpectantia perfecit; non ſolum non peccauit mortaliter,ſed nec ad aliquid tenebitur, ſi ſuus clientulus amiſit cauſam. ſi uero in aliquo prædictorum deliquerit,uel cũ ſe imperitum ſciebat tamen profitebatur peritum, ignorante clientulo ipſius ignorantiam (ſecus ſi ſciſſet) in his caſibus ultra peccatum mortale tenebitur ad omne intereſſe, inde paſſum a clientulo, maxime in foro conſcientiæ. idem dicẽdum ſi aduocatus in fungendo ſuo munere fuiſſet in dolo,uel lata culpa. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per tex. in l. idem iuris:id annuit. l. idẽ iuris. ff.ad l.Aquiliam. ff.ad l. Aquiliam. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate: Hoſt. enim in capitulo calumniam, extra de pœnis, & Innocentius in capitu. ſicut dignum Hoſt. Inn. extra de homic.& Panormi in cap plerique; extra de immuni,eccleſiarum,ſub- Pan. ſcribentes noſtræ concluſioni unanimiter tradunt hanc notabilem regulam dicentes: in foro animæ nemo tenetur ad damni emendationẽ; niſi ille q fuit in dolo,uel lata culpa. idem aſſeuerat quoque Nauarrenſis Doctor in ſuo Manuali capitulo 25. ſub titulo de Nauarr. aduocatis,nume.29.& Syl.in ſua Summa,in uer.aduocat⁹.§.ultimo,qui poſtmodum in ver. culpa, declarat prædictos terminos, videlicet: Latam culpam, & Dolum his uerbis,videlicet:la- Syueſter ta culpa eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligẽtia, quam communiter ha- Culpa lata qd ſit. bent homines eiuſdem profeſsionis: vnde ignorare, quod communiter ſcitur, eſt lata culpa.& addit, quòd iccirco fuit additus ille terminus,Incircũſpecta,in deſcriptione latæ culpæ; qui tertius ponitur loco termini Inconſiderata,ad differentiam doli,qui eſt inſidioſa machinatio. Probatur & tertio præſens concluſio illa vulgata regula. Auctor. Qui cauſam dãni dat, damnũ dediſſe videtur: ſed quia damnificatur proximus iniuſte;iccirco conſequens erit,ut ad ſatisfactionem damnificans teneatur iux.regulam iuris. Non dimittitur

pec-

peccatũ,niſi reſtituatur ablatũ,ut in ca.
peccatũ non dimittitur,de reg.iur.in 6.

SEPTIMA CONCLVSIO.

ADuocati,docentes clientulos ſuos
negare ueritatem,dum examinan-
tur,uel falſos teſtes,uel inſtrumenta p̃-
ſentare iudici, uel petere ſuperfluas
dilationes, peccant mortaliter;& ſi ꝑ-
pter huiuſmodi cõſilium, aduerſa pars
cadat a iure ſuo, ſoamque cauſam iu-
ſtam amittat, tenentur ad reſtitutio-
nem damni; illati ipſi aduerſę parti, in-
ſolidum cũ clientulo ſuo; niſi ipſe cliẽ-
tulus præ ignorantia crediđiſſet ſe de-
fendere cauſam iuſtã;licet re uera fuiſ-
ſet iniuſta; quia in tali caſu ipſe non
tenebitur, niſi reſtituere acceptum ex
tali iniuſta ſententia, uel non ſolutum,
quod fuiſſet iuridice ſoluendum p ip-
ſum.Hæc concluſio uериſſ.eſt, & proba-
S. Tho. tur tum auctoritate diui Tho. in 2.2.q.
17.ar.3 in reſp. ad 3.& omnium Doct.
qui fuerunt adducti in p̃cedenti concl.

OCTAVA CONCLVSIO.

ADuocatis licet ſuum patrocinium
uendere legitimo aut naturali p̃-
tio,iux. conſuetudinem regionis,& la-
boris quãtitatem. Hæc concl.probatur
c.non li- triplici medio. Primo per tex. in c.nõ
cet. 11. licet.11.q.3.ubi hęc habentur, vc3: non
q.3. licet iudici uẽdere iuſtum iudiciu; etſi
liceat aduocato uẽdere iuſtum patro-
cinium; & iuris conſulto rectum conſi-
lium.hæc ibi.Probatur & ſecundo auct.
S. Tho. Diui Thomæ in 2.2.q.17.art.4.& Soti
Sotus. ubi s.in lib.5.de iuſtitia,& iure quæſt.8.
Gabriel art.4.& Gabrielis Biel in quarto ſent.
Biel. diſt.15.q.6 Syl.in uer.eodem,& Nauarr.
Syluest. in ſuo Manuali in c.25.ſub tit. de ſtatu
Nauarr. aduocatorum nu.30.& auctoritate re-
liquorum Summulariorũ in eodẽ ver.
Caiet. & Card.Caiet.in ſua Summa in ver.ad-
uocatus. Probatur & tertio pñs concl.
Auctor. hac rõne:cum,q̃ quis non tenetur alteri
exhibere, iuſte põt ꝓ eorũ exhibitio-
ne compenſationem accipere: ſed ma-
nifeſtum,ꝙ aduocati non ſemper tenẽ-
tur patrocinium p̃ſtare,aut cõſiliũ da-
re in cauſis aliorum; inde ſit, ꝙ ſi uen-
dunt ſuum patrocinium ſeu conſilium,
non agunt contra iuſtitiam. dictũ fuit Pretiũ le-
in hac concl. Legitimo aut naturali pre gitimũ
tio:pro quorum terminorum intelligẽ- quid ſit.
tia ſciendum, ꝙ pretium legitimum,
dr̃ illud pretium, quod taxatur a lege.
ꝯſueuerunt.n.lege taxari p̃tia ſeu mer-
cedes opera miniſtrorũ iuſtitiæ: q̃ qdẽ
leges alio noĩe dicunt pãdectæ;ubi aſ-
ſolent taxari mercedes,tam ſcribarũ, q̃
aduocatorũ.Quapp ubi d.leges uſu sũt
receptæ,p̃dicti non pñt,ultra taxata,p̃-
tia operũ accipere: ſi uero ultra illa ac
ceperint,ultra peccatũ iniuſtitię,đ quo
in 2.concl.dictũ fuit,ad reſtitutionẽ te-
nent.Pretiũ nãle aũt dr̃ illud, ꝙ pẽſatis Pretium
circũſtantijs pſonę patrocinãtis, & la- naturale
boris magnitudinis, exiſtimat ab oĩb⁹ quid ſit.
iuſtũ patrocinij p̃tium:nec minuet pec-
catũ,ſi hmõi p̃tium,excedens iuſtitiam
operę,ſit ſpõte a cliẽtulo oblatũ:qm nũ
q̃ aut rariſsime hoc poterit uerificari;
ſed fere ſemp oblatio eſt ꝯditionata: q̃
nõ offerret,ſi utiq; illã ſibi retinere lice-
ret ſm̃ bonos mores.Sed ꝯ. pñtem cõcl.
ĩſurgit primo Gandeuus, q̃ dixit aduo
catũ nõ poſſe uẽdere iuſtũ patrociniũ,
ſicut neq; iudex põt iuſtũ iudiciũ uen-
dere. ſcđo inſurgit Gl.in d. c.Non licet.
11.q.3.ubi dicit opi.Gan.uerã eſſe de ad
uocato, q̃ alicui cõſulit, uel patrocinat̃
abſq; labore. ſed qm̃ rõnes iſtorũ Doc.
nulli.fundam.innitunt,ſi intelligant di-
cta eorũ ꝑut ſonãt ṽba:iccirco nihil ad
illas: tñ pñt q̃facillime cõcordari cum
ſnĩa ſe ſubſcribentiũ nr̃æ concl.dicendo
utroſq; Doct.ueri dixiſſe;illos đ aduo-
catis nõ miſerabiliũ pſonarũ;iſtos đ ad
uocatis miſerorum hoĩum, q̃ oĩ auxilio
humano ſunt penit⁹ deſtituti. & ſic oẽs
ſe ſubſcripſerunt nr̃æ concluſioni pñti.

NONA CONCLVSIO.

QVidquid aduocati ſumunt pro pa
trocinio impenſo,uel impendẽ-
do, ultra iuſtum pretium operarũ, cõ-
ſideratis omnibus circumſtantijs prę-
dictis, ſpectat ad iniuſtitiã;& per con-
ſequens incurrunt hi tales peccatum
mortale regulariter, & ad reſtitutionẽ
tenen-

tenentur eorum, quæ acceperunt ultra iuſtum pretium; dixi regulariter; quoniam ſi parum excedat iuſtum pretiũ, quod in furto non conſtitueret mortale, iux. regulã traditam a Doctoribus, & a me recitandam loco ſuo (Deo dante) nõ eſſet peccatum mortale. Hæc igitur concluſio triplici quoque medio ꝓbabitur. Primo per tex. in c. non ſane. 14. q. 5. ubi S. Auguſt. ait, extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent: ubi uocat immoderatam improbitatem, receptionẽ ultra iuſtum pretium; & ipſemet S. ſubdit, quòd huiuſmodi ſuperflua non dantur uoluntarie. Probatur & ſecundo auctoritate diui Tho. & aliorum Doctorum, qui in præcedentibus concluſionibus fuerunt adducti. Probatur quoq; tertio & hac ratione; quidquid enim accipitur contra iuſtitiam, eſt reſtitutioni obnoxiũ: at ſalarium ſuperfluum accipitur contra iuſtitiam: ergo ſalarium ſuperfluũ eſt reſtitutioni obnoxium.

c. non ſane 14. q. 5.

S. Tho.

Auctor.

DECIMA CONCLVSIO.

ADuocati non ſemper tenentur cauſæ pauperum, non habẽtium unde ſalarium tribuant, patrocinium præſtare; ſed tunc ſolum, quando ipſis aduocatis certitudinaliter ex ueris coniecturis apparet, quòd non ab alijs in cã illius inopis ſtatim patrocinium præſtandum foret. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo Doctorũ auctoritate. Diuus enim Aug. in primo c. lib. de doctrina Chriſtiana, ſic ait: cũ omnibus prodeſſe non poſsis; ijs tibi potiſsimum conſulendum eſt, qui pro locorum, & temporum, uel quarumlibet rerum oportunitatibus cõſtrictius tibi, tamquam quadam ſorte, iunguntur. S. Ambroſius in lib. de officijs ait: grandis culpa eſt iuriſperito, miſerabilibus perſonis ſubtrahere iuris cõſilium; aduocato, ſubtrahere patrocinium. poſt quos S. Doctores idem ſenſerunt Alexander in par. 3. quæſt. 44. membro primo. Diuus Tho. ubi ſupra, Gabriel Biel in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 6. Sotus in lib. 5. de iuſtitia, & iure quæſt. 8. art. 1. Syl. in ver. aduocatus. §. 18. addens quoq; hãc ſententiam ſequi Hoſt. in Summa in titulo de pœniten. & remiſſ. §. quibus in ver. quot. de aduocatis, & Goff. & communiter cętus Summulariorum una cũ Caietano in ſua Summa in eo. ver. & in 2. 2. ut infra. Sed pro intelligentia ſententiæ S. Aug. adductæ, ſciendum, quòd iccirco dixit, cum omnibus, & c. ubi rationem ſubdidit dicens, quia non poſſumus, ait, primo ratione loci, quia aduocatus non tenetur quæritare, quibus patrocinando benefaciat; ſed tantum illis occurrẽtibus ſibi iux. illud Exhod. c. 23. ſi occurreris oui, aut aſino uicini tui erranti, reduc eum: & non dicit; quęre ouem errãtem, & reduc eam ad dominum eius. ſecundo addit rationem temporis; quia non tenetur aduocatus proſpicere in futurum cauſis pauperũ; ſed in præſenti eis opitulari tenetur; iux. Iohãnem in prima ſua canonica. c. tertio, Qui uiderit fratrem ſuum neceſſe habere, & c. ult. ipſe S. addidit cõſtrictius tibi, & c. ut nos doceret, quòd exiſtentibus multis indigentibus patrocinio aduocatorum, ipſe tenetur omnibus, ſi poterit, opem ferre: ſin aliàs, illis, qui ſibi ſunt aliqua neceſsitudine magis coniuncti, iuxta ſentẽtiam Pauli 1. Timoth. S. dicentis: ſi quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit. & hæc dicta ſufficiant, quo ad expoſitionem ſententiæ S. Auguſtini. Ad rem noſtram ergo redeundo, dico, quòd prædicta concluſio probatur & ſecundo hac ratione; quĩ ſi uera non eſſet, hoc abſurdum ſequeretur, quòd nemo teneretur ad patrocinandum, cum unuſquiſque diceret: cur ego tenebor ad patrocinandum? cum ille, & ille longe me ditior ſit, & ille parẽtela magis proximus illi inopi, qui hoc patrocinium facillime præſtare poterit. & hoc modo miſerabiles perſonę priuarẽtur rebus ſuis iniuſte moleſtatis

S. Aug.

S. Ambr.

Alexan. de Ales.

S. Tho. Gabriel biel

Sotus.

Syluest.

Hoſt.

Goff.

Caiet.

Auctor.

leſtatis

leſtatis abſq; alicuius conſilio, uel fauore: quod quàm ſit abſurdum, & contra charitatis præceptũ, palam eſt omnibus, lumine intellectus non orbatis.

VNDECIMA CONCLVSIO.

ADuocati, non patrocinantes gratis in cauſis pauperum, exiſtentium in extrema neceſsitate ſui auxilij, quando, ſcilicet, ex defenſione illius cauſæ pendet uita illius aut ſuorum, mortaliter peccabũt; niſi & ipſi ſint in eadem neceſsitate. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primo per arg. in lege diuina: Matt. 22. c. diliges proximum tuũ ſicut te ipſum. Probatur quoque ſecũdo auctoritate Doctorum, qui fuerunt adducti in præcedentibus concluſionibus. probatur & tertio prædicta rõne.

DVODECIMA CONCLVSIO.

ADuocati, non patrocinãdo in cauſis miſerabilium pſonarum, mortaliter peccabunt, ſi ex defectu huiuſmodi auxilij eorum, illi miſeri incurrerent aliquod damnum honoris aut rerum; niſi ipſi eſſent ita pauperes aduocati, quòd eos oporteret pro ſe lucrari. patrocinando pro diuite; & ſimul non poſſent adiuuare pauperes illos. Hęc cõcluſio eſt ueriſsima, cum ſit iux. ordinem charitatis: & iccirco poſſet probari eadem lege diuina: Diliges ꝓximum tuum ſicut te ipſum. Probatur quoque auctoritate Alexãdri, Gabrielis, Soti, Syl. in locis annotatis in decima cõcluſione. Probatur quoque & auctoritate Diui Thomę, vbi ſupra, qui in principio dixit, quòd de hac eadem quæſt. idem dicẽdum eſſet, quod ſuperius dictum fuerat de operibus miſericordię, vbi ipſe S. in quarto ſent. diſt. 28. quæſt. 2. art. 4. in fine corporis articuli, ait: illud autem, quod neceſſarium reputatur ad decẽtiam ſtatus ſui & ſuorum, non eſt elargiendum; niſi perſonæ exiſtenti in extrema neceſsitate; ſed illud, quo ſubtracto, uel poſito, nihilominus decentia ſtatus manet, poteſt in eleemoſinam dari: & hoc eſt de cõſilio. illud autem, quod neceſſarium reputatur ad aliquod, quod eſt ultra decentiam ſtatus, debet in eleemoſinam diſtribui: & hoc cadit ſub præcepto. hæc ibi. quę quidem declarant ea, quę ipſemet S. aliquãto obſcurius in 2. 2. quæſt. 32. articulo quinto, in corp. quæſt. in fine, dicit: ſic ergo dare eleemoſinam de ſuperfluo eſt de præcepto, & dare eleemoſinam ei, qui eſt in extrema neceſſitate. & licet coniunctio, Et, ſit copulatiua; tamen multoties ponitur diſiunctiue, ut hic, & patet ad ſenſum; prout Cardinalis Caietanus in commentarijs 2. 2. ubi ſupra, uidetur innuere. Ad rem noſtram deueniendo, dico, dictam concluſionem probari quoque per diuum Tho. prædictis rationibus; eum æquiparet aduocatorum patrocinium cum eleemoſina. Concludendo igitur quæ dicta fuere circa præſentem concluſionẽ, dicitur, Aduocati neceſsitas & miſerabilium perſonarum, indigentium patrocinio illius, eſt ponderanda. & ſi ipſe aduocatus ad eleemoſinam largiendam teneretur ſub pręcepto iux. preſcriptam regulam Diui Thomę; tunc omnino peccaret mortaliter, non patrocinando gratis pro pauperibus: ſi uero ab eleemoſinarum elargitione propter ſui ipſius inopiam excuſaretur, excuſabitur quoque a patrocinio prẽſtando. & hęc eſt uera concluſio ac rationi congrua: licet uideatur huic aduerſari Caiet. in commentarijs 2. 2. quæſt. 71. articulo primò, ubi dicit huiuſmodi non teneri ſub mortali; ſed ſub ueniali, etiam ſi oriatur graue damnum inopi, propter defectum patrocinij aduocati: quẽ ſequutus fuit Nauarrenſis in ſuo Manuali in c. 25. in tit. de ſtatu aduocatorum, numero 29. quinta quæſtio. Nihilominus, cum ipſi Doctores non faciant mentionem de neceſsitate, uel opibus aduocatorum, duæ hę opiniones, quæ cõcluſioni præſenti

S. Tho. Caiet. Auctor.

ſenti, ac Doctoribus, illam amplectentibus, uidentur aduerſari, concordari quàmfacillime poterunt, dicẽdo, quòd intelligebant ipſe Caiet. & Nauarrus de illis aduocatis, qui eleemoſinam nõ tenerẽtur elargiri iſtis pauperibus ſub præcepto; ſed ſolum ſub cõſilio: ut puta, quia ſi patrocinium illis præſtarẽt, incurrerent neceſsitatem ſtatus (ſi non poſſent uacare alijs negotijs, inquam) & ipſi pauperes inciderent, ſi cauſam amitterẽt. & hoc dico: quoniam ambo Doctores adducunt Diuum Thomam, qui prædicta aſſeruit ubi ſupra.

TERTIADECIMA CONCL.

NOn ſolum aduocati, patrocinantes accuſatori iniuſte aliquem accuſanti, contra aliquem innocentem repertum ex decurſu cauſæ, in cauſa capitali tenenẽ cãm prodere, ſed ẽt in teſtes innocentię illius ſe offerre; atque, accuſatore relicto, adiuuare innocentem, ne iniuſte mortem patiatur. ſed & idem facere tenentur, ubi ageretur de celeberrima fama, & honore alicuius illuſtris perſonę, concurrentibus his quattuor conditionibus. Prima quarũ eſt, quando aduocatus hãc iniuſtitiam certiſsime cognoſceret. Secunda, quãdo hoc fieri poterit abſque ſcandalo, monitione fraterna præmiſſa, qua id comminaretur accuſatori, niſi deſiſteret. Tertia, dãdo operam, quam poſſet, ne uita accuſatoris periclitaret. Quarta, quòd quamuis accuſator nollet reſipiſcere; & iccirco ſe diſcrimini uitę ſubderet: tamẽ aduocatus ad hoc tenetur, ſi citra detrimentum ſui ipſius hoc facere poteſt. ſed tamen, uerſa uice, ſi aduocatus adiuuaret aliquem reũ mortis, quamuis iniuſte defenderet, nõ tamen ad prodendum illum tenetur; licet ad deferẽdam illius defenſionem. Hęc
Sotus. concluſio probatur auctoritate Soti in li.5. de iuſt. & iure quęſt. 8. art. 3. in reſp. ad primum, ultra alias auctoritates, q̃ adducentur infra. qui quidem Sotus adducit ibidem ſententiã Diui Tho. in 2.2.q.71.art.3. in reſp. ad 2. dicens, quòd neque S. ipſe Doctor, bene intellectus, aduerſatur huic deciſioni: quoniam ipſe Sanctus ubi ſ. locutus fuit in cõmuni ordine, & ſtylo iuris. hęc ex illo. Attamen animaduertendum puto, eſſe adducendam ſententiam Diui Thomę, pro maiori intelligentia iſtius quęſtionis.
quapropter ſciendũ, quòd Diuus Tho. S. Tho.
in 2.2. vbi ſupra, in fine utitur infraſcriptis verbis, videlicet: aduocatus defendens iniuſtam cauſam ignorãter, poſt iniuſtitiæ agnitionem, non debet eum prodere, ut aliam partem iuuet; uel ſecrete cauſæ merita reuelare: ſed tenetur eã deſerere, uel inducere eius cliẽtulum ad cedendum liti, vel ad componendũ cũ aduerſario. hæc ille. Sanct. huic etiam cõcluſioni ſe ſubſcripſerũt omnes Doctores iam adducti, qui omnes probant hanc concluſionem ꝑ tex. in c. ſi quem pęnituerit. §. præuaricator eſt 2.q.3. & Glo. ibidem, & in ver. prodiderit cauſam, ubi ait; uel qui reuelat ſecreta cãæ aduerſario, de quo eſt tex. in l. omne §. exploratores. ff. de re militari. hæc ex dictis Doctoribus. Attamẽ
mihi ſemper placuit, & modo pergra- Auctor.
tiſsima eſt ſententia Soti, iam adducta; maxime cum poſsit probari; tũ auctoritate ſacræ ſcripturæ; tum Doctorum: arguendo a ſimili. nouiſsime uero; & hac rõne. probatur enim, meo quidem iudicio (remittendo tamẽ me ſaniori conſilio) auctoritate ſacrę ſcripturæ: dicit enim ĩ Pſalmo: eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. & in lib. prouer. c.24. erue eos, qui ducũtur ad mortem. & in epiſtola Pauli ad Romanos. c.1. digni ſunt morte non ſolum qui faciunt; ſed ẽt qui facientibus cõſentiunt; vbi dicit Glo. cõſentire eſt tacere, cũ poſsis redarguere. Probatur quoque auctoritate Diui Tho. in 2.2.q.70. art. 1. ubi dicit, quòd iux. prædictas ſnĩas unuſquiſque tenẽ ad teſtificandum; ſi eius teſtimonium requiritur a parte, ẽt abſq; Superioris aucto-

auctoritate. ſi uero eius teſtimoniũ nõ
requireretur; nihilominus teneretur q̃s
facere, quantum in ſe eſt, ut ueritatẽ rei
annunciet alicui, qui ad hoc poſsit ꝓ-
deſſe, q̃n ius teſtimoniũ requiritur ad
liberandum hominem ab iniuſta mor-
te, uel falſa infamia, uel a quacumq; pę
na iniuſta, uel damno iniquo. & idẽ ait
Caiet. ibidẽ in commentarijs; & rurſus
apertius in rñſione ad 2. arg. ibidẽ ait,
quòd q̃n ſciunt res pertinentes in gra-
ue damnum alicuius pſonę, neceſſe erit
illas reuelare, non obſtante, quòd illas
accepiſſet ſub ſecreto. Ibidem & cõiter
Doct. ut loco ſuo, Deo dãte uidebitur.
hoc idẽ fatetur Syl. in ſua Summa poſt
S. Tho. in ver. teſtis. §. 8. ubi ad hanc eã-
dem concluſ. probandam adducit In-
nocẽtium in c. 1. de teſt. cogen. & Arch.
Io. in 2. par. tit. 1. c 12 idem aſſeruit Na
uarrenſis Doct. in ſuo Manuali cap. 25.
ſub tit. de ſtatu teſtiũ, nu. 47. q̃ſito octa-
uo, dicens, quòd teſtis tunc ſe offerre
tenetur ad teſtificãdum. primo, q̃n ſciti
ꝑparari aliqua notabilia mala, quæ ſine
ſuo teſtimonio probabiliter euenirẽt:
& ſecũdo, q̃n ſciret crimen, de quo ac-
cuſatus, uel denũciatus fuit aliquis in-
nocens: & hoc ob ſolã cõſcientiæ obli
gationẽ iux. Caiet. vbi ſ. Probat quoq;
pñs concl. hac rõne: ſi n. ſecus eſſet, ue-
rius ſequeret, quòd facere ꝯ. charitatẽ
non eſſet peccatũ mortale in re alicu°
momenti: qđ eſt falſum, ut patet ad ſen
ſum. & quòd ad hoc teneamur ꝑcepto
charitatis, ꝑ ſe patet; cũ ipſo ꝑcepto te-
neamur amare ꝓximos nr̃os, ſicut nos
ipſos, illos adiuuando in eorũ neceſsi-
tatibus, ſicut nobiscũ fieri exoptamus.
Quapp inde ſequitur, quòd ſicut lice-
ret nobis; imo ex debito charitatis te-
neremur, ꝓ nr̃a ꝓpria tutela corporis,
uel famæ, propalare iudici aliquas ma-
chinationes, uel falſitates in iud. ꝯ nos
productas; licet inde accuſator, uel alij
uenirent puniendi: ſic tenemur pro tu-
tela corporis ac notabilis dãni bono-
rũ, uel famæ proximorũ innocentiũ ma
niſeſtare iniuſtitiã clientulorũ: ſeruatis
tñ cõditionibus ſ. adductis, nulla habita
rõne damni incurrẽdi a clientulo iniu-
ſto, perſeuerãte in peccato mortali ob
iniuſtam moleſtationem innocentis;
cum ab illa poſsit, & debeat recedere.

QVARTADECIMA ET VLT. concluſio.

ADuocatis nõ licet paciſci cũ clien-
tulis đ quota litis. i. de aliqua par-
te litis ſibi applicanda, ſi lis uincatur;
neq; poterit paciſci de mercede ſibi aſ-
ſignãda, ſi uicerit cãm, qa eadem eſt rõ:
poterit tñ paciſci de mercede ſibi dã-
da, ſiue uicerit cãm, ſiue nõ; & ẽt de ali-
qua quantitate pecuniæ paruula, ultra
mercedẽ, ſibi danda, ſi uicerit; qa in his
duob° caſibus ceſſat cã prohibitionis.
Hæc concl. probatur triplici medio. Pri
mo p tex. in l. ſi qui. C. de poſtulãdo; vbi l. Si qui. C. de poſtulãdo.
infra habent, vc3: ſi q aduocatorũ exi-
ſtimationi ſuę immenſa atq; illicita cõ
pendia ꝑtuliſſe ſub noĩe honorariorũ
ex ipſis negotijs, q̃ tuenda ſuſceperint,
emolum. ſibi certæ partis, cũ graui dã-
no litigatoris, & deprædatione. poſcẽ-
tes fuerint inuenti: placuit, ut oĩs, q in
hmõi ſęuitate pmanſerint, ab hac pro-
feſsione penitus arceantur. Hæc in d. le
ge. Idem habetur in l. litem. C. de ꝓcu-
rator. Probatur & ſcdo auct. legiſtarũ ĩ
dictis legibus. & auctoritate Syl. in Sũ-
ma. in ver. aduocatus: immo & oĩum
Summulariorum in eo. ver. Probatur &
tertio hac rõne: q̃m ſi nr̃a. concl. non eſ- Auctor.
ſet uerisſima ac rõni ualde conſenta-
nea, ſequeretur hoc abſurdũ, quòd ad-
uocatis impune ſubminiſtraret in dies
fomes per fas & nefas uincendi cau-
ſas, producẽdo teſtes, & inſtrum. falſa,
ne ipſi poſtmodum uenirent fruſtrãdi
eorum laboribus, in proſequenda lite
neceſſarijs: quod utique eſſet in maxi-
mum detrimentum bono communi, &
paci reipublicæ, ut per ſe patet.

Finis opuſculi de aduocatis.

PRACTICA CAN. CRIM.

D. ALPHON. VILAGVT A NEAP.

LIB. X. TIT. DE ORDINE IVDICIARIO.

Ordinis ſeu telæ iudiciariæ epilogus, quàm breuiſsimo ſermonis periodo comptus ac decoratus atque in nonnullis cõcluſionibus contentus. Capitulum vnicum.

QVãuis in ſuperioribus opuſculis fuiſſe adductã telã iudiciariam in foro ſeruandam, ipſamq; implicite textam mę nõ fugiat; cum in illis produxerimus normam ꝓcedendi in foro eccleſiaſtico, afferẽdo omnia fere ſcitu digna ac neceſſaria a iudicibus eccleſiaſticis, vt ꝑ ſe patet: nihilominus conſulentes pijs huic ſanctę diſciplinæ operam nauantibus, ac ſuo forſan munere, digne ac laudabiliter fungi exoptantibus; tam ipſis, quàm mihimet ipſi normam quàmbreuiſsimam telam iudiciariam texendi perſcribere operæpretium duxi. Quapropter ipſam abſoluam, Deo dante, nonnullis cõcluſionibus, ut ipſe ordo procedendi in iudicio eccleſiaſtico omnibus pateſiat.

PRIMA ERGO CONCL. ſit hæc.

IN cauſis criminalibus, in foro canonico duobus modis proceditur contra aliquem; uel ad inſtantiam partis; uel ex officio. & tunc dicitur ad inſtantiam partis procedi per iudicem; quando pars offenſa, uel alius, ad quem de iure ſpectare poteſt ius accuſandi, porrigit accuſationẽ ſeu quęrelam, & ſuper ipſſa quęrela procedit. & hoc modo Doctores dicunt procedi per uiam accuſationis. ex officio autẽ dicitur procedere iudicem, quãdo iudex ex ſe ipſo, & ex ſuo officio aſſumit informationem contra delinquentem, & cõtra eum procedit: & hoc eſt, quòd dicitur ꝓcedere per uiã inquiſitionis. hęc concluſio probatur Iulij Clari auctoritate in ſua Pract. crimin. §. fin. q̄ſt. quarta, per totum de iure cõmuni. attamen licet ſecundum communẽ Doctorum opinionem ſint quatuor modi ordinarij procedendi, ut probaui in in lib. 1. titu. de accuſat. pręambulo primo, concluſione vnica fol. 1. quibus addi & poſſent duo alij modi, videlicet; primus modus procedendi in iudicio: quoniam reus deprehenſus fuit in flagranti crimine, de quo dixi ſupra in tractatu ſeu libello tertio, titu. eodẽ cap. unico per totum; & ſecundus, quo modo ſit procedendum in criminibus notorijs; de quo dixi in libello tertio tit. eodem, cap. vnico per totum: tamẽ, ut dixi, hodie huiuſmodi modi procedendi in iudicio complectitur ſub illis duobus primis ſupra a me allatis, ut docet Iulius Clarus, ubi ſupra, & docet experientia ac conſuetudo hodierna curiæ; licet nonnulla ſpecialia ſint obſeruanda in aliquo prędictorum ſex modorum procedẽdi in iudicio eccleſiaſtico, quæ non obſeruantur in alio, de quo in locis ſuis plene dixi: quę ibi uidere per te poteris.

Iudex ꝓcedere ex off. q̄n dicatur, uel ad inſtãtiã partis.

Iul. Cla. Auctor.

SECVNDA CONCLVSIO.

SCiendum ac memorię mandandum erit & ſecundo, quòd, licet dixerim,

& pro-

bauerim, duobus modis procedi hodie in cauſis criminalibus in foro eccl. ſcilicet ad inſtantiam partis, & ex off. tñ hi duo modi quodammodo conuertũtur in unum; quia realiter una eſt uia procedendi in foro fori hodie, ſcilicet, per uiam inquiſitionis, quæ complectitur in ſe ambos prædictos modos; cum per illam procedatur tam ad inſtantiam partis, ipſam impetrantis a iudice, quàm ex officio ipſiuſmet iudicis; cuius eſt omnino inquirere malefactores, & punire: licet de hoc non requiratur ab aliquo. de quibus duobus, & differentia eorum in modo procedẽdi, copioſiſsimus habitus fuit ſermo iu tertio libello titu. de inquiſ. cap. 11. per totum. Hæc concl. quoq; probatur atque elicitur; tum ex practica ipſa curiarum, noſtra tempeſtate; tũ ex dictis Iul. Cla. in ſna Pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 14. fere in principio, in ver. ſcias tamẽ. de qua etiam concl. præſenti tradidi in concl. 17. cap. 2. tract. primi tit. de accuſationibus col. 2. Iul. Cla.

TERTIA CONCLVSIO.

Animaduertendum & tertio, quòd licet inquiſitio ſpecialis ꝯ. aliquẽ fieri non poſsit, non ꝓcedente gñali: cũ regulariter ſi fieret, eſſet nullius momẽti; & inde proceſſus factus corrueret; & nemo ueniret cõdemnãdus; licet in ipſo eſſent factę contra aliquem pleniſsimę probationes, ut docet Iul. Cla. in ſua Pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 5. in ver. ſcias ẽt de iure cõmuni; & ego pleniſſime dixi in cap. 12. fere per totum, tractatuli tertij, tit. de inquiſ. Nihilominꝰ, qñ alicui iudici qualitercumq; conſtabit, aliquod maleficium fuiſſe perpetratum, ſtatim poterit inquirere generaliter de illo maleficio, aſſumẽdo informationes. & ſi ex huiuſmodi informationibus captis reſultet probatio infamiæ, uel indiciorum, uel ſemiplena probatio contra aliquem, ſpecialiter in ipſis nominatum; tunc contra ipſum inſurgere debet, & ſpecialẽ formare inquiſitionem; & deinceps ad ulteriora procedere, ut docet Iulius Clarus, ubi ſupra, i ver. poterit igitur iudex; & ego dixi in capitulo 6. per totum & in cap. 12. concl. 1. & 2. & ver. libelli tertij, titu. de inquiſitionibus.

QVARTA CONCLVSIO.

Tam inquiſitio generalis, quàm ſpecialis, facta a iudice ſemper continere debet ſpecialitatem criminum, loci, temporis commiſsi criminis; & alia ſecundum formam. l. libellorum. ff. de accuſat. aliàs redditur inepta; niſi qñ eſſet in illa cauſa procedendum aliqua ratione ſimpliciter, & de plano, &c. ut docet Iulius Clarus in ſua Pract. crim. lib. 5. §. fi. quęſt. 31. in ver. quod de anno ꝓſenti; & ego dixi abunde ſatis in c. 12. concl. 16. libelli tertij, titu. de inquiſitionibus.

QVINTA CONCLVSIO.

Aperitur iudici uia ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem, non ꝓmiſſa inquiſitione generali, multis de cauſis. & primo quando contra aliquẽ ſpecialiter pręceſsit infamia: tunc enim, cum huiuſmodi diffamatio ſuccedat loco accuſationis, ut probat Iul. Clarus in ſua Pract. crimin. lib. 5. §. fin. quęſt. 6. in principio; iccirco poterit inquiri ſpecialiter contra huiuſmodi infamatum, ut etiam probaui, in concl. 5. & 11. cap. 12. libelli tertij, tit. de inquiſitionibus. ſcdo, quando aliquis denunciauit iudici apud acta, quòd aliquis maleficium aliquod commiſerit: quoniam, re uera, modus procedendi per huiuſmodi denunciationem, nõ eſt ſeparatus a modo procedendi per inquiſitionem ſpecialem, procuratam ad inſtantiam partis: nam huiuſmodi denunciatio nihil operatur aliud; niſi quod ſuccedit loco diffamationis, uel querelę; & ſic aperit uiam iud ci ad Primo. 2.

inquirendum ex officio contra ali-
quem, quòd aliàs de iure non poſſet
iudex, non præcedente querela, uel diſ-
famatione. & ideo facta ſibi huiuſmo-
di denunciatione, iudex ſuper ea aſſu-
mit informationes, & procedit ad ul-
teriora contra denunciatum, ut docet
Iulius Clarus in ſua Pract. lib. 5. §. fin.
quæſt. 7. in principio. & ego latius di-
xi in concl. 2. capituli primi, titu. de for-
ma denunciationis iudicialis, & cano-
3. nicæ in foro fori libelli ſecundi. Tertio
aperitur uia iudici, &c. quando aliquis
eſt repertus ſeu deprehenſus in flagrã-
ti crimine, ut docet Iulius Clarus in
Pract. crimin. li. 5. §. fin. unici libelli ter-
tij tit. de modo proced. in iudicio in cri
4. mine flagranti. Quarto aperitur uia
iudici quoque, quando aliquis com-
miſit crimen notorie, vt docet Iul. Cla-
rus ubi ſupra, in quæſt. 12 in principio;
& ego dixi in concluſione prima. col. 2.
capituli unici, titu. de notorijs crimini-
5. bus, libelli tertij. Quinto iudex poterit
ſpecialiter inquirere contra perſo-
nam, non præuia inquiſitione generali,
propter querelam partis offenſæ, ut
docet Iulius Clarus ubi ſupra, quęſt. 10.
in principio; & ego dixi in concl. 18.
cap. 2. libri primi, titu. de accuſat. & in
concluſione unica cap. 10. lib. 3. titu. de
6. inquiſit. Sexto ad ſpãlem faciẽdam in-
quiſitionem poſſunt conſurgere iudi-
ces, propter incidentem cognitionem
alicuius criminis; de quo dixi in concl.
4. capituli duodecimi, libri tertij, titu.
7. de inquiſitionibus. Septimo, propter
magnum iudicis dolorem, uel offen-
ſam, ratione alicuius criminis commiſ-
ſi coram ipſo, ut dixi in concluſione 6.
capituli 12. libelli tertij, titu. de inquiſi-
8. tionibus. Octauo, ratione immenſi cri-
minis, ut in crimine falſæ monetæ, &
huiuſmodi, ut dixi in concluſione 7. ca-
pituli 12. libri tertij titu. de inquiſitio-
nibus, ut docet Iulius Clarus in ſua
Pract. crimin. libro quinto §. fin. quæſt.
quinta in ver. poterit. igitur iudex; &
ruſus ubi ſupra, in quæſt. ſexta in ver.
præterea ſcias inter alia; & ego plane
dixi in concluſione 12. columna ſecun-
da capituli duodecimi, libri tertij, titu.
de inquiſitionibus. Nono ualebit pro- 9.
ceſſus inquiſitionis ſpecialis captæ,
non præcedente inquiſitione generali,
ſi illa ſpecialis capiatur præſente in-
quiſito tali, & ſciente, & non contra-
dicente, ut docet Iulius Clarus, ubi
ſupra, quæſt. ſexta in ver. ulterius ſcias,
& ego dixi in concluſione 13. capitulo
12. lib. tertij, titu. de inquiſitionibus.
Decimo, quando iudex uult inquirere 10.
ad effectum corrigendi paternaliter, &
ſecrete; non autem puniendi iudicia-
liter, ut dixi, & probaui in concluſione
14. capituli 12. lib. tertij, titulo de in-
quiſitionib⁹. Et hęc dicta, & allata ſuf-
ficiant quo ad probationem præſentis
concluſionis.

SEXTA CONCLVSIO.

Conſtito de delicto, ſtatim iudices
debent aſſumere informationes, &
indicia, & in actis ab actuario ea an-
notari pcipere. & hoc poteſt fieri duo-
bus modis: nam quando non eſt certus
delinquens, procedunt, inquirendo ge-
neraliter ipſum. quando uero eſt cer-
tus; tunc procedunt ſpecialiter, ut ex
ſuperioribus cõcluſionibus patet. Hęc
concluſio probatur auctoritate Iulij
Clari in ſua Pract. crimin. lib. quinto §.
fin. quæſt. 20. in principio, & per me in
ſuperioribus concluſionibus pręſentis
libelli. Animaduertẽdum tamẽ, ut do-
cet idem Iulius ubi ſupra, quæſt. uige-
ſima quarta, quòd in aſſumendis indi-
cijs, ſeu informationibus contra reum,
non debet iudex omnes paſsim ad te-
ſtificandum admittere: multi enim
ſunt, qui a teſtimonio dicendo in cau-
ſa crĩali repelluntur. Sed circa eos, qui
non ſint admittendi in foro eccleſiaſti-
co contra perſonas eccleſiaſticas, uide
plene, quæ dixi in capit. primo perto-
tum, lib. octaui, titu. de teſtibus.

S P T I-

SEPTIMA CONCLVSIO.

CApta aliquali informatione, & ĩ ip ſa probatis aliqualibus iudicijs ↄtra aliquem, ſpecialiter de aliquo crie ab ipſo perpetrato, ſtatim iudex eccleſiaſticus illum talem carceri mancipabit, non præuia citatione ad informãdum; qñ ex probatis in informatiuo ꝓceſſu, ei ſuſpectus redderetur dictus reus inquiſitus, de fuga, & de delicto commiſſo; inſpecta tñ qualitate perſonæ rei, & delicti. aliter enim procedendum erit contra nobilem, & contra diuitem, qui non præſumuntur fugere, quàm cõtra pauperem, & uilem perſonam. præterea aliter procedendum eſt in delictis occultis, quàm in publicis: & ſic minora ſufficient indicia ad decernendum capturam, qñ agitur de crimine occulto, quã qñ agitur de crimine publico. & hæc omnia intelligenda ſunt, qñ crimẽ, de quo aſſumpta fuit informatio, & indicia contra illum ſit puniendum pęna corporis afflictiua. & hæc obſeruanda erunt, ne mala impunita remaneãt, & iudicia deluſa. Attamen numq̃ iudices debẽt reos humõi examinare, uel carceri mancipare; niſi pręcedãt legitima indicia in actis annotata; pꝛterq̃ in enormibus delictis, in qbus pñt iudices, repertis indicijs aliquibus cõtra aliquẽ, anteq̃ illa in ſcriptis redigantur, reos hmõdi detinere, carcerique mancipare; qñ. ſ. crimen eſt enorme, ut dixi; & ſuſpectio probabilis eſt fugæ. & hoc uetum eſt, niſi perſona carceri mancipanda, uigore alicuius priuilegij, non poſsit detineri in uinculis. Hæc concl. ueriſsima eſt, & ꝓbatur auctoritate Iul. Cla. in ſua Pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 28. in ver. ſcias aũt, ꝙ in hoc puncto, & in eo. li. & §. q. 4. in verſi. ſcias tñ; & ego dixi in concl. 4. cap. 6. lib. 3. titu. de inquiſitionibus.

OCTAVA CONCLVSIO.

VBi capturæ locus non fuerit legitimę, ſtatim faciendæ poſt aſſumptas informationes, & indiciorũ annotationem, ut in pręced. concl. ſtatim iudex debet citare reum, contra quem fuerunt aliqua indicia probata, ad informandũ. & hoc eſt non tantum a quocumque iudice ſeruandum; uerumetiã a quocunq; principe, etiam contra ſibi ſubditum: cũ nemo debeat inauditus condemnari. quòd ſi contumax fuit reꝰ tunc poterit iudex cõtra ipſum ad ulteriora procedere uſque ad condemnationẽ, ut probatum fuit nõ bis in infraſcriptis locis opuſculorũ pręſentis Practicæ. Hæc igitur. concl. probatur ꝑ Iul. Cl. in ſua Pract. crim. lib. 5. §. q. 21. in prin. & per me in concl. 1. 2. 3. quarta, quinta, ſexta, ſeptima, & 8. cap. 4. lib. 1. titu. de accuſat. in quibus concl. reperiunt collata fere oĩa, ſcitu digna, de materia citationum: & nonnulla dixi in concl. 1. ca. vnici lib. 6. tit. de modo procedendi in cauſis expedi. ſimpliciter ſummarie, &c.

NONA CONCLVSIO.

SEpenumero in cauſis criminalibus, poſt intimatas rei citatiões, comparent procuratores, & excuſatores eorum, q multas exceptiones, & excuſationes pro reis proponũt. quapp ſcitu digniſsimum erit, qñ pñt ipſi admitti a iudicibus eccleſiaſticis. pro quo tu poteris uidere, quæ dixerit Iul. Cla. in ſua Pract. crim. lib. 5. §. fin. quęſt. 32. per totum; & ibidem quęſt 33. per totum. & ego dixi latius de hac materia in c. 5. per totum, lib. 1. tit. de procuratoribꝰ.

DECIMA CONCLVSIO.

INquiſiti, ſeu querelati, poſtquam citati fuerint ad informandum, & non cõparuernit contumaciter, ꝑſonaliter ueniunt puniendi hac animaduerſione: ſ. ut primo cõtra eos procedatur, uſq; ad ſententiã diffinitiuam, & cõdemnationẽ, etiam ad mortem; ſi merita cauſæ id exigerint; & ſecundo, ſi poſtmodum capti fuerint, erunt iudicandi tamquam conuicti de crimine, ſaltem

quo ad pœnam extraordinariam, illis inſligendam.de hac autem materia latius docet Iulius Clarus in ſua Practic. crimin.lib.5.§.fin.quæſt.44.per totum;& ego dixi in cap.4.per totum lib.1.tit.de accuſationibus.

VNDECIMA CONCL.

ACcuſatus, ſeu querelatus, aut denunciatus,citatus,comparens in iudicio,debet examinari ſuper contentis in querela, uel denuntiatione; nec non & inquiſitione ſpeciali, ſeu informatione capta contra eum ab actuario,iudicis ordine, tenetur deponere ueritatē facti ad interrogationem factam ab actuario,ſeu iudice,iuramento mediante ſibi præſtito a iudice,ſeu actuario:licet,ſi mendacium diceret, non ueniret puniendus in foro fori, tamquam periurus (quamuis in foro poli talis habeatur) etiam contra ſe ipſum accuſatum; iuris tamen ordine ſeruato. itaq. ſi noluerit reſpondere ipſi actuario, uel iudici ipſum interroganti iux. formā iuris, poterit a iudice torqueri : ſicque ipſum cogere ad clare ſibi reſpondendum negatiuis,uel affirmatiuis uerbis; non autem dubijs. & non debent intereſſe tali examini eius aduocati,uel procuratores,ut docet Iulius Clarus in ſua Pract.crimin.lib.5.§.fin. quæſt.45.in ℣. ſed pone ; & ego dixi in concl.4. cap. ſexto,lib.1.titu.de accuſat.& in concluſione 2.cap.18.lib.3.titu.de inquiſi.& in eodem lib.& titu.concluſ.ult.cap.13.& concl.1.lib.ſeptimi de Tortura .& circa procuratorem non admittendum &c. dixit Iulius Clarus,ubi ſupra quæſt.32. in ℣.item quæro,quid ſi reus ſit preſēs in iudicio ? Et ego dixi in concluſ.11. lib.1.titulo de procurat.& quod dixi de reo,falſum deponente in ſui examine, non puniendo in foro fori de periurij crimine,docet Iulius Clarus, ubi ſupra in quæſt.45.in uerſ.quid ergo ſi reus,& ego dixi in concl.4.prædicta . Verum ſi contra querelatum nihil fuiſſet probatum in actis a querelante,uel alio;tunc ipſe reus,cum interrogetur contra ordinem iuris,nō poterit cogi de iure ad reſpondēdum uerbis certis ueritatem de interrogatis huiuſmodi a iudice, uel ab actuario,ut probat Iulius Clar. prædicto in loco in ℣. ſed pone . quòd ſi cogeretur, poterit rite uti uerbis amphibologicis, prout dixi & probaui in concl.3.cap.6.lib.1.titu.de accuſationibus.formam uero iuramenti exigendi a reis & teſtibus de dicenda ueritate,a Doctoribus traditam, per me relatam in concl.4.cap.7.lib 3.tit. de inquiſitionibus reperies.necnon in cap.2.lib.4.titu. de delatione iuramenti,tradidi formam inſcriptionis faciendę ab actuario in principio examinis uniuſcuiuſque rei ac teſtis,una cum illorum ſubſcriptione : quæ quidem forma uerborum implicite,licet non explicite , elicitur ex Doctoribus . illam uero ibi tradidi ad euitandas cauillationes aduocatorum contra iudices & actuarios.

DVODECIMA CONCL.

PErfecto examine rei, debet iudex deliberare , an reus ſit carceri, ſeu cuſtodiæ tradendus, an autem fideiuſſoribus relaxandus.ut plurimum autem, peracto reorum examine,factiſq.debitis confrontationibus,atque teſtium repetitionibus, reo citato ad uidendū iuramenta teſtium,ſolent iudices ipſos reos adiudicare carcerib³; & ubi qualitas perſonæ , uel delicti hoc expoſceret, poſſet iudex reos in arctos carceres cōijcere, & prohibere ne cū aliquo loquātur. & ita practicatur hodie in utroq; foro per iudices peritos & expertos. ſi uero qualitas perſonæ & delicti hoc non expoſtularet, laudabilius eſſet reos, qui de graui crimine delati non ſunt,uinculorum aſperitate nō uexare. Sciendum inſuper , quòd huiuſmodi rei ſunt carceri mancipandi, etiā ſi dum ad carceres ducuntur , appellauerint; & ita ſeruatur de cōſuetudine, & rationabiliter : quoniam aliàs fruſtratorium fuiſſet ædificare carceres: quoniam ſi omnes taliter appellando euaderent carceres; nemo illas ingredere-

deretur; quia ſtatim fugam arriperet, malens euadere auem campaniæ, quã auem cauæ, ut uulgo dici aſſolet. hæc omnia uera eſſe docet experientia, & continuus mos curiarum, & uniuerſalis conſuetudo, ut tradit Iulius Clarus in ſua Pract. crim. in lib. 5. §. fin. quęſt. 47. per totum & ego dixi plene in ult. concluſ capituli primi lib. 4. titu. de delatione iuramenti.

TERTIADECIMA CONCL.

SI uero iudici uidebitur, poſt examen rei poterit illum remittere fideiuſſoribus; & ſi expetierit pars offenſa, uel aliàs iudici uidebitur, debebit cogere reum huiuſmodi ad præſtandam cautionem parti lęſæ de non offendendo, taxando quantitatem pretij, ſeu pęnę, conſideratis qualitatibus utriuſq; rei, ſcilicet, & accuſatoris. & ſic ſeruatur in practica, ut docet Iulius Clarus, ubi ſupra, quæſt. 46. & 47. fere per totum: quę per te uidebis.

QVARTADECIMA CONCL.

PErfecto proceſſu iformatiuo ex parte iudicis, reoq. examinato, factiſq; debitis repetitionibus, mediante iuramento & confrontationibus teſtium, ubi fuerint faciendæ, ſecundum qualitate criminis, de quo quis fuit inquiſitus, uel querelatus, ſeu denunciatus, ſolet pars aduerſa, ſi eſſet, uel loco eius fiſcus citari ad ſubminiſtrandum, ſi quid habet contra ipſum reum; præſertim ubi adeſt querela; & etiam eodem cõtextu citatur ad uidendum fieri publicationem proceſſus: quoniam ſi publicatio in criminali cauſa omitteretur, proceſſus eſſet ipſo iure nulł, quia denegaretur reo facultas ſe defendendi: nam, ſecũdum communem practicam, eodem contextu ſolent iudices publicare proceſſum offenſiuum, & eius copiam parti decernere, una cum termino ad faciendas ſuas defenſiones. ſed comparente accuſatore, & petente dilationem ad probandum, illam concedere debet, & ſuperſedere a publicatione proceſſus huiuſmodi informatiui. & ita ubiq; indiſtincte obſeruatur. hæc omnia docet Iulius Clarus in ſua Practic. crimin. lib. 5. §. fin quęſt. 48. in principio; & ego tetigi in lib. 3. tit. de inquiſit. cap. 7. concl. 5. ubi probaui, quòd repetitio teſtium debet eſſe cum iuramẽto; aliàs non ualet; cum teſtis non iuratus non probet, ut ibi & in lib. 8. titu. de teſtibus cap. ult.

QVINTADECIMA CONCL.

VBi uero aliam dilationem ad probandum non petat accuſator, debet fieri publicatio proceſſus, concedẽdaq; erit reo copia proceſſus, una cum copia indiciorum, & nominum teſtium & eorũ depoſitionum, ut poſſit ſe tueri contra illas, excipiendo, ac exceptiones probando in iudicio ad ſuimet oſtendendã innocentiam, & purgandam infamiam, incurſam forte ex productis in iud. contra ipſum. & hoc non ſolum obſeruandum erit in criminibus ſpecialibus, ſed in omnibus etiam in crimine hæreſis; ſi non adſit ſuſpitio pericli alicuiuſq; mali, quod inde eſſent paſſuri teſtes propter potentiam taliter rei inquiſiti, contra quem ipſi depoſuerant: & idem dicitur in alijs cauſis: quoniam ubi eadẽ ratio, idem erit ius. Attamẽ hodie uſu receptum eſt, quòd nomina teſtium, qui depoſuerunt in crimine hæreſis, non aſſolent publicari, ne quis deterreatur ab huiuſmodi depoſitione. Reo tamen, non petenti copiam indiciorum, etiam dandam eſſe uſu receptum curiarum eſt, antequam reus condemnetur: & hoc ſiue ſit conuictus, ſiue cõfeſſus: & ita ſeruatur ď cõſuetudine: nõ tñ dicta copia pceſſus, cũ effectu danda erit expenſis officialis uel querelãtis: ſed fiet tãtũmodo decretũ, ut pars, ſi uelit, ſuis tñ expenſis, poſſit illã habere: Ante uero torturã nõ ẽ dãda hmõi reo d. copia, niſi ipſo petente; qui tñ reus non tenet aſsignare cãm ſed ſolũ dicere: pcto copiã indiciorum, mihi cõcedi: qñ hæc aſſertio incluſam habet cãm, q. a. ſuolo me defendere, & elidere indicia, aliàs, q̃ per torturã. hæc

tamen

tñ publicatio ꝓceſſus non fiet reo,contumaciter abſenti a iudicio: c qm tũc iudex contra ipſum procedet uſq; ad cõdẽnationẽ,ẽt ad mortẽ, ſi id expoſcant merita cauſæ. Hmõi publicatio ꝓceſſ' fieri debet poſt repetitionẽ teſtiũ:& copia prædicta dẽt ẽt exhiberi actori, illã petenti; licet in atrocioribus criminib' tñ,ante publicationẽ ꝓceſſus,aſſoleant fiſcales depoſitiones teſtiũ demonſtrare accuſatoribus, ut alijs teſtiũ depoſitionibus & monum. poſsint ipſos fiſcales adiuuare:ſed regulariter nõ poſſũt illas probationes patefacere delatoribus, ſeu querelantibus ipſis,ante publicationẽ proceſſus.& hoc non dr̃ de proceſſu ĩformatiuo formato generaliter; ſed de formato ſpecialiter contra aliquẽ. Eſt quoq; animaduertendũ,ꝙ terminus ad ſe tuẽdũ nõ tñ eſt cõcedẽdus conuicto reo, ſed ẽt confeſſo;ſponte ẽt illũ non petenti. Nec princeps aliquis, de plenitudine poteſtatis, hoc beneficium defenſionis auferre poterit de iure. & licet rei confeſsi ſponte, quibus fuit cõceſſus terminus ad ſe defẽdẽdũ, renuncient defenſionibus ſuis:tñ prudentes iudices iubere debent,ut hmõi renũciationibus ſuis addatur hæc clauſula;ꝙ ipſi iccirco renunciant, quia nullas habere defenſiones ſciũt ipſi rei. tñ numq̃ iudices hoc reis cõſulere debẽt. Hæc cõcl. probatur auctoritate Iul. Cl. in ſua Pract.crim.lib.5.§. fin. quæſt.49.p totum;& ego tetigi in c. uni.fere p totũ lib.ſexti,tit. de modo procedẽdi in cauſis exped.&c.& in lib.8.tit.de teſtib.c.2. cõcl.3.in fine.& quo ad regulares probaui in lib.ſexto,tit.de modo procedẽdi contra regulares in foro fori c.unico cõcl.4.& ĩ lib.7 tit.de tortura c.2.cõc.3.

DECIMASEXTA CONCL.

Viſis depoſitionibus teſtium ex publicatione ꝓceſſus,& cõceſsis defenſionib',ſtatim aduocati reorum accingant ſe ad probãdũ(ſi poſſunt)proceſſũ nullũ.Et,qm̃ nullitates hmõi poſſunt oriri; tũ ex perſona iudicis;tũ accuſatorũ, teſtiũ, & eorũ depoſitionib'; necnon ẽt ex ſcriptuis pñtatis in proceſſu; & ex peruerſione ordinis iudiciarij. Iccirco hortor lectorem ut perlegat accurate,quæ p me excerpta fuere a iuribus & doctorib' in tit.de accuſat.denunciat.ac deniq; oĩbus alijs opuſculis pñtis Practicæ;eo ꝙ oĩa hæc in ſuis ſingularibus libellis,& titulis, q̃ faciliime reperiet,quærẽdo hoc modo:ſi.n. uoluerit excipere ꝯ teſtes,quærat in opuſculo ꝓprio tit.de teſt.& ſic faciãt ĩ reliqs.

DECIMASEPTIMA CONCL.

VNa ex optimis defenſionibus,quæ poſſũt adduci a reis in iudicio, ẽ, ſi probent delictũ, de quo fuerunt imputati,non fuiſſe commiſſũ, uel in genere,uel ab ipſo rei,ſed ab alio;de quo abũde ſatis loquitur Iul. Cl.ĩ ſua Pract. crim.lib.5.§.fin.quæſt.12.per totũ; uel ſi de ipſo crimine iam fuiſſet condẽnat'; quia ſic non poſſet procedi ꝯ ipſum per iudicẽ,ut docet Iul.Cl.ubi ſ̃.quæſt.57.& ego dixi in concl.20.cap.12.lib.3.tit.de inquiſ. uel ſi reus proponat probetq. in iudicio,ſe obtinuiſſe remiſsionẽ a parte offenſa,qđ eſt maximi momenti,maxime quo ad diminutionẽ pœnæ,ut docet Iul.Cl.ubi ſ̃. quæſt.58.per totũ;uel ꝙ reus ꝓducat in iudicio grãm de hmõi maleficij pœna indultam a ſuo principe ſupremo,a quo illa fieri poterat, ut docet Iul.Cl.ubi ſ̃. quæſt.59.per totũ; uel ſi reus probet aliquã circũſtantiã,cõcurſam in delicto,ipſum excuſantẽ;ut ſi,ꝓbet interfeciſſe hoiem, qui inſurrexerat ꝯ ſe cũ armis, ut illum occideret, & hmõi, ut docet Iul. Cl.ubi ſ̃.quæſt.60.

DECIMAOCTAVA CONCL.

PErfectis defenſionibus reorũ,fit publicatio proceſſus defẽſiui:& ſi ſit in iud.accuſatoris pſona conſtituta,ſolet publicari ẽt proceſſus offenſiu',ad hoc, ut ipſe uideat, an uelit aliquid ĩ cõtrarium deducere in iudicio, uel probare; ut docet Iulius Clarus, ubi ſ̃.quæſt.61.

DECIMANONA CONCL.

VBi nihil aliud producẽdum ſupeſt ex parte accuſatoris & accuſati;

tunc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tunc debet iudex diligenter conſiderare proceſsũ,tã offenſiuũ,q̃ defenſiuũ,id eſt, probationes ꝓ utraq; parte adductas:& recta intentione librare ac ponderare, quid ex ipſo proceſſu reſultet; & qualia contra, & pro reo extent indicia,& probationes adductæ in iudicio: qm̃ ſi animaduerterit, ex ipſis elucere, reũ plane eſſe cõuictũ,uel confeſsũ; debebit ipsũ cõdẽnare. ſi uero,nec eſt ſemiplene conuictus;rũc,tamq̃ deficiẽte probatione,eſt reus abſoluendus, qui hmõi reus hodie abſoluit, præſtita cautione de ſe pñtando curiæ, nouis indicijs ſupueniẽtibus,quoties in ius uocat⁹ fuerit,ut docet Iul.Cl.ubi ſ.quæſt.62. &ego dixi in tract.đ delatiõe iur.lib.4. c.1.fere per totũ;ubi locuti fuim⁹ de đlatione iur.in ſupplemẽtũ probationis pro utraque parte: de quo etiam loquitur Iulius Clarus,ubi ſupra.

VIGESIMA CONCLVSIO.

QVando delicta non fuerunt plene probata in iudicio, animaduertendũ erit iudici,an indicia,probata cõtra reũ,ſint de iure ſufficiẽtia ad ipſum torquendũ:qm̃ ſi hmõi fuiſſent probata,& e medio non eliſa p defenſiones factas a reo; tunc reus ueniret torquẽdus. de cuius tortura, & de alijs conſiderandis circa ipſam, uide quæ docet Iulius Clarus in ſua Pract.crim.lib.5.§.fi.quęſt.64. per totũ;& ego dixi in tractatu de tortura & confeſſ.iudiciali & extraiudiciali per totũ, ubi fuit probatũ, quòd reo poſt confeſsionem delicti proprij nullæ ſint defẽſiones regulariter,de quo loquitur Iul. Clar.ubi ſ.in quæſt.65.& 66.

VIGESIMAPRIMA ET VLT. concluſio.

REus condemnatus pro aliquo crimine in pęnam pecuniariam, ſi eſt ſoluendo,& ſoluerit ipſum,eſt liberandus a carceribus:ſi uero non eſt ſoluẽdo, uel carceribus detinebitur uſq; ad ſolutionem, uel punietur in corpore iux.illud axioma vulgatiſsimum,& uerisſimum,Qui non hẽt in ęre,unde ſoluat, luat in corpore,ut in l.quicumque C.đ ſer.fugit.& in l.ſi qs iniur.ff.de iniu. ut docet quoq; Iul.Cla.in ſua Pract.cri. lib.5.§.fin.quæſt.95.Et notandum,quòd dictus.Iul.Cla.ubi ſ.in quæſt.66.docet, qñ ſnĩa ſanguinis ſit executioni mandanda: de quo tñ ego nihil dixi;cũ iudex eccl.illã non exequatur; ſed tñ tradat morti adducendum curiæ ſeculari, iam degradatum,ſi fuiſſet clericus ille puniendus, uel laicus, licet ille non degradetur cum non habeat ordines,a q̧bus fuiſſet degradãdus una cum actis actitatis contra illũ, uel copia authentica ipſorum actorum. His oĩb. ſupradictis cõcluſionibus,& ſi lectori,& doctis iureconſultis non ſatisfecerim: tñ mihi ſatisfeciſſe uideor exoptãti normã procedendi in cauſis crĩalibus criminaliter motis,texendiq; telam iudiciariam;non tm̃ ad utilitatem tyronũ iudicum eccleſiaſticorũ,quã ẽt ipſimet reis litem conteſtantibus, atq; ne ipſis oĩbus forſan uiſus fuiſſem in pſcribendis adductis materijs in ſ.dictis oĩbus opuſculis pñtis Pract. crim.can.obſcurus:cum hmõi ordo explicite non fuerit tradit⁹ i libellis ĩfr̃is;licet ex ipſis,ut patet ad ſensũ,elici q̃ facillime poſsit, Vale pijſsime Lector; & ſi aliquid boni tuoq; beneplacito conforme reperies; illud Deo Optimo Maximo, largitori oĩum bonorũ adſcribas,gr̃as illi agẽdo ſi uero in hac Practica aliqd adductũ tibi diſplicuerit; ignoſcas tironi ac ſcriptori, ipſi compatiendo, te certiorem reddẽs,illum præſentẽ Practicã in litteris commendaſſe puro corde animoq; tam ſibi,q̃ iudicibus eccl conſulendi;ne eorũ culpa, criminaliter cõuẽti,iniuſte uenirẽt grauãdi;&ne ipſi ipij calũniatores fr̃um ſuorꝫ pęnas debitas euaderẽt. & in oĩbus ſemper ſit Deus benedict⁹ p ſecula cũcta:cuius Vicarij in terris,omniumque orthodoxorum Doctorũ correctioni in oĩa adducta in tota præſenti Practica ſubdo,atque ſubmitto.

Finis totius operis.

L. COTTSCHER · 1973